Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

urn:nbn:de:bsz:31-67095

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

54
B 43

RH

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIB. XVII.

Olim, ut putatur, à Guarino Veronensi ac Gregorio Trifernate Latinitate donati, iam denuo à CONRADO HERESBACHIO LL. Doctore, Principisq; Iuliacensis Consiliario ad fidem Græci exemplaris, authorumq;, qui huc facere uidebantur, recogniti, ac plerisq; locis deintegro uersi.

ITEM,

EPITOMAE eorundem decem & septem de Geographia librorum, nunc primum de Græco sermone in Latinum conuersæ, Hieronymo Gemusæo, D. Medico & Philosopho interprete.

BASILEAE apud Ioan. Vualder.

M. D. XXXIX.

Cum Priuilegio Cæsareo ad Quinquennium.

PHILIPPVS ENGENTINVS IN STRABONEM IAM RECENS CASTIGATVM.

QVicquid ab obliquo terrarum prenditur orbe,
Quicquid & in quinis dicitur esse plagis,
Huc uelut ad uiuas multo sudore tabellas
Gnosius egregie contulit ecce Strabo.
Sed qui iam tandem perijsset penè togatus,
Tam sunt authori pallia rapta procul,
Hunc modo perpolijt lima Conradus acuta,
Adiecitq; suam Curio dexter opem.
Ergo age depictæ pretiosa uolumina terræ
Thesaurum magni ponderis esse puta.
Impensis etenim breuibus, nulloq; periclo
Cuncta pererrabis, quæ procul orbe latent:
Scilicet Oceanum diuûm rerumq; parentem,
Quicquid & immenso continet ille sinu,
Flumina, stagna, lacus, montes, camposq; iacentes
A Gange ad Gades, à Borea usq; Nothum.

VERAE NOBILITA

TIS DOTIBVS ORNATISSIMO VIRO DOMINO
Ioanni à Flatten, eccleſiæ Cranenburgenſis Præpoſito, Aquenſis uero Scholaſteri, D. & amico ſuo Conradus Heresbachius S. D.

ONTENDERVNT à nobis cum alij permulti, tum in primis Valentinus Curio chalcographus, & eruditus, & eruditionem induſtria ſua non uulgariter promouens, denique tu quoque ſtudiorum noſtrorum aſſiduus agonotheta flagitare atque adeo adigere nos ſolebas, ut Strabonis geographicorum libros, iam multis annis prodigioſis erroribus uſqueadeo occupatos, ut à nemine propémodum Teutonicus ut ille atque νόθῳ ſine nauſea, aut certe inoffenſe legi poſſet, ſi non deintegro uertere, quod iure quodam meo recuſare uidebar, certe collatione ad Græcum exemplar facta, ſtudioſis paulò purgatiorem proponerem. Id quod quanquam partim ob priuatas publicásque occupationes quaſdam, & præſertim ad prælorum clepſydram feſtinationemq; præſtare quoque uix poſſem, partim hæc tanquam ſpinas & λεπτολογήματα, quæ moleſtiæ plus haberent quàm gratiæ, auerſarer, uictus tamen Valentini, amicorumq; uotis, maxime autem tuis flagitationibus, qui cum alioquin optimis ſtudijs addictus, Strabonis autem coſmographicis ſcriptis impenſe delectabaris, quantum ſucciſiuis horulis ſuffurari licuit, Straboni non illibenter donauimus. At uero commodum ipſum opus bonis auibus auſpicantes, Latina ad Græci exemplaris fidem cõferentes, deprehendimus priores illos libros, præter hoc quod corruptiſſimi erant, parũ etiam fœliciter uerſos, poſteriores uero non item: quæ res fidem nobis facere uidebatur, libros hoſce non ab uno Guarino Veronenſi, cui aſcribuntur, aut omnino ab hoc οὐκ ἄνθ' ὑποτέως uerſos fuiſſe. Videtur enim neſcio quid Gazęum in pleriſq; poſterioribus reſipiſcere interpretatio. Etiamſi non deſint qui Gregorium Triſernatem poſteriorum librorum interpretem aſſerant. Porrò priores ad uerbum ferè ac ſuperſtitioſius, uſqueadeo non habita magna utriuſque linguæ proprietate, uerſos apparebat, ut nihil mirum, ſi hactenus citra offenſam legi nõ potuerint. Vnde nos quo ſentẽtiam interdum clariorem ac magis perſpicuam redderemus, auſi ſumus interim contextum ipſum uel retexere, uel ad Græci exemplaris fidem mutare, interim in margine genuinam lectionem noſtramq; interpretationem adſcribere. Quod ſi non ubiq; pari induſtria feciſſe uidebimur, acceptum referri conueniet exemplari Græco, quod circũfertur ſic deprauato, ut non opiner ex Aldi officina alterum corruptius prodijſſe. Huc acceſſerũt lacunulæ multæ, & uerba interdum, interdum etiam integræ ſententiæ prætermiſſæ. Quanquam horum nos nonnulla aliunde, puta è Stephano, Plinio, Herodoto petita reſtituimus, plera q; lectori cõiectanda reliquimus. Homeri carmina in quibus excutiendis author hic diligentiſſime uerſatur, ſuis ſemper locis indicauimus, arbitrati non aſpernandum compen

dium fore τῖς φιλομήροις, si in numerato semper haberent, quibus uerbis, quibusq; libris, quæq; apud poëtam proderentur. Nec id ijs solum qui Homerum diligentius essent lecturi, uerum ad Strabonem etiam recte intelligendum penè necessariũ putauimus, præsertim cum hunc ad illius regulam scripta sua componere uoluisse constet, nihil prætermisisse uel minutissimum, si modo ad locorum cognitionem pertinere uideretur, quod non sedulo expenderit atq; explicuerit. Necq; id citra exemplum fecit Strabo, quando ueteres omnes scriptorum suorum ius atq; testimonia apud Homerum tanquã omnis uirtutis, eruditionisq; parentem (ut Iurecõs. uerb. utar) quæsiuerunt. Hoc consilio & Græca integra carmina adscripsimus, simul quod in sua lingua plus gratiæ maiestatisq; referrent, & Græce poëta ipse conferentibus magis esset perspicuus. Adhęc librorũ argumenta, authoris uitam, authorumq;, quos nominatim citat Strabo, catalogũ descripsimus. Postremo regionum, gentium, insularum, marium, & quicquid ueluti memorabile ex hoc libro poscendum uideri poterat, in marginem adscripsimus, quæ mox in indicem congesta, nihilo arbitror, ni me φιλωτία fallat, Mancinelli indice erunt deteriora. Atqui hanc nostram opellam quis potius nuncupandam sibi uendicare poterit, quàm tu, meliorum studiorum eruditus patronus, cui cum alioquin ob beneficia haudquaquam sordida modo non animam debeam, eæ tamen sunt animi tui dotes uere nobiles, is in iuuandis studijs fauor, ut iure tibi hæc asserere uidereris. Siquidem tu primus inter nobiles nostrates, ecclesiasticosq; proceres dignitati, maiorumq; imaginibus eruditionem, eloquentiam, linguarum cognitionem, hoc est ueram nobilitatem, quo patriæ ornamento esse queas, adiuncturus es. Quod nimirum princeps οὐκ ἀλλασκοπῖῶ animaduertens te præ cæteris honoribus uirtutumq; auctoramẽtis ad usum illustrandæ ditionis suæ, merito fouet, augetq;. Qui cum sit princeps alioqui uigilantiss. suoq; populo minime grauis, tum Vlyssis illo apud Homerum ueri principis elogio contentus, hoc spectat, ut euitatis undecunq; belli occasionibus ϖαστὴρ ὡς ἤπιος εἴη, eosq; libenter βελησφόρους adsciscit, qui prudentia pacisq; artibus plebem seruare norint. Sed de his aliàs, tu interim Cononis tui fudores tibi consecratos, qua es synceritate, læta fronte accipies, qui si minus pares sint, uel tuę amplitudini, uel magnę parandę glorię, probe nosti, nec in hoc à nobis hęc adornata, sed solum quo Curioni & tibi studiosisq; pertinaciter id flagitantibus obsequeremur, & apud te tibi arrabonẽ reponeremus testandi mei in te studij, quoad iustũ liceat tuis meritis pręmiũ persoluere. Bene uale, & Cononem tuum, quod facis, constanter amare perge. Friburgi Idibus Martij, An. 123.

STRABONIS VITA PER C. HERESBACHIVM.

QVando de Strabonis uita paucula admodum, uel apud Suidam uel apud alios biographos comperio, adscribam quantum è suis de se testimonijs passim hoc libro subodorari licuit. Fuit igitur Strabo eruditione Græcus, professione geographus, & philosophus Stoicus, ortus ex Amasia ciuitate Pontica, id quod & ipse de se testatur, & Stephanus περὶ πόλεων prodidit. Iosephus Cappadocem dicit Strabonem lib. 13. antiq. de patre ipse nihil commeminit, mater uero fuit è Gnoso Cretensi urbe orta, nempe ex stirpe Dorylai, qui apud Mithridatem Philetærum & authoritate & gratia ualuit plurimũ, ut copiose libro X. traditur, ubi de Gnoso. Quod uero sectæ fuerit Stoicæ, Suidas indicat, & ipse quoque lib. XIIII. fatetur se admodum iuuenem iam seni Aristodemo Stoico Menecratis filio operam dedisse: tametsi locis aliquot interim Xenarchum se audisse, interim cum Boetho Aristotelicis se adhęsisse scribat. Amicitia usus est Ælij Galli, cum quo Nilum nauigauit ac totam ferè Ægyptum, bonamq; Aphricę partẽ lustrauit. Siquidem Aethiopicum accipitrem se uidisse commemorat, & Memphi colossi miraculum, atque Arsinoë crocodilum. In uniuersum autem totam Vlyssis nauigationem, quã describit Homerus, ipse diligentissime interpretandam susceperus, peregrinationibus quoq; imitatus eundẽ, insigniora orbis loca circũlustrauit. adeò ut nõ temere inuenias è scriptoribus qui pari studio loca incognita, de quibus scripturi erãt, permearint. Vnde liquet qua fide uir iste orbem, & quæ quibusq; locis memorabilia uisa sint referat, ut qui non cõtentus ea cõscribere, quæ ab alijs audierit, nisi etiã ipse quo ἰσοχρικώτερος esset, quæ posteritati traditurus fuerat, oculis cõtueretur. ὠτίων γὰρ πιστότεροι ὀφθαλμοί. Subinde ueniam præfatus sicubi scripturus esset, quod sibi parũ compertum ab alijs tantum acceperit. Claruit Romæ temporibus Augusti ac Tiberij. Testatur alibi Posidonium se nouisse Stoicum philosophum, qui discipulus fuit & successor Panætij, subq; M. Marcello Romam ueniens Scipioni Africano familiaris. Cui astipulatur Athenęus lib. iđ. dipnosophistôn, ubi de pernis loquitur, Strabonẽ citans, eundem ait non ita recentem authorem, ut qui Posidoniũ se cognouisse scribat, μνημονεύει δὲ αὐτῶν στράβων ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος. λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἐγνωκέναι ποσειδώνιον τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα συγγενόμενος σκιπίωνι τῷ τῶν καρχιδόνα ἑλόντι.

Scripsit autem præter hos geographicos commentarios, libros historiarum, quorum meminit lib. XI. ubi de Parthorum moribus. Citat etiam lib. XII. rerum Italicarum librum à se editum. Et Iosephus libris antiquitatum aliquoties testatur Strabonem de gestis Pompeij scripsisse, quodam autem loco ad uerbum nonnulla indidem transcripsisse.

FINIS.

AVTHORVM, QVI A STRABONE CITANTUR, NOMENCLATURA.

POETAE.

Homerus, quem ferè interpretatur.
Hesiodi opus de terræ ambitu.
Euripides.
Sophocles.
Æschylus.
Pindarus.
Callimachus.
Alcæus.
Alcman.
Mimnermus.
Myrsilus.
Duris.
Ion.
Aristeas Procon.
Aratus.
Stesichorus.
Aristo.
Ibychus.
Bergæus.
Asius.
Tyrtæus.
Epicharmus.
Euphronius.
Menander.
Epimenides.
Archilochus.
Phocylides.
Antimachus.
Sappho poëtria.
Callinus.
Alex. Ætolus, qui de orbe scripsit.
Damastus.
Nicander, qui de serpentibus.
Chœrilus.
Mimnermus elegiarum scriptor.

PHILOSOPHI, ORATORES, HISTORIOGRAPHI, GRAMMATICI PROMISCUE.

Plato.
Aristoteles.
Theophrastus.
Xenocrates.
Dionysius dialecticus.
Xanthus Lydus.
Menecrates Elaita, qui de originibus urbium scripsit.
Thrasyalcus Thasius physicus.
Apollodorus de nauibus Hom.
Aristarchus.
Aristonichus.
Apollodorus Artemisius.
Demetrius Callatianus.
Demetrius Adramyttenus.
Apollodorus grammaticus.
Democritus.
Hipparchus.
Anaximander Milesius.
Hecatæus Milesius.
Eudoxus.
Dicæarchus Ephorus.
Thales.
Thucydides.
Herodotus.
Polybius.
Xenophon.
Posidonius.
Eratosthenes.
Silanus historicus.
Fabius Romanus historicus.
Cæcilius historicus Romanus.
Ctesias historicus.
Metrodorus Scepsius.
Dionysius, qui de urbibus scripsit.
Euphorion.
Theodosius.
Cleophanes.
Charon Lampsacenus.
Diotimus.
Philetius.

Scylax Coriandeus.
Anaximenes.
Neoptolemus glossographus.
Adimantus.
Metrodorus.
Epicurus.
Tyrannion grammaticus.
Hegesianax.
Cleanthes philosophus.
Hestiæa Alexandrina, quæ in Iliadem Homeri scripsit.
Daës Coloneus.
Molo.
Attalus.
Bacchilides.
Callias.
Philippus scriptor rerū Caricarum.
Eratosthenes.
Heraclitus.
Crates & eius sphæra.
Seleucus Babylonius.
Athenodorus.
Polemo.
Archesilaus.
Bio.
Zeno Citieus.
Aristonichus.
Hellanicus.
Demetrius Scepsius.
Theopompus hist.
Strato physicus.
Euhemerus Messenius.
Pytheas.
Patrocles.
Deimachus.
Megasthenes.
Onesicrates, de quo & Gellius.
Nearchus.
Philo.

Menon.
Timosthenes.
Heraclides Ponticus.
Eudoxus Cyzicenus.
Antiphanes.
Artemidorus.
Asclepiades Myrlianus.
Suidas.
Cineas.
Philetas.
Crates Malota.
Pherecydes.
Timotheus.
Asinius historicus Romanus.
Anticlides.
Clitarchus.
Antiochus.
Zaleucus.
Hypsicrates.
Hipponax.
Heros.
Automedon.
Simias.
Hieronymus histor.
Chrysippus.
Philochorus.
Andron.
Hegesias, de quo & Gellius.
Polemon.
Cenodorus.
Scepsius.
Alcmeonidis author.
Archemachus.
Stesimbrotus Thasius.
Acesilaus Argiuus.
Sosicrates.
Staphylus.
Erasistratus.
Theophanes Mitylenæus.

Mithridaticorum authores.
Iasonia.
Aristobulus.
Polycletus.
Apollonius Adramyttenus.
Apollonides.
Adelphius.
Antisthenes.
Callisthenes.
Zenodotus.
Menecrates Elaita.
Palæphates Elaita.
Mæandrius.
Nearchus.
Theodectes.
Gorgus.
Timagenes.
Anticlides.

Nicolaus Damascenus.
Aristus Salaminius.
Polycritus.
Orthagoras.
Anaxicrates.
Ctesias Gnidius.
Agathargides.
Eudorus.
Ariston peripateticus.
Ammon.
Demosthenes.
Neanthes Cyzicenus orator.
Zoilus orator.
Lycurgus orator.
Cicero Romanus.
Cæsar Romanus.
Gabinius Romanus.

EPistolas Guarini, episcopiq; Alerienſis huc non præfiximus, prudentes uidelicet chartæ parcentes, propterea quòd altera nil præter meras ad Pontificem adulationes, altera uenenatissimam in Trapezuntium criminationem spiraret: breuiter nihil quod ad hunc librum facere uidebatur, continerent.

CLARISSIMO VIRO
IACOBO TRVCHSES A RINFELD, AR-
MATAE ATQVE TOGATAE MILITIAE DECORI,
Domino suo in primis obseruando, Hieronymus Gemusæus, Doctor Medicus ac Philosophus.

VI ex ueteribus geographiam nobis tradiderũt, uidentur sane omnes unum aliquem agnoscere debere, qui sui ordinis uelut author quispiã ac summus habeatur: quemadmodũ in cæteris philosophię partibus iam olim factum fuisse constat, ut scilicet cuiusq; disciplinæ unus haberetur tanquã imperator, quem sequerentur omnes qui eius essent studiosi. Ac physiologiæ quidem totius Aristoteles: mathematicæ uero quæ numerat, quæq; terram mensurat, philosophus ille Megarensis: quæ uero sublimia corpora inspectat, Ptolemæus Alexandrinus. Et medicina suum habet authorem Hippocratem atq; eius interpretem Galenum, ad quem uelut regulam Lydiam, reliquorum omnium præcepta commentaq; examinentur. Horum authoritati in quoq; genere ita acquiescendum auditori est, ut ubi demonstrationes probationesq; problematum per ἀνάλυσιν ad aliquã ἀρχὴν, quæ ex authoritate huius principis habeat fidem, deducta sit, ita illi acquiescamus tanquam principio ex sese fidem habenti nec ullam admittenti dubitationem. Ita fit ne disciplinæ in uarias contrariasq; ἀποφάσεις distrahantur, dum quisq; propria principia confingens, ijs pro arbitrio superstruit τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. Et iuxta hunc morem, tum dicimus artificem cuiusq; disciplinæ perfectum esse, cum principis illius sententiam probe teneat. Velut philosophus censebitur, qui Aristotelis eiusq; insignium interpretũ de quocũq; problemate sententiã fuerit assequutus. Hæc itaq; ob certitudinẽ atq; constantiã rerum maiorem ita sunt peragenda. Est & altera causa, ob quam magnopere authorũ delectus sit habendus, ut scilicet ἀκρίβειαν atq; utilitatẽ spectemus maiorẽ. Nam quo quisq; plenioré rerum cuiusq; disciplinæ ubertatem & tradendi dexteritatem maiorem habet, tanto habendus est præstantior. Porrò cum inter cæteras philosophiæ partes uel maxime cõmendanda sit traditio, quam hoc tempore de situ orbis proponimus, siue opportunitatem occasionemq; spectes, quam ad cæteras illa disciplinas quæ extra se sunt adferat, siue quam peculiariter illa suis polliceatur, profecto nulla fuerit cæterarũ, in qua iuuentus imò ætas adeo omnis diligentius sit exercenda. Id si ita habeat, profecto quod à primo consilio proximum est, quo modo quá ue ratione hanc quàm fœliciſſime aggrediaris, & quem authorem sequaris potiſſimũ, uel ob utranq; illarum uel ob alteram omnino causam, diligentiſſime deliberandum est. Et uidetur sanè ex omnibus qui hanc attingere ausi fuerunt nulli posterior esse Strabo hic Amasæus. Nam ut Ptolemæum anteferas, ob picturarum certas designationes ac ueluti δείξεις ὀνὰς, quibus ille uir rem totam ponit ob oculos, sanè nisi accesserit uberior aliqua traditio atq; in primis ἥτε τῶν χρόνων μεταβολὴ καὶ ἐκθεσις, magna certe pars utilitatis huius tũ alia, tum ea quæ uim mẽtis atq; iudicij ἀκρίβειαν exercet, perierit prorsus. Nam solius loci inspectio sensum instruit, historia locorũ breuiter atq; ordine suo adiuncta prudentiã in nobis omnem, & ciuilem & bellicam adaugere solet. Adeoq; locorũ designatio uelut exanime quoddam est simulachrum, historiæ uero cuiusq; loci expositio, uelut spiritus quispiam atq; anima esse uidetur. Ita quemadmodum animal totum ex anima & corpore constituitur, sic disciplinam hanc duobus hisce, locorum designatione & temporum expositione coniunctam esse, censeri oportet. At hæc sanè, quamuis ex historiarum lectione uaria comparari possit, tamen si cuiq; loco adijciatur suarum rerum catalogus, præter quàm quòd miram quandam γλῶτταν ac iucunditatem toti disciplinæ adfert, incredibilem etiam addit memoriæ fidem. Et omnino quibus nominibus artifices illi commendant dispositionem, καὶ τὸ γνώμονα διαβατικὸν τοῦ, ea uniuersa præstat sola hæc tradendi ratio, ut cuiusq; loci designatione percepta, eius historiam non ex diuersis authoribus per infinitos penè labores, magno temporis impendio in unum cõgeras, sed ex hisce commentarijs uelut è catalogo quodam atq; indice locupletiſſimo pulchre selecta ac per suum ordinem digesta inspicias. Eaq; propter magnum certe operæ pretium faciet, qui huius authoris commentaria præ cæteris omnibus, tabulis ad id paratis adiunxerit, & eadem opera in utroq; sese

genere exercuerit. Hoc consilium ut nos quoq; aliquo pacto iuuaremus, aggressi sumus rem quampiam, studiosis hominibus, ut spero, minime infrugiferam, & proinde nec ingratam, atque hanc epitomen è lingua Græca in Latinũ sermonem conuertimus. Fuit hæc conscripta ab homine sanè, ut apparet, minime uulgari, postquam Græcia calamitatem suam atq; nominum mutationem accepisset, uelut ex locis aliquot ipsius operis licet deprehendere. Porro autẽ quod magnum adferat momentum disciplinis omnibus compendiaria scribendi ratio, discere licet tum ex eo quòd ex ueteribus permagni aliquot uiri hanc scribendi formulam sunt sequuti. Nam & L. Flor. historiæ Romanæ compendium edidit. Et Paulus Aegineta prolixa Galeni & Oribasij de re medica commentaria, in epitomen redegit. Et ipse Galenus totius artis uelut epitomen scripsit, τῶν μικροτέχνων. Id quod non ita fit, ut cætera commentaria non inspiciantur, sed ut eiusmodi compendijs adiuti firmiorem habeamus memoriam eorum, quæ ex prolixis commentationum formulis didicimus. ὑμνημόνυτα γὰρ μᾶλλον ὄντα τὰ ἔτω παραδιδόμενα. Cæterum ut gratior esset apud studiosos omnes & plausibilior hic libellus, addendus uidebatur è nostris hominibus aliquis, cui is nuncuparetur, quiq; amborũ uice hic fungeretur, & patroni, inquam, quod in cæteris nuncupationibus spectatur solũ: & authoris, quando hic libellus ἀνώνυμος nobis in lucẽ prodijt, cum dignus tamen sit qui magni alicuius nomen sortiretur. At quisnã prius occurrisset, quàm tu ipse clariss. uir? quãdo ex nostris hominibus neminem ego uideam, cuius & uita tota & eruditio ita respondeat uniuersæ doctrinæ, quæ ex hisce Geographicis speratur. Nam ut & Strabo affirmat, conducit geographia magnopere non solum ad literarum & philosophiæ studia, sed & ad actiones ciuiles atq; imperatorias omnes. In hisce omnibus tu magna cum dexteritate in hunc usque diem uersaris. Nam præter literarum cognitionem, ac multiplicem omnis generis linguarum peritiam, ciuilem etiam prudentiam partim è iuris consultorum libris, partim uero è rerum usu ac multiplici prudentia ità habes locupletissime, ut omnes facilè possint aduertere, nullum esse genus exercitationis quod tu aggressus non sis, quod quidem ad multijugam illam cognitionem conducere posset. Ac proinde hanc ipsam Geographiam maiore studio amplectentur adolescentes, ubi animaduerterint quantum tu hac olim instructus inter cæteros nobilitatis nostræ uiros longe clarueris. Id adeo ignorat minime Fuccherorum familia, quæ te ad gubernacula suæ reip. fœliciss imo nimirum ac prudentissimo consilio accersiuit nuper, loco ac cõditione, cui tu certe tantum ornamenti ac dignitatis adferes, quantum homini & generis nobilitas & singularis eruditio cum multiplici prudentia morumq; integritate admiranda quadam coniuncta, adferre possunt: ut certe plerisq; haud constet, quibus potissimum gratulari hic oporteat, tibí ne, cuius uirtutem egregiã permagnus ille heros benigne sit amplexus: an illi ipsi cui tantum nobilitatis ornamentum contigerit: an uero hominibus illis, qui sub tua administratione æquissima, uiuentq; tranquilliter. Ego sanè puto magnam partem fœlicitatis eorum esse, quibus Dominus tam clemens atq; æquum ingenium præesse uoluerit. Vale uir clarissime, atq; hoc opus exiguum unà mecum eadem fœlicitate frui patiare. Basileæ Calend. Septembr. An. M. D. XXXIX.

STRABONIS
GEOGRAPHICORVM EPITOMAE.
LIBRI PRIMI.

VOD Homerus primus sit ausus geographiam tractare. Quòd enim terrarum orbis uniuersus oceano alluatur tanquam insula, ipse ait, nunc quidem,

εἶμι γὰρ ὀφομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
ὠκεανόν τε.

Ibo ut telluris almæ confinia spectem,
Oceanumq;. Nunc autem de orientali parte terræ,

ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
ἆς ἀκαλαρρέταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο.

Inde recens radijs iam sol percusserat arua,
Oceani lentas alti præfugerat undas. De occidua uero,

φῶς δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Incidit oceano lux fulgentissima solis. Et de australi,

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας,
χθιζὸς ἔβη.

Iuppiter oceanum, & duram cognomine gentem
Æthiopum hesternus petijt. De septentrionali uero,

οἵηπερ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Oceani sola est undarum atq; æquoris expers. Quo loco oceanum appellat, horizontem ipsum. Quòd ἀφορρόον uocat oceanũ, Homerus, id est refluum, ob undarum scilicet accessus atq; recessus. Cuius generis est & illud,

τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνέσιφε πρὸς ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Terq; die reuomit, ter sorbet deinde refluxus. Id enim si non ter, sed bis tantum accidat, fortasse aut scripturæ error est, aut poëticus excessus sermonis. Eiusmodi est & illud, ἆς ἀκαλαρρέταο, id est è tranquille fluente. nam recessus undarum lentus est, nec uniuersim fit. Quòd cum Homerus scopulos interdum tectos interdum dicat nudatos, oceani recessus atq; accessus innuit. Quòd affectiones oceani circa undarum accessus atq; recessus, consentiunt mare continuum & unum esse, quando ubiq; idem fit aquæ incrementum & decrementum, aut non admodum uariat, tanquam ab eadem causa proficiscatur. Quòd Homerus totius adiacentis nobis oræ maritimæ situm describit, appellans Libyam, Thebas, Ægyptũ, Phœnicen, Cyprum, Sidonem, Solymos, Caras, atq; circumiacentes insulas. Præterea autem, Phrygiam & Hellespontum & Troas, & Paphlagonas & Aeeten & Iasonem & Cymmerios, & Thracibus uicinos, Mysas, accolentes Istrum. Deinde Ciconas & Larissam, & quę deinceps sita est Hellada usq; ad Hellespontum. Postmodum Italiæ extrema, Temesen, Siculos, & campum Elysium. Quòd si nonnulla quæ inter hęc iacent, omittit, id mirum esse nõ debet. Ita enim solet geographia. Quòd Anaximander Thaletis discipulus & ciuis, primus geographicam tabulam edidit, Hecatæus uero codicem scriptum. Quòd sit impossibile, absq; cęlestium rerum inspectione, geographiam tractare: quando ad longitudines urbium, solis & lunæ defectuum obseruatione opus est: ad latitudines uero, inspiciendæ sunt climatum differentiæ. Quòd geographia coniuncta sit, ex geometria & ex rerum sublimium inspectione. Quòd cælestia, quam-

uis loco à terrenis tantum distent, quantum à terra cælum abest, contemplatione tamen inter se iuncta sint. Quòd per eos qui apud Homerũ sunt Erembi, Troglodytas Arabas intelligere oporteat, sic dictos quòd ἔρεβος id est terram subeant.

Quòd geographia nõ solum ad philosophiam, uerumetiam ad prudentiam, atq; actiones ciuiles & Imperatorias cõducat magnopere. Quòd tũ hoc, Mores hominum multorum nosse, atq; urbes: tum illud, quod de Hercule fertur, μεγάλων ἐπιίσορα ἔργων, eam quæ ex geographica historia nascitur, prudentiam significat.

Quòd geographia, tanquam habitabilis totius historia in quanto potius uersatur, ut quę sit magis finitima mathematicæ. At chorographia, cum sit loci cuiuspiam, uelut dum Homerus ait,

οἵ ῥ' Ὑρίην φίλεμόν τε καὶ αὐλίδα πετρήεσσαν.

Quiq; colunt Hyriam lapidosamq; Aulida.

Et dum asperam uocat Eteonon, aut Thisben columbis diuitem, aut Arnem uitiferam, in qualitate regionis explicanda sese occupat, uelut an sit campestris regio, an montana, aut profunda, an lignorum, aut metallorum ferax sit. Quòd alius attineat Indię chorographus, qui forte Græciam ignoret, alius Ægypto, ignorans Persidis naturam & Bactrianæ. Quòd geometria & astronomia ei sit opus, qui geographiam sit tractaturus. Quodq; ex his ipsis hypotheses sint sumendæ, uelut quod sphęricus sit mundus. Item terræ superficies quòd sit sphærica. Præterea de corporum ad medium inclinatione, & quęcunq; huiusce generis sunt.

Quòd oporteat minime, imperatorem adeo imperitum esse situs terræ, ut in aliquibus locis constitutus ita dicat,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τι ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

O socij, neq; enim scimus tenebræ aut ubi Eous.

Et talia. Neq; tamen de poli eleuationibus, aut ortu occasuq; syderum, medijsq; cæli meatibus adeo oportet solicitum esse, & si quæ hisce sunt similia. Quòd etiam sphæricam contemplationem attigisse oporteat eum qui geographiam sit tractaturus, uelut circulos in sphæra parallelos, & rectos, & eiusmodi. Quòd, ut in colosso totius operis fabricam inspicientes, quæ sunt exigua negligimus, ita in geographia situm regionis, & habitudinem ad cælestia totius, exponimus. An uero, aspera sit, aut mari inaccessa sit, & quicquid eiusmodi fuerit, id omittimus.

Quòd neq; ignarus fuerit disciplinarum Eratosthenes, neq; tamẽ uere sit philosophatus, ac proinde βήτα fuisse appellatum, ut qui secundas partes in disciplinis omnibus auferre posset. Is minime censebat, poëticen primam esse philosophiam appellandam, sed delectationem solum quandam esse perperam affirmabat.

Quòd poëtica fons & initium sermonis ornati existat, & Rhetorices, adhibẽs orationi fastum coniunctum uenustate. Scilicet pedestrem orationẽ dicimus eam quę absq; metro è sublimi in humilem deducta sit locum. Quòd & leges & urbes antiquæ fabulas susceperint, tanquam laruas quasdam aduersus redolentes infantiam, ut Cocytos, Acherontas, Phlegetontas, Stygas, & simpliciter theologiam ueterem uniuersam. Quid sit illud,

ἴσκει ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Pleraq; confert per figmenta simillima ueris.

Non omnia uidelicet, sed multa & fabulosa, alioqui ueris similia nõ essent. Eiusmodi autem fabulę sunt, dum ueris inuoluuntur, argento ceu si quis circunfuderit aurũ.

aurum. ita enim fabulæ habent. Quòd Homerus Circen appellat Ææam ab urbe Æa. Et Symplegadas in mari Byzantio, Planctas. Et Pontū Euxinū per excellentiam præ alijs sic dictum, quod tum maximus æstimaretur, ad oceanum fabuloſe transtulit. Et Cimmerios, à climate nebuloſo, tanquā tenebris obuolutos totos, ad finitimas inferno regiones traduxit. Et fretum Siculū latronibus infeſtum, in Scyllam, & huius generis permulta. Quod per mare Siculū, piſcium quoddam genus eſt, quos appellant galeotas, & gladios, & canes, è quibus transtulit Homerus id quod ait,

δελφῖνάς τε κύνας τε ἠὲ πουλὺν ἄλλο λάβῃσι ληϊτῶν

Delphinasq; canesq;, & ſi quandoq; adipiſci
Balenam poſsit. Quòd illud,

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀϋσῃσιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Terq; die reuomit, ter ſorbet deinde refluxus.

Intelligendum ſit bis tantum fieri non ter. Quapropter aut mutationem cauſari oportet, aut ignorantiam, aut licentiam poëticam. Quòd poëtica, compoſita ſit ex hiſtoria, diſpoſitione, & fabula. Hiſtoriæ itaq; finis eſt ueritas, uelut in catalogo nauiū, quoties πολυτρήρονα, regionem appellat, aut πετρήεσσαν. Diſpoſitionis uero expreſsio efficaciaq;, ueluti cum introducit pugnantes. Fabulæ autem uoluptas & ſtupor eſt finis. Quòd fingit is qui Gorgonas introducit, affingit qui errores Vlyſſis tragice decantat. Quòd iſtud

βορέης καὶ ζέφυρος, τώτε θρήκηθεν ἄητον

Boreas & Zephyrus qui è Thracia ſpirant.

Recte dictum ſit. Nam ſinus Niger Thracię, ad auſtrū uerſus, ijs qui Lemnum & Samothracen incolunt, Zephyrum è Thracia flantem exhibet. Quòd qui ab ortu æſtiuo flat uentus, Cæcias ſit. Qui autem è diametro, Africus. Qui ab ortu hyberno, Eurus. Et qui è diametro, Argeſtus. Qui uero ab æquinoctiali Apeliotes & Zephyrus. Hæc Ariſtoteles. Cæterum Homerus, uiolenter ſpirantem Zephyrum appellat, quē nos Caurum dicimus. Africum flantem, qui à nobis Fauonius ſiue Zephyrus. Caurum uero auſtrum, Leuconothum appellat. hic enim paucas nubes cogit, cum alter Notus, totus quodammodo ſit Eurus.

ὡς δ' ὁπότε ζέφυρος νέφεα συφελίξῃ
ἀργέστao νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.

Diſſipat ut Zephyrus nubes, grauibusq; procellis
Cauri auſtri pulſant. Nūc enim uiolenter ſpirantem Zephyrū dicit, qui à Leuconotho congregata ſolet diſſipare, cùm ſint debilia. Vbi adiectiui loco Notus dicitur Caurus. Quòd Pharum inſulam Homerus appellat πελαγίαν, id eſt in alto ſitam, quæ talis nunc non eſt. Quod dictum admiratione profecto dignum eſt. Innuit enim Ægyptū Nili donum eſſe, ut etiam Herodotus dicebat. Et cum ante decem millia annorum in medio mari ſita fuerit hæc inſula, nunc propter exaggerationem terrę Ægypto eſt uicina. Quòd hunc locum,

αἰθιοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν
οἱ μὲν δυσομένῳ ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος.

Extremos hominum Æthiopas, bipertitosq;
Quorum alij ad caſum ſolis, alij ſed ad ortum, Crates quidam ita enarrat, inquiens, magnum Indię oceanū intra Æthiopas ſeſe medium immittentē, ex ortu in occaſum bipertitos efficere. Ariſtarchus autē, Æthiopiam ait ab ortu in occaſum eſſe

continuam. quapropter alios ipsorum cognosci, extremos scilicet. alios qui in medio sint, ignorari, siue oceano ambiatur uniuersa Libya, siue isthmus quispiam inter oceanum Atlanticũ & mare rubrum intersit. Cæterum, quãdo Æthiopes qui in medio sunt, à nobis ignorantur, ob id binas Æthiopias dici, quæ tamen una sit.

Quòd Homerus australes mundi partes, orientales appellat & uersus solem locatas: septentrionales uero, occiduas & uersus noctem iacentes, ut hoc loco,

αὕτη δ' ἐχθαμαλὴ παρυπερτάτη ἐμ πρὸ ἁλὶ ἶσται
πρὸς ζόφον· αἱ δ' ἐτέρωθε, πρὸς ἠῶ τε, νηλιόν τε

Hæc humilis iacet ad tenebras, multum æquora supra.
Hæ secus auroram spectant, solisq; nitorem.

Nam Ithaca magis uersus boream est sita quàm reliquæ insulæ. Et rursus,

ἔστ' ἰὼν δ' ἐξ ἰῶσι πρὸς ἠῶ τε νηλιόν τε
ἐστ' ἐπ' ἀριστερὰ δ' οἵγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Dextera siue adeant, auroram & lumina solis
Siue petant leuam, tenebrasq; sub aëris illi.

Et rursus,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τοι ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀνέρχεται.

Me latet ô socij tenebræ locus, aut ubi Eous,
Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans,
Aut ubi conscendat.

Quòd Asia ab Africa rectius diuidatur sinu Arabico, qui instar meridiani, ab oceano sese usque ad isthmum porrigit, iuxta Pelusium, longitudine ferme supra stadiorum millia quindecim, latitudine, ubi ea maxima est, non multo maiore quàm mille. Atq; idem terminus utriusq; Æthiopiæ fuerit. At Nilus ipse, minime idoneus est terminus, quãdo non parua Asiæ portio, quæ hoc australior est, sic facta diuisione non cõprehenderetur, ut nescias, utrum ea Libyæ an Asiæ sit adscribenda. Quòd prouerbia sint, excessuum excessus significantia, Suberis umbra leuior, Phryge lepore timidior, Ager terram habet Laconica epistola breuiorem. Quòd Pontus olim lacus fuerit. Verum cum multæ maximæq; fluminum aquę in ipsum sese immitterent, fortasse ingentibus etiã motibus terræ excitis rupta fuit iuxta Byzantium terra, atq; ad hunc modum aqua in Aegęum pelagus ac Myrtoum effusa, duo maria fecit continentia. Spes autem est, eundem Pontum, aliquãdo continentem terram fore. Nam & quæ circa Salmidessum sunt loca, & quæ Pectora uocantur, Item iuxta Istrum deserta Scythica, cœno increscunt. Sed & Hammonis in Libya templum, olim fuit maritimum. Huius rei signum est, quòd cum stadiorum circiter tria millia distet à mari, tota quæ ad eam ducit uia, harenosa est, & conchis atque ostreorum ossibus plena, & cheramidibus & cancris. Sed & Aegyptus olim mare fuit, & Sicilia quondam contigua erat Italiæ. Mutatio autem apud Hammonem accidit, cum fretum quod prope columnas est erupisset. Quòd enim solum extra columnas esset humilius, effusa est quæ Libyam occupabat aqua, & palustris esse cœpit immenso spatio iuxta Pelusium isthmus, atque Atlanticum interno mari continuum esse. Quòd maris fluctuum perennis motus, naturalis illi, ac ueluti ipsius spiratio sit. quo motu freta refluunt, & naufragia cæteráque excrementa eijciuntur,

ἐπομ

ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

Sordentemq; uomit ſpumam. Sed & ſi uenti è terra contra ferantur, nihilominus fluctus è pelago, tanquam motu per electionem citato, agitatus, algam permultam in litus euomit. Quòd nihilo magis ab Italia auulſa fuerit Sicilia, quàm ob Aetnæ incendium è fundo reiecta. Itidem quæ iuxta Liparam ſunt inſulę, atque ipſæ Pithecuſæ. Quo fit, ut rationi adeo conſentaneum ſit, continentes terras totas interdum ex imo emergere, quemadmodũ alias in imum demerſas euaneſcere. Id quod Atlantis apud Platonem inſula, paſſa fuiſſe dicitur, Item Bura in Græcia.

Quòd, ut freta fluxu & refluxu agitentur, non una ſit cauſa. Nam Siculum, bis, Chalcidenſe, ſepties, Byzantium, ne ſemel quidem refluit, ſed è Ponto cõtinenter in occaſum fluit. Quòd Iſtria, in ſinu intimo Ionij ſita, ab Iſtro flumine nomen traxiſſe fertur, qui à magno Iſtro, ut aliqui affirmant, ortum habet. Per hũc fluuium, fabulæ Iaſonem è Ponto in Græcũ mare educunt. Quòd inter Theram & Theraſiam flammæ per dies quatuor è pelago proruperunt, ita ut mare totum æſtuaret arderetq;, ſenſim exhalans tanquã machinis eductam, inſulam, è fluitantibus terris compoſitam, ambitu ſtadiorum duodecim. Quòd terrę motu maximo quandoq; exorto, Sidonis partes duæ fuerint euerſæ, & alia quædã, huic uicina, urbs tota. Et in Eubœa Euripi, fons Arethuſa occęcatus fuit, neque iſtud deſijt, priuſquã ingens hiatus in campo Lelanto apertus ignitũ flumen euomuit. Atq; Arethuſæ fontes tum rurſus eruperũt. Quòd rurſus, regnãte Tantalo, terrę motu in Lydia & Ionia facto, Sipylus mons fuerit ſubmerſus, & nõnullæ Ionum ciuitates. In Troia aquæ calidæ deſierunt, de quibus ſcribit Homerus,

ἡ μὲν γὰρ τ' ὕδατι λιαζῶ ῥεῖ.

Alter aquas calidas fert. Et è paludibus, lacus facti. Non igitur mirũ eſt, ſi aliquando ſit futurum, ut iſthmus Arabiæ qui Caſio adiacet diſruptus, aut humiliorem ſitum accipiens, mare Aegyptium cum rubro committat. Præterea autem, Pyrę us, uelut etiam nomen indicat, ex aduerſo Atticæ quandoq; in medio pelago iacebat, tanquam inſula. Et Leucas, abſciſſo iſthmo à Lacedæmonijs, inſula eſt effecta. De hoc dicit Homerus,

ἄκτῃ ἠπείροιο κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.

Apud Methonem, in ſinu Hermonico, facta euaporatione flammea, mons altitudine ſeptem ſtadiorum eiectus eſt, interdiu quidẽ propter calorem & odorem ſulphuris non acceſſibilis, noctu uero odorus, álonge lucens ac calefaciens, adeo ut ad quinq; ſtadiorũ interuallum maris aqua ęſtuaret: turbulenta eſſet, ad ſtadia ferè uſque uiginti, effractisq; petris ad turrium magnitudinẽ, aggerata. A lacu Copaide, Arna & Media, quæ ab Homero in Catalogo recenſentur urbes abſorptæ fuerũt. Et Echinades inſulæ, Acheloi aggeſtione in continentẽ abierunt. Et Aſteris inſula iuxta Ithacam, cum prius binos portus haberet, nũc ne ad anchoræ quidem iactum locum habet idoneum. Sed & ab Olympo, Oſſa fuit auulſa.

Quòd Pytheas Maſſilienſis, cum uiſus ſit philiſophus eſſe, in deſcriptione Thules ac Britanniæ, mendaciſſimus deprehenditur. Quòd cũ nõnulli Alexandro conſilium dediſſent, ut diuiſis hominibus in Græcos ac Barbaros, illis ut amicis, his tanquam hoſtibus uteretur: Ipſe reſponderit, ſatius fore, iuxta uirtutem ac uitium diuiſionẽ facere. Nam Indos bellicoſos eſſe: quemadmodũ Romani & Carthaginenſes, quorum reſpub. optimatibus uiris adminiſtratæ, pulcherrimè gubernarentur. non ita Athenienſes.

VOD Bactriana regio beatissima & fertilissima sit, atq; in Hircania uitis uini metretam ferat, ficus autē modios sexaginta triticū delapso è culmis fructu renascatur denuo, in arboribus apes operentur, & mella de frondibus fluant. Quodq; idem in Martiana Mediæ, & in Sacasina & Araxina Armeniæ fiat. Verum quādo hæ australiores sunt quàm sit Hircania & temperatiores, minime id mirum est. At in Margiana, stipes uitis sæpenumero tantus euadit, ut duorū uix hominū ulnis amplecti possit. Botrus autem duorum cubitorum longitudinem implet. Et Aria huic est similis, uini bonitate tamen excellit, in qua affirmant uina ad tertiam usq; generationem perdurare posse, in uasis non picatis. Est autem omnium rerum ferax Bactriana, præterquam olei. Quòd Bagadania Cappadociæ regio, campus ingens inter Argæum & Taurum montes, ob immensam altitudinem ligna nō ferat. Quæ uero Sinopi adiacent arua & Amiso & Phanarsiæ, quamuis stadiorum tribus millibus, magis ad septentrionē uergant, oliueta gignūt, & mitiores habent hyemes, nimirum quia humiliora sunt & à mari mitescunt. Quòd circa Boristhenis ostia & Galliam oceano adiacentem uitis aut non nascitur, aut nō ad maturitatem ducitur, aut paucos fructus fert, per hyemem uero terra obtegitur.

Quòd tantus sit circa Męotin frigoris excessus, uti quo in loco Mithridatis copię Barbaros uicerint, super glacie prędio equestri cōmisso, eo ipso deinde nauali pugna congressi uicerūt. Quòd tantum frigus in ijs locis sæuiat, ut æreæ hydriæ sæuitie hyemis rumpantur, uelut indicat epigrāma in Æsculapij templo Panticapensium, super hydria rupta,

εἴ τις ἄρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῖν
γίνεται, εἰς τλῶ δ' ε γνώτω ἰδὼν ὑδρίαν
λῶ οὐχ ὡς ἀνάθημα θεῦ καλόν, ἀλλ' ἐπίδεγμα
χειμῶνο μεγάλο, θῆκ' ἱερεὺς στράτιο.

Si quis non credat, quæ in hac regione gerantur,
Is hanc, cognoscens, inspiciat hydriam,
Quam non ut sacram Dijs, quin hyemis monumentum
Præduræ, flamen posuit huc Stratius. Quòd Hipparchus ait, circa Boristhenem & per clima septimū, totis æstiuis noctibus, lucere solis radios, dum ipse ab ortu in occasum circūfertur. Cæterum per brumam solis eleuationem maximam esse cubitorū propè nouem. In Britannia uero, quatuor, ubi maximus dies horarum est æquinoctialium decem & nouem. Quòd apud Homerū, quinque oræ in Achillis scuto, zonas quinque totius terræ significant. Aurea quidem, amphisciā, id est in utranq; partem umbras habentem, quæ inter tropicos est sita. At duæ stanneæ, periscias duas, id est in circulum habentes umbram, quæ sub polis sunt. Aereæ autem, binas heteroscias, id est in alteram partem tantum uergentes umbras habentem, quarum altera nostra hæc est, quæ ad boream habitatur, altera eorum qui nobis ἀντοικοι sunt, id est ex aduerso habitant austrum uersus. Quòd Pytheas & Euemerus & Antiphanes, mendaces fuerint geographi. Quòd qui longitudinem terræ distinguunt circuli, meridiani sunt, non autem ortus & occasus. Latitudinem uero, paralleli. Quòd Calpe, mons sit Hispaniæ, qua parte altera iacet columnarū Herculis, multo quàm sit Gadium

inf

insula orientalior. Quòd Italiæ pars, maxime australis, duos habeat uertices, quorum alter qui est occidentalior, iuxta Leucopetram promontorium, contra Tauromínium Siciliæ iacet, qua magna Græcia est. At orientalior uertex, promontorium est Iapygium, ad occasum cõtra montes Acroceraunios & Chaones iacens. Cæterum Crotonis sinus & Tarentinus, inter hos uertices est situs.

Quòd geographus dimensiones terræ à mathematicis factas, principia statuit, quemadmodũ ille, demõstrationes astronomicas. Atq; hæ rursus naturalem scientiam, quæ per se scientia & uirtus est, atq; subiectiones non habet. Nam uirtutes carent subiectionibus, & à seipsis pendent, habentq; in sese principia & fidem cæterarum omnium. Quòd terram in quinque zonas distinxisse, geometræ sit. at non eius qui mente geometriam exercet, sed qui figuras à mente ad terrã ac cælum transfert, quo etiam geographus, tanquã architecto et principe, utitur. Quòd geometer, & gnomonice, et demonstratiõe astronomica adiutus, circulos æquinoctiali parallelos, & meridianos metitur, eamq; terræ partẽ, quę habitabilis est, peregrinatione, reliquam uero ex interuallorum proportione mensurat. Qua ratione fit, ut inuento interuallo quod est à polo usq; ad æquinoctialem habeat etiam quadruplum maximi in terra circuli. Atq; ad hunc modum totius terræ ambitum uenatur, partim scilicet ex dimensione quam ipsemet fecerit, partim ijs qui hanc sunt metiti, fidem adhibens. Et proinde, datis duabus habitationibus, quæ sit inter ipsas distantia geometrice inuenit. Quòd non sit ulla differentia, siue quis totam habitabilem insulam appellet oceano circundatam, siue dicat de partibus eius aliquibus id ignorari, num ambiantur. Quòd minima sit terra quę in medio sita est. Quòd, si terra tota ab æquinoctiali, & qui huic uersus boream parallelus est, circulo arctico diuidatur, spondyli figurã efficiet. Is si diuidatur per circulum disterminantem maxime orientalem terræ partem atque occiduam (est autem hic è meridianis circulus) euadet reliqua huius figuræ portio, spondyli dimidium. Huius superficies chlamydis formam referens, nostram efficit habitabilem, Atlantico pelago circunfusam, & aut instar insulæ undiquaque aut magna ex parte aquis clausam. Quòd longitudo habitabilis stadiorum habet myriadas septem, latitudo tres, seiunctis ijs quæ præ æstu ac frigore inhabitabiles sunt partes. Quæ igitur ob æstum habitari nequit pars terræ, latitudine habet stadiorum millia octo & octingenta, longitudine uero maxima, centum uiginti sex, quanta est æquinoctialis medietas. Quòd iuxta Eratosthenis sententiam terræ ambitus stadiorum habeat ducenta quinquaginta duo millia, quorum pars sexagesima fit stadiorum quatuor millium ducentorum.

Quòd iuxta Strabonis sententiam, australis terminus nostræ habitabilis finitur circulo ad æquinoctialem parallelo, ducto per Blemmyas & Nubas. Is ab æquinoctiali uersus boream distat partibus decem proxime. Ab hoc parallelo ad æquinoctialem stadiorum sunt octo millia octingenta. Ad parallelum autem per Meroën, stadiorum millia quinque, totidemq; alia, ab eo qui per Syenen ducitur parallelus, usque ad parallelum qui per inferiora Ægypti. Quòd totius habitabilis interuallum, longitudine quidem stadiorum habeat decem millia, latitudine millia duo septingenta quadraginta. Quòd qui habitabilem in sphæricam superficiem sit descripturus, sphæram non maiorem fabre-

facere deceat quàm diametrum habentem pedum decem. Si in planum, non minorem quàm pedum ſeptem. Quòd Strabo ipſe uiderit quicquid eſt habitabilis, iuxta longitudinem quidem ab Armenia uſque ad Sardiniam. Iuxta latitudinem uero à mari Euxino uſque ad Aethiopiæ terminos. Quòd uiſus quamuis in cæteris auditu præſtet, ad ſcientiam tamen capeſſendam eo longe eſt inferior, ſcilicet permulta quæ in geographia traduntur, auditu ſcimus.

Quòd iuxta Strabonis ſententiam, latitudo habitabilis terminatur magnitudine meridiani, qui per Cinamomiferam, & per Meroën & Syenen et Alexandriam & Rhodum & Byzantium & Boriſthenem ducitur, ac parallelo per Hyberniam Britannię inſulam. Porrò latitudo, magnitudine paralleli qui per columnas deſcribitur & Siciliam & Peloponneſum & Rhodum & Cyprum & ſinum Iſſicum & Armeniam, & per mediam Mediam, & quod deinceps eſt ſitum, dorſum montanum uſque ad mare Indicum. Eſt autem figura hæc chlamydis ſpecie, habetq; latus auſtrale latum, ſeptentrionale anguſtum, orientale uero æquale occiduo. Quòd Artabra, lacus ſit Hiſpaniæ è regione Caſſiteridum. Quòd iuxta Strabonis ſententiam, latus Mauritaniæ occiduum, adiacens oceano, initium ſumit à Columnis, inde tendens ad ortum & auſtrum, finit in meridianum qui per Carthaginem deſcribitur, & Cinamomiferę parallelus eſt. Hic ſecundum Ptolemæum ab occiduo termino, iuxta longitudinem partibus triginta quatuor & quadrante diſtat. Quòd occidua pars Pyrenes, occiduæ parti Britanniæ uerſus auſtrum ſit oppoſita. Quòd Europa præ cæteris multiplicem formam habeat, Africa uero ſimplicem, Aſia inter utranq; mediam. Id autem fit propter litora. Quòd fretum prope Columnas, latitudinem habeat ſtadiorum ſeptuaginta, qua parte anguſtiſſimum eſt. Longitudinem uero ſtadiorum centum uiginti. Quòd mare Ibericum terminos habet, ab auſtro quidem litus Africæ uſque ad Carthaginem, à ſeptentrione uero ipſius Hiſpaniæ regionem maritimam & Galliæ, uſque ad Siciliam. Porrò Siciliæ, quod Italiæ adiacet, fretum, ſtadiorum eſt ſeptem. Quod autem Syrti minori, mille quingentorum. Et à Gadibus uſque ad Siciliam, per medium pelagus, quæ per Rhodum deſcribitur & ſinum Iſſicum linea, ſtad. continet duodecim millia. Latitudo uero huius pelagi maxima, à Maſſilia ſcilicet uſque Siſarem fluuium Africæ, ſtad. eſt quinque millium.

Quòd Iberico mari uerſus auſtrum adiacens pelagus partim uocatur Africum, partim Sardoum, partim Tyrrhenũ. Quòd ſinus Ionij longitudo ſtad. ſit quinque millium, latitudo mille ducentorum. Quòd à Pachino in Cretam uſque & à parte occidua uſque ad Tænarum Peloponneſi, interuallum ſit æquale, ſtad. autem quatuor millium & quingentorum. Quòd Myrtoum mare mediũ iacet inter Cretam & Atticam & Argiam, latitudinem habẽs maximam ab Attica ſtadiorũ quatuor milliũ ducentorũ, longitudinẽ minus quàm duplam. In hoc inſulę iacent, Cythera, Calauria, Argiua, item è Cycladibus nõnullę. Huic contiguum eſt, partim Aegæũ pelagus unà cum ſinu Nigro & Helleſponto, partim Icarium & Carpathiũ uſq; ad Rhodũ & Cretam & Cyprum. Cæterũ Aſiaticum pelagus, Cycladas inſulas habet & Sporadas, & quæ ante Cariam & Ioniam & Aeolida uſque ad Troadem ſitæ ſunt. Item quæ ante Hellada & Macedoniam ab Eubœa uſque ad Imbrum & Samothracen. Quòd freta duo

alter

alterum Gadibus adiacens, alterum Abido, septenûm stad. sunt. Et quòd iuxta Byzantiũ est, stadiorum quatuor. Quòd duæ sunt Corcyræ, altera Phæacũ contra Buthrotum, altera Mellina, contra ostia Drillonis fluuij uersus occasum & boream. Est autem hæc in sinu Ionio. Quòd Europa tum sapientiæ, tum artis ad uitam ciuilem idoneæ plurimum teneat: uelut Græci sunt & Macedones & Romani. Habet etiam per montanas regiones, gentem pugnacem. Et in agro campestri ferax est, ac fructibus abundat. Inter cæteras itaque partes terræ, tum ob has uirtutes, tum ob metallorum copiam optima sanè est. Quòd Ligures nõ sint è gente Gallica, similes tamen illi genere uitæ. Incolunt alpium regionem quæ Apennino cõiuncta est. Partẽ etiam ipsius Apennini tenẽt. Quòd Italiam efficiant peninsulam, partim mare Tyrrhenum initium sumens à Ligustico, partim Ausonium & Adriaticũ. Quòd iuxta Hipparchi sententiam, cæli pars una, id est trecentesima sexagesima totius circuli maximi portio, stadia continet in terra septuaginta.

LIBRI TERTII.

QVOD Hispaniæ longitudo stadiorum sit sex millium: latitudo autem maxima, quinque milliũ. Huius magna pars, cum primis uero quæ ad septentrionem iacet, aspera est, & terram habet tenuem, acerbam, paucos fructus ferentem, & gelu rigidam. Cæterum australis pars, & maxime quæ extra columnas est sita, optima est, & beatam habitationem præbet. Quòd & Hispaniæ & Galliæ pars angustior iuxta Pyrenen sit. Nam in ijs locis duos sinus efficiunt, hinc oceanus, illinc quod intra terras est mare. Quòd extrema Hispaniæ uersus occasum ad Sacrũ promontoriũ, ultra terminos Africæ procumbunt, stad. mille quingentis. Et naui simile est promontorium ipsum, circa se tres exiguas habens insulas, è quibus una naualis rostri, reliquæ aurium eminentium effigiem præ se ferunt. Quòd Anas flu. & Tagus, ex orientali parte facta eruptione, egrediuntur: hic in occiduum oceanum, ille uero ad austrum à Sacro promontorio. Cæterũ quæ inter hæc duo flumina interiacet regio Sacrum q; promontorium continet, mediocriter fœlix est: quæ uero deinceps uersus interius mare sita est, si uel ad uniuersam habitabilem conferatur, nulla est inferior, siue eorum, quę terra producit, bonorum fœlicitate, siue quę ipsum mare. Hanc Betis flu. perlabitur, ab ortu erumpens, appellatúrq; Betica. Incolunt eam Turdetani sapiẽtissimi Hispanorũ. Hi grãmaticen habebant & poëtas & historicos, ut affirmabãt Strabonis tempore, è sex annorũ millibus. Sed & cęteri Hispani non una lingua utentes, grãmaticis artibus utuntur, pro suo idiomate singuli. Quòd Gades à Beticę litore distent stad. septingentis quinquaginta. Quòd Beticam incolentes Hispani, ἀναχύσεις siue æstuaria uocare cõsueuerint cõualles marinis aquis refertas, & instar fluuiorũ in mediterranea nauigationẽ prębẽtes. Quòd à Sacro promontorio ad ostia Anę fluuij milliaria sunt sexaginta. Hinc ad Betis ostiũ, centũ. Inde ad Gades usq;, septuaginta. Quòd per Beticã magnæ sint urbes, Corduba, Gaditana, Hispalis, Italica, Ilipa, Astina, Carmon, Obulco, & Apetna, & Vrso, & Tucis, & Iulia, & Aegna & Munda, ubi liberi Pompeij fuerũt expugnati. Cæterũ omnes illæ à Corduba non

longeabsunt. Quòd è Pompeij filijs, Cn. deuictus in Carteiam fugerit, ibiq; obtruncatus est, Sextus autem è Corduba seruatus, paulò post in Siciliam appulit, quam ubi ad rebellandum solicitasset, inde in Africam fugiens nauigauit Miletum, captusq; ab Antonianis ductoribus illic & ipse interijt. Quòd Betis magnis nauigijs, in mediterranea & usque ad Hispalim per stadia quingenta aduerso flumine nauigatur. Sunt autem circa ripas eius metalla, tum alia, tum argẽti plurimũ. Quòd per æstuaria uniuersa ferè Betica nauigabilis sit. Quòd circa Hispaniam ad Sardiniam usque Etesiæ in interiore mari Euri efficiuntur.

Quòd in uniuersa Hispania pernicioſarum bestiarum raritas sit, præterquã terras effodientium cuniculorum, quos aliqui hiberidas appellant. Plantis enim & sementis calamitatem inferunt, radices esitantes. Idem fit usq; ad Massiliam atq; nonnullas circũiacentes insulas. Quòd tantæ fuerunt diuitiæ Hispanorum Turditaniam incolentium, ut Carthaginenses qui sub Barca militabant, dolijs ac phialis argenteis utentes deprehenderint. Quòd Lusitania fœlix adeo sit, atque auri ramentis abundet. Quòd septentrionale maxime Hispaniæ promontorium, Nerium appelletur. Quòd Carthago noua Hispaniæ, super interiore mari sita, ædificium sit Asdrubalis eius qui Barcæ genitori successit.

Quòd Hispania fermè tota, omnis generis, maxime uero auri & argenti metalla habeat. Quòd stadijs uigintiquatuor à Carthagine abest insula, à scombris qui illic capiuntur Scombraria dicta, è quibus optimum garum præparatur. Quòd ex aduerso ostiorum Iberi fluuij uersus austrum, Baleares sint sitæ, non contemnendæ insulæ, à quibus mare dictum est Balearicum. Græci appellant Gymnesias. Cantabri uero insignis est gens Hispaniæ, à qua oceanus Cantabricus est dictus. Quòd in Hispania castores multi gignuntur, sed non habet eandem uim castorium cum pontico. Quemadmodum etiam æs Cyprium solum Cadmiam lapidem fert & uitreolum & spodium. Item Celtiberorum equi cum sint subalbidi, ubi in exteriorem Hispaniã traducti fuerint, colorem mutare dicũtur. Quòd Cantabri & qui hisce sunt finitimi, urina lauantur, quæ ad uetustatẽ usq; in cisternis seruata sit. Eadem tum ipsi tum eorũ uxores dentes abstergunt. Quòd Vettiones cum primùm castra Romanorum ingressi, quosdam Centuriones deambulationis gratia uiam deflectere cernerẽt, insanire homines suspicati, ac proinde ijs præcedentes uiam ad tabernacula commonstrabant, perinde ac fixos in quiete manere, aut pugnare necessarium arbitrarẽtur. Tam feris illi atq; immansuetis moribus fuerunt. Prẽterea autem ipsorum mulieres ornatus gratia gestabant ferrea monilia collo circũdata, coruos ferreos habentia qui ante frontem longius procumbentes, supra uerticem erant reflexi. Ad hos coruos cum uellent, attrahebant uelum, ut prætentum faciei ipsam tegeret. Et hunc putabant ornatum esse. Alias aiunt tympanulum circũiectum habere ad ceruicem, rotundum, adstringens caput ipsum usque ad auriculas, in altum uero latumq; paulatim supinatũ. Alias uero priorem comam adeo expilare, ut plus quàm facies pateat. Alias rursus stilo pedali impositio, atq; in sublime erecto, cæsariem illi circuntexere, deinde nigricante pileo exornare. Vltra hæc, quæ sanè uera esse constat, permulta alia uisa sunt, quædam etiam afficta, de omnibus cõmuniter Hispaniæ nationibus, potissimum uero de ijs qui uersus boream iacent, nõ solum de ipsorũ fortitudine, sed & de crudelitate & ferocie. Siquidem matres filios occiderunt prius quàm in bello

cape

caperentur. Et puer quíſpiã, cũ parentes & germani & captiui uinculis aſtricti iacerent, nacto cultro eos omnes interfecit, id ſcilicet iubente patre. Idem fecit mulier de ijs qui ſecum capti fuerant. Alius intra ſocietatem ebriorũ inuitatus, ſupra rogum ſeſe coniecit. Hæc autem & Celtæ & Scythæ & Thraces faciunt. Quòd à Calpe & Betis oſtio Gades diſtant ſtad. ſeptingentis quinquaginta. Eſt autẽ inſula exigua, latitudine ſtadij unius, longitudine centũ. Huius incolę è mercatura ditiſſimi ſunt. Quòd Polybius fontem ait eſſe in Gadibus, aquis idoneis potioni, cui cõtrà q̃ mari aliquid euenit. Nam cum illud augetur, tum ipſe deficit: cum uero refluit, completur. Cauſam adferunt, quod ſpiritus qui è fundo in ſuperficiem & ſupernas terræ partes excurrit, dum mari ſcilicet accedente, terra ipſa undis operitur, prohibetur à ſolito egreſſu: atq; ad interna reuerſus fontis meatus obturat, & aquę defectum efficit. Ea deinde iterum nudata, directos meatus agens ſpiritus, fontis uenas uſqueadeo liberat, ut facile & ubertim ſcateat. Hanc cauſam Strabo non approbans, aliam adfert. Quòd ſit credibile, ut uenæ aliquæ fontis, ab inundatione foris humectatæ laxentur, & aquis in obliquũ magis effuſionem præſtent, quàm per priſtinum alueum in fontem retundant. Deinde, ut ait Athenodorus, inſpirationi & expirationi perquam ſimile uidetur quod circa aquarum acceſſus & receſſus accedit, ut ſint fluentes aquæ per alios meatus naturalem fluxum in terræ ſuperficiem habentes: quorum meatuum orificia appellamus fontes. Rurſus per alios meatus ad maris fundum cõtrahuntur, ipſumq; attollentes, ut inundet (quo momẽto expiratio fit) propriũ alueum relinquũt. Mox ad eundẽ redeunt, cum & illud abit rurſus. Quòd Poſidonius ait, oceani motum ſyderis circuitũ ſubire. Diurnum quidem, ſolis ortum & occaſum: menſtruum uero, lunæ uarium lumen: annuum autem, ſolis conuerſiones. Atque in ſingulos quidem dies ad lunæ cõſcenſum uariat, quóque tempore illa unius ſigni magnitudine horizontem excedit, mare intumſcere incipit, et in terras accedere, quoad ipſa mediũ cæli teneat. Rurſus inclinante ſydere, retrocedit paulatim, donec ſigno uno horizontem occiduum exceſſerit, quo momento prorſus decreſcit mare. Deinde in eadem conſtantia manet oceanus quouſq; luna ſub occaſum demerſa, rurſus ſub terra unius ſigni interuallo ab horizonte diſtiterit. Quando, eodem modo quo prius aſcendit, donec ſub tellure in imo cæli ſit. Inde redit, donec ea in ortum progreſſa uno ſigno ab horizonte abfuerit. tum enim conſiſtit donec ſupra horizontem ſigni altitudine eleuetur luna. Atq; ad hũc modum ſingulis id diebus ab æterno peragitur. Menſtruus uero motus ita fit: Intenduntur aquarum incrementa decrementaq;, quoties ſoli iuncta aut cum plena lumine fuerit. Remittuntur dum æqua portione fuerit ſecta, & creſcente ea & decreſcente. Annuus ita fit: Circa utranq; ſolis conuerſionem incrementa & decrementa intenduntur, circa æquinoctium utrunque remittuntur maxime. Iſtud fit perpetuo. Rurſus autem, dum luna in tropicis ſignis uerſatur, inæqualitas apparet acceſſus atq; receſſus, tum celeritate tum multitudine inundationum. In æquinoctialibus & æqualitas eſt & ordo conſtantior. In cæteris medio inter hæc modo.

c

EPITOME
LIBRI QVARTI.

QVOD non omnium Gallorum una sit lingua aut reipubl. forma. Quòd Alpes à Ligustico mari initio sumpto usq; ad Rheni ostia procurrũt. Quòd Cemmenus mons, Pyrene monti ad rectos angulos est situs, longitudinem habens circiter stad. duo millia & desinit prope Lugdunum urbem, uersus ortum. Qui à Pyrene et monte Cemmeno uersus Boream habitant usq; ad oceanum, Aquitani dicti, disterminantur à Lugdunensi Gallia Ligeri flumine. Quòd uniuersa ferè Gallia fluminibus permeatur. Sunt autẽ tam appositè sita ea flumina, ut onera merciũ ab oceano in mediterraneũ & ab hoc uicissim in oceanum transferri possint, paucis quibusdam exceptis locis per quæ itinere terrestri portantur. Est autẽ Gallia hominibus abundantissima, & rerum ferax. Circa Narbonem uero atq; ipsius oram maritimam usq; ad Cemmenos montes oleis consita est. Quę ad septentrionẽ progreditur, ea paulatim ne uites quidem alere potest. Quòd Narbonensis Gallia parallelogrammi formam habeat, cuius opposita duo latera efficiunt, & mare quod meridiem uersus iacet, & mons Cẽmenus ad alpes usq;. Reliqua duo, Pyrene monte atq; alpibus constituuntur. Diuiditur autem Narbonensis regio ab Italia flumine Varo: ab Hispania, templo Pyreneæ Veneris. Et est quæ inter Aphrodysiũ & Vari fluminis ostia interiacet regio maritima, stad. duorum millium septingentorum. Quòd Massilia urbs Græca tanta fuerit temperantia & mediocritate, ut legem haberet ne dos maxima aureos centum, uestitus quinq; excederet. Et mulierum ornatus ut totidem esset aureorum. In oratione uero ac philosophiæ studio eousq; exercuerunt sese, ut qui Romani disciplinarum amore tenebantur nõ Athenas sed Massiliam proficiscerentur. Hæc urbs Phocensium est colonia. Quòd inter Narbonem & Aphrodysij promontoriũ è Pyrene Rhusæna flu. exeat, iuxta quem lacus est, & ager subtus aquosus, paululũ supra mare, salinis refertus. Is effossiles habet Cestrias pisces. Nam ubi quis duos aut tres foderit pedes, & in limosam aquam demiserit fuscinam, piscem eximiæ magnitudinis fixum penetrat. limo anguillarũ instar alitur. Quòd inter Massiliam & Rhodani flu. ostia iacet campus, à mari distans stadijs centũ. tantus etiam diameter ipsius est, cum formam circuli habeat. Is ab euentu appellatur petrosus, lapidibus qui manus implere possint plenissimus, sub quibus gramen exoritur quod pabuli ubertatem pecoribus suppeditat. In medio salsæ scatent aquæ salisq; uis magna. Dicit igitur Aristoteles lapides eos, à terræmotibus quos brastos, id est ebullientes appellãt, in plana eiectos, ad concaua loca prolapsos fuisse. Posidonius uero, cum lacus esset, congelatum cum fluctuatione in plures lapides dispersum fuisse, sicut fluuiatilem glaream & litoreos lapillos. Necesse enim est, ita congregatos lapides non per seipsos consistere, uel ex humiditate compactos ingentibus è saxis per tot fragmenta disruptis, fuisse discretos. Quòd Salies inter Rhodanum & Druentiam amnes habitant, per quingenta stadia. Quòd Galatę qui Cappadociæ adiacent Gallorum sint coloni.

Quòd in Aquitania Galliæ quam habent Tarbelli, aurifodinæ sint præstantissimæ. nam in scrobibus paululum defossis, ad manus mensuram auri crustæ reperiuntur, paruæ interdum purgationis indigentes. In reliquis autem frusta & glebulæ, quæ & ipsæ non magnum habent opificium. Interior autem & montana pars, tellurem longe præstantiorem habet. Quòd uniuersa natio eorum

hom

hominum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis ſtudio flagrante eſt animo, ſtrenuóque & celeri ad conſerenda prælia, magis tamen equeſtri pugna nobile, adeóque optimum hi equitatum Romanis ſuppeditant. Alioqui mente candida eſt & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque ut ad bellū coeant, facile laceſſuntur, utpote laborum oſores, & faciliter item domantur ſubiugantúrque. Sunt autem Hiſpanis ob magnitudinē corporum robuſtiores, magis tamen qui oceanum accolunt. Cæterū bella gerentes, non multo tempore reſiſtunt. Nam aduerſus Rom. poſt Hiſpaniam belligerari cœperūt, priores tamen fuere ſubiugati. Hiſpani uero non uniuerſis uiribus ſicut Galli, neque uno in loco depugnabāt, ſed in locis multis, inque alijs alij, atque alio tempore. quapropter difficilius ſubdi potuerunt. Quòd è Gallis qui Belgæ uocantur fortiſsimi ſunt, & in quindecim nationes diuiſi. Habitant autem inter Rhenum & Ligerim, ſcilicet ad oceanum domos habentes. Hi Germanis ſunt uicini, ac reliqua uiuendi norma ſimiles. Apud eos tanta eſt mulierum fœcunditas ut circiter triginta millia cenſeretur Belgarum multitudo qui arma ferre poſſent. Sagis ueſtiuntur, ac comas nutriunt, dormiunt humi, ueſcuntur carnibus & potu lactis. Eorum regio ſues & oues alit. Pro tunicis geſtant ſciſſos cum manicis amictus, uix pudenda natésque uelantes. Lana quidem aſpera, cæterum oblongis uillis, è qua hirſuta texunt ſagula. Hanc uniuerſæ Italiæ per mercatus ſuppeditant, quemadmodum etiam ſuilla ſalſamenta. Armatura, gladius longus à dextro latere ſuſpenſus. Clypeus oblongus, haſtæ ad proportionem, & Meris peltæ quoddam genus. Eſt etiam illis ſparo ſimilis fuſtis, qui non è falarica ſed è manu mittitur, certiorem ictum infligens quàm telum, quo potiſsimum ad aucupia utuntur. Sues in agris uerſantur, proceritate, robore, celeritatéque præſtantes. Periculum eſt ab ijs inſueto cuipiam accedenti, non minus quàm à lupis. Quòd apud omnes Celtas tria hominum genera paſsim ſint in honore, Bardi ſcilicet qui laudationibus rebúsque poëticis ſtudent: & Vates, qui ſacrificiorum cauſarúmque naturalium curæ ſunt dediti: & Druidæ, qui præter cauſarum naturalium ſtudia etiam moralem philoſophiam exercent. Hi omnium iuſtiſsimi cenſentur. Immortales animas eſſe, & mundum, aſſerunt, ſuperaturos aliquando aquam & ignem. Simplicitati ipſorum atque animoſitati multum imprudentiæ & ſuperbiæ coniunctum eſt, & ornamentorum ſtudium ingens. Etenim aurum geſtant, circa collum quidem torques, manibus autem & lacertis armillas. Principibus ueſtes ſunt auropictæ. Victores, intolerabiles ſunt, deuicti uero, attoniti. Quòd in oceano ex aduerſo oſtiorum Ligeris flu. inſula eſt exigua non longe in pelago ſita, in qua habitant Samnitum mulieres, Bacchi numine afflatæ, Deum placantes. Virum inſulam ingredi fas nō eſt. Mulieres traijcientes ex inſula uiris miſcentur, inde redeunt. Quòd Galli omnes ſint contentioſi, neque turpe putatur apud eos, uigentibus annis, adoleſcentes non parcere. Exercentur, ne ſint craſsi, neque uentre promiſſo. Quiſquis iuuenis zonæ menſuram excedit, eum multari aiunt. Quòd magna pars Britanniæ maioris campeſtris ſit & arbuſtis plena. habet & montes nonnullos. Eſt autem frumenti ferax tellus & pecorum. Item metallorum auri, argenti, & ferri. Pelles itidem & mancipia, canésque uenationi aptiſsimos hæc ſuppeditat. His canibus Galli etiam ad bella utuntur. Sunt autem Britanni ſtatura proceriora, moribus autem ſimplicioribus ac barbaris magis quàm Galli. Vnde fit ut

nonnulli ex ipsis abundantes lacte, ob imperitiam caseum non conficiant. Colendorum insuper hortorum & ruris operum imperiti sunt. Vrbes ipsorum, nemora sunt. Latissimos enim circos deiectis obstruunt arboribus, ubi constructis tugurijs & ipsi pariter & armenta, non multo tempore stabulantur. Aër ipsis magis pluuius quàm niuosus est. Per serenitates nebula ita multum temporis occupat, ut die tota tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem ipsum aspiciant solem. Quòd diuus Cæsar in Britanniam bis traiecerit, nulla re magnifice gesta. Naues enim male sunt afflictæ, atque interiere permultæ, quòd undarum recessus per plenam lunam magnum incrementum accepisset. Victorijs illic duabus est potitus, traiectis solum duobus militum ordinibus: ac prædam reportauit immensam. Cæterum sub Augusto prorsus tributarij Rom. sunt facti. Quòd qui Hyberniam insulam colunt Britanni syluestres sunt, & Anthropophagi, herbarumq; manducones, defunctosq; parentes edunt. Atq; palam hi mulieribus miscentur, tum cæteris, tum matribus etiam. Quòd Pytheas, quanquam nonnulla de Thule exponens, sit mentitus, traditionem tamen eam quæ ad mathematicam rationem attinet bene accõmodauit. Dicit autem, mansuetorum fructuum & animalium aut non feracem esse, aut raram. Incolas milio, alijsq; holeribus & fructibus radicibusq; ali. Frumentum illic exiguum nascitur. Quòd ex ijsdem Liguriæ locis Alpes & Apenninus initiũ habent. Aiunt quoque, Liguriæ montes materiæ ligneæ adeo feraces esse, ut inueniãtur arbores octo pedum crassitudine habentes diametrum. Montes hi prælti sunt & abrupti.

Quòd Ligures uino utantur apud se nato, picato, austeroq;. Frequens etiam apud eos lingurium est, quod alij electrum appellant. Quòd inter Ligures & Massiliam Salyes habitãt, gens maritima, alpesq; mari uicinas tenens. Aiunt maximam altitudinem illorum montium, stadiorũ esse centum, ac totidem descensum.

Quòd ex Alpibus fluant Rhenus, Danubius, Padus, & Rhodanus.

Quòd Padus, omnium totius Europę fluminũ, uno Danubio excepto, maximus in mare erumpit. Quòd circa Alpes & occiduam Italiæ partem, præter modum difficilis & præceps uia sit, ut si quis uel pusillum labatur, periculum sit ne in profundissimas deferatur ualles. Quę loca Cæsar ingenti sumptu instruxit, & quantum licuit, fecit latiora. Sed & aliud paradoxũ habet hæc regio. Tabulę crystalli maxime è summis uerticibus abruptæ, prætereuntes interimere solebant.

Quòd Strabo geographus sub Nerone floruit Ro. imperatore. Quòd Alpes peculiaris cuiusdam formæ gignunt beluam, habitu quidem ad cerui staturam, collo duntaxat & uillis exceptis, quibus capro perquam est similis, ac sub mento carnis globum gerit palmi magnitudine, capillosum, crassitudinem caudæ pulli equini habentem. Quòd Polybius ait iuxta Aquileiam aurifodinas fuisse inuentas natura adeo excellenti, ut cum à superficie terræ ad duos pedes solũ detraxeris, fossile confestim aurum inuenias, fossam autem non plusquam pedum esse quindecim. Aurum ipsum partim per se purum esse, fabę aut lupini mole, octaua tantum parte decocta, partim plusscula indigere concoctione, alioqui ualde utile.

LIBRI QVINTI.

QVOD Italia olim dicta sit ea regio, quę continetur magna nunc Grę cia dicta & Iapygia & sinu Posidoniate. Postmodum ob fœlicita= tem nominis obtinuit, ut ad Varum usqꝫ flu. & sinum Adriaticum atqꝫ ad Alpes Italia appelletur. Quòd inferior Alpiū pars cur= ua sit & sinuosa, concauitates in Italiam uersas habens. Ipsius sinus partes mediæ ad Salassos existunt. Extrema conuersionem habent, hinc quidem usque ad sinus Adriatici ultimas oras, hinc uero ad maritimam Ligurum regio= nem Genuam usqꝫ emporium Liguſticum, quâ rupes Apennini Alpibus coniun gũtur. Quòd è nostro mari solius Adriatici sinus maritima ora, similem ocea= no affectionem sustinet, inundationibus quotidie crescens & decrescens. Vnde campi illius maior pars marinis aquis plena stagnat, fossisqꝫ & aggeribus, sicut in= ferior Ægyptus, inædificata est, partimqꝫ exiccatur, & rusticorum cultu fructuosa est, partim nauigationibus est commoda. Vrbium aliæ insularum modo cingun= tur, aliæ quadã ex parte alluuntur. Quòd qui circa Rhauennam est aër puriſsi mus sit ac saluberrimus. Huius causa est tum maris inundationes, tum ipsius Padi alluuiones, quibus uniuersa cœnositas expurgatur. Idem in Alexandria fit, ubi Ni li ascensus paludis tetrum odorem qui è cœno nascitur propulsat. Quòd Rha uennæ paludes uites efficiant fertiliſsimas, cito matureſcentes. Cæterum annis quinqꝫ uetustate intereunt. Quòd Adria urbs fuerit in intimo sinu Adriatico, à qua mare ita sit appellatum. fuit autem celeberrima quondã. Quòd post Ti= maum, qui in intimo sinu est Adriæ, Istrorum litus est Polam usqꝫ, cuius etiam me= minit Callimachus, ἅτας λείναν γλώσσας ἐνόμιν πόλας. Est autem Colchorũ ędificiũ. Et Absyrtides insulæ Polæ adiacent. Quòd Liguria in ipsis Apennini mon= tibus sit sita, inter Galliam & Hetruriam. Est autem petrosa & aspera.

Quòd Hetruriæ natio, pars Italiæ, initium sumit à Liguriæ finibus usque ad flu. Tyberim. Hi super mari habitantes campos tenent ab Apenninis monti= bus initium trahentes. Ab hac mare quod adiacet Hetruscũ uocatur. Quòd ex Apenninis montibus Tyberis effluit, & pluribus amnibus augetur, & partim per Hetruriam excurrens ipsam deinceps disterminat, primum ab ea Vmbriam di uidens, postea Sabinos & Latinos qui Romæ uicini sunt, usque ad oram ma= ritimam. Adiacent quodammodo flumini & Hetruscis iuxta latitudinem, at si= bi mutuo iuxta latitudinem locati sunt. Tendunt ad eos Apennini montes qui iuxta Adriam sunt. Quòd Latinorum regio, inter oram maritimam, quæ est ab Hostia usque ad Sinuessam urbem & Sabinos, est sita. Cæterum Hostia urbis Romæ nauale est, qua Tyberis in mare exit. Extenditur autem in longum usque ad Campaniam, & Samnites. Quòd Tyrrheni (Romani uocant He= truscos) appellati sunt à Tyrrheno Atyos filio, eius qui è Lydia colonos in hanc regionem misit. Cum enim Mæonia fame premeretur, Atys qui tum impe= rabat, ab Hercule ex Omphale oriundus, alterum è filiis Lydum nomine apud se retinere coactus est, à quo postmodum natio Lydia est appellata: alterum Tyrrhenum, cum magna parte populi dimittere. Is profectus hanc oram est ingressus, quæ de suo nomine Tyrrhenia fuit appellata. Quòd Hetrusci ce= lebres extiterint, ac permulta gesserint insigniter, tum alia, tum quòd Gallos qui

Romam ſub Camillo ceperant, circa Sabinos occurrentes, debellarint, & quam illi à Romanis uolentibus pecuniam acceperant, eam pro redemptione captiuorum ab inuitis extorſerunt. Quòd apud Homerum Theſſalia, Argos Pelaſgicum ſit appellata, inter eruptiones Penei & Thermopylas uſq; ad Pindi montanum tractum, quòd ijs locis imperarint Pelaſgi. Et Iouem Dodonæum Homerus appellat,

Ζεῦ ἄνα δωδωναῖε πελασγικέ.

Rex ô Iuppiter Dodonæe Pelaſgice.

Plericq; etiam Epiroticas gentes, Pelaſgicas appellauere, tanquam illuc uſque Pelaſgorum imperium tenderet. Et habitantibus Troadem Cilicibus finitimos Homerus Pelaſgos appellat inquiens,

ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἀγχεσιμάρων.

Hippothous duxit ſæuos per tela Pelaſgos. Quòd Pelaſgi ab Athenienſibus, πελαργοί, id eſt ciconię fuerint appellati, quòd errones eſſent atq; more auium quò fors uocaret huc atq; illuc cõmearent. Quòd longitudo Hetrurię maxima, ab oppido Lunę uſq; ad Hoſtiã ſtadiorum eſt duorum milliũ quingentorũ, latitudo per montana dimidio minor. Eſt autẽ Luna exiguũ oppidũ, portumq; habet maximũ et pulcherrimũ. Item fodinas habet lapidis uarij, albi, ſubglauci, è quo Romę pauimenta atq; templa ornãtur pulcherrime. Græci hunc portum Lunę appellãt.

Quòd à Luna Piſas uſq; plura ſunt cẽ quadringenta ſtadia. Cęterũ Piſę à Piſanis Peloponneſi conditę fuerunt. Hi ſub Neſtore militantes in reditu aberrarũt, atq; has Piſas condiderunt. Quòd Strabo uiderit ferrum quod ex Aethalia portatur, inſula Cyrno uicina. Id cum in eius inſulæ fornacibus coquitur, in maſſam compingi nequit, quare à fodientibus illico in terram portatur. Illud admiratione dignum habet inſula. Inſuper hoc habet, ut exhauſta foſſionibus loca poſt tempus iterum plena cernantur: ſicut de Rhodi platamonibus & de Pari inſulæ marmore eſt proditum. Item de ſalibus apud Indos. Quòd Cyrnos inſula à Romanis dicta ſit Corſica, habitatur maligne, aſpera ſcilicet, & pluribus in locis non acceſſibilis prorſus. Vnde qui eius montes tenent, ex latrocinijs uitam degentes ipſas immanitate beluas ſuperant. Qui ex ipſis capti in ſeruitutem trahuntur, aut uitam non tolerant, aut emptoribus ſunt inutiles. Longitudo inſulæ milliaria continet centum ſexaginta, latitudo ſeptuagina. Sardiniæ longitudo, ſtadiorum eſt ducentorum uiginti, latitudo, nonaginta ſex. Cæterum Sardinia, partem terræ non exiguam habet aſperam, partem tamen profundam, fructuúmque & præcipue tritici feracem. Porrò quæ loca apud eos ſunt fertilia, ea æſtate morbida ſunt & peſtilentiæ obnoxia.

Quod in Sardinia naſcuntur arietes qui pro lana pilum caprinum habent, Muſmonas uocant incolæ. Horum ſe pellibus thoracis modo muniunt. In pugnis pelta utuntur & pugione. Quòd è Sardinia uſque ad id quod aduerſus Africam eſt mare milliaria ſunt trecenta. Quòd in oppido Coſſarum Thynnorum ſpecula eſt. Thynnus enim non modo glandes uerum etiam purpuras ab exteriore mari initium ſumens uſque ad Sardiniam, pro-

pe

pe terram perſequitur. Quòd non longe à Roma lacus ſint, piſcibus alendis optimi, è quibus typhe, papyrus & panicula Romam uſque portatur.

Quòd Aeneas Anchiſæ è Troia Laurentum applicans, prope Tyberis oſtia paulum ſupra mare, circiter quatuor & uiginti ſtadia ſcilicet, ædificauit oppidū Albam. Aduentante autem Latino rege Aboriginum, qui tunc loca ubi nunc Roma eſt incolebant, inter ipſum atque Aeneam ſocietas inita aduerſus uicinos Rutulos, qui per id tempus Ardęam tenebant. Diſtat autem ab Ardęa Roma ſtadijs centum quadraginta. Victor autem Aeneam in affinitatem accepit. Inde rurſus pugnam conſerentibus Rutulis, Latinus cecidit. Ipſi ab Aenea ſubiugati ſunt. Atque inde Aeneas eius loci imperium adeptus, ſuos etiam Latinos appellauit. Poſt hæc annis quadringentis, Amulij ac fratris Numitoris facta memoriæ ſunt prodita. Hi ab Aenea hoc modo deſcendêre: Vterque ab Aſcanij prognatis per ſucceſsionem, Albæ regnum acceperunt. Cæterum iunior Amulius, natu maiore ſupplantato, regnum inuaſerat ſolus. Et cum Numitori filius eſſet ac filia, filium quidem inter uenandum inſidijs obtruncat, filiam uero ut ſpem illi prolis interciperet, Veſtæ ſacerdotem conſtituit, ſeruandæ uirginitatis gratia. Hanc Rheam Syluiam uocant. Corruptam poſtea deprehendens, gemellis partu editis, Syluiam quidem coniecit in carcerem, fratri gratiam tribuens, puellos uero ritu patrio in Tyberim expoſuit. Fabulantur itaque à Marte genitos, expoſitos autem à lupa lactante uiſos eſſe, ac Fauſtulum quendam loci illius ſubulcum ſublatos educaſſe, appellaſſéque alterum Romulum, Remum alterum. Hos ergo cum adoleuiſſent in Amulium eiúsque liberos impetum feciſſe. Quibus extinctis, ac regno Numitori reſtituto, domum reuerſos Romam condidiſſe, in locis, non quidem arbitrio delectis & idoneis, ſed neceſſitate oblatis. Neque enim ſolum munitum, neque agrum circumiacentem condendæ ciuitati ſatis fertilem habebant, neque mortales ad habitandum abunde conuenientes. Qui enim ea loca tenebant, ſeorſim habitabant, urbis ædificandæ mœnibus propinqui, neque Albanorum imperio ſubditi. Erant autem Collatia, Antemnæ, Fidenæ, Lauinium, aliæque huius generis urbes, tunc quidem oppidula, nunc autem uici & priuata quorundum ædificia, ſtadijs triginta aut paulo pluribus à Roma diſtantia. Orta autem ſeditione, inter ædificanda mœnia, Remum occiſum fuiſſe tradunt. Vrbe condita, Romulus mortales conuenas aggregat, ſacrum quendam locum Aſylum aperiens inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate donatos deſignat. Quibus cum connubia adipiſci nequiret, Neptuno ſacrum equeſtre uulgat certamen, quod etiamnum conficitur. Conuenientibus permultis, maxima ex parte Sabinis, edicit ut cælibes cuncti uirgines eò profectas rapiant. Inde T. Tatius Curiū rex iniuriam hanc armis uindicaturus, in regni ſocietatē & ciuitatis cum Romulo conuenit. Cæſo autem per dolū Tatio in urbe Lauinij, ſolus Romulus Quiritibus ita uolentibus imperiū tenuit. Poſt hunc regnauit Numa Pompilius, ſubditis ita iubentibus. Quòd ab Hoſtia Sinueſſam uſq; ora maritima Latiū dicitur, & in mediterranea tendit uſq; in Campaniam & Samnites. Eſt autē tota beata atq; omniū rerum ferax, exceptis paucis quibuſdam locis quę paluſtria ſunt & morbida. Quod Hoſtia urbs ſit maritima, ac propter limum quē

Tyberis multis amnibus refertus aggregat, importuosa. Cæterum onustas naues è propinquo excipiunt ministrantes scaphæ, in quas onera transferuntur. Ad hũc modum sursum nauigatur Romam usque ab Hostia distantem stadijs centum quinquaginta. Quòd ex Hetruscis latrocinia in Græcos exercentibus, captos nonnullos Romanis dono remiserint Græci, incusatione simul adiuncta, quòd inique facerent, qui cum Græcorum essent coloni, & in foro Castoris ac Pollucis ædem locassent, quos seruatores suos esse crederent omnes, aduersus tamen ipsorum patriam prædones mitterent, atque id ita facerent, qui cæterorum mortalium essent legum obseruantissimi. Romani, hoc audito nuntio, prædones coërcuerũt. Quòd in Latio mons est instar insulæ mari & paludibus clausus. Circeium uocant. Habet etiam Circes templum, & ostenditur Vlyssis quædam patera, quapropter quæ de Circe fabulis produntur, illic perhibentur gesta fuisse.

Quòd uia Appia à Roma Brunduſiũ usque sit strata. Quòd prisci Romani satius putarint esse, ut uiri mœnibus essent propugnacula, q̃s cõtrà. Quapropter Romã non pro arbitrio electionis, sed pro necessitate in loco cõdidere, qui posset oppugnari facile. Quòd Augustus Romanis sanxerit, ne altius septuaginta pedibus ędificarent, præuidens nimirum id quod erat euenturum. Quòd cum Græci in ędificijs fabricandis acuti maxime & solertes fuisse uideantur, cum pulchritudinem & munimentum ingeniose prospicerent, portúsque & agri feracitatem, Romani eos superarunt, tum stratis uiarum & aqueductibus, tum cloacis subterraneis ducendis. Quòd prisci alijs rebus maioribus ac necessarijs magis occupati, urbis pulchritudinem neglexere, sed posteri magnam huc curam adhibuerunt. Quòd Ancon Italiæ urbs Syracusanorum est ædificium, qui Dionysij tyrannidem non sustinentes, fugere. Hæc portum habet. Quòd Romani Iunonem Cypram uocãt, Cronon autem Saturnum. Quòd Marsi & Peligni & Marrhucini & Feretani, circa Apenninum habitantes pugnacissimi sint, ac persæpe uirtutem suam ostenderint, ac primum quidem, dum sub Romanis degere recusarunt, deinde quando cum ipsis militiæ societatem inierunt, postremo, cum & libertatem & ciuitatis communionem assequi uolentes repulsam passi desciuerunt. Vnde Marsicum bellum exarsit, quod ab ijs qui primi id cœperunt habuit nomen. Quo tempore Corfinium Pelignorum metropolim maritimam, cõmunem uniuersis Italis ciuitatem designantes, eámque translato nomine Italiam appellantes, cõtra pop. Roman. totius belli propugnaculum receptaculúmque constituerunt: eoq̃ in loco coss. atque imperatores creauere. Biennio itaq; bellum protractum, donec à Romanis postulata impetrassent. Quòd regio Campaniæ fœlicitate omnes facile superet, eáque propter Opicis & Ausonijs frequenter bellorum causa extiterit. Metropolim habet Capuam, quam tanquam caput ita appellarunt. nam capen uocant caput. Tradunt regionem hanc ter in anno seri: bis quidem zæa, deinde panico. Quædam etiam loca eius regionis quater oleribus seminari. Hic phalernum uinum nascitur quod optimum habetur.

Quòd Cumæ Italiæ in hac Campania sitæ Græca ciuitas sit, Chalcidensium & Cumanorum antiquissimum ædificium. Hi inter se pepigere, ut horum quidem haberet nomen, illorum autem diceretur colonia. Quapropter etiamnum Cumæ appellantur, Chalcidensium tamen putatur colonia. Exercitus huius ductores

res fuere Hippocles Cumæus, & Megasthenes Chalcidensis.

Quòd post urbem Cumarum uersus austrum, Misenum est promontoriũ, deinde Baiæ & aquæ calidæ, tum ad delicias, tum ad morbos sanandos cõmodissimæ. Vnde Romani baiam nutricem uocant, & baiulum: ob Baias, scilicet, qui locus est uoluptati ac delicijs aptissimus. Quòd Dicæarchiam urbem, Romanorum aliqui Annibalis bello frequentes habitare incipientes, mutato nomine appellarint Puteolos. Portum habet manu factum: super urbem statim Vulcani forum imminet, campus ardentibus inclusus supercilijs, quæ uelut à fornace exhalationes magno cum fremitu passim habent. Campus autem tracto sulphure est plenus. Quòd circa Cumas, signa quædam necromantiæ ostenduntur, de qua in fabulis Odysseæ mentio fit, ueluti Styx, Acherusia lacus, Acheron, & lauacra calida loco Phlegetontis. Est etiam occulta fossa illic, committentes inter se meatus habens & oraculum: ad quod aduenæ noctu ingrediuntur & redeunt, ut non absimile sit quod de Cymmerijs apud Homerum scribitur. Eadem in Neapoli uisuntur, quæ his locis est uicina. Quòd in Neapoli calida lauacra sint & sanitati & delicijs idonea, non inferiora ijs quæ apud Baias sunt, quamuis minora, multique è Romanis quietem & otium sectantes, Neapolim secedunt. Quòd supra Neapolim mons est (Vesuuium appellant) amœnissimis agris circumhabitatus, solo excepto cacumine. Id magna ex parte habet planitiem, fructum omnino nullum ferentem. Et cineres in prospectu habet, cauernosáque monstrat antra, combustis ex petris ut color indicat, utpote quas ignis arroserit. Quare coniectura est, plagam istam prioribus annis ardere solitam, ignis crateras habuisse, inde cessante materia fuisse extinctam. Forte hanc fertilitatis, quæ circa locum est, causam dixeris. Sic de Catana proditum est, eiectum ab Ætneis ignibus cinerem ea parte lætam uinetis tellurem effecisse. Habet enim pingue aliquid, & quæ igne excoquitur gleba, & quæ uberes affert fructus. Ac dum pingui abundat, ignis idonea fit materia, quemadmodum sulphureum omne. Deinde exhausto abundante succo, extincta atque in cinerem redacta, ad frugum procreationem apta redditur. Quòd ante Picentinum agrum, & Campaniam, ac sinum quem craterem appellant, qui duobus promontorijs finitur Miseno & Athenæo, insulæ sunt exiguæ, Pithecusæ, Capreæ, Sirenussæ & Prochita. Quòd iuxta Pindari sententiam, totus locus à Cumis in Siciliam usque ignitus sit, & profundas quasdam in unum coëuntes cauernas habeat. Quapropter & Ætna & Liparenses insulæ & quæ Dicęarchiæ & Neapoli & Baijs adiacent loca, & Pithecusæ, talem habent naturam.

Quòd Timæus tradit, collem quempiam insularũ quæ circa Neapolim sunt, per terræmotum ignem eiectasse, & quantum inter ipsum atq; mare fuerit in pelagus extrusisse, quodq; telluris in cinerem esset redactum euolasse in sublime, mox ubi stad. tribus per mare excurrisset, redijsse, eoq; recursu insulã inundasse, ut ignis in ea extingueretur, ex hoc fragore qui continentem habitabant, è litore in Campaniam fugisse. Quòd Campanis ob loci fœlicitatem usuuenerit, ut totidem malis fruerentur ac bonis. Nam eousque deliciarum prouecti sunt, ut ad gladiatorum paria depugnantium conuiuas ad cœnam inuitarent, eorum nume-

rum pro cœnarum dignitate definientes. Cæterum ubi Hannibal in deditionem eos ſuſcepiſſet, exercitum eius in hyberna acceptum adeo uoluptatum illecebris effœminarunt, ut Hannibal dixerit, Victorem ſe periclitari ne hoſtilis præda fieret, qui milites uiros dediſſet, mulieres reciperet. Eos poſtremum Romani in poteſtatem redactos, permultis calamitatibus afflixerunt. Quòd poſt Campaniam Picentinorum ſit maritima natio. Hi coloni ſunt Picenorum qui Adriam colunt, à Romanis in hunc ſinum Poſidoniatem deducti. Nūc ſinus ipſe Pæſtanus nuncupatur: urbs quæ Poſidonia prius, Pæſtus uocatur, in medio ſinu locata. Eſt autem morboſum oppidum ob circuniacentem fluuium atque paludes. Quòd iuxta Picentinos & Lucanos aqua ſit, potui apta, in quā planta iniecta illico duratur in lapidem, ſeruato tamen priſtino colore & figura.

LIBRI SEXTI.

VOD ante ſinum Poſidoniatem Leucoſia ſit inſula, nomen ab una è Sirenibus ſortita, quo tempore ob Vlyſſem in profundum ſeſe abiecerunt. Quòd poſt ſinum Poſidoniatem uerſus auſtrum alius ſinus ſit, ubi urbs Hela eſt, Phocenſium ædificiū. Noſtra ætas Eleam dicit. Ex hac Parmenides & Zeno ducunt originem, homines Pythagorici. Erat olim bonis legibus inſtituta. Cæterum ob ſterilis ſoli tenuitatem magnam rebus maritimis operam dare, & piſcium cōdimenta, atque id genus alia præparare ſunt coacti. Quòd totius Lucaniæ nauigationis tractus ſtad. eſt ſexcentorum quinquaginta. Ad Lucaniæ finem Draconis ſacellū eſt, qui è comitibus Vlyſſis extitit, de quo illud oracullum eſt uulgatum, λαΐον ἀμφὶ δράκοντα πολιὸν ποτε λαὸν ὀλέσθαι. Aduerſus hanc Græci qui in Italia erant populi ducto exercitu, re male geſta à Lucanis deleti ſunt, hoc oraculo decepti.

Quòd Petelia Lucanorum metropolis Philoctetæ ſit ædificium, quo tempore per ſeditionem è Melibœa profugit. Et alia itidem eodem in loco, Crimiſſa dicta. Quòd à Leucopetra quæ iuxta fretum eſt, uerſus boream ora maritima interuallo milliarium ducentorum à Brutijs incolitur. Hæc primū uocabatur Oenotria, poſtmodū Italia proprie cœpit appellari. Limites eius ſunt à mari Hetruſco, Laus fluuius, à Siculo Metapontiū. Quòd ſinus Hipponiates in mari Tyrrheno, et Scyllaticus ſinus in Siculo, intra ſe iſthmum amplectūtur ſtad. centum ſexaginta. Ambitus autem nauigationis Cherroneſi ſtadiorum eſt duorū millium.

Quòd Lucanorum regio inter duo maria ſita eſt: quorum alterum Hetruſcum, à Lao fluuio uſq; ad Silarū fluuium progreditur: Siculum uero à Thurijs Metapontum uſque. Per cōtinentem uero, è Samnitibus uſque ad iſthmum qui inter Laum eſt fluuium & Thurios. Huius iſthmi latitudo ſtadiorum eſt trecentorum. Supra hos uerſus auſtrum habitant Brutij uſque ad iſthmum, occupantes Cherroneſum quæ inter Hipponiatem & Scyllaticum ſinum continetur. Brutios autem uocarunt Lucani, & ſignificat hoc nomen fugitiuum. Nam prius Lucanorum ſerui fuere, & ab ijs adiutante Dionyſio Siciliæ Tyranno transfugerunt. Quòd prope Laum uerſus auſtrū Temeſe urbs ſit, quæ poſtmodū fuit Tempſa appellata, cuius & Homerus meminit. Apud eam fodinæ ſunt æris

quæ

quæ hoc tempore defecerunt. Item ſacellum, Polytæ Vlyſſis ſocio dicatum, quem Barbarorum eius loci fraude trucidatum graues iras exercuiſſe ferunt, ut annuum tributum ab ipſis exigeret. Vnde prouerbium fuerit ortum, Cauendum eſſe, ne Temeſſæus ingruat genius. Dicitur etiam Tamaſe per a. Quidam aiunt non huius Temeſe Homerum meminiſſe. Quòd poſt Temeſen Coſentia ſit Brutiorum metropolis. Et poſt ipſam Pandoſia ualidum propugnaculum, tres habens uertices. Circunfluit Acheron fluuius. Hoc loco Moloſſorum rex Alexander trucidatus fuit, Dodonæo oraculo deceptus, Acherontem atque Pandoſiam cauere iubente, cum ſimilis appellationis loca in Theſprotio agro monſtrentur. Aliud præterea oraculum decepit uirum,

πανδοσία τρικόλωνε πολλὰ ποτὲ λαὸν ὀλέσεις.

Pandoſia perdes populum quãdoque triuertex. Vbi incertum erat utrum hoſtiũ an ſuorum clades oſtẽtaretur. Quòd uirgines à Meſſenijs Peloponneſi ad ſacra Dianæ facienda miſſas nonnulli è Lacedæmonijs ipſiſq; adeo Meſſenijs in itinere uiolarint. Eas Meſſenij qui miſerãt uindicaturi, uiolatoribus ipſis bellum intulerunt, deuictiq; in fugam pulſi ſunt. Miſſo itaq; legato ad Delphos, Apollinem atq; Dianam incuſarũt, quòd eiuſmodi mercedem reciperent, pro allato Dijs ſubſidio, rogitantes quonam pacto ex ea calamitate ſeruarentur. Quibus reſpondit Apollo ut unà cum Chalcidenſibus Rhegium commigrarent, & ſorori gratias haberent. Non enim perijſſe eos ſed ſeruatos eſſe, neque unà cum patria delendos eſſe, quæ non multo poſt à Lacedæmonijs in captiuitatem eſſet trahenda. Illi autem paruerunt atque unà cum Chalcidenſibus Rhegium in Sicilia condiderunt.

Quòd Rhegium inde nomen habuerit, quòd Sicilia magnis terræmotibus à continente fuerit auulſa. Hanc coniecturam quis facile ex ijs ſumet, quæ circa Ætnam aliásque Siciliæ partes, & Liparam ac circuniacentes inſulas euenerunt. Item circa Pithecuſas & quæ in aduerſo continente ſunt loca omnia, in quibus idem euenijſſe uerijſimile eſt. Nunc ſanè poſteaquam fuere aperta orificia per quæ ignis reſpirat, & igniti lapides atque aquæ emittuntur, raro fit ut freto adiacens terra, motibus concutiatur. At quo tempore omnes qui nunc in ſuperficiem tendunt meatus occluderentur, in ſubterraneis concauitatibus ardentes ignes & ſpiritus, uehementes terræmotus efficiebant. Agitati itaque uentorum uiolentia loci ceſſere, abſciſsique intra ſeſe acceperũt quod utrinq; alluebat, quodq; inter alias inſulas iacebat mare. Nam Prochita & Pithecuſæ de terra auulſæ partes ſunt. Item Capriæ & Leucoſia & Syrenuſſæ, & Oenotriæ. Porrò nonnullæ ex ipſo pelago emerſerunt, ſicut pluribus in locis etiam hoc tempore conſtat euenijſſe. Nam quæ in medio iacent mari, è fundo in altum fuiſſe elatas credibilius eſt. Quæ uero ante promontoria iacent & anguſto freto ſunt diſiunctæ, inde auulſas fuiſſe, rationabilius uidetur. Cęterum Leucopetra Rhegio eſt auſtralior. Et adhuc magis Herculeum promontorium. Ab hoc uerſus ortum, ſeptentrionalius eſt Zephyrium promontoriũ. Item Locri Epizephyrij, Locrorũ iuxta Criſſæum ſinũ habitantiũ coloni. Sunt autem è Rhegio uſq; ad Locros ſtadia ſexcenta. Primi uero hi Locri legibus ſcriptis ſunt uſi, & plurimum temporis rempublicam optimis inſtitutis rexere. At Dionyſius è Siracuſis eiectus flagitioſiſſime omnium eſt abuſus. Nam ſponſalibus ornatas puellas, cubicula & thalamos irrumpens, prius quàm nupſiſſent, uitiabat. Formoſas uero & maturas uiro uirgines in unum con-

gregans, dimissas integris alis columbas in conuiuio, nudas in circuitu quæritare & captare iubebat, nonnullásque sandalia soluta calciantes partim superne, partim inferne sectari dicebant, dedecoris causa. Postremo pœnas dedit. Cum enim re cuperaturus imperium in Siciliam redijsset, Locri cæso præsidio in libertatem sese uendicarunt, uxoremq; eius & filias duas, ac iuniorem natu filium in potestatem suam redegerunt. Cum autem Dionysius ipse, & pro eo Tarentini multis eos precibus fatigarent ut corpora redderet, redemptione, quantam uellent, accepta, non reddiderunt, iramq; omnem in filias euomuere. Nam constupratas strangularũt, corpora deinde concremarunt, & ossa molendo detrita in mare disipauerunt.

Quòd Alex fl. Rheginum à Locrensi agro disterminat, in cuius ripis peculiare quiddam de cicadis accidit. Quę enim in Locrorũ ripa uersantur sonantius stridunt, alijs uox nulla contigit. Eius rei hanc esse causam suspicantur, quòd his umbrosa regio sit, ut roscidæ, cum sint alarum pelliculas pandant minime: illis sole feruida, ut aridas ac ueluti corneas habeãt, unde apte stridor emittitur. Mediterraneã inter Rheginos & Locros Brutij habitant, in quibus optima pix & copiose nascitur. Quòd post Locros Sagra flu. labitur. quo loco decẽ Locrorũ millia unà cum Rheginis, aduersus Crotoniatas numero centum triginta millium, marte collato, uicerunt. E qua historia natum est aduersus incredulos prouerbium, Veriora ijs quæ apud Sagram acciderunt. Addunt insuper, eo ipso die quo certamẽ initum est, huius belli euentum in Olympijs nuntiatũ esse. Quòd post Sagram Caulonia sit, deinde Scylatium, Mnesthei Athenien sis ædificium, nunc Scylatium dicitur. Ab hoc sinus Scyleticus est dictus. Sequitur inde Crotoniatarum regio, & Iapygum tria promontoria. Deinde Lacinium, templum Iunonis ditissimum. Est autem sinus Crotoniatarum initium, istud promontorium & fluuius Æsarus, & urbs Croton. Cum Achiui à Deo oraculum accepissent ut Crotonem ædificarent, missus fuit Myscellus ut locum inspiceret. Hunc aiunt, cum cerneret tum ædificatã fuisse Sybarim, à flumine uicino cognomen habentem, præstantiorem iudicasse, eaq; propter ad oraculum reuersum, denuo rogasse, nunquid hanc pro illa condere liceret: ac Deum respondisse (Erat autem gibbosus Miscellus)

μύσκελλε βραχώωτε πάρες σέθεν ἄλλο μαντεύων
ἰλάσματα θηρεύεις ὄρθον δ' ὅτι λῶτις ἐπαίνει.

Terga breuis Myscelle, tuo de pectore omitte
Cætera perquirens frustra, en uenaris iniqua.

At rectum quodcũq; datur tu laude probato. Reuersum itaq; Crotonem condidisse, auxiliante etiam Archita qui Syracusas construxit, cum forte adnauigasset quo tempore Syracusas nauigare constituerunt. Crotonem prius Iapygas habitabant. Videturq; hæc ciuitas rem bellicam & athletarum insuper artem pulcherrime exercuisse. In uno itaq; certamine Olympiacò, septem uiri qui cæteros stadio superarunt Crotoniatæ omnes fuerũt. Iure itaq; dici uisum est, Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Sed & Milo Crotoniata, Pythagoræ discipulus, in Olympijs admiranda peregit certamina. Fama est columna quandoq; in philosophorum, cum quibus degebat, contubernio laborante ipsum subeuntem seruasse uniuersos, deinde sese subtraxisse. Eodem robore fretum, aiũt, cum profundam densamq; per syluam iter faceret, longe à tramite deuiasse. Vbi truncum ingentem adactis cuneis hiantem inueniens, insertis manibus pariter ac

ped

pedibus in sciſſuram eius penitus diſcindere conatum esse. Tantum autem solum modo ualuisse ut exilirent cunei, ligni uero partes statim inter se coïsse, ac derelictū ipsum in eo laqueo à feris fuisse deuoratū. Quòd deinceps à Crotone stadiis ducentis Sybaris urbs sit, inter Crathidem & Sybaridem fluuios sita. Hæc ciuitas eò excellentiæ ac fœlicitatis excreuit, ut gentibus uicinis quatuor, urbibus autem uigintiquinq; imperaret, & cõtra Crotonem trecentorum millium hominum exercitum duxerit. Quinquaginta stadiorum circulum implebãt super Crathide domicilia habentes. Cæterum ob delicias & intemperantem luxuriam, uniuersa hac fœlicitate intra dies septuaginta exuti fuere. Nam urbe potiti, inducto flumine cuncta demerserunt: qui relicti fuerant pauci, in alium locum urbem transtulerunt, ac mutato nomine, à fonte quodam uicino, Thurios appellarunt. Quòd Sybaris flu. equos qui ex eo biberint sternutamentis agitat, Crathis uero homines in eo lotos candida & flaua cæsarie efficit, multisq; morbis medetur. Quòd Thurij à Lucanis in seruitutem tracti fuere. Romani uero missis in eam urbem colonis mutato nomine Copias appellarunt. Quòd post Thurios Heraclea urbs sit, ac post ipsam, stadiis circiter quadraginta, Metapontus urbs à Pylijs qui unà cum Nestore exilio nauigarunt, condita. Hi ex agricultura tantū fœlicitatis sunt consecuti, ut Delphis donum obtulerint auream æstatem. Quòd è tribus lateribus Siciliæ maximum, inter Pelorum & Lilybæū iacens gibbosum est, stadiorum existens mille septingentorum uiginti. Reliqua duo caua sunt, è quibus id quod inter Pachinum & Pelorum iacet, minimum est, stadiorum existens mille centum & triginta. Nauigatio in circuitu stadiorū est quater millium quadringentorum. A Lilybæo autem in Africam minimū interuallum stadiorum est mille quinquaginta. Quidam prospectus acuti, cum in speculam ascendisset, naues è portu Carthaginensium egredientes numero renuntiabat. Vrbes in hac sunt, ab orientali quidē latere Messana, septentrionalis maxime, deinde Taurominium, mox Catana, Naxus, Megara, Syracusæ. Porrò Messana prius Zancle dicebatur, propter locorum scilicet curuedinem. Et Charybdis ante Messanam ostenditur nõ longe in freto iacens, profundum immensum, in quod inundationes freti mirum est quàm facile nauigia detrahant, magnas per circunductiones & uortices præcipitata. Quibus absorptis, & dissolutis naufragiorum fragmenta ad Tauromenitanum litus attrahuntur, quod ab huiusmodi causa Coprian id est fimum appellant. Distat Messena à Rheginorum urbe interuallo stadiorum sexaginta, à Columella uero, multo minus. In ea natione Mamertini tantum inualuerunt, ut uinum quod illic est optimum, non Messenium sed Mamertinum appellaretur.

Quòd Amphinomus & Anapias uiri pij, sublatis in humeros parentibus, ex Aetnæ incẽdio cum ad Catiniam deuolueretur, ipsos seruarint. Cęterū autẽ Catanensiū agri cineribus oppleti, aliquandiu illos affligunt magnopere, ac succedente tempore uitibus alijsq; fructibus fertilissimã terrã efficiunt, ut reliquarum nulla uini nobilitate eis conferri possit. Adeóque loca ipsa cinere permixta, radices producũt, inde pecudes tanta pinguedine exuberant, ut suffocentur nisi quarto quoque die sanguis ab auribus mittatur. Idem in Erythęa fit. Cæterū fluxus ille ad soli ditatem permutatus, terram ad magnam profunditatẽ usq; saxificat, ut pristinam superficiẽ detegere uolẽtibus lapides excindere sit necesse. Liquescẽte enim in ipsis crateribus petra, deinde sparsa, humor è monte defluens superq; uerticem diffusus

in limum nigrescit, mox duritiem assumens lapis molaris efficitur, eodē seruato colore quem defluens habebat, fitq; cinis è crematis lapidibus, quemadmodū combustis ex lignis fieri solet. Sicut igitur ex lignorum cinere ruta fouetur, sic Ætnæū cinerem quandā affinitatem cum uitibus habere, est uerisimile. Quòd Miscellum & Archiam, Delphos petentes, ut de Colonia ducenda oraculū consulerent, Deus rogarit, utrum opes an sanitatē eligerent, Miscellum itaque sanitatem, Archiam opes elegisse, concessumq; alteri ut Syracusas, alteri ut Crotonem conderent. Atque res ita euenit. Nam Crotonis salubritatem indicant tot uictoriæ Milonis in Olympijs, Syracusanorum uero diuitias immensas, prouerbiū quo dici solet, Ne decimam quidem partem Syracusanarum opum assequantur. Quòd Syracusanis quia uiri essent uirtute præstantissimi, obuenerit, ut sub tyrannis constituti reliquos tamen suę ditioni subiugarent, ac libertatem adepti alios Barbarorū seruitute oppressos in libertatem uendicarent. Quòd Syracusanis initio bellū intulerint Sicani, Siculiq; & Morgetes, & quotquot mediterraneam ac Morgantiū habebant. Quòd Rhodanus flu. per lacum non magnū exiens undis eius non miscetur, sed de Alphæo flumine & Arethusa figmentum, Item de Inacho fluuio quod è Pindo & Amphilochis & Acarnanis erumpens, atq; Acheloi aquis sese miscens in mare Argiuū ingrediatur, & de Inopo qui in Delo est, quod ex Nili fluentis feratur, & quę eius generis sunt ea fide indigna sunt, & impossibilia. Quòd Inachus fluuius in Amphilochis idem nomen habeat cum Argiuo. Fuit autem ab Amphilocho ita dictus, qui & Argos urbem, Amphilochicū uocauit. Quòd Sicilia bellis Africis afflicta, paucos habeat cultores. Itaq; Romani hanc coluerūt, equorum gregem & armentorum et seruos illic alentes. Hi serui per insulam latrocinia exercuerunt, pauci primum: deinde sub Euno qui seruile bellum excitauit multis millibus. Fuit etiam Romā nuper adductus è latronibus quispiam Siculus, qui se filiū Ætnæ prędicabat, Serulus nomine. Is ubi sępe singulari certamine congressus fuisset, postremo cum gladiatorum spectaculum exhiberetur, in sublimi ad id compacto positus ædificio, perinde ac in Aetna, cum derepente dissolutum unà concidisset, ipse in solutiles beluarum caueas ad hoc ipsum prępparatas est prępcipitatus. Quòd Siciliam olim Romæ horreum, Romani appellarint. Quòd tanquā duę arces Sicilię sitę sint Syracusę & Erix. Inter quas media est Enna urbs.

Quòd Ætnę loca superiora nuda sint & cinerosa, per hyemē uero niuibus referta, inferiora, syluis & uarijs arborū consitionibus partita. Montis huius cacumina uarias suscipiunt mutationes, uescentibus incendijs, nunc quidem in unum cratere igne collabente, nūc uero diuisim effluente. Nunc ignei emittuntur riui, nunc flāmę fumosę úe fuligines. nūc ardentes exhalat lapides. Necesse autem meatus sub terraneos cum his pariter accidentibus uariari, atq; ora quandoq; esse plura secundum circunstantē superficiem. Quòd nonnulli in Ætnam conscendere ausi, campū uiderint calidissimū, cineribus oppletum. In medio collem qui & ipse cineribus fuerit obsitus, è quo fumus rectus ascēdit ad pedes usq; ducentos, cū à uentis tranquillitas est. coniectasseq; fumum illum esse & spiritum è cratere sublatum. Et historiæ quę de Empedocle fertur meminerunt aliqui, quod ærea eius crepida, cum se in craterem dimitteret ui ignis eiecta, inuenta sit. Deficere autem ignem quādoq; & spiritus, quoties materia deficiat, ratione non caret, non usqueadeo tamen ut prę tanta uiolentia homini appropinquare liceat. Per noctē itaq; lucet, atq; è cacumine

splend

splendet: interdiu fumo & caligine obsidetur. Quòd Sicilia tota cauernosa sit, fluminibus atq; igne plena, sicut & mare Tyrrhenum Cumas usq;, & calidarum aquarũ scaturigines habet. Ad Agrigentũ uero lacus sunt gustum maris habẽtes, naturam uero diuersam. Iis enim quæ natatilia esse non solent, nullo pacto demergi cõtingit, quin lignorũ in morem superne fluitãt. Italici sane, crateres habent quosdam qui turbulentam exhalantem eiectant aquam, rursusq; in eundem sinum recipiunt. Spelunca penes Metaurum amplissimam intus habet fistulam per quam occultus elabitur amnis, magno sanè interuallo, deinde in superficiẽ emergit, quemadmodũ in Syria Orontes hiatum inter Apamiam & Antiochiã irrumpens (Charybdim hunc appellant) intra quadraginta rursum excurrit stadia. Eodem modo Tigris in Mesopotamia, & Nilus in Africa, paulum ante fontes. Quæ uero apud Stimphalum est aqua, ducẽtis sub terra stadijs delata in Argiuo deinde agro Erasinum effundit amnem. Penesq; Albiam Archadię, aqua subtus terram impulsa, tarde postmodum Eurotam & Alphæum emittit, ita ut quod uulgo fertur fabulosum quiddam fidem assequatur. Nam siquis coronas in cõmunem aquam proiectas, utriq; dictas commendauerit, prout dixerit uterq; proprio in flumine suam ostendit. Quòd Lipara potens fuerit, & quãdoq; imperarit, Cnidiorũ existẽs colonia, appellabatur antea Meligunis, atq; Delphici Apollinis oraculum suis primitijs multoties adornauit. Terrã fertilem habet, & magni prouentus aluminis effossionem. Item aquas calidas, quemadmodum Sicilia, & ignes exhalantes. Inter hanc & Siciliam ea iacet quam Vulcano sacrã uocant, saxosa tota & deserta & ignita, trifariamq; tanquam è tribus crateribus efflat, è quorũ maximo laminas flãmæ eructant quę magna ex parte meatũ referunt. E longa uero creditum est obseruatione, flãmas ipsas flatibus cõcitari tum hic tum in Ætna. Neq; id ratione caret. Venti enim è marinis exhalationibus originẽ ducentes, generantur atq; nutriuntur. Atq; adeo de cognata materia accidenteq; accensus ignis, spectatores ipsos mirari non sinit alio quodãmodo talia fieri. Ex tribus crateribus illis unum partim effluxisse, aiũt, alios durare. Maximo labrum rotundum esse ad stadia quinq;, paulatimq; cõtrahi ad pedũ L. diametrũ, à quo profunditas usq; ad mare stadij unius spatio sit, sicut in uentorũ quiete intueri liceat. Igitur si spiraturus sit auster, nebulosam circa insulam caliginem effundi, adeo ut álonge Sicilia uideri non possit. Borea flante, flammas puras ex eo quem dixi cratere attolli altius, ac maiores emitti strepitus. Zephyrum autem medium quendam ordinem tenere. Reliquos crateres eiusdem generis esse, exhalationum uero minores impetus habere. Cæterum ex fragorum differentia & loci è quo exhalationes & flammę ac fumus inchoent, usq; in tertium etiam diem annotari posse qui uentus sit spiraturus. Quare ubi uentorũ fuerit tranquillitas, è Liparitanis aliquos futurũ uentum prędicere, neq; falli. Qua ex re quod à poëta fabulosissimum dici uisum est, haud inaniter dictum apparet, sed occultam ueritatis insinuationem esse, cum dicat Æolum uentorum esse custodem.

Quòd Æoli insulę septem sint, Lipara, Thermessa, Strongile, Didyme, Ericusia, Phœnicusa, Euonymos, è quibus Strongile à rotunditate figuræ appellata fuit, flammarũ ui minor, lumine ceteras superans. In hac Æoli domicilium fuisse aiunt. Ericusa & Phœnicusa ab arbustis appellatæ fuere, atque ad pascua sola seruabãtur. Euonymos in pelago dissita est ac deserta. Multoties sane per maris hisce insulis, propinqui superficiem, flammæ excurrere conspectæ sunt, cum è profundis conca-

uitatibus recluso quopiam meatu ignis ad exteriora uiolenter erupisset. Posidonius ait, æstiuo solstitio aurora lucescente inter Hieram & Euonymã pelagus mirũ in modum in altum conscendere uisum esse, & aliquo tempore mansisse assiduis flatibus erectum: deinde desijsse. Quosdam uero illuc adnauigare ausos, exanimatos pisces fluctibus agitari uidisse, alios uero uapore & odore tetro perculsos, fugam arripuisse. Pluribus diebus post uisum fuisse cœnum mari supernatans, multisque ex locis flammas & fumum atque caliginem erumpentes. Postremo congelatum fuisse, & molaribus lapidibus similem glaciem extitisse. Quòd Iapygiam Græci Mesapiam uocant, Cherronesum existentem. Est autem in duas partes diuisa, quarum alteram Salentini habent, alteram Calabri. Supra hos ad boream Peucatij sunt & Apuli. Cæterũ Mesapia peninsulæ formam habens, à Brundusio atque ab ortu Tarentum usque uersus occasum, isthmum habet stadiorum trecentorum decem. Quòd bello Messonio contracto, qui è Lacedæmonijs non militauerant, pro seruis habiti atque Elotæ dicti fuerint. Eadem militia durante, quotquot nati fuerant pueri Parthenias uocabant, cuius appellationis hæc fuit causa. Cum enim longo tempore bellum traheretur Lacedæmonijs Messenam obsidentibus, ab exercitu dimissi sunt qui iuuenta fuere florentissimi, iussiq; ut cuncti uirginibus cunctis miscerentur. Ex hac occasione Partheniæ nomen acceperunt. Hanc itaq; ignominiam nõ ferentes (erant autem permulti) populoribus insidias struxerunt, Phalantum ducem habentes, qui unus ex ipsorum erat numero. Conuenerat autem, ut in Hyacinthiorum celebritate cum certamen conficeretur, quando Phalantus pileum capiti imponeret, fieret insultus. Ea res cum in ipso certamine patefacta esset, præco in medium procedens iussit ne Phalantus pileum imponeret. Quo facto coniurati intelligentes se deprehensos esse, partim fugiunt partim suppliciter aduentant. Itaque bene sperare iussi in uincula conijciuntur. Phalantus uero ad Apollinem de Colonia ducenda cõsulturus mittitur: cui Deus ita respondit,

σατύρειον δι' ἔδωκα τραφύτατε τοίνα δ'ἤμον
οἰκῆσαι, καὶ πῆμ' ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

Satyreum & pinguem populum tibi trado Tarenti
Incolere & late cædem per Iapygas ædes.

Vnà igitur cum Phalanto Partheniæ profecti Tarentum cõdiderunt, eamq; ab Heroe quodam ita nominarunt. Quòd Tarentini rem suam ciuilem populari potestate gerentes, amplissimi aliquando fuere. Pythagoricam quoque philosophiam amplexati, Archytam philosophum principem urbis designarunt. Is multo tempore imperauit. Inde illecebrosæ inualuere deliciæ ac pessimus reipubl. status, adeo ut plura festa publica apud eos agerentur quàm essent reliqui dies totius anni, & hospites ac peregrinos principes uocarent in urbem, quibus neipsis recte parebant: ueluti Alexandrum Epirotam contra Menapios, & Pyrrhum, & è Lacedæmonijs nonnullos. Sub Hannibale quoque Carthaginensibus se iunxerunt, quapropter à Rom. postea debellati depressi fuerunt. Quòd Iapygum regio, miris modis urbi idonea est. Cum enim in superficie aspera uideatur, ubi aratris scinditur, altioris fertilitatis glebas reperies. Et quanquam aquarum indiga sit, pascua tamen læta suppeditat, & arboribus referta spectatur. Hæc tota regio copiosa aliquando hominum multitudine floruit, ac tredecim habuit

urbes

urbes. Nunc preter Tarentum & Brundusium, cætera exigua sunt oppida, adeo ipsorum uires sunt absumptæ. Hoc in loco extat Scopulus quem ultimam Iapygiam uocant, multus in pelagus ac ortum hybernum procumbens, ac paulatim conuertens se ad Lacinium promontorium Magnæ olim Græciæ dictæ, à Pythagoræ scilicet quæ illic erat frequentia. Aduersus hoc ab occasu se attollit, atque ad ipsum, sinus Tarentini os claudit. Ad quem modum Ceraunia ad hoc ipsum claudunt sinum Ionium. Interuallum ab hoc sinu ad montes Ceraunios atq; Laciniũ stad. est septingentorum. E Tarento Brundusium usque nauigationis circuitio ad Baretum oppidulum, stadiorũ est sexcentorum: nunc Barin appellant. Hinc ad Leuca, stad. sunt octingenta, & hoc exiguum oppidum est, in quo fons ostenditur fœtidam aquam habens. E Leucis ad Hidruntem exiguam urbem stadia sunt centum quinquaginta. Hinc Brundusium stadia quadraginta. Totidem ad Sasonem insulam, quæ interualli quod inter Ceraunia Epiri & Brundusium iacet, media sita est. Quòd è Brundusio uia Tarentum, id est, isthmus stadiorum est ducentorum, disterminans terram quam Messapiam & Iapygiam & Calabriam & Salentinum communi appellatione uocant: ea peninsula est. Quòd Brundusiũ portus commoditate excellat. Multi nanque portus uno ore includuntur, qui nulla fluctuum agitatione turbantur, sinibus intro inclusis, ut forma ipsa cerui cornibus simillima sit. Vnde & nomen est inditum. Locus enim unà cum urbe, ceruino capiti maxime comparari potest. Ac lingua Messapiorum Brundusium cerui caput nominatur. Sunt autem è Roma Brundusium milliaria trecenta sexaginta. Quòd è Brundusio in ripam transmarinam duplex est nauigatio, altera ad Ceraunia & Epirum, Altera Dyrrachium quæ maior est quàm prior. est enim stadiorũ quatuor milliũ octuaginta. Vtraq; harũ supra modum frequens est, quòd urbs ipsa commode sita sit tum ad Illyricas gentes tum ad Macedones.

Quòd olim Argirohippium dicta fuerit, quę deinde Argyrippa ac postremo Harpi sit uocata, Diomedis ædificium. Quòd in Samnio circa collem quendam ostendũtur basilicæ duæ, altera quidem Calchantis in summo uertice collis, sacrificant illi nigrum arietem oracula petituri, et pelli indormiunt. Altera Podalyrij, in ima radice montis posita, abest à mari stadijs circiter c. Locum hunc Drion appellant. Ante sinum, ad trecenta stadia procumbens, in pelagus protenditur promontorium (Garganum appellant) cui adiacent Diomedeæ insulæ. De Diomede uariat historia. Alij aiunt à suis accersitum Argis obijsse. Alij uero illic in Harpis eum decessisse tradunt. Nonnulli quod in una ex insulis de suo nomine appellatis, euanuerit. Veneti apud se in Deorum numerum sublatum fuisse affirmant.

Quòd Italia tutam habitationem prębeat, instar insulæ mari circundata, atq; uno in loco alpium ingentibus præcipitijs, tanquam ualidissimis muris circunuallata. Quòd Strabo sub Tyberio Cæsare, eiúsque liberis Druso & Germanico floruerit.

VOD à sinu Adriatico usque ad Istrum stadia sunt mille.

Quòd Germani à Gallica gente pusillum differant, feritatis abundantia, & corporum proceritate atque flauitie. In cæteris sint similes & forma & moribus : quamobrem à Romanis Germani fuerunt appellati, quod fratrem significat legitimum.

Quòd Marsi & Sicambri gentes sunt Germanicæ ad occasum sitæ. Quòd in Germaniæ tractu Hercinia sylua sit circa Sueuos nationem maximam. Quòd populi qui Germanis septentrionales magis sunt in curribus uitam degunt & pastoralem, atque ex uno loco in alium facile migrant, quia thesauros non reponunt. Quòd Drusus Tyberij filius bellum gerens atque re bene gesta prope Rhenum oppetijt. Quòd Rhenus ab Albi fluuio distat stadiorum tribus millibus, rectà proficiscenti.

Quòd sylua Hercinia proceris arboribus frequens sit, & munitissimis in locis ingentem ambitum admittit. In medio sita regio est, quæ pulcherrime habitari potest. Nec longe ab hac distant Istri ac Rheni fontes, & lacus inter utrunque interiacens, & de Rheno effusæ paludes. Habétque lacus ipse ambitum stadiorum trecentorum. Est autem australior hic lacus quàm sint uel Istri fontes uel ipsa sylua Hercinia : ut necesse è Gallia ad syluam Herciniam proficiscenti, prius lacum hunc trajcere, mox Istrum. Postea per faciliora loca montanásque planities ad Herciniam sunt accessus. Quòd alia etiam in ijsdem Sueuis sylua, Gabreta nomine, ingens iaceat: ultra quam Hercinia est, quæ & ipsa ab istis tenetur. Quòd Cimbri appellantur Germani iuxtæ oceanum habitantes, hi usque ad Mæotin aliquando militiam egerunt. Ab his, qui Bosphorum incolunt Cimmerij uidentur nomen traxisse, quorum etiam Homerus meminit. Nam Græci non sine solœcismo hoc nomen ita efferunt.

Quòd Cimbrorum uxoribus in militandi societate coniunctis, consequentes nonnullæ diuinationis peritæ sacerdotes adhærebant. Quibus canus capillus erat, alba uestis, lintea è carbaso subter tunicam fibulis annexa, æreis incinctæ zonis, pedes nudæ, captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos humi steruentes ad æreum craterem protrahebant, uiginti amphorarum capacem. Habebant & pulpitum quo agiliter conscenso tollentes in sublime captiuum, super lebete iugulabant. Tum profuso in craterem sanguine, inde, dum stillaret uaticinium edebant. Aliæ sciso uentre intestina speculabantur, suis uictoriam acclamitantes. In ipsis uero certaminibus, extentas ad carrorum uelamina pelles tantis ictibus pulsabant ut ingenti cum horrore fragor efficeretur.

Quòd ueteres Græci Mysos & Getas qui Istrum accolunt Thraces opinati sunt. Item colonos Mysorum Thraciæ, eos qui in Asia inter Phrygas & Lydos & Troianos habitant. Et ipsi insuper Phryges Thracum genus sunt, Briges dicti, quemadmodũ & Mygdones & Bebryces & Medobithyni & Bithyni & Thyni & Mariandyni. Sed hi omnes Europam deseruere prorsus, præter Mysos, quorũ etiam Homerus meminit. sunt enim nonnulli è Thracibus illis & Mysis qui à carnium esu & nuptijs ob religionem abstinent, quos appellat ipse inclytos equorum

mul

mulsores, lactophagos, ἀβίους, id est cælibem & absq; mulieribus uitam ducentes. fit autem ut cum pauperes hi sint, iustissimam uitam agant. Est itaque uerisimile Zamolxin posterioribus seculis persuasisse Getis, ut Pythagoricam uitam ducerent, quòd eos ad philosophiam promptos deprehendisset. Quòd Pontus qui nunc Euxinus dicitur, prius axinos, id est inhospitalis fuerit dictus, quod populi qui tum illũ accolebant feri essent, & qui Tauricam colebant, hospites mactare soliti essent. Quòd Scythæ omnia communia habere consueuerint, etiam mulieres ipsas, præter gladium solum & poculum. Cum autem sint ἄβιοι iustissimi etiam sunt. Nam iniustitia ob pecuniæ possessionem & cõtractus fieri solet. Veteres autem Scythæ erant pauperes. Testatur idem Homerus. Item Herodotus de Scytharum rege scribens, aduersus quem Darius Persarum rex duxit exercitum, & de frugalitate ipsorum ac simplicitate. Et Dromachetes rex Getarum, cum Lysimachum Macedonum ducem, qui cum Alexandro quandoque militauerat aduersus se bellum gerentem uiuum cepisset, ubi suam gentisque suæ monstrasset inopiam, impune dimisit, illud addens, Non inferendum fuisse bellum hominibus qui talem paupertatem exercerent, sed ijs utendum ut amicis. Quòd bifariam diuisa ea terra quæ inter Pontum Euxinum & Germanos iacet, quæ ad ortum & pontum Euxinum sita est, eam Getæ habitant. Ad occasum uero Daci & Dani. Vnde etiamnum apud Athenienses seruorũ nomen frequẽtatur. Quòd partem Istri fluuij superiorem uersus fontem & usque ad Cataractas, antiqui Danubium appellabant, quæ plurima per Dacos fertur: inferiorem uero partem usque ad Pontum ac præter Getas uocabant Istrum. Habent autem Daci eandem linguam cum Getis. Quòd inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram fluuium Getarum solitudo pertenditur, plana tota atque aquarum indiga. Quo in campo Darius Histaspi filius destitutus, quando traiecto Istro aduersus Scythas expeditionem suscepit, maximo in periculo fuit ne cum toto exercitu siti deleretur.

Quòd à Peuce quæ insula est, ostijs Istri comprehensa, usque ad Tyræ eruptionem stadia sunt septingenta. At ab ostio Istri quod Sacrum appellatur, & maxime australe est, usque ad id quod maxime septentrionale est ostium, stad. sunt trecenta. Est autem hæc basis ipsius Peuces insulæ triangularem figuram habentis.

Quòd Leuca insula à Peuce uersus ortum stad. quingentis distat, in pelagus educta, sacra Achilli. Quòd deinde Borysthenes sit flu. mox ad septentrionem & ortum Hypanis flu. à Tyra flumine, ante hos Borysthenes insula. Cæterum sursum nauiganti Borysthenem ad stadia ducenta, eiusdem nominis urbs offertur alioqui Olbia dicta, amplum sanè emporium condidere Milesij. Inter Istrum fluuium & Borysthenem prima occurrit Getarum solitudo: deinde Tyra getæ, mox Iazyges Sarmatæ, & Basilæi appellati Scythæ. Quòd uniuersus aquilonaris tractus à Germania usq; ad mare Caspium, campestris est regio, quæ ad nostram utique cognitionem peruenerit. Quòd Roxoani circa Mæotim habitantes bellum gesserint aduersus Mithridatis Eupatoris duces, imperatorem habentes Tasium. Quòd Borysthenes flu. ostia in intimo recessu Tamyraci sinus iaceant. Itemq; Borysthenes insula. At Carcinites fluuius in secessu erumpit sinus eodem nomine dicti. Inter hos duos sinus Tauroscythia continetur, peninsulæ forma, huius pars australis rectum litus est, cursum Achillis appellant.

Quòd circa Mæotin loca præ magno frigore asinos non gignant. Est enim animal istud rigoris impatiens. Boues autem alij absque cornibus nascuntur, alijs amputantur. hæc enim pars à gelu oblæditur maxime. Equi pusilli apud eos nascuntur, pecudes magnæ. Traiectus autem Bosphori è Panticapæo ad Phanagoriam plaustris deambulatur, adeo ut tota uia cœnum efficiatur. Et fossiles illic sunt pisces, qui in glacie destituti ligonibus effodiuntur, præcipue Antacæi delphinis magnitudine æquales. Vitis per hyemem defoditur. Æstus per æstatem ingens est, forte quia corpora illic insueta sunt, aut quia nullæ spirant auræ, aut quia crassitudo aëris plus caloris concipit, quemadmodum in nubibus solis agunt radij. Quòd post Borysthenis insulam ad ortum in continente nudus locus est, quem Achillis Sacrum lucum appellant: deinde Achillis cursus, & in mare porrecta Cherronesus. Est enim ad ortum fascia quædam in stadia mille producta, latitudine maxima stadiorū duûm: miníma, iugerum quaternûm, distans à continente quæ utrinque ceruici huic adiacet, stadijs per mare sexaginta, harenosa, aquam tantum fossilem habens. In media hac, isthmi collum est circiter stadia quadraginta. Terminatur uero ad promontorium quod Tamyracen appellant, & stationem habet. Post illud sinus est Carcinites, magnitudine non modica, tendens in aquilonem ad stadia circiter duo millia, usque ad ipsum sinus recessum. Hunc sinum eodem quo promontorium nomine Tamyracen appellant. Hic istmus ille est, qui lacum putrem uocatum, à mari separat, stadiorum quadraginta, facitq; Tauricam & Scythicam appellatam Cherronesum. Alij trecentorum sexaginta stadiorum isthmi latitudinem esse dicunt. Porrò Sapra lacus stadiorum quatuor esse dicitur. Est autem pars Mæotidis uersus occasum, magnoq; illius ore clauditur, paludosa uehementer & uix nauiculis subtilibus nauigari potest. Nam uenti cœnum facile detegunt, inde rursus opplent, adeo ut paludes ipsæ maioribus cimbis non sint peruiæ, sed illic detineantur.

Quòd Cherronesus urbs in Taurica, quæ antea proprijs legibus uiuebat, à Barbaris postmodum direpta eò necessitatis adducta sit, ut Eupatorem Mithridatem præsulem sibi deligeret, aduersus Barbaros qui supra isthmum usque ad Borysthenem atq; Adriam loca tenent, bella gesturum, quæ aduersus Romanos præludia parabantur. Ille igitur cum per has spes lubens exercitum in Cherronesum misisset, Scythis bellū intulit, eosq; subiugauit, ac Bosphoro potitus est, ultrò accepta eius loci ditione à Pirisade qui eum tunc obtinebat. Ex eo tempore Cherronesitarum ciuitas in hunc usque diem Bosphoranis regulis est subiecta.

Quòd Post pactorum portum in Taurica, qui uersus occasum ac boream iacet, Tauricum litus sequitur à Ponto Euxino uersus austrum, longitudinem habens stadiorum mille, asperum, montanum, & aquilonibus procellosum. Sita est urbs Theodosia in Bosphoro. Cæterum in medio huius litoris promontorium est quod arietis frontem appellant, ex aduerso Paphlagoniæ & Carambidos promontorij. Inter Carambin & Arietis frontem interuallum stadiorum habet duo millia quingenta. A Theodosia Panticapæum usque Bosphoritanorum metropolim regio tota agrum habet feracem, præcipuè tritici, stadia continens quingenta triginta. Vrbs Panticapæa in ore lacus Mæotidis est sita. Panticapæum autem collis est in circulū habitatus ad stadia uiginti, Milesiorū ædificium.

Quòd

Quòd duo oſtia Tanais inter ſe diſtant ſtadijs ſexaginta, quo loco urbs eſt eodem nomine cum fluuio, Emporium Barbarorum maximum, poſt Panticapæum tamen. A Panticapæo uerſus boream ad ſtadia uiginti ſurſum pergenti, Myrmecium eſt oppidum exiguum. Deinde Parthenium uicus ſtadijs à Myrmecio quadraginta, à Panticapæo uero ſexaginta. Iuxta Panticapeum, fretum, id eſt Boſphori traiectus, ſtadiorum eſt ſeptuaginta: à Parthenio uero, quo loco anguſtiſſimum eſt, ſtadiorum uiginti. Habet autem illic oppoſitum in Aſia uicum, Achilleũ nomine. Ex hoc loco longitudo lacus ad Tanaim urbem & inſulam ſtadiorum eſt duorum millium ducentorum. Hunc numerum paulò excedit præter Aſiam ad dextram partem nauigatio. Ad ſiniſtrã uero & iuxta Europam, ſeptem millia proxime excedit, ut totius lacus ambitus ſtadiorum ferè ſit octo millium. Huius pars quæ in Europam uergit, deſerta eſt, quæ ad ortum, habitatur. Cæterum Taurica Cherroneſus & magnitudine & figura Peloponneſo eſt ſimilis. Magnam eius partem uſque ad iſthmum ſcilicet ac ſinum Carciniten, Tauri colebant, gens Scythica, appellabatúrque olim regio hæc uniuerſa, & ferè quæ extra iſthmũ eſt uſque ad Boriſthenem, parua Scythia. Huius Tauricę Cherroneſi, præter montanam oram maritimam uſque ad Theodoſiam, reliqua pars tota campeſtris eſt & fertilis, in primis autem frumenti. Vbicunque itaque foſſore forte proſciſſa eſt, triginta reddit. Hi tributum pendebant Mithridati Eupatori. Ex his locis ad Græcos cõmeatus frumentarios extitiſſe aiunt. Et Leuconem traditum eſt Athenienſibus miſiſſe modiorum frumenti myriadas quindecim. Quãdo autem quiſupra eos habitant paſtores ſunt omnes, hi peculiariter agriculæ nominabantur. Quòd Scythicæ & Sarmaticæ gentis peculiaris mos ſit, equos caſtrare, ut manſuetiores ad parendum fiant. Sunt enim parui, at celeres admodum & rebelles. Quòd in Scythia aquilæ non naſcantur. Inter quadrupedia belua eſt quam colon appellant, magnitudine inter ceruum & arietem, corpore albicante, eximiæ ſupra hos leuitatis ad curſum, naribus potans ad caput trahit complures ad dies ſeruans, ut per carentes aquis agros facile pabulum carpat. Huius generis uniuerſa extra Danubium regio eſt, in medio Rheni, & Tanaidis ſpatio iacens, quæ ab Iſtro fluuio incipit, & mari Pontico terminatur.

Quòd quodam modo ad Iſtrum fluuium paralleli ſint, Illyrici & Pæonici ac Thracij montes, iuxta unam lineam ferè iacentes, ab Adria ad Pontum uſque per rectam. Huic lineæ ad ſeptentrionem iacent, quæ inter Iſtrum fluuium & montes ſunt ſita loca. Ad auſtrum uero, Græcia & continentes Barbaræ nationes uſque ad ipſos montes. Iuxta Pontum itaque, Æmus mons eſt, cæteros eius loci magnitudine altitudineq; ſuperans facile, mediam diuidens Thraciam. Ad Adriaticum uero, tota ferè Ardea. Media iacet Pæonia quæ & ipſa tota edita eſt. Ex huius lateribus, uerſus Thraciam quidem Rhodope, propinquus, & ſublimis admodum mons poſt Æmum. Altera ex parte ad ſeptentrionem, ora Illyrica & Angariatarum regio & Dardanica. Alpes autem uſq; ad Iapodas excurrũt, gentem Gallicam & Illyricam. Ocra uero humillima eſt alpium pars, quę ex Rhetica uſq; ad Iapodas porriguntur. Inde montes rurſus attolluntur, iuxta Iapodas, uocanturq; Albia. Inter Ocram & Albia iuxta lineã rectã in Iſtria mõtes ſunt Caruanga uocati. Porrò Bebia, adhuc magis uerſus ortũ ſunt quàm Albia, ita ut in quinto climate hi montes ſint iuxta rectã ferè lineam locati, Ocra, Caruanga, Albia, Bebia.

Inde montes superioris Mysiæ. Mox Aemus Thracius usque ad Pontum Euxinum. Recta itaque linea iuxta hos montes eiecta Istro ferè ex æquo adiacet.

Quòd litoris Illyrici initium Istria est, Carnis & Italiæ continua. Sunt autem ab intimo sinu Adriæ usq; ad Polam urbem stadia octingenta, ac totidem Anconem usque Italiæ urbem. Cæterum Istriæ circuitio tota usque ad Albios montes, stadiorum est mille trecentorum. Deinceps est Iapodum cursus, stadiorum mille.

Quòd Iapodes ad Albium montem sint siti, qui ultimus est alpium & altissimus. tendunt hinc ad Pannonas usque & Istrum, hinc ad Adriam. Sunt autem Stigmatici quemadmodum Thraces & Illyrici cæteri. Quòd post Iapodum nauigationem Liburnica est circuitio, stadia habens mille quingenta. Huic, insulæ adiacẽt quadraginta numero. Et ante Iapodas insula iacet, Cyrectica. Ante Istros, Absyrtides insulæ sunt, quo loco Medeam Absyrtum fratrem necasse aiunt. Præterea Tragurium & Pharos ante Liburniam iacẽt, insignes insulæ. Item Issa insula. Quòd Dalmatis peculiaris mos sit, per octennium ab inquilinis tributa exigere, Et quod numismate nullo utantur, id ipsis inter eius litoris accolas rursus peculiare est, cum cæteris autem Barbaris permultis, commune.

Quòd mons Adrius mediam Dalmatiam diuidit, hinc uersus mare, illinc uersus terram. Post hunc Naro fluuius est, & ante hunc Nigra insula, quæ Corcyra dicitur, Cnidiorum colonia. Quòd multæ nationes defecerint, & indies deficiant, è Gallis quidem Boij & Scordistæ, Ex Illyrijs Autariatæ & Ardæi, & Dardanij: è Thracibus Triballi. Hoc autem tempore, ne nomen quidem Thracum aut Macedonum est. Quòd post Ardæorum & Pleræorum oram maritimam Rhizæorum sinus est, & Rhizon oppidum, deinde ad austrum Drilo fluuius, nauigationem habens aduersam, ortum uersus usque ad Dardaniam. Propinquat Macedoniæ gentibus & Pæonicis ad meridiem: deinde Dyrrachium urbs est, eodem nomine quo Cherronesus, Corcyrẽorum ædificium. Inde Apsus fluuius, ab hoc urbs Apollonia à Corinthijs ædificata. Mox Laus fluuius: deinde Baliaca urbs, & montes Ceraunij & Chaones, initium sinus Ionij, & insula Saso. Est autem propria appellatio Ionij, qua parte sinus incipit. Adriatici uero, qua interior eius sinus pars est. Hoc tempore, uniuersum eo nomine uocatur. Sunt autem è Liburnia ad Ceraunia usque per oram maritimam, stadiorum duo millia. Via à sinu Adriatico usque ad montes Ceraunios pedibus eunti, dierum est plus quàm quadraginta. Nauigatio per mare, dierum sex. Vniuersa hæc ora maritima frugum atque rerum omnium ferax est, uinetis atque arboribus optime consita. Quòd quæ supra oram illam maritimam sita est, Illyria omnis montana est & frigida ac niuibus oppleta. Et quæ ad septentrionem spectat adhuc magis, ita ut raro uitem ferat. Hæc loca Pannonij tenent, ad austrum quidem usque ad Dalmatas & Ardæos, ad septentrionem uero, usque ad Istrum fluuium. Ad ortum, Scordiscis proxima est, qua Macedonũ & Thracum montes existunt.

Quòd in Autariatis insigni gente Illyrica aqua est, è uase quodam uerno tempore stillans. Hanc aquam haurientibus & dies quinque reponentibus coagulabatur & sal efficiebatur. Quòd post Scordiscorũ regionem, Triballorum & Mysorum sit regio iuxta Istrum sita. Item paludes Scythiæ intra Istrum, quam minorem appellant. Quòd ab Istri ostio maxime australi, quod appellant Sacrum, uersus austrum per oram Ponti maritimam eunti ad stadia

quin

quingenta, Ister sit oppidum exiguum, Milesiorum ædificium: deinde oppidulum aliud, Tomis, ad stadia ducenta quinquaginta. Inde urbs Callatis ad stadia ducenta octoginta, à Milesijs ædificata. In medio Apolloniæ & Callatidis spatio, Odessus est. Postea mons Aemus usque ad mare progrediens: deinde Mesembria Megarensium colonia, postmodum Anchiale urbs, mox Apollonia. Ab Apollonia usque ad Cyaneas stadia sunt mille quingenta. In eo interuallo Thynias & Salmidessus est, litus desertum & lapidosum, importuosum, ad aquilonem late patens & apertum, longitudine stadiorum ferè septingentorum usque ad Cyaneas. Sunt autem Cyaneæ perexiguę duæ insulæ iuxta os Ponti, altera Europæ, altera Asiæ contigua, freto disiunctæ quod latitudinem habet stadiorum, aut circiter, uiginti. Tantundem à Byzantiorum & Chalcedoniorum templo distant, quod est Bosphori Thracij & Ponti ipsius os angustissimum.

Quòd Thracũ lingua urbs Bria appellatur. Vnde Mesembria, tanquã Mesios oppidũ. Et Selymbria oppidũ Selyos. Itẽ Aenos olim Poltyobria uocabatur tanq̃ Poltyos oppidũ. Quòd Megarensibus aliquando oraculũ de colonia consulentibus Deus responderit, ut urbem ex aduerso cæcorum locarent, Byzantium significans. Nam Chalcedonios appellabat cæcos, qui cum ad eum locum decem & septem annis prius appulissent, non aduerterint tanquam cæci, ut meliorem locum Byzantiũ eligerent, sed Chalcedonem conderent quę tenuior esset.

Quòd pelamis in paludibus lacus Mæotidis nascitur, inde ubi parum adoleuerit in Pontum descendit, atque ad Asiaticum litus Trapezuntem usque excurrens, ob exiguitatem non capitur. Inde ad Sinopen usque uenatio ipsius primum incipit, ubi paulatim augescens iuxta Byzantium insignem magnitudinem habet, & capitur maxime. Nam in cornu quod iuxta Byzantium est & sinuosum maris gurgitem ad occidentem conuersum ingrediens capiendum se præbet commodissime. Quòd cornu iuxta Byzantium nomen acceperit, quia mare illud cornu ceruino simile est. Habet enim sinus quosdam ramis non absimiles.

Quòd quam nunc Græci regionem habent, à Barbaris prius habitabatur, scilicet Pelops è Phrygia populum in eam partem duxit quæ ab ipso Peloponnesus nunc est dicta. Danaus uero ex Ægypto. Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges & nonnulli alij, regiones Græciæ inter se partiti sunt. Nam Atticam Thraces cum Eumolpho tenebant. Ex Phocide, Aulidem Tereius. Cadmeam autem, Phœnices qui cum Cadmo uenerunt, tenuere. Bœotiam, Aones, & Tembices, & Hyantes: atque ex aliquot uocabulis Barbaricum adhuc manifestatur, ut sunt Cecrops, Codrus, Eclus, Cothus, Drymas, Crinanus. Et nunc sanè totam continentem & Græciam ferè & Peloponnesum & Macedoniam, Scythæ Sclaui tenent. Ioniam Cares & Leleges tenebant. Quòd sub sexto climate Alpis mons iacet, & ad ortum iuxta rectam ferè lineam dorsum eius montanum porrigitur, usque ad montem Aemum qui in pontum Euxinum desinit. Nomina autem habet iuxta unamquanque gentem hæc: Alpes, Ocra, Caruanga, Albis, Bebia: & hi Illyrici montes sunt. Macedonici uero, Bertiscus, Scardus, Orbelus, Rhodope, Aemus, è quibus duo extremi Thracij sunt. Inter hoc dorsum & Danubium hæ gentes intersunt: Rheti, Vindelici, Norici, Pannones superiores & inferiores, Scordisci, Dalmatæ, Mysi superiores & inferiores, qui usque ad Peucen insulam progrediuntur. Cæterum Illyrij & Macedones & Thraces ab hoc

dorso ad austrum tendunt. Quòd ex Apollonia in Adria, quæ Taulantiorum Macedoniæ urbs est prope Dyrrhachium sita, uia Egnatia incipit uersus ortum per millia passuum dimensa, atque lapideis columnis notata, usque ad Cypselum & Hebrum amnes. Est autem milliariorum quingentorum triginta quinque. Quod si in singula milliaria octo stadia computentur, uenient in hanc uiam stadiorum quatuor millia ducenta octuaginta. Sin milliare, ut uolebat Polybius, octo stadia duobus iugeribus, quæ stadij tertia pars est, superet, adijcienda erit stadiorum quatuor millibus ducentis & octuaginta tertia pars, è quingentis triginta quinque milliaribus, id est, stadia centũ septuaginta octo, ut in uniuersum fiant quatuor millia quadringenta quinquaginta octo. Quòd Ptolemæus latus Macedoniæ septentrionale ait esse lineam per montem Bertiscum & Scardum & Orbelum ejectam, ad ortum quidẽ usq; ad mediam Propontidẽ, ad occasum uero, usque ad ostia Drilonis fluuij: ita ut partes horum montium & lineæ huius septentrionales partim sit Illyrica natio, partim Thracica. Porrò Strabo non ita definit, sed uiam Egnatiam terminum Illyriæ & Epiri statuit, ab Apollonia usque ad Lychnidium urbem exiguam, & locum quem Pylonis appellant. Cętera huius uiæ per Heracleam et Lyncestas & Eordos, in Edessam & Pellã usq; ad Thessalonicam. Sunt autem hęc milliaria ducenta sexaginta septem. Reliqua pars usque ad Hebrum fluuium totidem milliarium est. Quod ab urbe Apollonia uia Egnatia Epirum terminat, uersus austrum, cõtentam à mari Adriatico usque ad sinum Ambracium. A sinu Ambracio uersus ortum usq; ad Ægęum, Hellas est, habens Peloponnesum à meridie. Quòd Strimon flu. Macedoniam et Thraciam disterminat. Thracia uero mari alluitur Ægęo, & sinu Nigro & Hellesponto & Propontide & Bosphoro ac Ponto Euxino, atq; in Æmum montem finit. Septẽtrionale latus Thracię cõstituunt Æmus & Rhodope & Orbelus, montes, occiduum uero, Strimon fluuius. Quòd Myrtoum pelagus continetur à Sunio usq; ad Corinthum & Sarconicum sinum. Deinde latere orientali Peloponnesi usque ad Maleam & Cythera ac Cretæ partem borealem. In hoc mari etiam Cyclades insulę sitę sunt. Quòd Dodona in Molossorum regione iaceat, qui Epirum tenent. Quòd à Ceraunijs montibus & Chaonibus pręter terram nauigatio stadiorum est mille trecentorũ, usque ad os Ambracij sinus, quo loco finitur Epirus. Quòd à Cassiope portu Corcyrę usq; ad Brundusiũ stadia sint mille septingenta. Quòd os ipsum Ambracij sinus stadiorũ sit quatuor, ambitus autẽ, trecentorũ. Circumhabitant ipsum, à septentrione Amphilochi, ab ortu Acarnanes, ab occasu Cassiopęi, & Nicopolis ab Augusto cõdita. In intimo sinu hoc Ambracia urbs est, à qua sinus nomẽ habet, nec procul à mari abest. Hanc Pyrrhus Epirotarum rex, reddidit celebrem, regia sede illic constituta. Fuit autem à Gorge Cypseli filio ędificata Ambracia. Quòd Actij ludi sint quinquẽnales in Nicopoli. Quo loco Augustus Antonio nauali pugna deuicto, tum ipsam urbem appellauit Nicopolim, quę prius Actium dicebatur, iuxtaq; illam ludos Actios instituit celebrandos. Quòd post Epigonorum aduersus Thebas expeditionẽ, Alcmęon à Diomede accersitus, cum èo in Ætoliam & Acarnaniam est profectus. Cæterum cum illos ad bellum Troianum Agamemnon accerseret, Diomede proficiscente, Alcmęon in Acarnania remanẽs Argos condidit, appellauitq; Amphilochicum cognomẽto fratris. Inachum quoq; flu. qui per

illam

illam regionẽ in ſinum influit, ab eo qui in Argiua terra eſt appellauit. Quòd iuxta Macedoniam & Theſſaliam, circa Pœum montem & Pindum Æthices ſunt & Penei fontes. Dodonæum autem oraculũ in Theſprotia eſt, & Dodonam Theſprotida cognominarunt. Iacet autem in radicibus Tomari montis, à quo monte Iouis uates, quos poëta uocat ἀνιπποπόδας, Tomuri uocabantur. per ſyncopen ſcilicet à τομοφόροι, tanquam Tomari cuſtodes dicas. Hinc illud Odyſſeæ quod Amphimachus ait,

ὲ μὲν δ' ἀνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. alij ſcribunt,

ὲ μὲν δ' ἀνήσωσι Διὸς μεγάλοιο τομοῦροι. Nuſquam enim Homerus oracula Themiſtas appellat, ſed de ciuilibus & legitimis conſuetudinibus id nomen uſurpare ſolet. Is locus initio à tribus uiris tenebatur, qui uaticiniorum miniſtri erant, poſtea tres anus ſunt adhibitę. Prius apud Scotuſſam urbem Pelaſgicam iſtud oraculum erat, arbore deinde à quibuſdam incenſa, translatum fuit Apollinis oraculum Dodonam. Dabat autem reſponſa non uerbis ſed per ſigna quędam, quemadmodum Ammoniacũ: fortaſſis peculiari quopiam modo tribus columbis uolitantibus, ſacerdotes inſpicientes oraculum edebant. Aiunt inſuper Moloſſorum & Theſprotiorum lingua, anus appellari πελειὰς, ſenes πελειὸς. Et fortaſſe uolucres non fuere tres uulgatæ columbæ, ſed mulieres uetulæ tres, quæ templo operã dabant. Quòd æs Dodonęũ hinc appellationem ſumpſit. Lebes fuit æneus in templo, ſupra ſe ſtatuam habens tenentem flagellum æreum, donum Corcyrenſium. Flagellum erat triplum, catenulis intextum, dependentes habens talos. Hi lebetem cõtinenter pulſantes, quoties ſcilicet à uento agitabantur, longum ſonum edebant, ut metientes tempus ab initio ſoni uſqȝ ad finem, etiam ad cccc. uſque peruenirent. Vnde prouerbium cœpit, Corcyrenſiũ flagellum. Quòd Corcyra olim fœlix extiterit, & copijs naualibus plurimum potuerit, ſed à bellis ac Tyrannis aliquot ſit deiecta. Poſtea à Romanis in libertatem reſtituta nullam laudem aſſecuta eſt, ſed contumelioſo prouerbio occaſionem fecit, Libera eſt Corcyra, caca ubi uoles. Quòd Macedonia ab occaſu terminatur ora maritima Adriatici, ab ortu linea meridiana huic litori parallela, per Hebrum fluuium & urbem Cypſelorũ ducta, à ſeptentrione uero, linea recta quę per montem Bertiſcum & Scardũ & Orbelum & Rhodopen atqȝ Aemum duci intelligitur. Hi montes à mari Adriatico initium ſumentes, iuxta lineam rectam ſeſe ad Pontum uſqȝ Euxinum porrigunt, faciuntqȝ ad Notũ magnam Cherroneſum, Thraciam ſcilicet ac Macedoniam & Eporũ & Achaiã. Ab auſtro autem finitur uia Egnatia, tendente ab urbe Dyrrhachio ortum uerſus Theſſalonicam uſqȝ. Eſt autem Macedoniæ figura parallelogrammo ſimilis.

Quòd Peneus fluuius initio ſumpto è Pindo monte, per Tempe perqȝ mediã Theſſaliam fertur, item per Lapithas & Perrhœbos. Atqȝ aſſumpto Europo flumine, quem Homerus Titareſium uocat, Macedoniam terminat ad boream, Theſſaliam uero ad Notum. Cæterum Europi fontes è Citario monte qui Olympo continuus eſt, erumpunt. Eſt autem Olympus Macedoniæ mons. Oſſa uero & Pelios Theſſaliæ. Quòd ſub radicibus Olympi iuxta Peneum flu. Gyrton habetur urbs Perrhœbica, & Magnetis, in qua regnarunt Perithousqȝ & Ixion. Diſtat Gyrton à Tyrrhene urbe Crannoniorũ. aiuntqȝ cum poëta dixiſſet τὼ μὲν ἄρ' ἐκ θρηϊκὸς, Ephyros dictos fuiſſe Crannonios, Phlegias autẽ Gyrtonios. Quòd urbs Dion non ſit in litore Thermęi ſinus, in radicibus Olympi, ſed circiter ſeptẽ ſtadia

distat. Habet autem Dion oppidum, pagum uicinum, Pimplam, in quo Orpheus agebat. Quòd uates olim etiam musicen exercuerint. Quòd post Dion oppidum Haliacmon fluuius est, in sinum Thermæum egrediens. Ab hoc uersus boream ipsius sinus ripa, Pieria uocatur usq; ad Axium fluuium, in quo urbs est sita Pydna, quam nunc Citrum uocant. Deinde Methone et Alorus oppidũ. Inde Erigon et Ludias fluuij. A Ludia ad urbem Pellam nauigatio est aduersa, stadiorũ centũ uiginti. Distat autem Methone à Pydna, stadijs quadraginta: ab Aloro, septuaginta. Pydna itaq; Piericum est oppidũ: Alorus, Botaicum. In campo qui ante Pydnam est, Romani deuicto Persa regnum Macedonũ euerterunt. In campo ante Methonam, accidit Philippo Amyntæ ut oculo caperetur, per obsidionẽ eius urbis catapultica sagitta ictus. Quòd Pellam urbem prius exiguam, Philippus in immensum auxerit, in ea educatus. Habet ante se lacũ è quo Ludias fluuius exit. Lacum hunc efficit ab Axio fluuio diuulsa pars. Deinceps Axius est, qui diuisa terra Bottaria atq; Amphatitide, assumptoq; fluuio Erigone inter Chalestrã & Thermen in mare erumpit. Super hoc fluuio locus situs est, quem Homerus Amydonem appellat, aitq; Pęonum auxilia ad Troiam inde uenisse,

τήλεθεν ἐξ ἀμιδώνος ἀπ' ἀξίου δυρυτόντος.

Cæterum quia Axius turbidus fluit, fons autem ex Amydone limpidissima aqua huic miscetur, sequentem uersum ἀξίου οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικύδνατοι ἄκρῃ ita mutandum esse censent, ἀξίου ᾧ λιπαλλιστον ὕδωρ ἐπικύδνατοι ἄκης. Non enim Axij aqua pulcherrima omnium per terram fertur, sed eius terræ aqua limpidissima Axio miscetur.

Quòd post Axium fluuium Thessalonica urbs est prius Therme dicta, à Cassandro ædificata. Is de nomine uxoris, quæ Philippi Amyntæ erat filia, urbem hanc ita appellauit, atque circumiacentia oppidula in eam deduxit, ut Chalestram, Æneam, Cissum, & quædam alia. Ex hac Cisso quispiam existimarit Amphidamantẽ Homeri fuisse, quem auus Cisseus, ut inquit, educauit in Thracia, quę nunc Macedonia uocatur. Quòd Berrea urbs in radicibus Bermij montis est sita.

Quòd Pellene Cherronesus, in cuius isthmo iacet quæ prius Potidæa nunc autem Cassandræa dicitur, olim Phlagra fuerit uocata. Eam incolebant fabulis celebrati gigantes, gens impia, & iniqua, quos Hercules sustulit. Habet urbes quatuor, Aphytim, Menden, Scionem, Sanen. Quòd Olynthi nauale sit Mecipernа, in sinu Toronæo. Quòd iuxta Olynthum locus cauus sit, ab euentu Cantharolethros appellatus. Nam scarabeus qui circa hunc locũ nascitur, ubi eũ attigerit illico extinguitur. Quòd ex aduerso Canastri promontorij Pallenæ Derris est promontorium, iuxta portum Surdum, & hisce sinus Toronęus definitur. Rursus ad ortum iacet Athonis promontoriũ qui sinum Singiticum terminat: ut deinceps sint siti in Ægeo mari hi sinus, hoc modo se sequentes, Maliacus, Pagasiticus, Thermęus, Toronæus, Singiticus, Strimonicus. Promontoria uero ita iacent. Posidium quidem inter sinum Maliacũ & Pagasiticũ. Deinde ad boream Sepias. Inde in Pellena Canastrũ. Mox Derris. Ab hoc Nymphæũ in Athone iuxta sinum Singiticũ. Ad sinũ uero Strimonicum Acroatho est promontorium; inter quæ est Atho, cui ad ortum iacet Lemnos. Ad boream uero, sinũ Strimonicũ Neapolis finit. Quòd Acanthus urbs est maritima in Singitico sinu iacens, prope fossam Xerxis. Habet autem Atho urbes quinq;, Dium, Cleonas, Thyssam, Olophyxin, Acroathon, hæc ad uerticem montis est. Cæterũ Atho mons est acutissimus excelsissim

sissimusq́, mamillę formam habens. Qui in eius cacumine habitant, solẽ tribus horis antequã in litore appareat, orientẽ uident. Est autẽ Cherroneſi in circuitu nauigatio, ab Acantho urbe usq; ad Stagiram Aristotelis patriã stad. quadringentorũ. In hac Cherroneso lacus est, Caprus, & insula exigua eodem nomine. Deinde sunt Strimonis ostia. Mox Phagras, Galepsus, Apollonia urbes. Inde sequitur os Nessi, qui Macedoniã & Thraciam separat, ut Philippus et Alexander huius filius suis temporibus definiebant. Sunt autẽ circa sinũ Strimonicũ aliæ etiam urbes, Myrcinus, Argilus, Drabiscus, Datũ, quod regionem habet optimam & feracẽ, Item nauium officinas, auriq; fodinas. Vnde prouerbium est natum, Datus bonorũ, tanquam dicas ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Quòd multa metalla auri sint in Crenidibus, quo loco nunc sunt Philippi, prope montẽ Pangęum. Ipse mons Pangęus aurea & argentea metalla habet, & quę ultra ac citra Strimonem est regio, usq; ad Pęoniam. Aiunt prętera eos qui Pęoniæ agrum colunt, inuenire auri frusta quędam exigua.

Quòd Strimon flu. ab Agrianis circa Rhodopen habitantibus initiũ sumit.

Quòd qui apud Homerũ celebratur Asteropęus Pelegonis filius, ex Pæonia Macedoniæ fuisse traditur. Vnde Pelegonis filius dictus sit. nam Pæones Pelegones dicebãtur. Quòd urbs Philippi, Crenides olim uocaretur. Quòd Sinti gens Thracica, Lemnũ insulã habitarit. Vnde Homerus Sintias eos uocat, dicẽs, ϕῶτα μὴν σίντιες ἄνδρες. Quòd post Nessum fluuiũ ad ortũ Abdera sit ciuitas, cognomen Abderi habens quem equi Diomedis esitarũt. Deinde urbs Dicęa, cui superiacet lacus ingens, Bistonis. Inde urbs Maronea. Quòd Thraciæ fluuius nunc Riginia dictus, olim Erigon appellatus sit. Quòd Samothracen Iasion & Dardanus fratres coluerint. Cæterũ cum Iasion fulmine ictus fuisset, quod aduersus Cererem peccasset, Dardanus è Samothrace ad radices Idæ montis demigrauit, urbem Dardaniam appellans. Et Troianos qui illic sunt, sacramenta docuit quę in Samothrace habebantur. Vocabatur autem Samothrace prius Samos.

Quòd Cherronesus Thraciæ, tria maria efficiat: Propontidem à Septentrione, Hellespontum ab ortu, & sinum Nigrum à meridie, in quem fluuius eodem nomine ingreditur. Quòd in isthmo Cherroneſi tres urbes sint sitæ: ad sinum Nigrum, Cardia: ad Propontidem, Patia: ad mediterranea, Lysimachia. Longitudo isthmi stadiorum est quadraginta. Quòd urbs Eleus in masculino effertur genere: forte etiam Trapezus.

LIBRI OCTAVI.

Quòd Græcia uniuersa, Cherroneſis finitur. E quibus prima est Peloponnesus quæ isthmo quadraginta stad. clauditur. Secunda est quę hanc ipsam continet, cuius isthmus est è Pagis Megaricis usq; ad Nisęam Megarensium nauale: traiectus huius est à mari Corinthio ad mare Saronicum stad. centum uiginti. Quartus etiam hunc continet ab intimo sinu Crissæo usq; ad Thermopylas, quà linea recta intelligitur stadiorum ferè quingentorum octo, Bœotiam intra se totam cõprehendens, Phocidem uero Locrosq; Epicnemidios obliquè secans. Quarta à sinu Ambracio per Oetam & Trachiniã in Maliacum sinum tendit, isthmũ habens iuxta Thermopylas stad. ferè octingentorũ. Est & alius isthmus, stad. plus quàm milliũ quatuor, ab eodem sinu Ambracio, per Thessalos ac Macedonas usq; in Thermęum sinũ porrectus. Quòd Pilus & urbs sit, iuxta illud,

οἷσ' ἐ πύλον νκλῆ- ἐϋκτίμενον πτολίεθρον

Qui coluere Pylon formosis mœnibus urbem. Et regio etiam, uelut hic

ὃς τ' ἄρυε ῥέει πυλίων δι' ἀγαιῆς

Pylios late plabitur agros. Iuxta Pylū urbē Amathus fluuius labitur. Vnde illud πύλοιο ἄναξ ἠμ ἠμαθόεντ-. Pylí rex Amathoentis. (est,

Porrò Elis, regio est. Nam Homeri tēpore, quā nūc Elín appellāt, urbs nondū fuit ædificata. Quòd Triphylía regio iuxta Elín ita fuerit appellata, propter tria φῦλα, id est tres nationes. Principio Epeis regionē tenentibus. Deinde Mínyis qui accolæ accesserunt. Postremo Eleis, qui uictores loci compotes extiterunt. Quòd Cyllene nauale est Eleorum, ab Elide urbe distans stadijs centum uiginti. Meminit huius Cyllenes etiam Homerus cum ait,

ὤϐρ Κυλλήνιον ἀρχὸν ἐπειῶν. Non enim ab Arcadico monte Epeorum ductorē ostensurus erat. Quòd post Cyllenē ad austrū Silleis flu. est, è Pholoe per urbē Ephyrā elabēs, quę à Thesprotica Thessalica, & Corinthia diuersa est. De hac Hom. ait, πρὸ ἄγετ' ἰξ ἐφύρης ϖοταμοῦ ἠδὲ σελήεντ-. Et Vlysses eò profectus est medicamentum mortiferum quæritans. Et de hac ipsa proci dicunt,

ἦε κῆ ὀϊ ἐφύρην ἔλθοι πίσσαν ἀρουρέων

ὄφρ' ὀϊστοὺς ϐυθείη ϐυμόφθορα φάρμακ' ἐνείκῃ. Ex hac fuit Augæi filia ἣ πόσα φάρμακα ἤδη ὅσα ζείδωρος ἄρουρα χθών. Cognita cui fuerant quot nutrit terra uenena. Cęterū ante hunc Menius est fluuius, deinde Chelonetis promontoriū ad austrum, & Pylus, alia à Messeniaca, quæ Nestorem tulit. Sunt enim Pylí tres quemadmodum etiam Carmen indicat,

ἔστι πύλ- πρὸ πύλοιο πύλ- γερήνιος ἠδὲ Τρῆσσα.

Est Pylus ante Pylum, Pylus est dehinc tertia.

nam & Messeniaca & Elidis, & quæ Triphylíaca dicitur. Quòd Homerus nonnunquam partes totis adnumerare solet, ut hoc loco,

ἀν' Ἑλλάδ' α Τε μέσσ- Ἄργ-

Per Græcos mediumq; Argos. Et

οἵ θ' ἱερὸν Δυλίχιον ἐχινάων τ' ἱεράων

Ex Dulichio sacris Echinadibusq;. Et

ἰουρῆτές τ' ἐμάχοντό Τε ἀϊτωλοί. Eiusdem generis est & illud,

οἵ θ' ἀμφὶ Βουπράσιόν τε Τε Ἦλιδ' α δῖαν ἔναιον,

Et qui Buprasium coluere atq; Elida diuam. Nam Buprasium pars est Elidis.

Quòd fluuius quispiam est Achelous circa Dymā Elidis urbem, eodē scilicet nomine quo fluuius Acarnaniæ Achelous. Quòd ab urbe Phæa in Elide usq; ad Olympiam ascensus sit à mari stadiorum circiter uiginti, qua breuissimus est.

Quòd ex eodem loco oriuntur Eurotas & Alphæus, ex Asia uico Megalopolitidis, atque sub terram per stadia aliquammulta demersi, rursus oriuntur. Et alter quidē in Laconicam, alter in Pisęam oram perducitur. Quòd Alphęus fluuius, assumpto Celadonteatq; Erymantho alijsq; fluminibus, præter Olympiam delatus, in Siculū pelagus excurrit. Quòd à Pylo Emathoente ortū uersus mons est Mintha. Aiunt autē Minthā Plutonis pellicē fuisse, deceptamq; à Proserpina in plantā fuisse cōuersam, quā dicūt mentā. Quòd litus ante Pylū fabulosum sit & angustū. Inde Pylus ἠμαθοίεσσα. i. fabulosa fuit dicta. Quòd Lepreū urbs sit Messenię, à qua Pylus fabulosa dicta sit Lepreata. Quòd, quo in loco Telemachus Nestorem deprehendit sacrificantem, templum sit Samij Neptuni. Samus autem Messenię est uicus. Quòd Thryoessam urbem Æpęam Colonam, & Thryum Alphæi

phęi uadum, eandem urbē appellat Homerus. Etenim illic Perasimus fit Alphæus fluuius, ita dictus quod facultatē habeat uitiliginem persanandi. Quòd Oechalia urbs Euritī Oechalienſis, quæ nunc Andania dicitur, in Arcadia ſit locata, habens cognomines ſibi urbes duas Theſſalicā & Euboicam. Quòd alię Pyli maritimæ ſint: ſed Neſtoris Pylus, quæ Triphyliaca Arcadica & Lepreatica dicitur, pluſquam triginta ſtadijs à mari diſtet, ut innuit Piſiſtratus & Telemachus, qui currum ab urbe deflectentes non ſunt ingreſſi. Quòd Telemachus procorū inſidias ueritus, primum boream uerſus nauigauit ad Elidem, inde per inſulas Echinadas uſqꝫ ad ſinum Ambraciū, ad ortum ſcilicet deflectens, inde rurſus ad auſtrū diuertit, atqꝫ inſidias declinauit. Quòd Iupiter Olympius, magnus ille inquā & eburneus, Phydię Charmini Atheniēſis filij ſit opus, admiratiōe ſane digniſſimū, hunc Phydias, ut aiebat, ad exemplar effinxit quod apud Homerū habetur,

ἦκε λιανέησιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον

Atqꝫ ſupercilijs Saturnius annuit atris
Ambroſiæ fluxere comę de uertice regis,
Æterni, ac nutu magnū tremefecit Olympum. Oſtendit enim per hæc poteſtatis excellentiam, etiam coma aliquid ſimul patiente. De Iunone uero, ob poteſtatis imminutionem ait Homerus,

ἕζετο δ' ἐν θρόνῳ ἥστο δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Sederat in throno & longum reuoluit Olympum. Nam multo eſt maius ſolo nutu olympum concuſſiſſe, quàm totam in ſolio commoueri, atqꝫ idem efficere.

Quòd qui cum Oxylo & Heraclydis in Peloponneſum deſcenderunt Ætoli, cum Epęis cohabitarunt. Iidemqꝫ Olympiū agonem primi inſtituerūt, atqꝫ Olympiadas unà cum Elęis quadriennio definierunt. Cęterum uſqꝫ ad Olympiada uigeſimam ſextam ludis pręfuerunt Elęi. Deinde Piſani, recuperata ſuorum poſſeſſione, agonem receperūt, per multos annos certamina proponentes. Inde Lacedęmonij hanc gloriam à Piſatis ablatam, Epeis reſtituerunt, Pyloqꝫ Neſtoris diruta, homines Lepream deduxerūt. Id Lacedæmonij fecerunt, quòd Piſatę & Pylij Meſſenios aduerſus ſeſe bello adiutarent. Quòd Salmoneus, Oenomaus, Pelops, & Pelopidæ Piſis habitarint, quæ nunc Biſa uocatur. Nunc ne nomen quidem Piſanorum ſupereſt, Scythis hæc omnia tenentibus. Quòd Peloponneſi fluuius Enipęus è Salmone fonte elabens Alphæum ingreditur. Eſt pręter hunc alius Enipęus Theſſalię fluuius, qui ex Othri oriens Apidanū accipit ab urbe Pharſalo delabentem. Quòd Ætolus à Salmoneo è Peloponneſo eiectus habitauit à ſe dictā Ætoliam. Ab hoc per generis ſucceſſionem procreatus Oxylus, familiaritate iunctus Heraclidis qui à Temeno deſcendebant, ijs Peloponneſum repetentibus dux extitit, & hoſtilem agrum illis partitus eſt. Pro quo officio hanc gratiam recepit, ut in Elæū regnū, quod illi auitū erat reduceretur. Cęterū cum Epęi Ætolis qui cum Oxylo erant armati occurriſſent, delecti ſunt ex Ætolis quidē Pyrachmes, ex Epęis uero Degmenus, qui ſingulari certamine totum bellum finirent. Porrò cum Pyrachmes Degmenum funda occidiſſet, reddiderunt Epæi Ætolis ſolum patriū, ac templi Olympiaci ac certaminis curā, quod Iphitus inſtituerat. Quòd Methonę contiguū ſit Acritas promontoriū, quod initium eſt ſinus Meſſenaici. Ap-

pellatur autē Asinęus ab Asina oppido in ipso sinu locato, quo nomine aliud etiā est Hermenicū. Ad ortum est promontoriū eiusdē sinus, quod Fenestras uocant, Tęnaro Laconico finitimū. Deinde est Cardamile, inde Phera, mox Thurea quæ apud Homerū est Æpęa. Ab hac Gereniū est, à quo Nestor Gerenius fuit dictus, quòd bello sub Hercule gesto illic seruatus, educatusq; sit. Quòd Ithome urbs Corintho similis sit. De hac Demetrius Phalereus ad Philippum Demetrij filium dicebat, Has ambas urbes te capessere oportet, si Pelopōneso imperare cupis. Nam ubi cornu utrūq; obtinueris, bouem tenebis. Quòd Fenestræ in Messeniaco sinu sint intra Tęnarū. Inter Tęnarū uero & sinū Messeniacū Laconicus sinus est.

Quòd à Tęnaro usq; ad Phyunta Cyrenes promontoriū uersus austrum, inter uallum est stadiorū trium millium. Ad Pachinum Siciliæ quatuor millium sexcentorum. Ad Maleam uersus ortū sexcentorū quinquaginta, sinu ipso unà cōputato. Ad mandibulam asini, humilem Cherronesum intra Maleā, quingentorū uiginti.

Quòd Homerus quemadmodū appellat κρῖ τὸ κριθόν. i. hordeū, & δῶμα per apocopen δῶ uocat, sic ἄλκιμον uocat ἀλκιμέδοντα, & Messenen Messen. Hesiodus itē θεμα ρόν uocat βρῖ, & βριθύ eodē modo. Sophocles uero & Ion ῥάδιον dicūt ῥᾴ. Epicharmus pro λίαν λί dicit, et Syracusas Syraco. Empedocles uero una syllaba effert ὄψ, pro ὄψις. Et apud Antimachum habetur δήμητρός θ' ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ, τοῦτ' ἔστιν ὄψις, & ἄλφιτον ἄλφι. Euphorion autem ἥλιον dicit ἦλι, & δωδῶνα, δωδὼ alius quispiam appellauit.

Quòd Malea promontoriū, inter duos sinus Laconicū & Argolicū est situs.

Quòd apud Homerū Argos multa significat, ut Argos urbs ipsa, ἄργος τε πάσης. Et Argo Peloponnesus, ut ἡμετέρῳ φίλοι οἴκῳ φῶ ἄργει. Item Argos Thessalia, ut τιῶ αὐτοὺς δοσοι τὸ πελάστικον ἄργος ἔναιον. Et tota Gręcia apud eum hoc pacto Argos uocatur. Argiuos enim uocat Gręcos omnes, quemadmodum Danaos & Achæos.

Quemadmodum Crocilia Acarnaniæ Homerus insulis adnumerat, sic Maseta Aeginæ tribuit quæ tamen urbs est Argolica. Quòd Crissæus sinus maris, Corinthius sit, à Phocide Bœotia & Megaride et isthmo, partibusq; Peloponē si septentrionalibus atq; occiduis undiq; clausus. Cæterum Cytheron & Helicon montes à septentrione ad ipsum porriguntur: Cytheron quidē in Megaride ad ipsius isthmi initiū, Helicon uero ad occasum. Quòd cum Tegeates quispiam oraculum in Delphis consuluisset, num satius esset Corinthum migrare, responderit Deus, fœlix quidem Corinthus, cæterum Tegeates esse malim. Quòd Corinthius ager non sit fertilis, sed curuus & asper, unde plericq; Corinthum ὀφρυόεντα, id est supercilioſam dixere. Et prouerbio dicitur, Corinthus alibi tumet, alibi caua est. Quòd Cromyonia sus mater fuerit apri Erymanthij.

Quòd Ægis quæ in Peloponneso sunt, nata sit capra quæ Ioui lac præbuerit. Hanc Aratus tradit fuisse Oleniam dictam. Est autem Olenus Ægis uicina.

Quòd in Delphis fons sit Castalius qui aquam propheticā habet. Quòd insignes Peloponnesi montes sint, Cyllene, Pholoe, Lycęus, Menalus, Parthenius, qui à Tegeatide ad Argiā tendit. Quòd Erasinus fluuius è Stymphalide lacu in Argiam exit: prius aūt non apparebat, quòd è lacu in ipsum tendētes meatus essent occulti. Et Stymphaliorū urbs super lacu prius erat, postea quàm uero meatus ille terræmotibus fuit apertus, distare cœpit urbs à lacu stadijs quinquaginta.

Quòd post Heraclidarum in Peloponnesum, reditum, eius habitatores fuerint, Corinthi quidem Aletes: Sicyonis, Phalces: Achaiæ Tisamenus: Elidis Oxy-

lus

lus, Messenę Creophontes, Lacedęmonis Euristhenes & Procles, Argorum uero, Temenus & Cissus: litorei tractus super Aegio, Deiphontes.

LIBRI NONI.

QVOD iuxta Scironidas petras gesta fuisse aiunt quę historijs tradũtur, ut de Pityocampe & Scirone Tyrãnis quos interemit Theseus.

Quòd decem & octo stadijs à Megaris distat iuxta Nisęam portus, quod nauale Megarensium est. Quòd Homerus cum ait, φῆθ' οἱ μὲ Βοιωτοὶ καὶ ἰάονες ἑλκεχίτωνες. Athenienses appellat Iaonas, quorum pars est etiam Megaris, quemadmodum isthmi limes in Cromyone à Theseo locatus indicat, talem inscriptionem habens: ad austrum quidem, Hęc Peloponnesus est nõ Ionia: ad boream, Hæc non Peloponnesus est sed Ionia. Et cum Pandionis regis quatuor filij essẽt, Ægeus, Lycus, Pallas, Nisus, atq; ob id Attica in partes quatuor esset diuisa, Niso Megaris sorte obuenit, Is Nisæam condidit. Quòd ante Sunium Atticæ insula sit aspera & deserta, Helena dicta, de qua aiũt Homerũ dixisse, νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγλῃ φυλότητι κὴ ὀδυνῇ.

Quòd in Attica montes sint celebres quinq;, Hymettus, Parnes, Corydallus, Brilessus, Licabettus. Quòd Bœotia tria maria habeat. alluitur enim à meridie Crissæo & Myrtoo, à Gerasto usq; ad Euripum, & Maliaco ab Euripo usque ad Sperchiũ fluuiũ. Quòd prouerbiũ sit, Thracũ cõmentum. Thraces enim factis erga Bœotios ad certos quosdã dies induciis, noctu incursationes egerũt. Cęterũ cũ à Bœotijs fuissent propulsati, conquerẽtibus quod inducias fregissent, responderũt, se nõ, ut noctu inducias seruarent, iurasse. Quòd cum bellũ inter Bœotios & Pelasgos esset, ab utrisq; legati Dodonam missi sint. Respondente aũt sacerdote, Pelasgorũ oraculũ inueniri nõ posse, Bœotiorũ aũt uaticiniũ esse, quòd oporteret eos impio facinore aliquo prosperũ rerum successum quęrere: suspicati sunt Bœotij uatem Pelasgis ob generis propinquitatẽ fuisse gratificatã. Correptã itaq; mulierẽ in ignem coniecerũt, animo reputantes, siue illa falsum reddidisset oraculũ, eam hoc pacto supplicio adfectam, pœnã luiturã esse. sin uerũ reddidisset, eos imperata hoc pacto esse executuros. Ob hoc factũ oraculo ipsis postea fuit imperatũ, ut Tripodẽ apud suos furto sublatũ, ad Dodonã quotãnis mitterẽt. Quòd Pentilus ex Bœotia Æolicã Coloniã deduxit. Quòd terminus Atticę et Bœotię ad mare Euboicũ sit Oropus & lacus Sacer quẽ Delphiniũ appellãt, contra Erithręam Eubœę, interuallo LX. stad. Deinde Deliũ Tanagræorũ oppidulũ, distãs ab Aulide stad. XXX. postea portus Profũdus appellatione, inde Aulis lapidosus locus, mox Euripus, postea Salganeus, locus Salganei cuiusdã, uiri Bœotij qui illic est sepultus, cognomen habẽs. Interemptus fuit à Persis qui sub Megabate duce militabãt, tanq; malitiose classem à sinu Maliaco per mare duxisset inuiũ & angustum. At ubi intellexissent Persæ, iniuria occisum fuisse Salganea, magnifice illũ sepultura condiderũt. Quòd Amphiarai templũ in Tanagra Bœotiæ sit, atq; è Nopia Thebaica iussu oraculi in eum locũ sit traducta. Quòd urbs Anthedõ post Salganea extrema sit totius Bœotię, atq; ab ipsa ad Ægas usq; Eubœę urbem stad. centum uiginti sit interuallũ. Item prope Aegas sunt Orobiæ. Ex hac autem Anthedone Glaucus fuit, quem aiunt in Balenam mutatum fuisse.

Quòd Bœotia, ob cauernas & meatus subterraneos, frequentes terræmotus cieat, unde meatus alij occæcantur, alij aperiũtur, Itidem & lacus alij oriun-

tur,alij desinunt. Quapropter Platea & Plateenses,iuxta lacum olim fuere,& ob remorum latitudinem ita sunt appellati. Item Helos à paludibus nomen habet. Nũc ab aquis hæc longius absunt. Quòd Cephisus fluuius è Phocicis montibus oriatur ex urbe Lilæa,& in Copaida lacum exit. Quo loco etiam Permessus & Olmæus ex Helicone fluentes, in eundem lacum exeunt prope Aliarton urbem. Ambitus ipsius lacus,stadiorum est trecentorum octuaginta. Quòd Copais lacus multa flumina excipiens exitum nullum habet,præter hiatum qui prope Cephisum,eum excipit. Quòd Scolus sit pagus Prosopiæ sub Citherone locus asper,à quo prouerbiũ dicitur,Ad Scolon neq; ipse uades, neq; alteri comes ibis. Hoc loco Penthea discerptum fuisse aiunt. Est & in Heraclea Trichinia uicus Scolus,quem Asopus fluuius præterit. Et in Sycione alius est Asopus fluuius.

Quòd Thespiæ urbs sit iuxta Heliconem, ad austrũ uersa,super sinu Crissęo locata,& ipsa scilicet & Helicon. In propinquo Ascra est Hesiodi patria.

Quòd mons Parnasus multas speluncas sacras habet,è quibus est etiam Corycium,Nymphis sacrum,eodem nomine quo Cylicum. Quòd occiduum Parnasi latus incolunt Aetoli & Ozolæ & Dorienses. Aetoli,iuxta Coram Aetoliæ montem: ad ortum uero Dorienses & Phocenses. Quòd Crissæus sinus usq; ad Actium finit. Quòd duæ sint insignes urbes Phocensium,Delphi & Elatea: altera ob antiquissimum oraculum Apollinis: altera uero,quòd iuxta Cyphum montem Perrhœbicum sit locata,

γονεὺς δ' ἐκ νύφα ἄγαν.

Quòd Perrhœbi occiduam partem Olympi habitarint prope Macedones. Quòd alius sit Mopsus à quo Attica Mopsopia sit dicta, alius cui Manto fuit mater Thyresię filia,à quo Mopsoestia urbs Cicilię fuit dicta.

Quòd inter Sepiada & Castambiam promontoria Peliæ litus desertũ sit, ubi classis ipsa Xerxis ab Euro fuit deleta. Quòd Campus circa Larissam,Pelasgicus fuerit ante appellatus. Pyrrhęa uero à Pyrrha Deucalionis uxore: Aemonia ab Aemone: Thessalia à Thessalo Aemonis filio.

LIBRI DECIMI.

QVOD Eubœa longitudinem habet stadiorum mille ducentorum à Cenæo promontorio iuxta Thermopylas,ad Gerastũ quod iuxta Sunium est. Latitudo autem ipsius maxima stadiorum est centum quinquaginta. Atticæ autem atque Bœotiæ & agro Locrensi medio Euripo respondet. Item Maliensibus. Cæterum ob angustam ipsius formam olim Macris fuit dicta,postea Abantis. Quæ inter Caphareũ & Gerastum continentur,caua Eubœæ appellantur. Quòd Orea Istiæa fuerit dicta,& Oritæ Istiæenses. Quòd Dium & Axius & Cerinthus & Artemisium & Budorus fluuius,uniuersa hæc Eubœæ maritima loca sint,ad Bœotiam, & insulam Scyrum atq; Lemnum conuersa. Quòd Carystus & Styra & Eretria ad Notum sint è regione Atticæ. Quòd in Carysto lapis nascitur quinetur & texitur. Ex telis mantilia fiunt quæ ubi sordescunt in flãmas proiecta non secus mundantur quàm tela línea dum lauatur. Cæterum Gerastus masculino effertur genere. Quòd circa Lelantũ campũ Eubœæ æris & ferri metalla fuerunt, quæ nunc defecere, quemadmodum Athenis argenti fodinæ. Quòd Eretria urbs potentissima fuerit olim,adeo ut cum pompam ducerẽt armatorum tria millia essent,equites autem sexcenti,currus sexaginta. Imperauit insulis tum alijs,tum

And

Andro & Teno. Quòd ex haſtis, aliæ ſtatariæ pugnæ idonea ſunt inſtrumenta, uelut gladij & oblongæ haſtæ Homericorũ Abantum, aliæ è manu iaciuntur, uelut ſagitta aut iacula cuiuſmodi erat Achillis Melia: aliæ utrunq; uſum præbent, uelut contus & ſariſſa & hyſſus. Quòd Euboici amnes duo ſint Neleus & Cereus, è quorum altero ſi qua pecus potauerit, alba efficitur. Ab altero uero uellus atrum contrahit. Quòd à ſinu Ambracio uerſus ortum habitant Acarnanes, deinceps Achelous eſt fluuius. Poſtea Ætoli uerſus ortum. Poſt hos Locri Ozolæ & mons Parnaſſus. Inde Helicon mons: ab hoc Cytheron iuxta iſthmum Corinthium. Poſtea Hymettus, uerſus ortum, ordine locati montes. Iacent autem in mediterranea parte ad ſeptentrionem ſupra Acarnanas, Amphilochi: deinde Pelopes et Pindus mons è quo Achelous fluit ad Echinadas. Supra Aetolos Perrhœbi ad boream ſunt ſiti, & Athamanes & Aenianorum quędam portio qui Oetam tenent. Porrò Aetolorum & Acarnanũ latus auſtrale, mare eſt quod iuxta ſinum Criſſæum iacet. Hic ſinus ab ore Acheloi fluuij ſumit initium. Quòd Corax Aetoliæ mons Oetæ monti iungitur. Quòd Actium promontorium eſt maxime occiduũ ſinus Ambracij. Quòd quę nũc Leucas appellatur urbs, antea Cherroneſus fuerit, à Corinthijs autem à cõtinente abſciſſa ſit. Homerus illam uocat ἄκτλω ἠπείροιο, id eſt litus continentis, Acarnaniæ nimirum, cuius pars Neritos quoq; eſt quam Laertes ſe cepiſſe inquit: ſed & Crocilia & Aegilips urbs in Catalogo, prope Leucada ſunt, ita ut inſula tota urbes habeat tres, Leucada in freto quod arte factũ eſt, quę prius erat Neritos: deinde Crociliã & Aegilipa. Quòd quę nũc Cephalenia dicitur, Homerus nonnunq; Samon appellat, uelut hoc loco, οἵτε ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ σάμον ἀμφενέμοντο. Nonnunquam uero Samen, ut δουλίχιόν τε σάμην τε. Sed & Acarnaniam partem Cephalleniæ dicit & continentis, ut οἵ τ' ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντίπεραν γὲμοντο. Et rurſus, δώδεκ' ἀπ' ἠπείρω ἀγέλαι. Eodem uero cum inſula nomine urbs quę in ea eſt locata dicitur, Samos & Same. Quòd Mentę urbs, quę prius Taphus appellabatur nũc Taphius uocetur. Quòd Samęi Cephalenij ſint à Same aut Samo. Ioncs uero à ſamo Ioniæ Samij ſint dicti. Quòd Epæi Echinadas ſub Megete habitabant, unà cũ Phyleo ex Elide profecti. Quapropter Cylleniũ Otum magnanimorũ Epęorũ principem, Phylidæ ſociũ Homerus appellat. Quòd Samos Ionica, prius Melamphyllos fuerit appellata, deinde Anthemis, mox Parthenia à fluuio qui in ea eſt Parthenio, qui mutato nomine Imbraſus poſtea eſt dictus. Poſtremo Samos à montium altitudine. Nam priſci excelſos montes Samęos uocabant. Quòd à Zacyntho inſula ad Heſperidas Libyæ ſtad. ſint tria millia trecenta. Quòd inſulas Echinadũ quæ nũc dicũtur Oxeæ Homerus appellarit θοὰς. Dulichia itaq; ad Alphęi oſtium & ad Oeniadas iacet.

Quòd Taphij & Teleboę inſulas eodem nomine habitabant prope Echinadas. Quòd qui iuxta Nicomediã, Bithyniæ ſinus eſt, Aſtacenus uocatur, ab Aſtaco oppido quodã in eo ſinu iacente. Quòd Tyndarus & Icarus ab Hippocoonte è Sparta pulſi ad Theſtium Pleuroniorũ dominum ſeſe receperut, atq; unà cum ipſo multam regionem Taphiorum & Echinadum inſularum occuparunt. Itaque Tyndarus accepta in uxorem Theſtij filia, Leda, domum redijt. At Icarus Polycaſten Lygæi filiam duxit, atque Acarnaniæ parti imperauit. Ex his nati fuere Penelope ac fratres ipſius. Quòd Acarnanes cum Aetolis ad Troiam non militarunt. Qua ratione multis annis pòſt Romanis perſuaſerunt,

ut libertatem suam ac proprium uiuendi morem retinerent, quia soli cum cæteris Græcis aduersus Troianos non militassent, à quibus descēdissent Romani. Nam Æneas è Troianis fuit. Quòd Curetes Ætoli non fuerint, propter hos uersus, κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοί. At Prothęi tres filij, Ætoli erant, ac Pleurona Calidonaq; habitantes, Curetes erant. Nam Pleuronij Curetes sunt. Id enim uerius est. Et Homero mos est partes adnumerare toti, uelut,

οἳ δ' εὐβοιαν ἔχον ἰχαλκίδα. Et rursus,
πρῶες καὶ λύκιοι καὶ μυρμιδόνες καὶ ἀχαιοί. Eiusdem generis erat & illud,
κερῆτες ἠδ' αἰτωλοί. Aiunt itaq;, cum Curetes nūc Aetoliã dictam habitarent, Ætolas cum aliquibus Epeis ex Elide profectus regioni quæ eius nomine Aetolia fuit appellata, imperauit. Curetes autem in Acarnaniam migrarūt. Post decem itaque secula Oxylus cum Heraclidis in Elida tanquam paternam possessionem descendit, ueluti etiam epigramma ad Aetoli statuam indicat,

χώρης οἰκισσῆρα, παρ' ἀλφειδ ποτὲ σίναις
τρεφθέντα, σαδίων γειτον' ὀλυμπιάδος
ᾧδυμίωνος παῖδ' αἰτωλοί, τόνδ' ἀνέθηκαν
αἰτωλὸν σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἑσορᾶν.

Alterum ad Oxyli statuam sic habet,

αἰτωλὸς ποτὲ τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
κτήσατο κερῆτιν γῆν, σποδὶ πολλὰ καμὼν
τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δ' ἑκατόσπορος αἵμονος ὑὸς
ὄξυλος ἀρχαίλω κτήσατο τλὼ δ' ἐς πόλιν.

Hanc olim Aetolus linquens ab origine gentem
Curetum terras hastæ sudore parauit
Idem annis decimus stirpis satus Eumone forti
Oxylus hanc ueterem construxit mœnibus urbem.

Quòd Chalcidenses Eubœæ cum sæpe uincerentur dum bellum contra Eretrienses gererent in Balantęo campo, quod hostes anteriorem cæsariem captantes eos distraherent, cœperunt eam capitis partem tondere. Eáque propter ab Homero ὄπιθεν κομόωντες, id est à posteriore parte comam gestantes, appellati fuerunt. Hi postea in Aetoliam migrarunt & deuictis qui ipsam incolebant, ultra Acheloũ fluuium eos sunt persecuti. Quare illi quidẽ Eubœenses Curetes à tondendo sunt appellati. Electi autem, Acarnanes, tanquam non detonsi. Quòd Thestius socer fuerit Tyndari & Oenei, pater Ledæ & Altheæ. Cęterum cum bellum haberẽt Thestiades & Curetes aduersus Oenea & Aetolos ac Meleagrũ, aut de agrorũ finibus, aut, ut fabulatur Homerus, de suis capite ac spolio, Meleager fratres Altheæ interemit, quam ob rem Althea, πολλὰ κατηρᾶτο, συγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' ἐριννῦς.

Quòd quadrifariam Curetes Aetolici possint deriuari. aut enim à tonsura occipitis, ut dictum fuit, aut à Curio monte Aetolię, aut quod molles essent tanquam puellæ, quemadmodum Iaones ἑλκεχιτῶνες, id est longistolæ dicuntur. Aut à Curetibus dæmonibus armiferam saltationem ducentibus, ut dicat quispiam fortissimos & in armis saltare doctos. Nam & Homerus Aeneam inducit dicentem, μηριόνη τάχα κεν σε καὶ ὀρχήσλιν περ ἐοντα. Quòd Græcis & Barbaris commune sit, cum festiua saltatione sacrificia peragere, alia quidem cum numinis afflatione, (ἐνθουσιασμὸν appellant) alia sine tali inspiratione. Et alia cum musica, alia absque ea. Item alia in abdito, in publico alia. Musica enim philosophia est quædam, & ad morum emendationem magnopere conducit, ut in-

quit

quit Plato. Quòd Græci Baccho & Apollini & Hecate & Murſis & Cererî attribuunt, ceremoniale negotium omne, quod Orgia uocant & Bacchanalia & Choricum & Myſticum. Quòd Curetes dæmonum ſit genus quoddam apud Iouem uerſans, ita appellatũ quòd infantem eum aluerit. Bacchi uero ſectatores dęmones ſunt, Satyri & Sileni & Bacchę & Lenæ & Thyrę & Mamillones & Naiades & Nymphę & Tityri. Quòd Berecynthes Phrygiũ quoddam genus et cęteri Phryges omnes Rheam colũt illiq; ſacrificãt: Deorũ matrẽ, et Ageſtin & Deam Phrygiã magnã appellantes. A locis autẽ, Idæam & Dindymenã & Pylenam & Peſſinuntiã & Cybelem. Græci autem eius miniſtros Curetes dicũt, eodem nomine quo Iouis miniſtros. Eoſdem & Corybantes nominãt. Quòd apud Thraces ſint γυμνασιαρχοί, Cottytia & Bendidia, apud quos etiam Orphica originem habuerunt. Quòd Olympus mons eſt iuxta Idam Troię, alius in Myſiam, in Macedonia alius, & rurſus qui apud Homerum ὑπερφίαλος, id eſt ultra cælum tendens appellatur. Quòd Talthybius poſt tẽpora Troiana coloniam in Cretam duxit. Quòd Trichaices appellati ſint Dorienſes in Creta, aut qui ſint bellicoſi, ut κορυθάικι, aut à tribus galeæconis, aut quia ſaltatores. Eteocretes autem dicuntur Aborigines. Quòd Cnoſſus urbs, prius Ceratus fuerit dicta, à fluuio ſcilicet uicino. Quòd Dicta mons ſtadijs mille orientalior ſit quàm Ida Cretæ, cæterum Ida nunc Chryſomallos uocatur. Quòd Creta Homerî ætate centum urbes habuerit. Eſt autem hæc poſteriore quàm bellum Troianum. Nam per illud tempus nonaginta urbes tantum Creta habebat. Nam in Catalogo non alium introducens, ſed in ſua perſona loquens, ἑκατόμπολιν appellat. Quòd quæ in armis fit ſaltatio à Curetibus adinuenta ſit, dæmonibus ſcilicet illis qui Ioui aſſiſtunt, uocatúrque Pyrricha. Quòd prouerbium cœperit in eos qui ſe neſcire ſimulãt quæ nouerunt, Cretenſis mare ignorat. Nam Cretenſes magna claſſe olim inſtructi, maris imperium primi tenuerunt. Quòd Syphnus inſula tenuis ſit, à qua prouerbium ortum habet, Syphnius aſtragalus, ob tenuitatem ſcilicet. Quòd Cyclades inſulę numero duodecim prius erant: poſtea his aliæ adiectæ ſunt. Incipiunt ab ea quæ ante Sunium eſt ſita, Helena dicta, de qua Homerus inquit,

νήσῳ δ' ἐν κραναὴ ἐμίγλῃ φιλότητι κὰι ἐννῇ.

Sunt autem hæ, Ceos, Cythnos, Seriphus, Melus, Syphnus, Cimolus, Præpeſinthus, Vliarus, Parus, Naxus, Syrus, Myconus, Tenus, Andrus, Gyarus. Sporades autem inſulę magis orientales ſunt quàm Creta, Quales ſunt Niſyrus, Cos, Calydnæ, Lerus, & Patmus.

LIBRI VNDECIMI.

QVOD Taurus mons, qui Aſiam iuxta longitudinem bifariam diuidit, latitudinem habet multis in locis uſq; ad ſtadiorum tria millia. Longitudinem uero quanta eſt Aſia tota, ſtadiorũ ſcilicet quadraginta quinque millium, à continente quæ Rhodo opponitur atq; ad Indiæ extrema. Quòd Parthorum regio & Media et Armenia & Cappadocum quidam & Cilices & Piſidæ, in ipſo Tauro monte continentur. Quòd iſthmus à Ponto Euxino ad mare Hircanum ſtadiorum eſt trium millium. Ab hoc uerſus ſeptentrionem magna Cherroneſus eſt, quæ comprehenditur ab occaſu Euxino Ponto & Mæotide, & Tanai

flumine,& deserto quod deinceps est situm,terraq́ incognita usque ad oceanum. Quod si oceanus etiam à septentrione amplectitur terram,ab hoc ipso mari uersus austrum eunti usq; ad Caspium mare & Albaniæ confinia terminus erit.

Quòd Pompeius Posidonio fuerit amicus. Cum itaque Rhodum uenisset quando ad Mithridaticū bellū est profectus,ac cum eo congressus interrogasset quæ cupiebat audire,discedens rogauit num quid iuberet,Posidonium autem respondisse aiunt, ἄξιον ἀρετῆς δύναμιν καὶ ὑπερέχον ἐμμανῶς ἄλλων. Ex hoc etiam didicit quę ad Iberiam & Albaniam atq; Armeniam pertinebāt. Quòd Asiam uniuersam Strabo in quinque partes diuiserit, quarum prima est Cherronesus, ab Iberiæ isthmo incipiens uersus boream. Secunda, ab hac Cherroneso,ad ortū tendens Tauroq; diuisa terra,quæ est Asia septentrionalis usq; ad Indos. Tertia,quæ inter Taurum montem ac mare Caspium interiacent:sunt autem Media & Armenia, & usq; ad Halym fluuium. Quarta,quæ inter Halym flu.& Taurum continetur terra, usq; ad mare Cilicum,Ioniam & Chalcedonem. Quinta,India est & Ariana,quęq; deinceps ad occasum iacent usque ad Ciliciam & Nilum & sinum Arabicum.

Quòd Colchis inter Moschicos & Caucasi montes iaceat. Quòd à Bosphoro Cimmerio usque ad Alopeciam insulam stadia sint bis mille ducenta.

Quòd in latere orientali Mæotidis fluuius est, maior Rombites, deinde Theophanius, Inde minor Rombites, mox Vardanes. Hi omnes ex Hippicis montibus & Caucasijs deferuntur. Quòd Cimmerij olim qui in Mæotide, potentiam maximam habuere,unde & Cimmerius Bosphorus est appellatus. Inde ad stadia xx. uicus est Achilleus,quo loco angustissimum est ostij Mæotidis fretum. Habet enim stadia xx. habens in ulteriore regione Myrmeciū uicum. Quod autem ad austrum & Apeliotem iacet os Bosphori, Corocondamen habet:quod ad austrum & Africum,uicum quempiam Panticapensis agri habet, Acram nomine. Longitudo Bosphori stadiorum est septuaginta. Quòd Phanagoria & Hermonassa urbes sunt Asianorum insignes. Quòd urbs est maritima, Sindica,Sindorum regia. Quòd qui in Europa sunt Bosphoranorum metropolis est Panticapæum, Asianorū uero Phanagoria. Quòd Heniochi & Achæi & Zygij sterilem terram colentes,per mare Ponticum latrocinia exercent. Lembos habent paruos leuesq́,humeris portari aptos,atq; in syluis abscondi. nam mare quòd illic est,importuosum est,finiturq́ extremis Caucasi montibus. Hos lembos Græci camaras uocant. Quòd Caucasus mons à septentrione duo maria Caspium scilicet & Ponticum,claudit,ac Sarmatas & Mæotas ab Iberis & Albanis separat. Est autem aptissimis arboribus plenus mons. Huius extrema quæ ad austrum tendunt,iuxta secessum Euxini finiunt,quo loco urbs est Dioscurias, à qua initium est isthmi qui inter Euxinum & Hircaniam iacet. Est autem Emporium hoc,gentibus uersus ortum sitis omnibus cōmune. Aiunt enim in hanc conuenire nationes diuersis inter se linguis utentes plures quàm septuaginta.

Quòd à Phasi flu. usq; ad Amisum & Sinopem,nauigatio est dierum trium. Hæc regio bona est, præterquam quod mel hic nascens, amarum est. Quòd Moschorum regio tripertita est,atq; aliam eius partem tenent Colchi,aliam Iberi, aliam Armenij. Quòd unà cum cæteris Phthirophagorū etiā natio Dioscuriade Emporio utitur. Hi à sordibus & fame id nomē habuerūt. Quòd Saones fame nihilo meliores sint Phthirophagis. Cæterum auri metalla habent, quæ

tor

torrentibus deferuntur, ea Saones perforatis tabulis & lanosis pellibus excipiunt. Vnde fabula de Æete conficta est, quod aureum uellus haberet. Quòd Corus fluuius ex Armenia initium habens, atq; Aragone qui è Caucaso delabitur, alijsq; fluuialibus aquis assumptis, per angustam fluminis regionem in Albaniam egreditur. Inter quam & Armeniam multus illatus per uberes campos, complura in se flumina recipit, è quibus est Alazonius & Sandobanes & Rhœtaces & Chanes, nauigabiles omnes, atq; in Caspium mare egreditur. Quòd Phasis fluuius ex Armenia delabens, flumina accipit Hippum & Glaucum, ac prope urbem eodem nomine dictam in Pontum egreditur. Quòd Albani terram colunt, ut Cyclopes, optimam qualemq; ille appellat, ἄλλ' ἤγε ἄσπαρτον ὑφ' ἡμέρας λαχφορεῖ. citra sementem, inquiens, atq; arationem fructum præbet, uineæ manent inefossæ, ac quinquennijs putatæ fructum ferunt. Ager ipse non ferro scinditur, sed aratri ligno, ac semel satus biennium & triennium integrum fructus fert. Flumina terram faciũt irriguam, sicut Nilus & Euphrates. Et simpliciter fertilitate agri nulli loco cedit Albania. Pecora quoque fœtus edunt permultos. Homines ipsi magnitudine & pulchritudine sunt excellentes, moribus simplices, adeo ut ipsorum nonnulli numerare nesciant. Quiq; norunt, non ultra numerũ centenarium id possunt. Quòd iuxta Albaniam, regio Amazonum sit, prope Gargara & montes Caucasi. Hæ è toto anno duos menses solum Gargarenses adeunt, liberorum procreandorum gratia. Reliquos decem domi agunt solæ, rem bellicam exercentes: fœtũ qui nascitur, si femella sit, apud se retinent: sin masculus, Gargarensibus mittunt. Testatur id Arrianus inquiens, Quòd Alexandro regi Pharesmones quingentas Amazonas dono dedit. Quòd altissimæ Caucasi partes sint quę maxime ad austrũ tendũt, sunt aũt hę ad Albaniam & Iberiã & Colchos & Heniochos. Quòd Caucasi summa, hyeme inaccessibilia sunt. Æstate propter glaciem ac niues bubulis caligis in tympani modum latis calciati, ascendunt. Descendunt autem cum oneribus super pelle delapsi: quod etiam circa Atropateam Mediæ, & Masium Armeniæ montem fit, ubi soleas quasdam ligneas caligatas pedibus supponunt. Quòd maris Hyrcani nauigationis ambitus, præter Albanos quidem & Cadusios stadiorum est quinq; millium quadringentorum. Præter Arianos autem & Mardos & Hyrcanos usq; ad os Oxi fluuij, quater millium octingentorũ. Inde rursus ad Iaxartem fluuium duûm millium quadringẽtorum. Reliqua hactenus ignorantur.

Quòd Prisci descriptionem locorum ignorabant, donec Alexandri ad Indos usq; expeditio, Item Romanorum ac Parthorum imperium, permulta prius ignota palàm fecere. Quòd Hyrcania fertilissima sit regio & magna ex parte campestris. Quòd Oxus fluuiorum omnium quos uiderit Alexander, maximus est, prẽter Indicos tamen, qui magnitudine cæteros excellunt. Quòd in Hyrcania ripæ quædam cauernosæ ante mare stant, inter quas atq; mare humile litus iacet, ex uero superioribus rupibus flumina decurrunt tanta ui delata, ut cum ad ripam peruenerint, aquam in mare iaculentur, subiectũ litus aspergine intactũ relinquentia, ut etiam exercitui unda tecto peruium sit. Quòd Euphrates fluuius, utranq; Armeniam magnã, scilicet & paruam inter se disterminat. Quòd Euphratis & Tigridis fontes stadiorum millibus duobus & quingentis inter se distant. Est autem Euphrates Tigride maior, atq; plus terræ obit. Cæterũ per magnã Armeniam usq; ad minorem occasum uersus fluens, à sinistra habet Taurũ mon-

tem, regionemq; Baliſenen, Acliſenen & Sophenen. A dextra uero, Armeniam minorem, Cappadociam, Taurum montem, & Melitenen regionem, quo loco Melas fluuius è Tauro monte in Euphratem effunditur. Deinde ad meridiem conuerſus primum Commagenen, mox Cureſticen iuxta Amanum montem, inde Palmyrenen magis occiduam ac meridionalem relinquens, iuxta Suram urbem ad initium Syriæ iacentem ad ortum conuertitur, à dextra quidem, uerſus auſtrum ſcilicet Arabiam habens deſertam, ac Babyloniam regionem beatiſsimam, à ſiniſtra uero ad ſeptentrionem ſcilicet Antitaurum montem ac deinceps Taurum ipſum iuxta Teſpitida & Choriæam regionem magnæ Armeniæ. Deinde poſt Taurum montem iuxta Meſopotamiam ſcilicet, Edeſſam urbem & Anthemuſiam regionem & Chalcitida, itémque Angobaritida quæ deſertæ Arabiæ opponitur, Tigrique fluuio prope Meſenen Suſianæ regionem committitur. Poſtremum uero Characinen regionem obiens, iuxta Teredona urbem atque Elymaitida Suſianæ regionem, medium ſinum Perſicum egreditur. Quòd Euphrates iuxta Seleuciam magnam urbem rurſus ad ortum conuertitur proxime urbem Cteſiphontem ſuper Tigride iacentem, ut interuallum quod utrunque fluuium atque urbes ambas interiacet ſtadiorum ſit duodecim. Quòd ab Antitauro monte minoris Armeniæ, nonnulli montes abſcinduntur ſeptentrionem uerſus, aliis atque aliis nominibus dicti, è quibus eſt qui Polyarren uocatur & Scordiſcus, & montes Moſchici, qui per mediam Armeniam maiorem uſque ad Iberiam porriguntur. Quòd in Meſopotamia Taurus eſt, contiguus Cappadocico Tauro qui diuidit Armeniam & Meſopotamiã. Inde ad ortum Gordiæi montes ſunt & Niphates è quibus fluit Tigris, item Maſius mons ſupra Nibiſin urbem iacẽs. Deinceps ad ortum Choathra montes, inde Zagrus: ab hoc Orontes, mox Coranus qui Hyrcaniam à Parthia diuidit. Deinde Saripha Margianæ montes, è quibus Oxus fluuius egreditur. Ab his ſunt qui proprie Caucaſi montes dicuntur, Paropaniſadas ad occaſum, ad ortum Indos claudentes. Poſtmodum Imaus eſt, Sogdianos & Indos diſterminans. Hi montes unà ſumpti, Taurum conſtituunt qui Aſiam totam in duas partes diuidit, ab Mycale Ionica initio ſumpto uſq; ad Indos extremos. Quòd portę Caſpię Mediam ad occaſum definiunt, Parthiam ad Eurum, Ad Cæciam uero uentum, Hyrcaniam. Quòd extra Taurum montem nulla pars eſt neque Medię neque Armenię. Quòd Media bifariam diuiditur. Et eſt altera pars ipſius orientalis, quæ magna uocatur, cuius Metropolis Ecbatana ſunt, regia olim ſedes Medorum, quo etiam loco æſtate degebant Perſarum reges, hyemabant in Seleucia. Occidua Mediæ pars Atropatena, ab Atropata Satrapa, qui obſtitit ne regio ab Alexandro & Macedonibus ſubiugaretur, ſic dicta. Hæc Armeniæ & Matianæ ad ortum iacet, magnæ Mediæ ad occaſum, ad ſeptentrionem ambabus. Atropatenæ pars eſt Caduſia & quam Xenophon Carduchiam uocat, & Geli & Mardi uſque ad Araxum fluuium qui Armeniam & Atropatenen terminat. Cæterum portæ Caſpiæ magnæ Mediæ, Parthiæ atque Hyrcaniæ, limes eſt. Quòd Atropatenæ regioni Atropates imperauit uſque ad fluuium Araxum, poſt obitum ſcilicet Alexandri: atque ad multos annos durauit huius imperium. Cæterum in Matiana lacus eſt ſalem ferens.

Quòd nationes latrocinia exercentes quatuor fuerint, Mardi Perſis uicini, Vxij & Elymæi Perſis & Suſijs, Coſſæi Medis. Hi omnes tributa exigebant

bant ab Asiæ regibus. Cossæi præterea dona accipiebant, quoties rex, æstate in Ecbatanis acta, redibat. Quòd alij sint Elymæi in mari rubro, alij iuxta Mediam. Quòd Sitiacenen Assyriæ, nonnulli Apolloniaten uocant.

Quòd quæ Caspijs portis subest regio, humilis est ac beata, omnium ferax, excepto oleo. Quòd duæ sint gentes Caspiæ, altera magis occidua Caduscijs, iuxta mare eodem nomine & fluuium Cambysen: altera Parthis uicina, in qua sunt portę Caspiæ. Quòd iuxta portas Caspias quę Parthis uicinæ sunt, Nesæus campus est, equis pascendis aptissimus, è quo Persarum reges Neseos equos, pulcherrimos optimósue habebant. Hic campus herbam fert plurimam, quam nos medicam dicimus. Fert etiam silphium ea regio, è quo fit succus medicus, Cyrenaico longe inferior. Nonnunquam etiam illo præstat siue propter locorum diuersitatem, siue quòd stirps speciem mutet, siue propter eos qui succum exprimunt atqꝫ conficiunt. Quòd Medi Persis multarum rerum authores extiterunt, indicat id tiara & citaris & manicatæ tunicæ, & anaxyrides quæ septentrionalibus gentibus ob frigiditatem peculiares sunt. Quòd Medorum est nõ pauciores habere quàm quinque uxores. Eodémque modo, mulieres calamitatem existimant si nuptæ sint uiro pauciores quàm quinque uxores habenti. Quòd cum reliqua Media tota prorsus fœlix sit, quæ ad septentrionem uergit natio montana prorsus est sterilis: eáque propter ex arborum fructibus nutriuntur. E malis siccis ac tritis massas cõficiunt, ex amygdalis tostis panes, è radicibus quibusdam uinum exprimunt, carnibus utuntur ferinis, mitiora pecora non alunt.

Quòd regiones Armeniæ Chorzene & Cambysene septentrionales sunt maxime atque niuibus obsitæ, Caucaso & Iberiæ continentes: quo loco iter agentes in summis montium cacuminibus niue obrui dicunt. Nam ibi plurima cadit. Vnde baculos habent ad eiusmodi pericula, quos in summam niuem respirandi gratia exerant, & ut eo signo auxilium ab aduenientibus consequantur. Quapropter sæpe effossi seruantur. In niue glebas quasdam concauas congelascere prodiderunt, aquam optimam tanquam in tunica continentes. In niue animalia quoque concreari, quæ ruptis tunicis ebibuntur. Horum animalium generationem talem putant qualem culicum ex flumine & bractea metallorum. Quòd Tigris fluuius è Niphato monte erumpens, celerrimus est atque impermixtus, ut indigenæ Medorum lingua sagittam appellent tigrim ob uelocitatem. Quòd in Acilesina Armeniæ Dea colitur Anaitis, cui seruos & seruas dedicant, itémque filias nobilissimæ gentis, quas apud Deam longo tempore prostitutas nullus in matrimonium auersatur. Huiusmodi quædam Herodotus de Lydis commemorat.

VOD Cappadocia terminatur ad auſtrum Tauro Cilicio dicto, ad ortum Armenia & Colchide, & quę interſunt diuerſarum linguarum gentibus, ad ſeptentrionem Euxino uſque ad Halis oſtia, ad occaſum uero Paphlagonia & Galatica regione, Phrygiæ finitima, uſq; ad Lycaonas & Cilices Ciliciã Tracheã incolentes.

Quòd terram quæ ad occaſum intra Taurum montem eſt proprie appellant Aſiam. Quòd Cappadociã in duas partes diuidunt, ſatrapias uocantes, è quibus alteram maiorem appellant Cappadociã quæ Taurum uerſus eſt, Alterã, quæ minor eſt, Pontocappadociã. Atq; utraq; in quinq; præfecturas diuiditur. Maior quidẽ, in Melitenen, Cataoniã, Ciliciã, Tyanitin, Garſauritin: minor in quinque alias, Lauinaſenen, Sargyſenen, Sarauenen, Chamannenen, Moramenen.

Quòd Commagena & Cyriſtica Sarauna auſtraliores ſint, magis autem occiduæ quàm Anthemuſia & Chalcitis Meſopotamię regiones, magisq; orientales q̃ Cilicia iuxta Iſſum ſita: ſeptẽtrionaliores tandẽ quàm Chalcidica & Palmyrena iuxta Amanũ montẽ iacentes. Hic pars eſt Cilicij Tauri includens ſinum Iſſicũ, atq; Antitauro monti æque adiacet, itemq; Scordiſco monti qui iuxta Pontum eſt.

Quòd Pyramus fluuius per Cataoniam regionem fluit, è medio campo fontes habens. Eſt etiã foſſa quędam memoratu digna per quã aqua puriſſima magno ſpatio occulte ſub terrã fertur, deinde tanta ui in ſummũ exoritur, ut ſi quis haſtã ſuperne demiſerit, aquę impetus ita obſiſtat ut uix immergi queat. Cęterũ profundita te latitudineq; immodica delapſus, ubi Tauro ſe iunxerit mirum in modum cõtrahitur. Mira eſt prędterea montis cęſura, per quam alueus ducitur. Nam quemadmodum in petris rimam trahentibus & per mediũ ſciſſis, contingit, partis unius eminentias alterius partis depreſſionibus ita conuenire, ut coniungi poſſint, ſic uidere eſt imminentes flumini petras, utrinq; fere uſq; ad ſumma montis pertendentes, duorũ triũmue iugerum ſpatio, concauitates quaſdã eminentijs oppoſitas habere. Solum uero quod interiacet totum ſaxeum ualde profundã & anguſtam rupturã in medio habet, ut eam canis ac lepus tranſiliat. Longitudo eſt ſtad. circiter mille aquæductus inſtar. Tantumq; limum è campo in mare deducit, quemadmodum & Nilus, ut huiuſmodi de eo oraculum editum feratur,

ἔσται τοι ἐσομένοις, ὅτε πύραμος ἀργυροδίνης,
πίονα πρόχοαι ἐρλὼ ὸν λύπρον ἵκηται.

Tempus erit rapidis olim cum Pyramus undis
In ſacram ueniet congeſto littore, Cyprũ. Quòd mons Cappadociæ Argæus omniũ qui illic ſunt altiſſimus eſt, ut ſũma eius nunq; niue careant. Qui eò conſcendunt, utrunq; pelagus uident Ponticũ & Iſſicum. Quòd cum Cappadocia ferè tota lignis careat, Argęus tamen circumcirca ſyluam habet. Sed ſub terra frequentes ignes habet, qui noctu apparent. Ac rurſus nõ procul frigidas aquas habet ſub terra occultas. Qui itaq; locorũ periti ſunt caute lignantur. Ignaris periculũ eſt, præſertim pecori, dum in obſcuras ignis foſſas incidũt. Quòd Mazaca Cappadocię diſtant à mari Pontico ſtad. octigentis, ab Euphrate mille quingentis, à portis Cilicijs itinere dierum ſex, à Cybiſtris ſtad. trecentis: nunc uocatur Cæſarea.

Quòd Cappadocię latitudo à Ponto ad Taurum uſq; ſtadia continet mille octingenta. Longitudo uero, à Lycaonia & Phrygia uſq; ad Euphraten fluuiũ uerſus

ſus ortũ & Armeniã, ſtad. millia tria. Quòd in Cappadocia optima rubrica naſcitur, quę ideo Sinopica dicitur quòd eã mercatores in Sinopen portent. Imitatur hãc Iberica. Habet etiã iuxta Galatas metalla, et onychiti lapidis et cryſtalli cruſtas.

Quòd Halys fluuius Paphlagonas & Cappadoces diſterminat. Quòd Mithridates Eupator Ponto imperauit uſqꝫ ad Heracleam. Occidua magis, ſub rege Bithynię degebant. Quòd Leucoſyri uocãtur qui litus Ponti tenent Cappadoces, intra Taurum conſtituti, ob colorem ita dicti: fit enim ut qui auſtraliores ſunt & orientaliores quàm ſit Taurus, nigri ſint: hi autẽ candidi ſunt. Quòd Paphlagoniam terminant à ſeptentrione quidem Pontus: ab ortu, Halys fluuius: ab auſtro, Phrygia & Galatia: ab occaſu, Bithynia. Leucoſyri uero orientaliores ſunt quàm ſit Halys fluuius, iuxta mare habitantes. Quòd Amaſtris ab muliere Amaſtride ſit dicta. Hæc uxor fuit Dionyſij Heracleæ tyranni & Oxyathris filia fratris Darij eius qui ab Alexandro fuit deuictus. Quòd quæ nunc Amaſtris dicitur Seſamus prius appellata ſit, deducta autem fuit è Cromna, Cytoro, Tio & ipſa Seſamo. Quòd Cytorus urbs à Cytoro Phryxi filio dicta ſit. Quòd quos Homerus appellat præcelſos Erythinos, duo ſcopuli ſint colore rubri, nunc Erythrini dicti. Quòd Harmena uicus ſit & portus iuxta Sinopen, munitus quidem, at deſertus, de quo prouerbium natum eſt,

ὃς βροχον οὐκ ἔχων ἀρμενίλιν ἐτέχισεν.

Eſt autem uerſus iambicus. Quòd urbs Sinope Mileſiorum eſt colonia. hæc olim potens fuit, ac multas ſub ſe regiones habuit. Poſtmodum ſub Armeniorũ dominatu fuit uſqꝫ ad Mithridatem Eupatorem. Is & natus eſt & ſepultus in Sinope. Quòd Sinope bis capta eſt, primũ à Pharnace ex improuiſo ingruente, poſtmodum à Lucullo & inſidente Tyranno, cum intus & foris obſeſſa teneretur. Nam Bachides à rege cuſtos impoſitus, ac ſemper aliquam proditionem à ciuibus ſuſpicatus, tandem multis flagris & cæde uſus eouſqꝫ homines ad deſperationem perduxit, ut nec ſtrenue ſe tueri neqꝫ hoſtem ex compoſito adoriri poſſent.

Quòd oraculum in Sinope fuerit, à quo Diogenes accepit reſponſum, ut monetam adulteraret. Viros claros tulit Sinope: philoſophos, Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionẽ: poëtas uero, Diphilũ comicum: ex rerum ſcriptoribus, Batonem. Quòd Halys fluuius ab Halibus qua perlabitur, nomẽ habet. fontes eius è magna Cappadocia quæ iuxta Pontũ eſt habent originem. Quòd poſt Halyn fluuium Gadilonetica eſt regio, fœlix tota & campeſtris atqꝫ omnium ferax. Oues habet mollis pellis & lanæ. Quòd Amiſus, Mileſiorum eſt ædificium, regionemqꝫ habet beatam. Quòd Iris fluuius per mediam Comanorũ urbem atqꝫ ad ipſa Amaſiæ mœnia labitur. Quòd Strabo hic geographus ex Amaſia fuerit urbe Pontica. Quòd Themiſcyra regio fluminibus perluitur, eaqꝫ propter ſemper herbida eſt. Eius montana ora conſita eſt arboribus & manſuetos & agreſtes fructus ferentibus, ita ut nullo anni tempore illic deſit fructus.

Quòd qui nunc Sami dicuntur, antiquitus Macrones uocabantur. Et qui nunc ſunt Chaldæi, prius uocabantur Chalybes. Quòd Strabo hos uerſus Homeri contendit enarrare,

αὐτὰρ ἁλιζώνων ὁδίῳ θ' ἅμα ἐπίστροφος ἦρχον,
τηλόθεν ἐξ ἀλύβης.

Hinc & Halizonos Hodiusqꝫ & Epiſtrophus unà

Longinqua ex Alyba ducunt. Quo loco Alizones sunt, qui nunc circa Trapezuntem habitant Chaldæi, prius quidem Chalybes dicti, & adhuc prius Alybes, unde Homerus inquit, πλόθων δ' ἀλύβης, Ac primum omnium Alizones. Si quidem tempore labente nomina multas mutationes suscipiunt. Thraces enim Lemnum incolentes prius Sinties uocabantur, postea Sinti dicti sunt, deinde Saij, iuxta illud Archilochi,

ἀσπίδα μὲν σαίων τὶς ἀνέλετο

At scutum Saius uir sustulit. Nunc Sapæ appellantur, circa Abdera urbem habitantes. Eodē modo Brygi, Breges, Bryges, Phryges, ijdē sunt. Itē Mæones & Mennes: ad hunc itaq; modū Chaldæi, Chalybes, Alybes, Longinqua ex Alyba. quo loco uox, Longinqua, adiecta huius coniecturæ nobis argumētum prębet. Sunt qui per Rhyndaci fluuij regionem Alizonas habitare dicant. Alij circa Cumas Æolicas, aut circa Myrleaticum agrum, aut circa Pygella iuxta Ephesum aut Prienen.

Quòd uocem hanc πήλοθεν δ' ἀλύβης impropriè adiectam fuisse affirmant, quēadmodum illud πήλ' ὀδ' ἀσκανίης, Longe ab Ascania. Et de Arnæo, ἐπεὶ γὰρ δὴ τόν γε πότνια μήτηρ, Hoc etenim dederat genitrix. Et de Penelope,

εἵλετο δὲ ξωλῆσι δυκαμπέα χερὶ παχεῖαν

Ipsa manu clauim comprendit Penelopæa. Item hoc

οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

Omnigenisq; auibus. Insuper istud

ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσαν

Quòd Pactolus fluuius & Hyllus Hermo committuntur. Oriuntur è Tmolo monte prope urbem Sardes. Quòd Armenia minor Tibarenis quandoq; imperauit & Chaldæis atq; Pharnacijs. Mithridates uero Eupator his subactis, & Colchidis & horum omnium imperium adeptus est. Quòd Pharnacię continua est Sidene & Themiscyra. Supra has iacet Phanarœa oleis consita & beata, inter Lycū amnem & Irim locata. Quòd supra Phanarœam Comana Pontica iacent, eodem nomine quo maioris Cappadociæ Comana. Quòd ob ingentem multitudinem in Corintho meretricum, & sumptū qui in has fieri solitus erat, prouerbium natum sit,

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. sed diuitibus scilicet solis.

Quòd Oalgassus mons est altissimus, Haly fluuio occidentalior, iuxta quem Domanitis & Blaena est regio. Cæterum per Domanitidem Amnius fluuius labitur, quo loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidē præsens sed per suos imperatores tanquā obiter re gesta. Vnde ille fugiens, cum paucis adeo in Italiam nauigauit. Hic uero secutus, impetu facto Bithyniam cepit, & Asiam usq; in Cariam & Lyciam occupauit. Quòd circa Pimolissam & Pompeiopolim Sandaracurgium mons est concauus propter metallorū effossionem, ubi ex morbido & pestilente aëre effossorum locorū multis intereuntibus, negligi metalla cœperunt. Quòd lacus qui circa Niceā est urbē Ascanius sit dictus, itemq; regio ipsa Ascania. Quòd Bithyniā terminat Sangarius fluuius, & litus Ponticum usq; ad ipsum os atq; Chalcedonem: ab occasu, Propontis: ad austrum Mysia & Epictetus appellata Phrygia. Eadem quoque Hellespontiaca Phrygia dicitur. Quòd sinus qui circa Nicomediam est Astacenus uocatur. Quòd mons circa Cium Argantonius uocatur, porrigens se

usq;

usque ad Nicomediam. Quòd Cius socius erat Herculis, ex Argonautis unus. Is è Colchis reuersus urbem à se Cium appellatam, ædificauit.

Quòd à Prusa oppido nomen gentile deriuatur Prusiensis.

Quòd Ascania à duabus gentibus seorsim habitabatur, Phrygibus & Mysis, testatur id Homerus inquiens,

μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορα
οἵ ῥα ὄξ ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.

Alysorumq; ducem bellantum comminus armis,
Illi ex Ascaniæ campo uenere feraci. Et rursus,

φόρκυς αὖ φρύγας ἦγε καὶ ἀσκάνιος
τηλ' ὄξ ἀσκανίης.

Phorcys & Ascanius Phrygias duxere cateruas,
Longe ex Ascania. Intelligit autem Nicæam. Quòd Homerus Æsapum terminum statuit Troadis & Mysiæ. Videtur autem Pindarus Cyzicenus fuisse.

Quòd Nicæa ab Antigono ædificata sit, Philipppi Macedonum duce, qui bello aduersus Nicatora Seleucum interijt. Postea Lysimachus illam auxit, qui cũ Alexandro scilicet ad Indos militauit. Hic Nicæam appellauit, de nomine uxoris quæ Antipatri erat filia, soror Cassandri. Quòd quæ nunc Otrœa dicitur regio, ab Otreo Phryge uocata sit, cuius meminit Homerus,

λαοὺς ὀτρηρούς.

Otræi populos. Quòd Hipparchus & Theodosius, atque huius liberi mathematici, & Asclepiades medicus, Bithyni fuerint. Quòd qui in Asia sunt Galatæ, Celtarum sunt coloni, atque sub Leonorio duce in Asiam traiecerunt.

Quòd post Galatiam ad austrum lacus est Tatta nomine, Cappadociæ maioris adiacens, & pars est Phrygiæ maioris. Item quæ huic continua est usq; ad Taurum. Cæterum Tatta lacus salis sponte nascentis fontes habet atq; adeo faciliter sal rebus immersis circungelascit, ut sæpe cum funalem torquẽ demiserint, salis coronas educant. Volucres ipsæ alis aquas contingentes facile capiuntur, cum propter salis concretionem cito decidant. Quòd Isaura urbs sit, à qua & regio Isauria & uocabulum gentile Isaurensis dicitur. Quòd circa Sipylon loca Phrygia prius appellabãtur. Item Tantalũ & Pelopem Phrygas esse aiunt, & Nioben quoque. Nam Pergamena & Elaitis ad quam Caicus exit, & Teuthrania inter hęc media in qua Telephus habitabat olim, inter Hellespontum sunt & regionem Sipylo & quæ sub hac est Magnesię, circunstantem. Quòd Mysos, alij Mysorum Scythiæ colonos esse affirmãt. Alij uero quod Lydorũ lingua, fagocissima arbor, Mysos uocatur, eiusmodi arborem in Olympo Mysio copiose nasci, eaq; propter gentem Mysos fuisse appellatã. Quòd Miletus Cariæ, colonia sit Mileti quę est in Creta. Quòd Lycus Pandionis filius, Solymis conditis regionẽ à se Lyciam appellauit. Quòd Bithyni septentrionales iuxta Olympum iacent, Item Mygdones & Doliones. Reliquum tenent Mysi & Epicteti. Doliones autem sunt, qui circa Cyzicũ à fluuio Æsapo usque ad Rhyndacum fluuiũ & Dascylitidem lacum. Mygdones post hos sunt, usq; in Myrleanorum Apameorum agrũ.

Quòd supra Dascylitidem lacũ alij duo lacus sunt, Apolloniaticus & Miletopolitanus. Quòd delubrũ in Cyzico Dindymenes matris deũm, Argonautarum ædificiũ est. Quòd potentes olim atq; pulcherrimis legibus instructæ ciuitates fuerint Cyzicus, Rhodos, Massilia, Carthago, Roma, Sparta.

Quòd Phrygiæ Epicteticæ sint Axiani, Nacolia, Cotyaium, Mydaium, & Dorylaium urbes, & Cadi. Quòd Mysiæ pars mediterranea, ab Olympica regione in Pergamenam descendit, & in Caici campos. Quòd supra Epictetũ ad austrum maior Phrygia est, quæ à sinistra Pisinuntem & Lycaonas, à dextra Lydiam & Cariam relinquit. In ea est Phrygia quæ prætermontana dicitur, & Pisidia & Amorio & Eumenia & Synnada: deinde Apamia quæ Cibotus dicitur et Laodicęa & Colossæ. Quòd Marsyas fluuius ex Apamia urbe magna ortũ habens, in Męandrum egreditur. Quòd cursus Męandri adeo est flexuosus, ut obliquitates omnes ab eo męandri dicantur. Quòd quę circa Męandrum fluuiũ est regio ferè tota à terræmotibus quatitur & aquis atq; ignibus peraratur, à campis incipiens usq; ad Magnesiam & Hierapolim. Quòd Prienen quæ prius ad mare erat, Męander, facta limi aggestione, mediterraneam effecit, ad stadia ducenta quinquaginta. Quòd Typhonis casum & Arimorum, per hanc exustam Phrygiam & Lydiam euenisse aiunt. Alij autem affirmant, etiam quæ inter Mæandrum ac Lydos sunt, omnia eiusmodi esse.

LIBRI DECIMITERTII.

QVÒD à Cyzico & locis Æsapo & Granico uicinis Abydum usq; Propontidis ora sit maritima. Ex Abydo aũt Lectũ usq;, Ilij et Tenedi & Troianæ Alexandriæ regio. His omnibus Ida imminet. A Lecto uero usq; ad Caicum & Canas dictas, Assus est & Adramyttium & Atarneus & Pitana & sinus Elaiticus. Quibus omnibus Lesbos insula ex aduerso consurgit: deinde Cumanus ager usq; ad Hermũ & Phocenses, hęc Æolia est, quam sequitur Ionia. Quòd à Cyzico & Æsapo fluuio, usq; ad Caicum fluuiũ, regio est quam Homerus Troianam dicit, in octo principatus diuisa, sed Æolorum colonia aliter hanc diuisionem fecit, per totam Troianam oram dispersa, & usq; ad Hermum fluuiũ extẽta. Quatuor autẽ seculis Æolica colonia, cq; Ionica antiquior est. Nã Agamemnonis filius Orestes Æolicæ classi imperauit, quo in Arcadia mortuo Penthilus eius filius successit, & usque in Thraciam processit annis post Troiam sexaginta, quo tempore Heraclidę in Peloponnesum rediere: deinde Archelaus illius filius cum Æolica classe in eam quę circa Cyzicum & Dascyliũ est regionem traiecit. Graus uero filius eius iunior usq; ad Granicum fluuiũ progressus est, & traijciens in Lesbum eam occupauit. Cleuas item & Dorus & Malaus, qui & ipsi ab Agamemnone erãt profecti, primum quidem Locrida & montem Phricium, longo tempore obtinuerũt. Postea trangressi Cumas condiderunt, Phriconidas à Locrensi monte appellatas. Quòd Priapus fluuius est iuxta Cyzicum, aduersus Artacen Cyzicenam urbem consurgens.

Quòd Æsapus fluuius Cyzico urbe orientalior est. Quòd à Pario oppido usq; ad Practium oppidum occasum uersus stadia sunt CCC. Quòd Ida mons scolopendræ formã habet, atq; in mediterraneam, promontorio quod circa Zeleam est terminatur, in pelagus autem Lecto, quod in Ægæum descendit.

Quòd Zelia urbs, Cyzicenorum est ditionis. Quòd Homerus Idam montem Lecto terminat, quod primum est â mari, & Zelia, inquiens,

ὑπαὶ πόδα νείατον ἴδης.

Idæ

Idæ pede ſub extremo. Quòd Lectum Idæ promontorium, & Canæ promontorium, ſinum Idæum faciunt. Quòd duplices ſunt Cilices, alteri Thebæi Hypoplacij, unde Chryſeis erat: alteri Lyrneſſij, è quibus erat Briſeis,

τὼ ἐκ λυρνησσοῦ ἀξέλεχε πολλὰ μογησας.

Hanc è Lyrneſſo capiens multū laborabat. Hæc urbs erat diui Mynetis. E Thebis Chryſeidem fuiſſe, ſic inquit,

ὠχόμεθ' ἐς θήβω ἱερὴν πόλιν.

Nos Thebam aduecti ſacram. Ex hac etiã Andromache fuit. Sunt itaque duo hi Troianorum principatus. unde quæ de Andromache dicuntur, in hyperbato ſunt legenda,

ἀμφότεροι σὺ μὲν γὰρ τροίη
αὐτὰρ ἐγὼ θήβησιν.

Vterq; è nobis, tu per Troiam
Aſt ego Thebis. Sic enim eſt legendum.

ἀμφότεροι γὰρ τροίη, σὺ μὲν πριάμοιο κατὰ δῶμα,
αὐτὰρ ἐγὼ θήβησι.

Vterq; ex Troia, ſed patris in laribus Priami tu, Aſt ego Thebis. Tertius eſt Lelegum principatus, qui & ipſe Troianus eſt,

ἄλτης λελέγεσι φιλοπτολέμοισιν ἄνασσεν.

Maximus Altes
Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur. Et ſub Hectore Troiani erant,

τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευεν.

Hector item Troas duxit. Quiq; ſub Ænea fuere Dardani Troiani erant, uelut quoties dicit,

αἰνείας τρώων βουλήφορος.

Aenæa Troum dux conſultiſſime. Sexti ſunt ſub Pandaro Lycij, quos proprie Troianos appellat. Septimi, qui inter Aeſapum & Abydum ſunt Troes dicuntur. Ponuntur autem ſub Aſio Abydeni Troes. Democoon quoque Priami filius,

ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων.

Is ab Abydo aderat tunc à pernicibus equis. Et Hicetaonis filius apud Percoten boues paſcebat, nec ipſe alienas, & qui Adraſtiam uſque imperabãt Meropis duo filij Troiani erant, octauus hic principatus eſt. Nonus Troiæ principatus eſt, qui ſub Eurypylo Telephi filio cenſetur. Quod autẽ omnibus his Priamus imperaret, Achilles declarat, inquiens,

ὅσσην λέσβον ἄνω μακάρων ἔδος ἐντὸς ἐέργει
καὶ φρυγίη καθ' ὕπερθε καὶ ἑλλήσποντος ἀπείρων.

Quæ fœlix pariter Lesbos complectitur, & quæ
Comprendit Phrygiæ tellus ac Helleſpontus.

Quòd Lycij qui ſub Pandaro fuerunt Aphnij dicti ſint ab Aphnitide lacu, qui Daſcilyticus lacus eſt. Zelia à Cyzico diſtat uerſus ortũ ſtadijs centũ nonaginta. A proximo mari uero, in quod Aeſapus flu. egreditur, ſtad. circiter octuaginta.

Quòd Zelia mediterranea eſt, eiq; ſubiacent Cyzico & Priapo adiacentia loca. Circa Zeliam Tarſus eſt fluuius, qui uiginti locis tranſitur, ſicut Heptaporus. Quòd inter Aeſapum fluuium & Priapum Granicus fluit, magna ex parte per Adraſtiæ campos. Priapus autem urbs eſt ſuper mari ſita, & portus.

Quòd Adraſtia urbs inter Priapum eſt urbem & Parium, ſuper Aeſopo fluuio. Priapus hæc portum habet minorem quàm Parius. Quòd Pityęa urbs ſit mediterranea inter Parium & Priapum urbes. Quòd inter Lampſacum et Pariũ Pęſus urbs ſit et fluuius. Homerus tribus ſyllabis eam appellat, inquiens,

νὴ δ' ἤμορ ἀπαισόν,

gentemq; quoque Apæſi. Item,

ὃς ῥ' ἐν ἀπαισῷ.

habitabat mœnia Apęſi. Quòd in Cumęa regiõe locus eſt, fœminino genere numeroq; plurali dictus Gergithes. Eſt etiã urbs à qua in agro Lampſaceno Gergithius ager eſt dictus. Quòd Practium apud Homerum nõ eſt urbs, ſed fluuius inter Abydum fluens & Lampſacum. Quòd Xerxis pons in Abydo, paulo magis ad ortũ fuit locata quàm ſit Abydus, magisq; ad occaſum quàm Seſtus. Id notatu dignum maxime eſt. Quòd Strabo conſentit fabulæ de Hero, quod in Seſto fuerit ipſius turris, quodq; caſus Leandri illic euenerit. Quòd aurea metalla in Pactolo Lydiæ nunc defecerint. Quòd ab Abydo ad Aeſapum fluuium, ſtadia ſint ſeptingenta: itinere ſcilicet pedeſtri, recta uero nauigatione, pauciora. Quòd Ilus poſt diluuium primus auſus eſt urbem in planitiem locare, quæ ab eo dicta fuit Ilium. unde in campo eſt ſepultus,

οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα
μέσσον καππεδίοιο.

Hi uero ad tumulos Ili
Per campum medium. Sunt qui dicant, quæ nũc oſtenditur urbs, non eſſe Ilium Homeri. Sed aliam eſſe, magis humilem. Antiquam enim magis editam fuiſſe, prope Idam ſtad. quadraginta. Quòd quæ nũc Alexandria Troas dicitur, urbs deſerta, prius Antigonia dicebatur. Nam ab Antigono habitata fuit qui ex Alexandri magni ducibus imperauit Phrygiæ. Poſtmodũ à Lyſimacho Alexandria fuit appellata, quod magis uideretur operępretiũ eſſe, ut ab eo cognomẽ acciperet, qui totius uictoriæ de Perſis habitæ author extitiſſet, ab ipſo uidelicet Alexandro.

Quòd Fimbria Romanus bello aduerſum Mithridatem geſto, cum Iliũ admoto ad urbẽ exercitu undecimo die cepiſſet, atq; inde gloriaretur, quã urbẽ Agamemnon decimo anno uix cepiſſet, cum mille nauium claſſem & uniuerſam Greciam ſecũ haberet, ſe undecimo die obtinuiſſe, Reſpondit quidã ex Ilienſibus, Nõ enim Hector aderat qui pro ciuitate pugnaret. Quòd inter Abydum & Dardanum urbem, Rhodius fluuius labitur, ex aduerſo ſepulchri Hecubæ quod Canis dicitur. Quòd ſepulchrũ Hectoris in Ophryneo eſt loco excelſo Troadis. Deinde Rhœtium urbs deſerta, inde Aegialus, poſtea Aiacis ſepulchrum, inde Segium urbs deſerta, poſtmodum Achillis ſepulchrum & Patrocli & Antilochi: deinde nauiũ ſtatio & caſtra Græcorũ, mox Simoentis & Scamandri oſtia ſtagnantia & paludes, & lacus qui Os dicitur. Quæ omnia Ilio ſubſunt.

Quòd Priamus exiguo inuento Troianorum regno, ita ut Hercules, Cumq; uiris paucis & ſex cũ nauibus ipſa Pergama diripuerit, illud in immẽſum auxerit, ut rex regum appellaretur, quemadmodum ſignificat illud,

ὅσσην λέσβος ἄνω μακάρων ἐσορᾷ.

Quę fœlix pariter Lesbos cõplectitur. Quòd Campus Troianus à mari uſq; ad Idam porrigitſe, cuius partes auſtrales in Scepſim, ſeptentrionales in Zeliam

fini

finiunt. Quòd permultis & fide dignis argumentis Strabo oſtendit quę nũc Ilium appellatur, non eſſe ab Homero decantatam urbem, ſed hac excelſior eſt & orientalior quæ uere Ilios dicitur, Hectoris ſcilicet patria. Quòd ſi ne ueſtigia quidem ipſius ſuperſunt, ſed quæ uiſuntur nunc, humilioris ſunt ueſtigia, mirum eſſe non debet. Tempus enim permulta eiuſmodi facit. Quòd iuxta uetuſtum quendam morem Agamemnon male imprecatus eſt ijs qui Ilium inſtaurare auderent, eamq; ob cauſam poſteri religione ducti, locum elegerunt uicinum, antiquo ſimillimum & hunc ædificatum Ilion appellarunt, hoc pacto Agamemnonis execrationes effugerunt. Quòd Rheſus fluuius nunc Rhoites appellatur, Heptaporus autẽ Polyporus, ortum habens à locis pulchræ pinui finitimis ad uicum Melænas euntibus. Cæterum pulchra pinus ambitum habuit pedum uigintiquatuor, altitudinem à radice ſexaginta ſeptem pedũ. Poſtea in tres partes ſciſſa æqualiter inter ſe diſtantes, rurſus in unum uerticem contrahitur. Totam uero altitudinem duorum iugerum & cubitorum quindecim habet. Quòd Careſus fluuius à Maluntelabitur, qui locus inter Palæſcepſim iacet & Acheium ulterioris Tenediorum agri. Immittit autem in Æſapum. Rhodius uero à Cleandria & Gordo in Æmum influit. Quòd Smintheus Apollo à Tenedijs colitur. Et tẽplum ipſius in Tenedo eſt, unde illud dicitur,

τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις σμινθεῦ.

Smintheu præclarę Tenedi domator Apollo. Quòd aliud templũ eſt Sminthei Apollinis in Troade, iuxta mare ſitum. Quòd inſulæ exiguæ iuxta Tenedum, Calydnæ uocantur. Quòd circa Troadem Achæus locus ſit: deinde Lariſſa & Colonæ & Chryſa nunc dicta in loco excelſo ſuper mari ſita.

Quòd in Sminthei templo mus ſit æreus, pedi ſtatuæ ſubiacens. Sunt autem Sminthei Apollinis permulta templa. Quòd circa Lectũ promontoriũ ſales ſunt q uentis Eteſijs ſponte congelaſcũt. Quòd Homerus in ſinu Adramytteo locat Lelegas et Cilices utroſq;, quo loco Pedaſus urbs eſt deſerta & Satinois fluuius, qui torrens eſt, & Thebę ac Lyrneſſus urbes. Quòd Amaxitę maritimi ſunt, ac ſupra eos Neandrenſes. Deinde Cebrenij ſupra hos, mox Dardani uſque ad Palæſcepſim, quibus imperauit etiam Æneas. Inde Scepſis. Quòd à Lecto promontorio, uſq; ad Gargara uerſus ortum ſita, ſtad. ſunt ducenta ſexaginta.

Quòd poſt Adramyttium Coryphantis & Heraclia uicus ſint: inde Attea, ab hac Atarneus & Pitane, & Caici fluuij oſtia. Quòd nonnulli Romanis gratificantes hos uerſus Homeri de Aenea hoc pacto tranſcribunt,

νῦν δὲ δὴ αὖτε γένος πᾶσιν ἀνάξει.

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Quòd è Scepſi urbe fuerit Coriſcus Socraticus, & huius filius Neleus, qui & Theophraſtum & Ariſtotelem audiuit, & ſucceſſor fuit Bibliothecæ Theophraſti in qua Ariſtotelica inerat. Nam Ariſtoteles & Bibliothecã & ſcholam Theophraſto reliquit, & primus omniũ quos ſcimus libros cõgregauit, & Aegypti reges bibliothecę ordinẽ docuit. Theophraſtus uero eam tradidit Neleo, Neleus Scepſim detulit, ac poſteris dedit hominibus ſanè imperitis, qui libros incluſos, ac negligẽter poſitos tenebãt. Cumq; Attalicorum regũ ſub quibus erant, ſtudiũ ſentirent cõquirendorũ librorũ, ad inſtruendã eam Bibliothecã quæ Pergami erat, eos in foſſa quadã ſub terrã occuluerũt, quos & tineis & humiditate labefactos, tandem qui ex eo genere erant Apelliconi Teio

tradiderũt, magno emptos argento, Aristotelicos scilicet ac Theophrasticos. Apellicon, ut qui magis librorũ esset studiosus quàm sapiẽtię, uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non recte suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos. Sed antiqui Peripatetici post Theophrastũ, cum omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat exceptis exteriorum sermonum, nihil habebãt in quo firmiter philosopharentur, sed positiones quasdã lucubrabãt. Posteriores, postquam hi libri in lucem uenerunt, Aristotelem imitantes longe melius quàm illi philosophati sunt. nam propter errorum multitudinem consentanea dicere necesse habuere. Multum ad hoc Romani contulerunt. Nam continuo post Apellíconis obitum Sylla qui Athenas cepit, allata illius bibliotheca huc eam transtulit. Tyrannion quoque grammaticus incœpit, cum Aristotelis amantissimus esset, eo sibi conciliato qui bibliothecæ præerat. Item librarij quidam scriptoribus utentes non bonis, nec scripta conferentes, quod in his libris præsertim fieri solet qui uendẽdi transcribũtur, tum hic tũ etiam Alexãdriæ. Quòd post Scepsim urbem Andera sunt, & Pionia et Gargaris. Iuxta Andera lapis est qui ustus in ferrum mutatur: deinde cum terra quadam in fornace excoctus, pseudargyrum exudat, quæ terra si æs assumat, fit mixtio quam nõnulli uocant orichalcum. Fit etiam circa Tmolum pseudargyros. Quòd Assus urbs fœlix sit & munita, à mari & portu rectum & longum ascensum habens. Vnde illud Stratonici commode dictum est, ἄσσον ἴθ' ὥσπερ θᾶσσον ὀλέθρου πείρασθ' ἵκηαι. Hic Cleanthes fuit stoicus philosophus, ꝙ Zenonis Citiensis scholę successit, quã postea Chrisippo Solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permãsit, propter eam affinitatẽ quã cum Hermia Tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemq; audiuit, postea ad dominum reuersus, cum ipso imperauit primũ, Atarnenses & Assenses aggresso: deinde illi successit & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligẽter curauit. Aristoteli etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius cum Persis ministraret, & exercitũ duceret, simulata cum Eunucho amicitia hospitalitatis nomine & tractandarũ rerum gratia illum ad se uocat, quem cum comprehẽdisset ad regẽ misit ibiq; suspensus est. Quòd circa Assum & Gargarũ loca & Scepsim Lelegum sunt, qui inter Cilices & Dardanios habitabant, urbem habentes Pedasum. fugientes autem Achillis incursionem in Cariam uenerunt, & urbem Pedasum condiderũt eodẽ nomine quo patria. Quòd post Lelegas, sequens litus Homeri tempore habebant Cilices, quo loco nunc est Adramyttium & Atarnitæ & Pitanæi usq; ad Caici ostia: horũ duæ sunt urbes Thebæ Hyppoplacię & Lyrnessus. Quòd Thebæ & Lyrnessus in Thebano campo sitę ab Adramyttio urbe distant, illa quidẽ stadijs sexaginta, hæc uero octuaginta. Cæterum in Adramytteno agro Chrysa est & Cilla. Sunt autem circa Antandrũ hæc. Quòd Cillus Pelopis fuerit auriga, à quo Cilla urbs & Cilices sunt dicti. Quòd in Pitana Æolica lateres aiunt aquæ supernatare, quemadmodũ in Tyrannia. Nam terra quàm aqua sit, leuior est. In Iberia uero Posidonius ait se uidisse ex quadã creta lateres factos supernatare. Quòd Caicus fluuius post Pitanen se in Elaiticũ sinũ influit, ex aduerso Elææ urbis. Quòd Elęa urbs nauale est Pergami urbis, à Pergamo distans stadijs centũ uiginti. Quòd Cana promontoriũ est assurgens cõtra Lectũ promontoriũ & Adramyttenũ sinũ efficiens. Cuius pars etiam

Elai

Elaiticus est sinus. Quòd Cana numero etiam plurali Canæ dicitur: circa hãc promontorium est Æga. Cæterum γὰ ipsum oportet ut longum sit accipere.

Quòd inter Elęam & Pitanen & Atarnea & Pergamum, Teuthrania sit urbs, à nulla harum ultra septuaginta stadia distans, intra Caicum. Quòd in locis circa Caicum, Eurypylus Telephides imperasse uidetur quem Pyrrhus Achillis filius interemit. Quòd in Elaitide fluuius sit torrenti similis, Cetius nomine. Vnde forte dictum est κῆτεοι ἐτέινοντο γωιάων ἕνεκα λώβης. Quòd Lesbi insulæ ambitus stadiorũ sit mille & centũ. Quòd Strabo sub Tiberio Romanorũ imperatore fuerit. Quòd Phanias & Theophrastus Aristotelici ex Eresso fuerint. Theophrastus prius Tyrtamus dicebatur, cæterum ab Aristotele sic appellari cœpit. Quòd Hellanicus historicus, Lesbius fuerit. In freto quod inter Asiam est & Lesbum, insulæ sunt quadraginta. hę composito uocabulo Hecatonnesi uocantur, quemadmodum Peloponnesus, & Myonnesus & Proconnesus & Halonnesus. habent nn duplex è consuetudine. Quòd Hecatonnesi uocantur tanq; Apollonnesi. Nam Apollo Hecatos est dictus. Quòd ante Lesbum Pardoselena sit, urbem habens eodẽ cognomento, cęterũ nominis infamiã fugientes Poroselenã ipsam appellant. Mons circa Pergamũ Aspordenus fuit. Et quod in eo templum est, Matris Asporenæ. Quid igitur dicemus de Pordali & de Saperda & Perdicca & σωπορδακοισιν, quod idem significat quod madidis? Quòd Homerus in Catalogo Lelegum & Cilicum & Cauconũ iure non meminit. Nam ab Achille extincti erant, Eetion & Mynes & Epistrophus atq; ipsorum populi.

Quòd Pelasgorum princeps Hippothous Larissam patriam habuit, eam scilicet quę circa Cumam Æoliæ est sita. Cæterum Pelasgi ab Æolis interierunt.

Quòd Cumæ carpuntur ut insulsę & hebetes, quod annis CCC. demũ post urbis ædificationem portus uectigalia exegerint, tanquam tum primum intelligerent se iuxta mare sitos esse, ac huius prouentum antea nõ animaduertissent. Dicitur & aliter, quòd publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt, postea cum pecuniam constituta die non reddidissent, à deambulatione arcebantur. Sed cum pluuiæ essent, in dedecus quoddam creditores edictum emittebant, ut Cumani porticus subirent. Et cum præco ita inclamaret porticus subire, dictum esse prouerbium Cumanos non sentire, quòd in pluuia porticus subeunda sit, nisi aliquis per præconem admoneat. Cumanus fuit Hesiodus & Ephorus Isocratis familiaris, qui Historias scripsit. Cuma dicta fuit ab Amazone quadam, sicut Myrene & Mytilene. Quòd Pergamus urbs Gazophylacium fuerit Lysimachi & Agathoclis, qui ex Alexandri successoribus fuit unus. Pecuniarũ custodia, quæ erant talentorum nouem millia commissa erat Philetęro Tyanensi, qui à puero spado erat, in quadã turba oppressus cum nutrice, eaq; propter eunuchus. Is initio charus erat Lysimacho, sed cũ ab Arsinoe illius uxore dissideret, propterea quod eum accusauerat, defectionem parauit uidens nouas res permultas. Nam Lysimachus à malis familiaribus coactus fuit proprium filium Agathoclem interimere: Seleucus uero Nicator reuersus, illum sustulit, & ipse interemptus est, à Ptolemęo Cerauno dolo occisus. Cæterum Philetærus annos uiginti Dominus fuit arcis & pecuniarum, pollicitando semper ac ualidioribus propioribusq; obsequendo. Erant ei fratres duo Eumenes & Attalus. Ex seniore itaque Eumene, filius Eumenes natus fuit. Is Pergami successionem habuit, & iam loca circuncirca tenebat, unde apud

Sardes Antiochum Seleuci filium ſuperauit, cum eo cõgreſſus. Obijt cum duobus & uiginti annis imperaſſet. Attalus ex Attalo & Antiochide natus in imperio ſucceſſit, & primo rex eſt nũcupatus. Hic Galatas prælio maximo ſuperauit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis in claſſe Rhodiorum aduerſus Philippũ pugnauit. Obijt iam ſenior cum annis quadraginta & tribus imperaſſet. Filius quatuor reliquit, Eumenem, Attalum, Philetærum, Athenæum. Ex his iuniores priuatum ſtatum duxerunt. Eumenes uero imperans cum Romanis aduerſus Antiochum magnum & contra Perſen bellum geſſit. Et à Romanis totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho circa Taurum erat. Nam initio regionem non multum tenebat. Hic imperium multum auxit & ædificijs & donis & bibliothecis, imperauit annos quadraginta nouem, acimperium Attalo filio reliquit, dum puer adhuc eſſet, & huius tutorem Attalum proprium fratrem. Is cum annis xx. & uno imperaſſet, tanquam tutor, multis rebus fœliciter geſtis ſenex admodum interijt. Nam aduerſus Demetrium Seleuci filium, cum Alexandro Antiochi filio bellum geſſit, & cum Romanis aduerſus Pſeudophilippum pugnauit. Deigylim quoque regem cepit ducto in Thraciam exercitu. Item Pruſiam interemit præfecto illi filio Nicomede. Cæterum qui ſub tutela erat Attalus, cum annis quinque imperaſſet Philometor appellatus, morbo defunctus eſt, Romanis hæredibus relictis, qui eam regionem prouinciam fecerunt, Aſiam appellantes eodem nomine quo et continentem. Quòd Caicus fluuius Pergamũ præterfluit, per Caicum campũ fœlicem. Quòd ex Tmolo Pactolus fluit, habens auri ramenta, quæ hoc tempore defecere. Exit in Hermũ fluuiũ, in quem etiam Hyllus fluuius egreditur, qui nũc Phrygius dicitur. Quòd lacus q apud Homerũ Gygæus, poſtea Colous fuit appellatus. Quòd Arimos alij in Lydia fuiſſe aiũt: alij in Cilicia, nõnulli in Syria, alij in Pythecuſis, quo loco etiam Typhoea fuiſſe dicũt. Quòd in Hierapole calidæ ſunt aquæ & Plutonium, ambo non paruam admirationem præſtantia. Nam aqua adeo faciliter in tophum duratur, ut qui aquæductus deducunt, integra ſepta ex eo aquis conficiant. Plutonium, os eſt in paruo quodam imminentis montis ſupercilio, ita commenſuratum ut hominem poſſit ſuſcipere, mira profunditate. Huic propoſitum eſt uallum quadratum, ambitu ferè ſemijugeri, quod nebuloſa & craſſa caligine plenum eſt, ut uix ſolum diſcerni poſſit. Ad ſeptum appropinquantibus, aër innoxius eſt, purus ab illa caligine, in tranquillitate uentorũ. Nam caligo intra ambitum manet. Si uero animal intro progrediatur, ſtatim moritur. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos paſſeres immiſimus qui ſubito mortui ceciderunt. Galli uero execti illæſi accedunt, ut etiam uſque ad os appropinquent, introſpiciant, & immergantur, quouſque poſſunt ſpiritum continentes. Videbamus enim ex aſpectu æſtuoſæ cuiuſdam paſſionis indicium, ſiue quòd omnes id experiantur, ſiue ſoli ſacerdotes, ſiue diuina prouidentia, quemadmodum ueriſimile in ijs eſt qui numine ſunt afflati, ſiue quòd hoc uiribus quibuſdam reluctantibus contingat. Quòd Caballenſes credant Solymos eſſe, unde collis qui Termeſi promontorio imminet Solymus uocatur, & ipſi Termenſes Solymi dicuntur. Proximum eſt Bellerophontis uallum, & Piſandri eius filij ſepulchrum, qui in bello contra Solymos geſto cecidit.

Quòd Cebyrenſis adminiſtratio, inter maximas totius Aſiæ cenſetur. Vtebantur Cebyratæ linguis quatuor, Piſidica, Solymorum, Græcorum & Lydorũ.

Quòd

Quòd apud Cebyreos proprium sit ferrum facile tornari.

LIBRI DECIMIQVARTI.

QVÒD Ionum Coloniæ præfuerit Androclus Codri Athenarum regis filius, postmodũ Æolicæ. Is Ephesum ædificans, Regiam Ioniæ assignauit. Sunt autem Ionum ciuitates hæ: Miletus, Mius, Lebedus, Colophon, Priena, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenę, Chius, Samus, in uniuersum duodecim. Postmodum Smyrna fuit assumpta. Quòd Apollinis oraculũ apud Branchidas in Mileto sit. Quòd quæ nunc Samos appellatur insula Ionica, prius dicebatur Parthenia, deinde Anthemus, inde Melamphylus, postea Samus. Quòd Samus adeo sit ferax, ut q eam laudãt, prouerbio dicere cõsuerint, Fert & auiũ lac. Quòd ob Solysontis Samiorum tyranni amarulentiam Samus adeo uiris fuit destituta, ut prouerbium inde natum sit quo dicitur, Solysontis opera locus amplus est. Quòd Athenienses per Periclem Samo potiti, municipes in eam miserunt, è quorum numero Neocles fuit Epicuri philosophi pater, ludimagister. Is in Samo nutritus, adolescentiam Athenis egit cum Menandro comico. Quòd Creophylus hospes Homeri Samius fuerit. Cæterum o magnum hic scribitur. Quòd Agamemnon Pygela condidit: fuit autem à parte quadam gentium illius habitatũ oppidum. Nam quidam Pygalĳ nominati, calamitatibus defatigati illic remanserunt, ac locum Pygela uocarunt. Quòd post Troiæ captiuitatem Calchas uates cum Amphiarao pedester in Colophonem peruenit. Cæterum cum in uatem meliorem se iuxta Clarum incidisset, Mopsum scilicet Mantus filium, quæ Tyresiæ erat filia, præ tristitia perĳt. Cæterum Hesiodus etiam carmine hunc sermonem ita effert,

θῆμα μ' ἔχει κατὰ θυμόν, ἐρεινεὸς ὅσσος ὀλύνθους
οὗτ' ἔχει μικρὸς περ ἐών, εἴποις ἂν ἀριθμόν.

Mirabor sane poteris si dicere ficus
Quot numero hæc caprificus habet, perparua licet sit. Hunc uero respondisse,

μύριοί εἰσιν ἀριθμόν, ἀτὰρ μέτρον γε, μέδιμνον·
εἷς δ' περισσεύει, τὸν ἐπελθέμεν οὐκ ἐθέλω σε.
ὣς φάτο καὶ σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρῳ,
ὅτ' τότε δὴ κάλχαντ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψεν.

Mille quidem decies, modius mensura, superq
Vna fit, hanc nullo poteris comprendere pacto
Dixit, & inuentus numerus mensuraq certa est,
Continuo mortis Calchanti somnus obortus.

Pherecydes autem inquit, prægnante sue oblata, Calchantem interrogasse, quot porcos haberet, hunc respondisse tres, atque ex ĳs unam esse fœminam. Et cum Mopsus uera locutus esset, illũ obĳsse. Quòd Colophonĳ aliquando naualibus opibus, & equestribus tantum excelluerunt, ut in quancunque partem siue suffragio siue auxilio equestri, aut pedestri, aut nauibus incubuissent, finis operi imponeretur, adeo ut prouerbium inde sit natum, Colophonem imposuit, pro eo quod est finem. Quòd prouerbium sit Corycæus auscultauit, cum quispiam aliquid secreto aut facere aut dicere uidetur, neque tamen lateat ob eos qui speculantur & scire student quæ minime conuenit. Id quod Corycæi

prædones in portubus facere ſolebant, interrogantes à mercatoribus in portum applicantibus, quid in nauibus portarent. Quòd Anaxagoras phyſicus, Anaximenis Mileſij fuerit familiaris. Præceptor autem fuit Archelaus phyſicus & Euripides poëta. Quòd Melas fluuius iuxta Smyrnæ murum labitur.

Quòd Dolobella Trebonio in Smyrna obſeſſo, interemit quempiam exijs qui Cæſarem per inſidias interfecerant. Quòd quatuor ſint Lethæa flumina: aliud iuxta Magneſiam, quæ ad Mæandrum eſt ſita: aliud in Gortyne oppido Cretæ: aliud iuxta Triccam urbem Theſſaliæ, ſuper qua Æſculapius fuit natus: aliud apud Lybas Heſperios. Cæterum urbs Magneſia prope Lethæum eſt iuxta Mæandrum, ubi dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam, propterea quod reges uerſibus inceſſeret,

Purpurei ſtimuli, fæx ultima diuitiarum,

Lyſimachi, Lydos ſubditis atq; Phrygas. Quòd Magnetes in Aſia Anaxenoræ Cytharœdo æneam imaginem erexerunt hac inſcriptione,

ἦδι μὲν τόδε καλὸν ἀκούεμεν ὄσσιν ἀοιδοῦ
τοίου γ' οἷος ὅδ' ὄσσι θεοῖς φάλιγκιος αὐδῇ.

Eſt operæpretium, tales audire canentes

Qualis hic eſt, qui uoce deos exæquat & ode. Vbi qui epigramma inſcripſit, cum non ſatis conſyderate animaduerteret, ultimam ſecundi uerſus literam prętermiſit, cum baſis latitudo non ſufficeret. Quæ res ciuitatem ignorantiæ condemnari exhibuit propter ambiguitatem quæ oritur ex ſcriptura, num ultima dictio in nominatiuo caſu ſit accipienda, an in datiuo. Nam multi datiuos ſine iota ſcribunt.

Quòd Stratonicus citharœdus uidens Caunios colore admodum uiridi, dixit hoc illud eſſe quod poeta inquit,

οἵη περ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Tale quidem genus eſt hominum quale eſt foliorum. Cum uero illum incuſarent, quòd urbem ut morbidam carperet, Ego inquit eam morbidam dicere auſim, ubi mortui ambulant? Quòd Rhodij, bonis legibus inſtructi, maximam curam habuerunt circa res nauales. Vnde permulto tempore maris imperium obtinuerunt, & latrocinia ſuſtulerunt, atq; Romanis amici fuere & regibus quicunq; Romanorum & Græcorum forent ſtudioſi. Vnde ſuis legibus uixerunt, atq; permultis donarijs urbs eorum honeſtata fuit. E quibus optimus Coloſſus Solis fuit quem poëta qui Iambum effingit ſic deſcribit,

κολοσσὸν ἡλίου τοῦθ' ἑπτάκις δέκα
χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Coloſſum ſolis quandoq; ſeptemdecim
Chares fabrefecit cubitorum Lindius. Quòd Protogenes in Rhodo perdicem pinxit tam fœliciter, ut perdicum pulli accedentes canerent & congredi geſtirent, homines autē admirarentur. Quòd in Rhodo tanta fuerit de plebe cura, ut legem ſanxerint ut diuites ſingulis diebus pauperes alerent, cogentes munera quædam ciuitatis peragere. Quòd in Rhodo ſtationes quędam nauium fuerint abſconditæ & clanculariæ, quas qui inſpicere audebant, morte multabantur.

Quòd quemadmodum in Cyzico & Maſſilia ſic etiam in Rhodo inſtrumentorum & machinarum fuerint officinæ. Quòd Rhodij & Halicarnaſſæi & Cnid

Cnidij & Coi, Dores sunt. Quòd Rhodus prius Ophiusa fuerit dicta & Stadia, deinde Telchinis, à Telchinis eam insulam incolentibus, quos nonnulli fascinatores & maleficos dicunt, quòd Stygiam aquam animalibus & stirpibus, perniciei gratia inspergerent. Alij uero, artifices mechanicos, qui primi æris & ferri ex metallis generationem repererint. Venerunt è Creta in Cyprum, inde in Rhodum.

Quòd post Telchinas Heliadæ fabulis traduntur insulam tenuisse, è quorum uno, Cercapho filij nati sint tres, Lindus, Ialysus, Camirus. hi urbes de suis nominibus dictas condidere. Quòd Rhodi ambitus stadiorum est septingentorum uiginti. Quòd Atabyris mons sit excelsissimus è Rhodijs, Ioui Atabyrio sacer. Quòd Posidonius Rhodi uixit & sophisticen exercuit. Fuit autem Apamiensis, ex urbe Syriæ. Quòd Dionysius Thrax & Apollonius qui Argonautica scripsit, Alexandrini fuerint, quamuis Rhodij uocarentur. Quòd Eudoxus mathematicus Cnidius fuerit, Platonis discipulus. Quòd urbs Halicarnassus, principum Cariæ regia sedes fuerit, Zephyra prius appellata. Hoc loco est Mausoli sepulchrũ, unum è septem orbis spectaculis, quod Artemisia marito cõstruxit. Hinc fuit Herodotus, quem deinde Thurium uocarunt, eo quòd coloniæ in Thurios missæ fuisset particeps. Quòd Hecatomno Carum regi tres filij fuerint, Mausolus, Idrieus, & Pixodarus. Item filiæ duæ, è quibus seniorem Artemisiam Mausolus duxit: Adam uero, secundus frater Idrieus. Post mortem Mausoli Artemisia imperauit. Ea deinde mortua, Idrieus: cui Ada & soror & coniunx successit. At Pixodarus cum Medicarum partium esset, Satrapa è Persis ad communionem imperij accito, Adam eiecit. Aduentante uero Alexandro ad eum confugit Ada, ac filium adoptiuum fecit ac hæredem, atque hoc pacto Carum imperium suscepit. Quòd circa Cragum Lyciæ montem traduntur quæ de Chimæra fabulæ habent. Quòd Solymi montes Pisidarum sint, circa Termessum urbem. Quòd Crocos, genere fœminino effertur. Quòd è Solis Ciliciæ fuerint Chrisippus stoicus & Aratus. Quòd Tarsus olim adeo in philosophia ac cæteris disciplinis sese exercuerit, ut & Athenas & Alexandriam propemodum superaret: & qui discebant, Tarsenses erant. Quòd, Res iuuenũ, consulta uirûm, crepitus seniorum. Quòd Pelopidarum diuitiæ à metallis circa Phrygiam & Sipylum prouenerunt: Cadmi uero, circa Thraciam & montem Pangæũ: & Priami ex auro quod circa Abydum effodiebatur, cuius nunc uix ulla uestigia apparent. Multa tamen eiectio & loca effossa, priscæ metallorum inquisitionis signa sunt. Mydæ quoque opes ex metallis fuere quæ circa Bermium montẽ erant: Gygis & Alyattis & Crœsi ex ijs quæ apud Lydium oppidum desertum, inter Atarneum ac Pergamum, quod quidem loca effossa habet propter metallorum inquisitionem.

LIBRI DECIMIQVINTI.

QVOD India rhombi figuram præ se fert, cuius latus septentrionale Caucasus mons est, ab Aria incipiens usque ad terminum eius maxime orientalem. Hic mons Sacas terminat & Scythas & Seras, septentrionem uersus, Indos autem, uersus austrum. Latus occidentale, Indus fluuius est, è Caucaso delatus, uersus occidentem hybernum. Latus autem ipsius orientale & australe mare rubrũ est. Quòd India tota fluminibus permeatur, è quibus duo maximi sunt, Indus

& Ganges, ac multo maior est Ganges. Quòd Ganges fluuius, è montibus Caucasi ad austrum fluens, postquam campum attigerit, ad ortum redit usq; ad urbem maximam Polibathra, atq; hoc modo tandem ad austrum in mare rubrũ exit: Indus uero, duobus ostijs insulam Patalenen amplectens, in mare rubrum egreditur. Quòd multi imbres Indiam madefaciunt, per quos linum seritur & milium, & sesamus, & oryza & bosmorus. Hyberno tempore seritur triticum, ordeũ, legumina, & fruges aliæ, nobis ignotæ. Quòd in mari Indico nascuntur cete ancipitis uitæ, alia bobus, alia equis, alia alijs animalibus terrestribus similia.

Quòd bosmorus, frumentum est minus quàm sit triticum, nascitur inter amnes, torretur cũ in area excutitur, sed iurant ne prius eum ex area moueant quàm igni concoxerint, idcirco ne semen exportetur. India multis terræmotibus concutitur, & flumina translata nonnunquam adiacentes urbes alias quidem submergunt, alias sterilitate & siti perdunt. Quòd Indiæ fruges bis in anno proueniunt, qui seminantur inquam & qui ex arboribus nascuntur. id fit tum ob imbrium copiam, tum ob solis uehementiam. Quòd in quibusdam ramis arborum Indiæ, lana nascitur, propter ligni humiditatem, ex hac sindones texuntur. Est & cortex quidam arboris illic, è quo uestes uariæ conficiuntur. Item arbores apud eos sunt, absq; animalibus mel conficientes, è quibus inebriantur esitantes. Sunt etiam arbores illic, quorum folia non sunt minora scuto: aliæ arbores sunt, quarum rami cum ad paucos cubitos excreuerint, reliquum incrementum pronum faciunt deflexi quousq; terrã contingãt: deinde terram ingressi radices agunt uelut propagines, mox rursus in truncum exeunt, à quo postquam aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt, deinde aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore umbraculũ fiat, tabernaculo multicolumnio simile. Sunt arbores aliæ, quarum trunci à uiris quinque uix comprehendi possint. Quòd Aristoteles tradit, mulierem Ægyptiam septenos pueros peperisse. Nam Aegyptiorũ uxores fœcundæ sunt. Quòd Alexander cum Taxila appulisset, Indorum urbem, & ab incolis perhumaniter susceptus fuisset, atque ob id plurimum eis benefecisset, Macedones inuidia moti dicebant, Alexandrum non habuisse quibus bene faceret prius quàm Indum traijceret. Quòd simiæ & elephantes animalia sunt quæ ad hominis captum proxime accedunt. Cuius signum est, insultus in bello ordine ab utrisque factus. Quòd simiæ ab Indis hoc modo capiuntur: Catinum aqua plenum in conspectu ponentes, faciem sibi ea abluunt: atque in propinquo aliud catinum uisco plenum. Cæterum ubi lauerint, abeunt. At simiæ super arbore sedentes sublimes, descendunt inde, atque imitantur homines. Eóque modo uisco ablutæ, capiuntur. Est & modus alius: Culeolos subligaculi modo induunt, inde discedunt relictis alijs interius uillosis. Cæterum illæ imitantes id, capiuntur. Quòd aliqui Indorum, unà cum maritis defunctis uxores comburunt, ne per occasionem adulterij alios uiros amantes, proprios ueneno tollant. Quòd apud Indos canes sunt ualentissimi. Sopithes itaq; cum Alexandro dedisset canes centum quinquaginta, ut periculum de ijs fieret, leone obiecto duos canes immisit, quibus illum tenentibus alios duos soluit. Qui cum in certamine consisterent, Sopithes iussit ut unus ex canibus abstraheretur à morsu, & nisi pareret, crus amputaretur. Canis itaq; prius sibi crus incidi passus est, quàm morsum dimitteret, ac leonẽ retinuit donec obiret. Quòd

in

in India aër sit saluberrimus, uitæ autẽ longissimæ homines ipsi, ita ut supra centũ & triginta annos durent. Syssitia apud eos sunt sicut apud Laconas. Auro non utuntur neq; argento, pro seruis utuntur iuuenibus. In nulla disciplina exacte exercentur præter medicinam solam, tanquam aliæ si ultra mediocritatem discantur maleficos efficiant. Ius apud eos non dicitur, præterquam de cæde & iniuria. Nam hæc in nobis non sunt ne patiamur. Quæ uero in cõtractibus fiunt, in nobis sunt. Itaque cauendum esse, neque implendam esse urbem controuersijs. Quòd in India Tigrides nascuntur, magnitudine leonibus duplo maiores, & robore longe præstantissimi. Quòd in India lapides effodi aiunt, colore thureo, ficubus dulciores. Itẽ serpentes membranaceis alis, & scorpios. Quòd in India canes sint robustissimi, qui non antè morsum dimittant quàm aqua naribus infundatur: nonnullis præ studio in morsu oculos distorqueri: alijs præterea excidere: leonem & taurum à cane detineri: taurum mori rictu comprehensum prius quàm dimittatur. Quòd in regione montana Indiæ, Silas fluuius est, in quo nihil innatat. Quòd aëres quidam sint adeo tenues ut nulla in eis uolatilia inuehantur. Fortasse autem exhalati uapores ad se trahunt & quodammodo absorbent subuolantia, quemadmodum electrum paleam, & sideritis ferrum. fortasse & aliquæ eiusmodi uires in aqua sunt. Quòd Indorum multitudo in septem genera diuisa sit: è quibus primi sunt philosophi, honoratissimi paucissimiq;. Vtuntur unoquoq; eorũ publice & priuatim qui mactant & sacrificant, quiq; uaticinia scrutãtur, ubi qui ter mendax deprehensus fuerit, ei per totã uitam ex lege silentiũ indicitur: qui uera dixerit, immunis & omni tributo exemptus habetur. Secundum genus est agricolarum, qui plurimi sunt & mansueti ob immunitatem militiæ. Regio tota ipsius est regis, ipsi eam conducti operantur, in quarta fructuum parte. Tertium genus est pastorum ac uenatorum, quibus solis uenari & pecora pascere licet: hi uagi errabundiq; in tugurijs uitam degunt. Elephantes menses decem & septem uterum gestant: apud matrem annos sex aluntur. Viuũt annis plus quàm ducentis. Libycis Indici maiores sunt, & robustiores: hi rictu propugnacula deijciunt, & arbores radicitus euellunt in posteriores pedes erecti. Mansuescunt adeo, ut lapidem iacere & armis uti & optime natare discant. Cęterum formicæ auriferæ, terram effodiunt quemadmodum talpæ, auraceam existentem, hanc Indi quibusdã inuẽtis clàm rapiunt: nam timent ne à formicis deprehensi interimãtur: magnitudinem enim habent uulpibus maiorem: celeritate lepores superant. Serpentes, parui quidem & spithames magnitudine, ob uiolentiam periculosi sunt. Magni uero, quindecim cubitos excedentes roboris potentia magis sunt timendi. Medentur illis, incantationibus & radicibus herbarũ. In Indo flumine crocodili sunt, minores quàm qui in Nilo nascuntur. Quartum genus eorum est qui artes exercent & cauponariam. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus otiosi agunt, & gratis aluntur, belli tempore egrediuntur. Sexti sunt Ephori, quorum munus est, ut quæ perperam aut bene aguntur inspiciant, ac regi renuntient. Septimi sunt consiliarij & regi assidentes, à quibus & magistratus & iudicia & rerum omnium administratio fit. Nec licet cum alio genere connubia contrahi, nec studium aut artem imitari, nec eundẽ plura exercere nisi philosophiã solam.

Quòd Indi uinum non bibunt, præterquam in sacrificijs, potum è succo ory-

zæ conficiunt, non autem hordei. Quòd Indi tãtum habent ſimplicitatis, ut ne domos quidem cuſtodiant. nam diffidentiam, malorum aiunt magiſtram eſſe. Quòd Indi ueritatem & uirtutem exercent maxime, & qui ſuper falſo teſtimonio conuictus ſit, extremis decurtatur. Quòd Indorum reges emptitiæ mulieres curant. Quòd ſi mulier quæpiam regem ebrium interemerit, honoribus afficitur. Quòd ſapientum apud Indos duo ſint genera, quorũ alij Brachmanes uocantur, alij Germanes. Brachmanes ab animalibus & uenere abſtinent, ſerijs ſermonibus intenti. Auditori non licet neque loqui nec ſternutare nec excreare, ſed compoſitis moribus utens ſilet prorſus. Et cum triginta & ſeptem annos ſic uixerit in ſua ſecedit, & laxius licentiuſq; uiuit, aurũ geſtans & carnibus animalium ueſcens. Quòd Indi putant hanc uitam quaſi quendam hominum conceptũ eſſe, mortem uero natiuitatẽ ad ueram illã & beatam uitam, ijs qui recte ſunt philoſophati: Mundum hunc ortum & quandoque interiturum eſſe, item ſphæricum: quódque conditor & adminiſtrator omnium deus uniuerſum peruadit: & quòd animæ immortales ſint, & de iudicijs quæ apud inferos fiunt.

Quod Germanes ciuilem partem philoſophiæ tractent. Medicina utuntur non ea quæ medicamentis, ſed quæ uictus ratione peragitur. Ex medicamentis, maxime unctiones probant & cataplaſmata. Quòd Indorum ſapientes omnes conſtantiam exercent, tum eam quę in laboribus, tum quæ in tolerantia conſiſtit, adeo ut totũ diem in eodẽ geſtu immoti perſeuerent. Quòd qui ſunt in Taxilis Indi, defunctos abſq; ſepultura proijciunt. Quòd ſapientes Indorũ, cum ſe morbo adfectos ſenſerint, turpe id eſſe autumantes, igni ſeſe è uita tollunt.

Quòd Porus quidam Indorum rex, ad D. Cæſarem dona miſerit, hominem à puero brachia ab humeris exectum, item uiperas ingentes, ac ſerpentem cubitorum decem, item teſtudinem fluuiatilem trium cubitorum, & perdicem uulture maiorem. Quòd ab Indo fluuio occaſum uerſus Aria ſit, ad auſtrum uero Arachoſia & Gedroſia. hæc quatuor habet latera, è quibus auſtrale latus mare rubrum efficit: orientale, Indus fluuius: occidentale, ſinus Perſicus: ſeptentrionale, montes Tauri qui Bagoi dicuntur & Parſynti. Longitudo maris, tredecim millium eſt ſtadiorum. Quòd in mari rubro cete naſcũtur cubitorum ſeptuaginta duorum. Epigramma quod in ſepulchro Cyri regis uiſitur,

κεῖθάδ' ἐγὼ κεῖμαι κῦρος Βασιλεὺς Βασιλήων.

Ille ego regum rex, hoc claudor marmore, Cyrus. Super Darij ſepulchro ad hunc modũ, Optimus amicus amicis fui, eques & ſagittator optimus, uenatores ſuperaui, omnia facere potui. Quòd Suſis, uigente æſtate, urbs ipſa tantum habeat aëris meridianum calorem, ut lacertæ & ſerpentes urbis uias tranſire non poſſint, ſed in medio interceptæ concremantur. Aqua frigida aëri expoſita, illico calefit. Aiunt inſuper hordeum in ſole ſparſum, ita frigi quemadmodum in furno miliũ, quapropter ad duo cubita terrã tectis imponunt. Domus ipſe propter onus anguſtæ fiũt & longæ, cum longis trabibus careant, & magnis domibus indigent propter æſtũ. Palmaceæ aũt trabes peculiare quiddã patiũtur. Nam cũ ſolidæ ſint, quando inueteraſcũt, non cedunt in inferiorẽ partẽ, ſed in ſuperiorem panduntur contra onus, unde melius tectũ ſuſtinẽt. Quòd Perſę nec ſtatuas nec aras erigunt: ſolem uenerantur & lunã & uenerem & ignẽ & terrã et uẽtos et aquã: ſi qs in

ignem

ignem inſpirarit, aut mortuum quicquam aut cœnum immiſerit, morte plectitur: uentilantes, flammam excitãt. Aquæ autem, ad lacum aut fluuium aut fontem accedentes, foſſam effodiũt, in quam iugulant hoſtiam, cauentes ne aqua uicina contaminetur ſanguine. Quòd Perſæ in fluuiũ neq; mingunt, neq; inde lauantur nec abluuntur, nec mortuum inijciunt, nec alia quæ ſunt immunda. Quòd Perſæ præmia proponũt ijs qui plures filios ediderint. Quòd Perſæ de maximis rebus conſultant ebrij, putantes ea conſilia eſſe firmiora quàm quę in ſobrietate fiunt. Quòd Darius Longimanus, primus omnium tributa inſtituerit. nam ante hunc quæ unaquæque regio producebat pendebantur, uelut frumentum, equi.

LIBRI DECIMI SEXTI.

QVOD Syria uocatur à Babylone uſque ad ſinũ Iſſicũ atq; inde cõtinenter uſque ad Pontum, id eſt uſque ad Leucoſyros & loca circa Amiſum. In quorum medio ambo Cappadoces ſunt qui intra quiq; extra Taurum ſunt. Cæterum Taurus uſque ad Amanum montem porrigitur. Quòd Ninus urbs Aſſyriorum, longe fuerit Babylone maior in campo Aturiæ. Cæterum Aturia prope Arbela eſt, interiecto Lyco flumine. Quòd Babylon Meſopotamiæ, muri ambitum habet trecentorum & octuaginta quinque ſtadiorum: eius craſſitudinem, pedum triginta duorum: altitudinem uero inter turres cubitorum quinquagenûm: turrium ipſarum ſexagenûm. Vnde & hoc è ſeptem ſpectaculis unum dicitur. Item horti penſiles. Quòd Babylon à Seleucia Meſopotamiæ ſtadijs trecentis diſtat. Eſt autem Babylon hoc tempore deſerta, Seleucia uero nomine caret. Vnde illud Comici de ipſa dicere licet, quod de magna urbe dicit,

ἐρημία μεγάλη ἔϛιν, μεγάλη πόλις.

Magna ciuitas magna ſolitudo eſt. Quòd prope Arbela urbem Aſſyriæ facta eſt ingens illa ac poſtrema pugna Alexandri aduerſus Darium, iuxta uicum Gaugamela. Non longe abeſt Lycus fluuius & urbs Demetrias, item Naphthæ fons & ignes. Quòd Tigris à mari uſque ad Opida & Seleuciam aduerſo flumine nauigatur, Euphrates autem Babylonem uſq; ſtad. tribus millibus.

Quòd regio quæ circa Euphratem eſt hordeum fert ſupra trecentos modios. E palma uinum fit & acetum & mel & panis. Palmarum nucleis fabri ferrarij pro carbonibus utuntur. Iidem aqua macerati ouibus & bobus in pabulum dantur. Dicunt eſſe carmen quoddam Perſicum, in quo trecentæ ſexaginta palmarum utilitates narrantur. Quòd iuxta Babylonem multum naſcitur bitumen: cuius aliud liquidum eſt, quod naphtha dicitur: aliud aridum, iuxta Euphratem. Ex hac glebæ maximæ concreantur, ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Porrò liquidum, quæ naphtha eſt, admirabilem habet naturam. Nam igni admotum, ipſum corripit: & ſi corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat: extinguitur autem luto & aceto & alumine & uiſco multo. Vnde Alexander experientiæ gratia in balneo puero cuidam naphtham inſperſit, ac lucernã admouit: deflagrans autem puer ferè perijt, niſi circunſtantes aqua multa infuſa flammas euiciſ-

sent. Quòd uarie id effertur, haphthas & haphtha & naphtha tũ fœminino genere tum masculino. Quòd Adiabene Babyloniæ pars est & prouincia.

Quòd Tigris fluuius, Thopitin lacum perfluit iuxta latitudinem medium, atque ad alterum os usque euectus, sub terram magno cum strepitu demergitur, ac per magnum spatium subter terra labens, iuxta Gordyæam urbem rursus emergit. Quòd Tigris fluuius adeo est uelox, ut Thopitidi lacui, qui salsus est & piscibus caret, non misceatur. Quòd è Thapsaco Babylonem usque stadia sint quater mille octingenta. Quòd à ponte in Commagena, urbs est Samosata. Et est istud initium Mesopotamiæ stadiorum bis mille usque ad Thapsacũ.

Quòd Thapsacus Arabiæ urbs est, Nicephorium uero Mesopotamiæ, & distant hę urbes inter se stadijs centũ. Quòd Mesopotamia haphthã fert & gagiten lapidem. Quòd inter Euphratem & Tigrin, alius etiam fluuius labitur, Basilæus nomine. Item iuxta Anthemusiam urbem rursus alius, Aboras dictus.

Quòd Syriam terminat, à septentrione quidem Cilicia & mons Amanus. Latitudo est à mari ad Euphratem. Sunt autem à sinu Issico usque ad pontem iuxta Cõmagenen, dictum latus terminantia stadia minus quàm quadringenta: ab ortu, Euphrate flumine & Arabibus Scenitis qui intra Euphratem sunt: ab austro, Arabia fœlici & Ægypto: ab occasu mari Ægyptio & Syriaco usq; ad Issum. Partes eius sunt, à monte Amano, Cõmagene, Seleucis, caua Phœnice, Iudæa, & reliquæ prouinciæ. Quòd Cõmagena urbem insignem habet Samosata. Seleucis uero Tetrapolis dicitur. Habet enim inter cęteras permultas urbes, quatuor insignes, Seleuciam Pieriam à Nicatore conditore, Antiochiam super Daphne, à patre ipsius, Laodicæam ab eius matre, Apamiam ab uxore. Has omnes Seleucus Nicator condidit. Quòd Orontes fluuius è Mesopotamia erumpens, deinde sub terram occultatus, circa Apamenen emergit rursus, atque hoc pacto in mare quod iuxta Seleuciam est egreditur. Quo loco uicinus mons est Pieria uocitatus: deinde ad austrum Casius mons iuxta urbem Laodicæam, quo loco Dolabella à Cassio obsessus, oppetijt. Quòd Apamia urbs, Cherronesus uocatur, comprehenditur; Oronte fluuio, & lacu magno qui huic est uicinus, ac paludibus. Prius Pella uocabatur, à Macedonibus qui illic habitarunt: postea Nicator Seleucus instauratam eam de uxoris nomine uocauit. Hoc ipso in loco Nicator quingentos elephantes aluit, item equi alebantur & regis equæ numero supra triginta millia. Ex Apamia fuit Posidonius, philosophorum sui temporis eruditissimus. Quòd in Arado insula fons est dulcis aquæ, sub marinis fluctibus exoriens, è quo aquantur scapha in aquã demissa, plumbea, ore lato, in angustum fundũ coacta. Quòd Tripolis è tribus urbibus coacta est, Tyro, Sidone & Arado. Tripoli continens est Dei facies, in quam Libanus mons finit.

Quòd cauam Syriam montes Libanus & Antilibanus efficiunt, initium habentes ille quidem è Tripoli, hic uero è Tyro, paralleli inter se locati. Finiunt autem prope montes Arabicos qui super Damascenam sunt. Latitudo regionis stadiorum est ducentorum, longitudo dupla. Est autem regio hæc beatissima fluminibus irrigua, tum alijs, tum etiam Iordane flumine.

Quòd Posidonius tradit in caua Syria draconem uolantem uisum fuisse, mortuum, longitudine ferè unius iugeri, crassitudine tanta ut equites utrin

utrinque astantes se intueri mutuo non possent. Hiatus oris tantus erat, ut hominem equo insidentem acciperet. Exuuiarum squama quælibet clypeo maior.

Quòd regio tota à Seleucide ad Aegyptum usque & Arabiam, caua Syria uocatur, proprie uero ea quæ Libano & Antilibano terminatur. At ab urbe Orthosia Pelusium usq; regio maritima, Phœnicę dicitur, angusta existens. Quæ uero supra hanc est mediterranea regio, inter Gazam & Antilibanum usque ad Arabas, Iudæa uocatur. Quòd Tyrus, cum prius fuerit insula, aggesta terra per obsidionem, peninsula est effecta. Purpura quæ illic fit, pulcherrima habetur.

Quòd Sidonij multarum atque optimarum artium magistri perhibentur, philosophiæ & arithmeticæ & computationum & astronomiæ periti. Item mercaturæ & nauigationis nocturnæ, quemadmodum Ægyptij geometriæ inuentores perhibentur. Quòd Sidon à Tyro uersus boream distat stadijs ducentis.

Quòd post Tyrum Ptolemais urbs sit, de qua mirus casus traditur. Nam quo tempore prælium cõmittebatur, cum in hoc litore insignis fuga habitatorum fieret, pelagi affluxus inundationi similis fugientes obruit, ac paulisper cõmorata aqua, rursus abscessit, relictis per caua loca mortuis hominibus & piscibus.

Quòd quę de Andromeda traduntur, circa Ioppen accidisse aiunt. Cęterum Hierosolyma Ioppe pro nauiũ statione utuntur. Quòd à Cassio Pelusiũ usq; Ægypti urbem stadia sunt trecenta. Quòd Gaza urbs à mari distat stadijs septem, à Gaza urbe ad urbem Aela, quod signum est sinus Arabici maxime orientale, per heremum stadia sunt mille ducenta & sexaginta. Et usque ad occiduum recessum sinus Arabici (Heroum oppidũ uocãt) à Pelusio uia deserta est, & serpentibus plena. Quòd post Gazã, Rhaphia & Rhinocorura sunt urbes, quæ inde appellationẽ habent. Quòd Ægyptij homines maleficos captos, nasi mutilatione plectentes, eò habitatũ mittebant, qui postmodũ hac nota cognobiles in Ægyptum redire non audebant. Quòd Pompeij magni corpus in Cassio monte iacet circa Serbonida lacum, iuxta urbem Pelusium. Quòd ab Orthosia urbe Phœniciæ Pelusium usq;, stadiorum sunt tria millia sexcenta quinquaginta, in sinum se inferenti: hoc iter ad occasum hybernum tendit. Ab eadem Orthosia ad Orontem fluuium stadia sunt mille centum & triginta, uersus ortum æstiuum. Ab Oronte fluuio ad cõfinia Syriæ & Ciliciæ, stadia sunt quingenta uiginti, uersus ortum æstiuum. Quòd Moses apud Iudæos celebris, ex sacerdotibus Ægyptijs unus fuerit, qui cum eorum superstitionem ferret molestè, in Palæstinam commigrauit, ac permultos ex Ægypto unà abduxit. Cæterum Strabo Mosen laudat tanquam religiosè & iustè talia molientem. Quòd post Mosen sequentibus temporibus superstitio inter Iudæos inualuerit, uelut circuncisio & carnium esus interdictus. Quòd Hierosolyma urbs interiora habet aquis plena, foris sicca est. Fossa urbis non est fossilis, sed in lapidem excisa, profundo saxo. Lapis excisus structuræ urbis materiam præbuit. Quòd Serbonis lacus profundus est, ambitum habens stadiorum mille. Is secus maritimã oram extenditur, longitudine paulò pluriũ quàm ducentorum stadiorum, aqua grauissima ut natatione opus nõ sit, uerũ qui tenus umbilico in eum procedit mox attollitur. Plenus est bitumine, quod è medio fundo temporibus inordinatis cũ bullis quasi feruentis aquæ efflatur. In summo autem incuruatus montis speciem prębet, fauillæ multum emittit, fumosus & aspectu ater, æri & argento & nitidis ac tersis omnibus ru

biginem inducit, usque ad aurum. Vnde cum uasa situm contrahunt, iam accolæ intelligunt bituminis eruptionem incipere, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen est terræ gleba quæ à calore liquefacta efflatur atque diffunditur, rursumq; in glaciem fortissimam ab aqua frigida immutatur, undesectione & incisione opus est. Id postea ob aquæ crassitiem in summo fluitans, inciditur & aufertur. Quòd Hebræorum urbs Sodoma, urbium duodecim fuerit metropolis, & cũ terra subtus ignibus plena esset, ex terræmotibus & igneis exhalationibus, euersæ fuerunt & exustæ omnes. Et emersit lacus qui nũc Serbonis dicitur sulphure & bitumine plenus. Quòd Ægyptij ad mortuorũ cõditurã, bitumine utũtur. Quòd ex Armozo Carmaniæ promontorio, Arabię promontorium conspicitur quod est Macis proximum, id initium est sinus Persici. Nam ab eo loco ad ortum & occasum primo, inde ad septentrionem sinus Persicus in latum porrigitur usque ad Teredonem urbem & Euphratis fluuij ostia.

Quòd mare Persicũ, magnũ est, adeo ut Ponto Euxino magnitudine multo minus non sit. Quòd in parte sinus Persici maxime australi & occidua urbs est Gerra in locis salsis, ubi domus ex salibus cõstructæ sunt, quas cum salis squamæ propter solis ardorem separatæ cõtinue cadunt, crebro aquis aspergunt atq; eo pacto cõtinuant parietes. Quòd in sinu Persico insulę sint Tyrus & Aradus, à quibus Tyrij & Aradij Phœniciæ, coloni sunt profecti. Quòd per totam Rubri maris oram maritimam arbores in profundo nascuntur, lauro & oleæ persimiles, quæ in refluxibus ex toto deteguntur, in affluxibus nonnunquam ex toto obruuntur, id fit, quamuis ulterior terra arboribus careat, adeo ut admirandum sit. Quòd in mari rubro cetus eiectus fuerit cubitorum quinquaginta.

Quòd in paludibus, quas Euphrates effusus efficit uitis nascitur, terra in arũdineis cratibus imposita quanta stirpem recipiat, ut sæpe etiam ab aqua deferatur, quam rursus in pristinam sedem contis propellunt. Quòd in Arabia fœlice lex est, ne filius à patre regnum suscipiat, sed qui primus è nobili genere post constitutum regem puer nascitur, is ex lege assumitur, & ad regni successionem regaliter educatur. Quòd mare rubrum profunditatem non habet. nam duas orgyas non excedit, unde herbida est superficies, dum plantæ sese exerunt. Item arbores extra superficiem apparent. habet canum maritimorum insignem multitudinem.

Quòd Astaboras fluuius parte quidem maxima Nilo miscetur, exigua portio in sinum Arabicum egreditur. Quòd regio Arabiæ maritima, cuius magnam partem Troglodytæ tenent, oliueta, palmeta & laureta habeat.

Quòd elephantes Arabici, quoties flumina caloribus arefiunt, dentibus & proboscide puteos effodiunt. Quòd Strabo Trogodytas absq; litera l enuntiat. Quòd Posidonius affirmat per Erembos apud Homerum, Arabas intelligendos esse, tanquam ueteres ob discrimen hoc nomen uitiarent, ut pro Arabibus Erembos appellarent. Nam hæ nationes tres inter se finitimæ, eandem ferè appellationẽ sortiũtur. Ad eundẽ modũ per Arimos Syros esse audiẽdos idem affirmat. Nam Arimæi sunt qui in ea habitant, & fortasse Græci eos Arimæos uel Arimos uocabant. Nominum enim mutationes permultæ sunt. Nam & Dariacem Darium uocabant, Pharzen autem Parasitum.

IN STRABONEM.

LIBRI DECIMISEPTIMI.

QVOD minor Cataractes supra Syenen & Elephantinam urbs sit, quo loco Ægyptiorum & Æthiopum est terminus. Quòd Æthiopes insalubrem uitam agũt, ob nimiam aëris intemperiem: quapropter pauperes etiam sunt. Ægyptij uero beatam uitam ducunt. Quòd Ægyptij in tres partes seipsos diuiserunt. Nam alij sacerdotes sunt in rebus diuinis occupati: alij agricolæ, quæ ad pacem spectant, exercentes: milites, belli negotia curant. Quòd Nilus semper ab austro ad meridiem fluit, usque ad magnum Delta. Inde in multas partes diuiditur, ad mare usque. Dextra quidem usque ad Pelusium: sinistra uero, Canobum usque. Fit autem Ægyptus inferior insula triquetra, quod Delta uocatur. Locus qui ad uerticem est eodem nomine uocatur. Item uicus eodem loco positus. Insula ea tota fossis nauigatur, tanta facilitate ut nonnulli testaceas scaphas habeant.

Quòd ipsius Delta ambitus insulæ formam præbet, stadiorũ habens tria millia. Quòd in Nili incrementis tota insula undis obruitur, solis urbibus & uicis sese exerentibus, eo quod in collibus aut natura, aut arte factis locum habent. Hoc fit dies quadraginta. Deinde paulatim decrescit, quemadmodum creuerat, diebus uiginti. In diebus sexaginta campus omnino denudatur. Quòd supra Delta longitudo est stadiorum quatuor millium uersus austrum usq; ad Syenen: ubi Nilus per unum alueum rectà labitur sicubi insula non occurrat.

Quòd ab imbribus Æthiopicis Nilus crescit. Quòd Cambyses Ægypto occupata usque ad Meroen progressus est, & nomen urbi & insulæ imposuit, Meroen sororem ibi mortuam hoc honore adficiens. Quòd Antiqui à Syene tantum usq; ad mare Ægyptum uocabant, id est quantam partem Nilus fluuius irrigat. Quòd à Pelusio usq; ad Canobicũ os, quæ basis est ipsius Delta, stad. sunt mille trecenta: à Canobo autem usq; ad Pharum, centum quinquaginta.

Quòd urbs Alexandria in Mareotide est, cuius pars septentrionalis mari, australis uero Maria lacu, comprehenditur. Hic lacus è Nili fossis & ab incrementis repletur. Quòd Alexandri Ctistæ alueolum aureum in Alexandria, Ptolemæus rapuit cognomento Coccas, qui idem Parisactus fuit dictus, è Syria profectus. Is cito excidit imperio, quòd nihil non auderet. Alueolus deinde uitreus esse cœpit. Quòd Ptolemæus octauus cognomento Auletes, choraulam exercuit, adeo in ea glorians ut non contaretur certamina in Regia celebrare. Hunc Alexandrini eiecerunt. Vnde Romam profectus Pompeio supplex fuit, atque reditum est assecutus: nec multo pòst morbo est absumptus. Successit ei Dionysius filius. At Cleopatra Auletæ filia, in Syriam fugit. Interea Pompeius Magnus è Pharsalo fugiens, in Casium montem ac Pelusium uenit, ibique à regis familiaribus dolo obtruncatus est. Cæsar cum aduentasset Dionysium interemit, & Cleopatram ab exilio reuocatam Aegypti reginam constituit. Post pugnam in Philippis Antonius in Aegyptum profectus, Cleopatram duxit, atque unà bellum Actiacum gessit, fugitque cum ea. Superueniente deinde Augusto, ambo sunt euersi, & Aegyptus sub Romanorum imperium est redacta.

Quòd primus Cæsar circa Pharsalum urbem Pompeium deuicit, Secundus autem iuxta Philippos uicit Cassium & Brutum. Quòd septem Nili

ostia hæc sint, Heracleoticum, Bolbitinum, Sebeniticum, Phatniticum, Mendesium, Taniticum, Pelusiacum. Quòd inter Pelusium urbem & recessum sinus qui iuxta Heroum urbem est, desertum sit stadiorum mille, totum siccum, animalibus noxijs ac serpentibus plenum. Quòd in Momemphide sacra uacca alitur, quemadmodum in Memphide Apis, atque in Heliopole Mneuis Bos. Quòd circa initium ipsius Delta Bubastus urbs est & Memphis & Heliopolis & initium fossæ quæ in mare sinus Arabici tendit, quod iuxta oppidum Heroum iacet. Latitudinem habet hæc cubitorum centum, profunditatem uero, quanta nauigio satis sit decem millia ferenti.

Quòd quæ olim Thebæ Ægyptiæ, nunc magna Diospolis sit uocata.

Quòd magnus ille Plato cum Eudoxo discipulo in Ægyptum profectus est, in qua annos treis sunt uersati, in geometria & astronomia, atque omnino in philosophiæ cognitione sese exercentes, circa Thebas quæ nunc Diospolis uocatur. Quòd Apis idem est cum Osiride, ac pro deo habetur.

Quòd Memphis secundum ab Alexandria locum habet. Ab hac stadijs quadraginta, regio quædam montana abest, in qua multæ sunt pyramides, regum sepulchra, ac tres insignes, è quibus duæ inter septem orbis spectacula censentur. Altitudinem habent stadij unius: figuram autem quadratam. Quòd ex multis signis existimarunt antiqui Ægyptum inferiorem totam usque ad Serbonidem lacum, & Mœridem, & regionem Ammoniacam pelagus extitisse, fortasse etiam sinui Arabico continuum, aut non ita, sed non procul abiunctum.

Quòd admirandus ille labyrinthus in superiore Aegypto est, itaque in ipso labyrintho pyramis, sepulchrum Maindi regis qui labyrinthum ædificauit. Nam Maindes hunc condidit. Quòd καθήρασεν usurpat rerũ scriptor, pro eo quod est absorpsit, contra quam ἀζήρασεν, id est ex imo extulit. Quòd in Arsinoe urbe quæ prius Crocodilorum urbs uocabatur, mansuetus crocodilus colebatur. In Herculis urbe colitur Ichneumon, qui crocodilo & aspidi inimicus est. Nam eorum oua uocat Ichneumon, atque aspides interimit, dum luto incrustatus in flumen protrahit: crocodilum uero dum ore hiante dormit, furtim ingressus, arrosis uisceribus interficit. Quòd in Cynopoli Anubis colitur, & canibus honos & sacer quispiã cibus statutus est. Quòd in Oxyryncho urbe & prẹfectura eodẽ nomine Oxyrynchus colitur in sacro septo. Sed & cæteri Aegyptij omnes oxyrynchum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegyptij uniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felem: ex uolatilibus accipitrem atque ibim: ex aquatilibus lepidotum piscem & oxyrynchum. Sunt alia quæ quisque seorsum colit, ut Saitæ & Thebani, ouem: latum uero, qui piscis quidam in Nilo est, Latopolitani: lupum, Lycopolitani: cynocephalum, Hermopolitani: cepum Babylonij, qui sunt iuxta Memphim: (Cepus faciem habet Satyro similem, cætera inter canem atque ursum. nascitur in Aethiopia) aquilam Thebani: leonem Leontopolitani: caprum & hircum Mendesij: murem Araneum Athribitæ. Item alij aliud. Quòd Ptolemais urbs est maxima omnium quæ sunt in Thebaide, & Memphi non minor. Supra hanc est Abydus, in qua Memnonis est regia mirabiliter constructa.

Quòd antiqui & diuinationem & oracula plurimum uenerabantur, nunc earũ

earum rerum maxima negligentia est. Nam Romanis Sibyllæ responsa satisfaciũt, & Hetrusca diuinatio per auguria, per exta & Iouis signa. Quapropter Ammonis oraculũ quasi ex toto deficit, prius in honore maximo habebatur, ad quod etiam Alexander profectus est, responsum petiturus. Quo loco non uerbis sicut in Delphis & Branchidis, sed magna ex parte nutu & signis reddebantur oracula: quemadmodum & Homerus ait,

ἠδ' ἐνάνευσεν ἐπ' ὀφρύσι νόῦσε Κρονίων.

Annuit & uultu pater illi clara sereno. propheta scilicet Iouem effingente. Aiunt tamen uerbis ad regem à propheta dictum fuisse, quòd Iouis filius esset. Quòd in Abydo urbe Osirim colunt. In Osiridis autem templo non licet nec cantori, nec tibicini Deo psallere, quemadmodum Diis aliis mos est. Quòd in Tentyra urbe supra quàm apud cæteros Ægyptios crocodilus dedecoratur, & ex omnibus beluis inimicissimus habetur, atque ab ipsis interimitur. Quòd quemadmodum Psylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam uim habent contra serpentes, ut nihil mali à uenenatis bestiis patiantur, sic & Tentyritæ contra crocodilos, ut nihil ab eis patiantur, sed & unà cum illis aquam tranant intrepide.

Quòd longitudo Thebarum quæ centum portas habent, nunc Diospolis uocitata, stadiorum erat olim octuaginta, nunc in modum uici habitantur.

Quòd Astronomia à Thebanis Ægypti diligentissime fuit exercitata. Author eis fuit tantæ diligentiæ Mercurius Trismegistus. Quòd uirgines sacræ apud Græcos Pallades dicuntur. Quòd in Elephantina urbe fons est eadem affectiones cum Nilo sustinens, atq; unà incrementa suscipiens, è quo signo maiorem aut minorem fertilitatem præsagiunt. Nam si Nilus multum increscat, copiosa fit annona: sin parum augeatur, exigua. Sunt itaq; in puteo notæ quibus annonæ copia aut tenuitas deprehenditur. Quòd in Syene urbe, in solstitio per meridiem, putei nullam umbram habeant, & Gnomones eodem modo. Quòd supra Elephantinam urbem minor Cataractes sit. Quòd Strabonis tempore Candace quædam, uirilis mulier, Æthiopissa, qui supra Ægyptum sunt Æthiopibus imperarit. Hæc altero oculo capta fuit. ipsius regia erat Napata, urbs magna.

Quòd Candace multis myriadibus Æthiopum contra Petronium Romanũ Ægypti prætorem bellũ gesserit. Imperauit locis in quibus Cambysis exercitus ingruẽte austro harena obrutus fuit. Quòd Æthiopũ pecudes & capræ & boues ac canes, exiguo corpore sint: forte ex hac occasione initiũ acceperint de Pygmæis fabulæ. Nam quæ de ijs dicũtur uera non sunt. Quòd Aethiopes, reges colunt ut Deos, qui plerunq; temporis domi sedent. Regni caput est Meroe ciuitas eodem nomine quo & insula. Huius insulæ longitudo stad. est trium millium, latitudo mille. Vrbes habet frequentes & montes & nemora, atq; omnis generis metalla. Ambitur illic Nilus uersus Libyam magnis harenæ cumulis: uersus Arabiam uero, continuis præcipitijs: ab austro sursum uersus, fluminum concursu Astabora, Astapode & Astasoba, à septentrione est Nili decursus. Quòd Aethiopes etiam mulieres armant, quarum pleræque oris labium æneo circulo traiectum habent. Sunt autem pellati. nam oues apud eos caprinam lanam habent, lanam non portant. Nonnulli nudi incedunt, breuibus pellibus incincti. Quòd Aethiopes Deum putant alterum immortalem, alterum mortalem. Immortalem quidem

eum qui rerum omnium causa sit. Mortalis uero apud eos incertus est, & nomine caret. Sed frequentius eos à quibus beneficium acceperunt, & reges pro Dijs habent. Et reges quidem, cõmunes omnium, cæteros uero priuatos, eorum quibus benefecerunt Deos esse arbitrantur. Ex ijs qui ad torridam habitant nonnulli sunt qui Deos non colunt, quos etiam Soli dicunt infensos esse, & detestari cum eum ex oriri uident, propterea quòd eos urat & oppugnet. Meroitæ ultra alium quendam Barbarum Deum, Herculem, Pana & Isim colunt. Regem constituunt eum qui uel forma uel alendorum pecorum uirtute uel robore uel opibus excellat.

Quòd Æthiopũ mos est, ubi rex aliqua parte corporis orbatur, ut familiares idem quoquo modo patiantur, & cum eo moriantur, idcirco maxima regi custodia adhibetur. Quòd in Nilo flumine piscium genera etiam alia habeãtur. Cęterum maxime noti sunt oxyrynchus & lepidotus, & latus, & alabes, & coracinus, & porcus, & phagorius, quem etiam phagrum uocant. Item silurus & citharus & alosa & mugil. Ex testaceis dilychnus, physa, bos. Item cochlię ingentes quę uocem ululatui similem edunt. Animalia quoq; habẽt, ichneumonẽ & Ægyptiam aspidem. Ea duplex est, altera palmaris quę citius interficit: altera orgyæ longitudine. Ex auibus est ibis & accipiter Ægyptius, qui mitis est, præter alios qui sunt alibi, quemadmodum & felis. Bubo quoque aliusmodi ibi est. Nam apud nos aquilæ magnitudinem habet, in Aegypto uero magnitudinem habet graculi.

Quòd ibis auis est mitissima, magnitudine & figura ciconiæ persimilis, tota. Nullum triuium non ea plenum est. Vtiliter quidem. nam omnem serpentem omnesq; macelli immunditias colligit. Inutiliter uero, quia immunda est & omnia comedit, nec facile à mundorũ inquinatione arceri potest. E mari in Nilum ascendunt mugil, alosa, & delphinus. Cætera ob crocodilorum timorem non ascendunt. Ac delphinus quidem, quia crocodilo potentior est: mugil, quia ob naturalem quandam conuenientiã à porcis secus terram ducitur. Crocodili autem à porcis abstinẽt. nam cũ rotundi sint & spinas ad caput habeãt, periculũ beluis afferũt.

Quòd iuxta Strabonis sententiam, Libyæ figura trigona sit, rectum habens angulum: cuius alterum latus, rectum angulum continens Nilus fluuius efficit: alterum uero ora maritima nobis aduersa à Pelusio usq; ad Gades: latus uero recto angulo subtensum, regio tota est quæ secus oceanum iacet, à Gadibus usq; ad Nili fontes. Cæterum Ptolemæus hæc tanquam falsa reprehendit. Quòd montem Mauritaniæ, quem græci uocant Atlantem, Barbari Dyrin appellant.

Quòd septentrionale maxime & occiduum Africæ promontorium, Cotes appellatur. Id Gadibus opponitur. Quòd utraq; Mauritania fertilissima est, ac magna cum beatitudine incolitur. eius flumina crocodilos ferunt. In quodam fluuio hirudines nascuntur septenûm cubitorum, gulam perforatam habentes, per quam respirant. Et uites illic nascuntur, quarum crassitudinem uix duo homines complecti queant, racemos habentes cubitales. Quòd in Africa & India calamus nascatur, cuius genu quodlibet octonos modios capiat. Item herbæ aliæ miræ magnitudinis. Quòd Mauritani maximam curam habent ornatus comæ, & barbæ, & unguium, & cęterorum eiusmodi. Quòd Afri serpentum & piscium pellibus pro indumentis & stragulis utuntur. Quòd in Africa quemadmodum in Aethiopia, æstate multum pluit, hyeme siccitas uiget. Quòd Lo

topha

tophagi Africæ, potu non indigent. nam lotus ijs & cibi & potus uicem præbet. Quòd in mediterranea regione Africæ inueniuntur oſtrea & cheramides & id genus alia, quemadmodum iuxta Ammonem. Quòd in nonnullis Africæ locis bis meſſem faciunt. Culmus eſt longitudine quinûm cubitorum, craſſitudine digiti parui, fructus affert, modios ducentenos & quadragenos. Vere non ſerunt, ſed terræ colligatis paliuris uerſæ atq; ſcarificatæ ſemina ſatisfaciunt quę è ſpicis in meſſe ceciderunt. Operarij propter ſerpentum multitudinem ocreas gerunt, dormituri uero lecti pedes allio illinunt ſcorpionum gratia, & paliuris circunligant. Quòd in ora Mauritaniæ maritima urbs fuerit Iola nomine, quam Iuba Ptolemæi pater muniens Cæſaream uocauit. hæc portum habet. Quòd Carthaginenſes magnam potentiam habuerint. Nam cum aduerſus Romanos bellum ſuſcepiſſent, urbes habuerunt in Africa trecentas: in urbe hominum millia ſeptingenta. Cæterum obſeſſi & in deditionem coacti armaturarum dederunt CC. millia, bellicorum inſtrumentorum tria millia, tanquam non amplius bellaturi. Inde cum rurſum bellum gerere decreuiſſent, armorum officinas conſtituerũt, unde ſingulis diebus C. & XL. clypei confecti in armamentarium referebantur, & gladij CCC. & lanceæ quingentæ, tela catapultica, mille. Ad funes pro catapultis faciundos ancillæ capillitium præbebant. Quòd ante Syrtim minorem Meninx eſt inſula, hanc aiunt Lotophagorum Homeri regionem eſſe. nam illic lotus abundat. Quòd urbs quæ olim Barce, nũc Ptolemais ſit dicta. Quòd ſilphiũ, ſuccum Cyrenaicũ fert. Quòd è Cyrene fuerint ſapientes uiri, Ariſtippus Socraticus, & huius filia Arete. Item Ariſtippus hac matre editus cognomento μητροδίδακτος, & Callimachus, et Eratoſthenes, & Carneades Academicus, & Apollonius. Quòd Cyrenaica regio tota, Cretæ inſulæ iuxta longitudinem æqualiter prætenditur.

EPITOMARVM IN STRABONEM FINIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ARGVMENTVM LIBRI
PRIMI PER CONRADVM HERESBACHIVM.

PRimo libro declaratur quòd in uniuersum extra philosophiam non sit ipsa de situ orbis traditio, & qui authores circa hanc uersati sint, nempe quod Homerus & oceani & maris mediterranei, & in summa omniũ insignium locorũ probe gnarus Cosmographi partes egerit, & alĩ quoq; post illum, item quod Cosmographia cum ad priuatã tum ad publicam prudentiam sit mire utilis, adhæc poëticæ contra Eratosthenem defensio, & præcipue Homeri laudes, obiter quæ sit huius poëtæ utilitas, multis declarans argumentis. Postremo de uentorum ratione, & quæ in terra mariq; contingunt, cum cõfutationibus quorundam argumentorum atque opinionum.

STRABONIS
PHILOSOPHI GEOGRAPHICORVM
LIBER PRIMVS.

IQVA ad philoſophum alia pertineat tractatio, & hanc quam hoc tempore de ſitu orbis delegimus, conſyderandam illi eſſe putamus. Quod autem noſtra hæc minime aſpernanda ſit æſtimatio, permultis declaratur. nam qui eam primi attingere auſi fuerant, tales quidam extitere, Homerus, Anaximander Mileſius, Hecatæus conciuis eius (ut inquit Eratoſthenes) Democritus, Eudoxus, Dicæarchus, Ephorus, aliíq; cõplures. Poſt hos etiam Eratoſthenes, Polybius, Poſidonius, uiri philoſophi. Multa uero diſciplina, per quam ſolam ad hoc opus perueniri conceditur, nullius alterius eſt, niſi eius, qui diuina ſimul & humana intueatur, quorum uidelicet ſcientiam, philoſophiam eſſe dicunt. Eodem modo uaria eſt utilitas, quædam ad res urbanas, actionesq; principum, nonnulla ad cæleſtium, terreſtrium, rerumq; maritimarum ſcientiam, animalium, plantarum, fructuum, & aliorum, quæ penes uniuerſos cernere fas eſt. Hæc eundem poſtulat hominem, qui artes uitæ, ac fœlicitatem cura & cogitatione complectatur. Ex iis autem quæ dicta ſunt, unumquodq; aſſumentes, magis adhuc conſyderemus, in primis quia & nos & maiores noſtri recte ſumus arbitrati, ex quibus Hipparchus eſt, qui Homerum huius peritiæ primarium authorem eſſe tradidit. Is non ſolum uniuerſos priores, ac poſteriores uirtute poëtica ſuperauit, ſed etiam ipſa fermè rerum ciuilium, quæ ad uitam ſpectant, experientia. Ex qua non modo ſingulare ad res gerendas ſtudium adhibuit, ut plurimas cognoſceret, cognitasq; poſteris traderet, uerum etiam & ſingularum partium locos, & qui per cunctum orbem, terram uidelicet habitabilem, ac mare ſunt. Non enim ad extremos uſq; ipſius terminos peruenifſet memoria, circunluſtrando, nec ipſam primũ quidem ab oceano allutam (ſicut eſt) demonſtraſſet, deinde pleraque loca nominatim expreſsiſſet, nonnulla uero ſignis quibuſdam occultius inſinuaſſet, Africam, & Aethiopiã, & Sidonios, & Erembos, quos Arabes Troglodytas, hoc eſt, cauernarum incolas iure dixeris, uerbis elocutus eſſet. Qui uero ad ortus & occaſus pertinerent, obſcurius ſignificauit, quod alluantur oceano. Hinc enim orientem ſolem, & in hunc occidentem facit pariter & ſtellas.

Philoſophia.

Homeri laudes.

Troglodytæ.

Carmẽ Homeri ex Iliad. κ. 7 9 1

ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο. id eſt,
Inde recens radijs iam ſol percuſſerat arua,
Oceani lentas alti præfugerat undas.

Iliad. θ.

ἣ δ' ἔπιτ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
ἕλκουν νύκτα μέλαιναν. id eſt,
Incidit oceano lux fulgentiſsima ſolis,
Nigrantem noctem & madidantia ſydera ducens.

Forte legendum hunc in modum, ſydera lota oceano dicit,

Ex oceano uidelicet † dicit. Eorum etiam qui occaſum incolunt, mortalium fœlicitatem oſtendit, & aëris temperiem: cum (ut uidetur) Hiſpanicam nauigationem intellexiſſet, quò & Hercules, & poſterius Phœnices exercitum ductarunt, &

late imperium tenuere, post quos & Romani. Hic enim & Fauonius spirat, hic &
Ἠδη τοὺς ἀείρας μελουμένους ὄφ ἀκιανδ λέγει. Elysium campum esse poëta decantat. In quem à deis mittendum esse Menelaum
Odyss. δ. 563 asserit.

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.
τῇ περ ῥηϊστη βιότη πέλει ἀνθρώποισιν
Elysius camp. οὐ νιφετὸς, οὐ τ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὔτέ ποτε ὄμβρος. id est,

Elysium ad campum, summas telluris ad oras,
Numina te mittent, flauens ubi nunc Radamanthus,
Victus ubi est facilis, non nix hybernáue multa,
Oceanus zephyri suaues exuscitat auras.

Fortunatæ insulæ. Fortunatæ etiam insulæ contra Mauritaniæ finem ad occidentem sunt. Quam quidem ad partẽ & Hispaniæ terminus cõcurrit. Ex ipso autẽ nomine manifestũ est, quoniã & has ipsas fœlices existimabãt, quia huiusmodi locis ꝓpinquæ forẽt. Sed enim Aethiopes ad oceanũ extremos esse manifestat, quòd extremi quidem,

Aethiopes. Carmẽ Od. α. 23 αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. id est,
Aethiopes bifariam partiti sunt hominum extremi.

Nec uero inaniter dictum est bifariam partitos esse, sicut posterius demonstrabitur. Quod autem ad oceanum ait,

Iliad. α. 423 ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. id est,
Iuppiter oceanum atque epulas pietate proborum
Aethiopum hesternus petijt.

Arctos. Plaustrum. Quod autem & septentrionalis ad ursas ora extrema, sit ad oceanum, hoc pacto sub uelamine de ursa loquens, & aliud agens, inquit,

Odyss. ε. v 275 οἵη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.
Oceani sola est undarum atque æquoris expers.

Nanq; per ursam & plaustrum polum demonstrat arcticum. Non enim cum uno in loco semper apparenti tot circũuoluantur astra, solam undarum atq; æquoris dixisset expertem. adeo illum imperitiæ minime damnant, perinde ac pro duabus ursis, unam tantum nouerit. Haud enim par est, alteram inter stellas nondum collocatam extitisse. Verum ex quo Phœnices annotauerunt, & ad nauigationẽ eis utebantur, hanc quoque distantiam ad Græcos accessisse, quemadmodum & Berenices cæsariem & Canobum, cuius nomen hesterno die aut pridie uulgatum

Crates. est. Cõplures etiam hoc tempore absq; nomine (ut inquit Aratus) sunt. Crates igitur non recte scribit (Solus æquoris expers) non fugienda fugiens. Melius Heraclitus, & magis Homero consonãs, qui pro circulo arctico arcton, id est ursam nominat. Auroræ enim & uesperæ termini fit ursa, & pro ursa sereni Iouis terminus.

Arctus Arcticus circulus. Nam non arctos sed arcticus ipsius ortus & occasus est terminus. Per ursam enim quam & plaustrum nuncupat, & Orionem seruare dicit, arcticon sanè declarat: per oceanum autem horizontem, in quem & à quo ipsos occasus ortusq; confi-

Horizon. cit. Cum uero illic uerti, & oceani prorsus expertem esse diceret ad signum horizontis, qui maxime accedit ad arcton, circulum esse nouit arcticum. Consequenter autem huic illud poëtæ applicantes, id horizontem accipere debemus, quod in terra propinquius est oceano. Ipsum uero circulum arcticũ, qui terrã attingit propinquitatis signum, uelut ad sensum secundũ propinquissimam portionem ad arcton,

cton, quocirca & eam partem terræ oceanus per ſeipſum inundat. Et ſeptentrionales maxime agnouit homines, quos nominatim quidē haud ſanè cōmonſtrat, necdum enim hac etiam ætate commune illis nomen uniuerſis inditum eſt. Cæterum à uiuendi ritu illos eloquitur Nomadas, id eſt in paſcendo pecore aſſuetos, & eos nobiles equas mulgentes, lacte ueſcentes, & locupletes deſcribens. Alioquin oceanum terras circuire demonſtrat, cum Iuno hunc inquit in modum,

Nomades, ἱππημολγοί, γαλαξοφάγοι. Ὄφιοι

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβην πείρατα γαίης,
ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

Iliad. ξ.

Ibo ut telluris almæ confinia ſpectem,
Oceanúmque deûm genitorem.

Terminum enim cunctis aſſuetum obſeruari dicit oceanū, nouiſſima uero ambitus circuncingit, & in fabricandis Achillis armis & clypeo, circa eius oras ponit oceanum. Eôdem etiam pertinet diligens illa inquiſitio, quod euntis & redeuntis oceani æſtuaria nequaquam ignorauit, ut modo campos inundet, modo nudet areſcentes, cum refluum memorat oceanum.

τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Odyſſ. μ.

Terq; die ſcandit refluens, ter ſurripit undas.

Oceani fluxus reciprocus.

Et enim ſi non ter, ſed bis accidit, ex accidente forſitan hiſtoria, aut aberrante deſcriptione. Cæterum eiuſmodi fuit inſtitutio, & illud oceani lentas dicens undas, quandam inundationis habet expreſſionem, quæ acceſſum quidem lenem, nō fluxum omnino uehementem habeat. Poſidonius cum ſcopulos interdū tectos, interdum nudatos dicat, & flumen appellet oceanum, eius fluxum & inundationes demonſtrari ſuſpicatur. Primum quidem recte, ſecundū uero nulla cum ratione dictum eſt. Nō enim ipſa inundationis acceſſio fluuiatili curſui comparanda eſt, longe magis nequaquam talis eſt ipſa regreſſio. Quod Crates ait, quippiam ueriſimilius docet. Altifluum enim ac refluum, eodemq; modo totum oceanum flumē appellat. Flumen etiam partem aliquam dicit oceani & fluminis fluxum, non quidem totius ſed partis, cum hunc inquit in modum,

Poſidonij locus.

Flumen oceanus.

αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
νῆα ἐπὶ πλατεῖαν ἔβη, κῦμα θαλάσσης.

Odyſſ. ι.

Oceani fluxum fluuij cum cymba reliquit,
Atque uagi late maris aduentauerat undam.

Non uniuerſum, ſed fluminis fluxum in oceano dixit partem oceani exiſtentem, quam refuſionem quandam, ſinumq; ab hyemali tropico in auſtralem polum procedentem, Crates dixit, hunc ſanè relinquēs aliquis, in oceano adhuc eſſe poſſet. At uero totum relinquens, ut in toto adhuc ſit, fieri minime poteſt. Sic autem inquit Homerus,

ποταμοῖο λίπεν ῥόον,
ἐπὶ δ' ἴκετο κῦμα θαλάσσης.

Odyſſ. μ.

Deſeruit fluuij curſum,
Maris iuit ad undam.

Quod certe aliud quàm oceanus non erat. Itaq; ſi aliter accipias, efficitur ut oceanum egreſſus in oceanum ueniat. Verum hæc longioris indigerent immorationis. Quod autem habitabilis terra ſit inſula, primum à ſenſu atque experientia capiendum eſt. Nam quocunq; accedere mortalibus ad terræ nouiſſima poſſibile factum eſt, mare obuenit, quod oceanum appellamus, ubi uero ſenſu percipe-

Terram eſſe inſulam.

re non obtigit, ratio ipsa demonstrat. Latus nanq; ab oriente, quod ad Indos pertinet, & ab occasu, quod ad Hispanos, & Mauritanos, ut plurimum ab australi parte, ac boreali nauigationibus ambitur. Reliquum ad hanc usq; tempestatem nobis eam ob rationem innauigabile, quia qui circunnauigent, & inter se obuiam commisceantur, nulli admodum sunt. Non multum est, si quis ex mutuis eorum distantijs componat, ad quos permeare nobis licet. Nec uero pelagus Atlanticum bimare esse putandum est, quod prominentibus anguste distinguitur frontibus. sic enim isthmos uocant, quibus nauigationis ambitus prohibeatur. Sed in unum potius continuatũ confluit. Nam qui nauigijs circumire conati sunt, cum inde reuertissent, haud ullam sibi terram cõtinentem occurrisse perhibẽt, qua ulteriorem impediente nauigationem, sese reiectos fuisse dicerent. Verum per ambiguitatem, indigentiam, & solitudinem, cum nihilo minus mare cursum haberet, ac transitum, perq; oceano accidentes casus undarum, scilicet accessus atque recessus amplius confessum est. Idem igitur permutationum ubiq; modus existit, incrementorum inquam & diminutionum, uel non multum uarians. Perinde ac uno ex mari causa una, & motus unus edatur, Hipparcho fides habenda non est, qui huic opinioni contradicit, ut oceano similia prorsus non accidant, neque si detur istud, sequatur illud, ut Atlanticum pelagus uniuersum circumcirca confluens sit, ad hoc ne similia accidant, Seleuco Babylonio teste utitur. Nos autem maiorem de oceano ex inundationibus rationem Posidonio & Athenodoro reponimus, qui factas hisce de rebus disputationes abunde peruicêre. In præsentiarum autẽ tantũ dicimus, quod ad accidentium similitudinem sic existimare satius sit, quod cælestia melius exhalationibus hinc teneantur, si amplius circunfusus humor existat. Sicut autem extrema, & terrarum ambitum poëta nouit, & aperte differit, sic & mare internum. Hoc autem à Columnis incipiens Africa continet, & Aegyptus & Phœnice: deinde ipsam ambiens Cyprũ: inde Solymi, Lycij, Cares. Post hos uero inter Mycalen & Troadis litus, & adiacentes insulæ, quarum mentionem facit omniũ. Inde earum quæ circa Propontidem, tum Euxini usq; in Colchorum agrum, & Iasonis expeditionis. Et item Bosphorum Cimmerium agnouit. Cum & Cimmerios sciuerit, non utiq; Cimmeriorum cognitum habens nomen, ipsos ignorauit, qui eius ætate, uel paulò ante illum, totam è Bosphoro ad Ioniam usque terram discursarunt. Eorũ igitur agri clima insinuans attingit, quod tenebrosum est, & sic memorat, Aëre ac nebula cooperti sunt.

Atlanticum pelagus.
Fretes. ἰσθμοὶ uocantur.
Oceani partes.
Cimmerij.

Odyss. λ. ἠέλιος δ' οὔποτε φαίθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.
Illis sol nunquam Phaëthon sua lumina spargit,
Pernicioſa super nox semper tenditur istis.

Notum facit & Istrum, Thraciam Mysorum gentem memorans, quæ penes Istrum habitat. Inde maritimam totam, quæ Thracia est, oram usque ad Peneum. Pæones etiam nominat, & Athon, & Axium, & uicinas illis insulas. Deinceps est ora Græcorum maritima usque ad Thesprotas, cuius uniuersæ mentionem facit. Et Italiæ promontoria nouit, eam mediam uocans. Scit etiam Siculos & Hispaniæ promontoria, eiusq; fœlicitatem, quam nuper diximus. Siqua uero inter dicendum uidebuntur omissa, ignoscendum erit. Nam qui terræ descriptionem re uera exponit, si multa particulatim omittit, uenia concedenda ei est, siq; per historiam

Thracia.
Pæones.
Italia.

doctrin

doctrinamq; differendis fabulamenta nonnulla implicentur. Absint autem quæ-
relæ & incusatio. Haud enim illud Eratosthenis uerum est, Poëtas omneis non do- *Eratosthenis sententia.*
cendi, sed oblectandi gratia coniecturis agere. Contrà uero sapientissimi, qui de *Poëtica.*
poëticis quicquam elocuti sunt, primam quandam philosophiam poëticam esse
asserunt. Sed aduersus Eratosthenem longiore sermone denuo differendum erit:
in quo & de poëta rursus habebitur oratio. Nũc quæ de partibus descriptionis ter
rarum Homerus orsus est dicere, memorata sufficient. Manifestum est eos qui il-
lum secuti sunt, eximia dignitate uiros, & philosophiæ intimæ deditos extitisse.
Ex quibus post Homerum duos tradit Eratosthenes, Anaximandrum Thaletis *Anaximander.*
familiarem & conciuem, & Hecatæum Milesium: illum quidem prius de situ or- *Hecatæus.*
bis descriptam edidisse tabulam, Hecatæum uero codicem reliquisse. Sic enim ex
alia eius scriptura ab eo scriptum fuisse traditur. Verumenimuero, quod ad hæc
multiplici opus disciplina sit, frequẽtes autores. Bene & Hipparchus in ijs quæ ad
Eratosthenem scribit edocet, quod unicuiq; tum priuato, tum doctrinarum cupi-
do, cum terrenæ descriptionis notitia pertineat, eam capessere sit impossibile abs-
que rerum cælestium & eclipticarum obseruationum discretione. Sicut Alexan- *Eclipticarum & climatum usus atq; obseruatio.*
dria Aegypti deprehendi nequit, utrum magis quàm Babylonia in septentrionem
quàm in austrum sit exposita, nec quanta sit earum distantia sine climatum consy-
deratione. Simili modo urbes ad orientem & ad occasum magis minús ue acceden
tes, nullus diligenter sanè dignosceret, nisi per eclipticas solis & lunæ comparatio-
nes, ubi & hæc dicit. Quicunque locorum proprietates edisserere nitũtur, proprie *Geographi.*
rem attingunt, cum cælestium terrestriumq; mensurarum figuras & magnitudi-
nes, & interualla, & climata, & calores, & frigora, & simpliciter aëris naturam
manifestant. Quandoquidem & qui domicilium apparat ædificator, & qui oppi-
dum construit architectus, hæc ipsa prouideat, nedum qui uniuersum terrarum
situm homo animo uersat. Huic enim longe magis attineat. nam exiguis in locis si-
ue ad septentriones, siue ad austrum uergant, non multa habetur permutatio. In
toto autem orbis ambitu, quod ad septentriones usque ad extrema est, uel ad Scy-
thiam, uel ad Galliam pertinet, quæ uero ad austrum, usque ad Aethiopum ulti-
ma. Hoc autem differentiam habet plurimã. Pari etiam modo ad Indos & ad Hi-
spanos habitatio, è quibus illos ad orientem maxime, hos autem ad occasum in-
clinari scimus omnes. Sic & Antipodas inter se quodammodo esse, nescij non su- *Antipodes*
mus. Tale autem hoc totum ex solis, reliquorumq; syderum motu ortum habens,
& adhuc agitationis ad medium, uel cælum suscipiendi necessitatem habet, & ad
ea quæ in cælo unicuiq; nostrum appareant. In his autem ingentes habitationum
uarietates cernuntur. Quis igitur locorum differentias exponens bene ac sufficien
ter edoceat, nullam aut ne tantillam quidem illis curam adhibens? Etenim si uni-
uersa pro huiusmodi materia diligenter rimari nequeam, cum ea magis ac magis ci
uilis existat, tantum saltem prosequi, quantũ ciuili pertinere queat homini iure con
ueniret utiq;. Qui enim in sublime sic cogitationem extollit, nequaquam à tota ab-
sens est terra. Ridiculum nanq; uidetur, si quis orbem terrarum explanare dilucí-
de cupiens, cæli res attingere, & eas ad doctrinam usurpare audeat, terram autem
totã, cuius quod habitatur una pars est, nec quanta, nec qualis sit, nec in quo totius
mundi loco sita sit, exponere curet. Neque si una tantummodo parte quo ad nos
seu pluribus habitetur, & quanta pari modo quàm multa illius inculta est portio,

Geographia. qualisq; et quam ob rem. Hæc igitur geographiæ species cuidam rerum sublimiũ, & geometricæ tractationi uidetur esse coniuncta, quæ sic terrena cum cælestibus in unum coniungit, ut propinqua maxime existentia. Sed non longinquitate tantum distent, quantum à tellure cælum absit. Eia tantæ discendorum multitudini terrenam apponam disciplinam sicut animantium, plantarum, & cæterorũ quicquid utile & inutile terra gignit & mare. Nam planius atque euidentius fieri posse, quod dixerim arbitror, quod quisquis talem perceperit notitiam, ei non mediocris afferetur utilitas, id cum ex uetusta memoria, tum ex oratione ac ratione manifestatur. Poëtæ igitur heroas illos singulari præditos sapientia fuisse declarant, qui ad multa peregrinantes loca longis uagabantur erroribus. In amplissimo enim ponunt multorum mortalium urbes uidisse, & prudentiam agnouisse. Nestor ipse gloriatur, quoniam inter Lapithas uersatus fuerit.

Heroës peregrinantes.

Odyss. λ. τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης, καλέσαντο γὰρ αὐτοί.

Aduentans longinqua ex tellure, uocatus
Venerat ipse, etenim uocitantibus illis.

Itidem & Menelaus.

Ibidem. Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαλύξας,
Αἰθιόπας θ' Ἰκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρέμβους,
καὶ Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κέραοί τελέθουσι.

Atque uagans Cyprum, Phœnicem, Aegyptiaq; arua,
Aethiopesq; adij, tum Sidonios, & Erembos,
Et Libyen, ubi sunt longis cum cornibus agni.

Adiecit & agri propriam ubertatem.

Ibidem. τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελισφόρον ἐς ἐνιαυτόν.

Ter pecudum fœtus largum funduntur in annum.

Et in Aegyptijs Thebis inquit & illud,

Iliad. ι. τῇ πλεῖσα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
αἷ δ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἐν ἑκάστῃ.
ἀνέρες ἁρματόεντες ἰόωσιν σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι.

Plurima frugiferum donat cultoribus aruum.
Has centum claudunt portæ, tum quæq; ducentis
Porta uiris seruatur, equis uectantur, & altis Curribus.

Omnia enim huiusmodi magnum ad capessendam prudentiam comparant adiumentum, cum regionis ingenium, animalium & plantarum formæ ac species perdiscuntur. Maritima etiam apponi licet. Gemino nanque quendam in modum constamus ex uictu, nec terrarum magis sumus quàm maris incolæ. Herculem quoq; per multam peritiam & perspicientiam appellari licet

μεγάλων ἐπῶν ἴσορα ἔργων,

Ingentium perspectorem, & cognitorem operum.

Orbis situs descriptio quorsum cõducat.

Et sanè uetusta iam ex memoria atq; sermone nostro ab initio dicta testantur. Egregie uero ille ad præsens institutum sermo mihi uidetur adduci, quod situs orbis descriptio est ad ciuiles usus maiori ex parte conducens. Rerum nanq; gerendarum campum mare explicat, præstat & terra, quam incolimus exiguarum quidem exigua, magnarum uero magna, maximarum autem uniuersa, quam habitabilem uocamus, aut orbem, ut amplissimarum quidem actionum hic ipse sit locus.

Habitabilis ἡ οἰκουμένη.

Excel

Excellentiſsimos autem imperatores illos extitiſſe conſtat, qui terræ ac maris imperium adepti, nationes ac ciuitates ſub unam potentiam, gubernationemq; ciuilem cogere ualuerunt. Haud igitur dubitandū eſt terræ deſcriptionis notitiam (quam geographiam dicimus) omnes ad imperatorias actiones adducere in terra continenti cuncta digerentem, atq; maritimis, & quæ intra orbem, & quæ exterius exiſtunt. Prætereaq; ijs utilem eius diſpoſitionem, quorum intereſt noſſe, hoc ſeſe habere modo, uel aliter, cognitione poſſe aut non poſſe deprehendi. Singula enim ij melius pertractarent, qui quanta ſit regio, quonam modo iaceat, cognouiſſent, quasq; cæli differentias, & quas in ſeipſa cōtineat, cum alijs alij in partibus ualeant, & alia de cauſa, atq; primordio res antegerendas aggrediantur, & imperij magnitudinem extendant, nec ratione pari, aut illis cuncta pernoſcere licet, aut ipſis etiam terram pingentibus. Cæterū multo magis aut minus in ambobus hiſce conſpicitur. Vix enim cuiq; æquali modo cuncta manifeſta eſſe contingeret, & ſi orbis uniuerſus unum ſub imperium, ſtatumq; ciuilem ſubducatur. Sed ne hoc quidem pacto eueniret, quin propinquiora notiora fierent. Hæc tamen pluribus exprimere conueniret, ut nota eſſent. Iſta uero prope uſum ac neceſsitatem magis ſunt. Itaque minime mirandum eſſet, ſi alius loci deſcriptor Indis attineat, alius Æthiopibus, alius Græcis, alius Romanis. Nam quid attineat Indiæ deſcriptori ſic Boëticæ partes eloqui, ſicut Homerus inquit,

Imperatores excellentiſſ.

Iliad. β.

αἳ ῥ' ὑρίλω ναίεσκον καὶ αὐλίδα πετρήεσσαν,
κιόνητε χολώντε.

Quiq; colunt Hyriam lapidoſamq; Aulida,
Chœnonq; ac Scolon

Nobis cōuenit, quæ uero apud Indos ſunt, quæue apud ſingulos, nō etiam conuenit. Haud enim uſus adducitur & utilitas. Nam maxime talis experientia menſura efficitur, hoc & in puſillis manifeſtum eſt, quemadmodū in uenationibus. Etenim qui ſyluam qualis & quanta ſit noſcitat, melius uenationes inſtruit. Et in loco bene caſtra locaret, inſidias poneret, & iter faceret is qui locos intelligit. Id autem & in magnis longe dilucidius eſt, quāto maiora ſunt peritiæ præmia, & imperitia defectus. Agamemnonis exercitus cum Myſiam, uelut agrum Troianū populatus eſſet, magna cum ignominia retro curſum egit. Perſæ autem & Afri traiectus aquarum quoſdam & freta, uelut nauigationis anguſtias eſſe ſuſpicati, parum abfuit, quin magna incurrerent pericula, ignorantiæq; ſuæ reliquerunt trophæa. Illi quidem Salganei monumentum penes Chalcidis Euripum, quem Perſæ ideo iugularunt tanquam ex Malea ad Euripum ſuæ claſsis curſum improbe direxiſſet, hi uero Pelori ſepulchrum, quem & ipſi ſimilem ob cauſam necauere. Naufragijs etiam à Xerxis exercitu Græcia referta eſt. Æolicorum & Ionicorū colonia quàm plura huius generis errata præbuit, & res itidem proſpere geſtas, ubi per locorum peritiam illuſtria complura geſsiſſe facinora contigit. Sicut Ephialtes ad anguſtias Thermopylarum Leonidæ cōmilitones Perſarum manibus tradidiſſe fertur, & Barbaros intra Thermopylas accepiſſe, cum hoſtibus per montana ſemitam oſtendiſſet. Omittens uero antiquitatis exempla, Romanum hoc tempore aduerſus Parthos exercitum, idoneum ſatis harum rerum documentum eſſe arbitror. Similimodo & expeditionem in Germanos, atq; Gallos, cum intra paludes, & difficiles acceſſu ſyluas, & loca deſerta barbaries illa belligeraſſet, & quæ erant pro-

Hæc ſicut alia pleraq; parum fœliciter redita.

Locorum imperitia.

Agamemnonis exercitus.

Ephialtes.

pinqua, longinqua, locorum ignorantia faceret, uiasq; occultaret & cõmeatuum, & cæterarum rerum copiam. Et hoc quidem quod amplius est (ut diximus) ad Imperatorum uitas, usumq; conducit. Insuper maior moralis & ciuilis philosophiæ portio circa principum uitas uersatur. Cuius rei signum est, quod rerum urbanarum differentias à principibus discernimus, alium quidem monarchiæ principatum ponentes, quem regium uocamus, alium optimatium potentatum, id est aristocratiam, tertium regimen populare, id est democratiam. Tot ciuilium rerum moderamina censemus esse, ijsdem uocabulis nominantes, ut ab illis faciendæ speciei principiũ habentia. Alia enim lex est regis iussio, alia uero optimatium, & alia denicq; popularis. Rei uero ciuilis forma & figura lex est. Quamobrem iustũ nonnulli asseruere, potentioris esse commoditatem. Quod si, ciuilis philosophia utplurimum circa principes uersatur. Est autem geographia circa principales usus, ac necessitates, & ipsa quampiam ad hoc prærogatiua haberet, & ista quidem prærogatiua ad actiones pertinet. Habet autem contemplationem profecto non uilem ipsa tractatio. Aliquam quidem arte, disciplina, natura, captabilem: alteram uero in historia fabulisq; positam, nihil ad actiones existentem. Veluti si quis Vlyssis, aut Menelai, aut Iasonis errores enarrauerit, ad prudentiam nullum sanè conferre uideatur adiumentum. Quod agens ipse perquirit, nisi eorum quæ facta sunt, necessariorũ utilia permisceantur exempla. Institutionem attamen haud illiberalem secernit ei, qui ad locos applicet, fabulosa figmenta præbentes. Etenim qui actionibus, gloriæ, aut uoluptatis causa intendunt, hoc perquirunt, cæterum non permultum. Maiore nanq; (ut par est) huius, quàm illorum utilitatis studio tenentur. Quocirca ei qui terrarum descriptor est, maior huius, quàm illorũ cura suscipienda est. Similiter & de historia, & de disciplinis sese res habet. Ex his enim quod utile magisq; credibile sit, ante omnia capessendum est. Maxime autem tali materiæ geometria, & astronomia (ut dictum est) opus esse uidetur. Et reuera opus est. nam figurę, climata, magnitudines, & alia huiuscemodi propria, sine illarum scientia deprehendi nequeunt. Sed quemadmodum ad totius terræ mensuram pertinentia in alijs demonstrantur, hic uero supponenda sunt & credenda, quæ illic demonstrata fuerint. Supponendum & mũdi formam esse rotundam, & rotundam terræ superficiem. Id etiam ante ista, corporum scilicet cursum ad medium deferri, hoc solum in sensu est, qui communium animi conceptionum propinquus est. Siquidem ea designanti summatim procul parua submonitio est. Sicuti quod terra rotunda est ex motu. Nam ad medium ueluti etiam unumquodq; corpus ad idoneam eius conseruationem inclinat. Ex ijs autem quæ per maria & cælum apparent prope. Sensus enim testimonio esse potest, conceptioq; communis. Nauigantibus autem manifeste incuruatio maris intercurrit, ut longe lucentibus quæ pariter elongantur, ijs uisum applicare non possis. Amplius autem supra uisum eleuata apparuerunt, nonnihil ab eo magis distantia. Similiter & ipse altius eleuatus ea quæ prius occulta fuerant aspicit, quod & poëta declarat. Nam illud tale est,

Monarchia. Aristocratia. Democratia.

Lex. Iustitia.

Geographiæ usus.

Geometria. Astronomia.

Mundi forma Terræ forma.

Odyss. ε. ὀξὺ μάλα προϊδὼν, μεγάλα ὑπὸ κύμασι ἀεθέις.

Fluctibus elatus uisu prospexit acuto.

Adnauigantibus etiam semper magis ac magis partes terrarum enudantur, & quæ ab initio humilia uidebantur, magis extolluntur. Ipsa etiam cælestium conuersio, cum alioqui manifesta sit, ex ipsis quoq; gnomonicis patet. Ex ijs enim cogitatio sta

tio ſtatim intendit. Nam ſi radicata in infinitum terra eſſet, non uticꝫ talis circunſurſio contingeret. Et quæ ad climata pertinent, per habitationes demonſtrantur. Nunc uero in promptu nonnulla captanda ſunt, & hæc quidem quæcunque ciuili, & exercituum ductori conducunt. Nec enim ſi cæli partes, & terræ ſitum ignorare oportet, ut cum aliqua multis apparere in cælo ſolita, pro locis permutata fuerint, perturbatione teneatur, & talia loquatur,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω ἴδμεν ὅπη ζόφος ἐστίν, οὐδ' ὅπη ἠώς, odyſſ. κ.
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀνέρχεται.

Me latet ô ſocij tenebræ locus, aut ubi Eous,
Aut ubi ſol terras ſubeat, dans lumina mundo,
Aut ubi conſcendat.

Nec adeo accurate rimari, ut omnimodis paſsim coniunctim ortus, coniunctim & occaſus, coniunctim & medios cæli meatus, & polorum eleuationes agnoſcat, & quæ ad uerticem ſigna ſint, & quæcunꝫ huiuſmodi ſecundū horizontis tranſmutationes pariter & ſeptentrionis uarietates. Hæc uniuerſa nota habere, quæ partim aſpectu, partim natura pateant. Verum aliqua nec omnino curanda, niſi philoſophiæ contemplationis gratia. Quibuſdamꝫ fides adhibenda, licet propter quid intueri non poſsint. hoc enim eſt ſolius philoſophantis officium. Ciuili aūt homini tale non impertitur otium, aut non omni tempore. Eum tamen qui in hac deſcriptione uerſatur, necꝫ adeo ſimplicem rudémue, necꝫ adeo inertem eſſe uelim, ut neque ſphæram intueatur, necꝫ illius circulos, quoſdam parallelos, & inter ſe mutuo diſtantes, aliquos ex ipſis rectos, aliquos obliquos, necꝫ tropicorū, necꝫ æquinoctialium, nec ſigniferi ſitum, per quem ſolis curſus uertitur, docetꝫ climatū & uentorum uarietates. Hæc enim & quæ ad horizontas attinent, & ad arcticos, & reliqua quæcunꝫ, in prima diſciplinarum introductione traduntur. Si quis aliter intelligit, quonam modo ea quæ hic dicūtur aſſequetur? qui necꝫ rectam lineam, neque curuam, necꝫ circulum nouerit, necꝫ ſphæralem ſuperficiem, nec planam, nec in cælo ſeptem maioris Vrſæ ſtellas, nec aliqua talia omnino prædoctus, is uel huius minime tractationis indigeat, uel nequaquā hoc in tempore. In illis autē prius †obſeruatus ſit, ſine quibus huic terræ deſcriptioni familiaris eſſe nō poterit. Simpliciter hoc uolumen publicum, ciuile ac paſsim utile putamus, ſicut & hiſtoriæ deſcriptionem. Illū enim ciuilem hominem dicimus, non quidē prorſus indoctum, ſed qui circularis diſciplinæ, ac homini libero, ac ſtudioſo conſuetæ partem attingit. Nec enim laudare, nec uituperare, nec res geſtas memoratu dignas dijudicare poſſet is, cui uirtutis ac prudentiæ, earumꝫ rationū cura nulla extitit. Eodem modo qui circa portus & nauigandi ambitus, negotium ſuſcepêre, imperfectā facere conſyderationem, niſi & doctrinarum mathematicarū, & cæleſtium partes adiecerint, quas applicare conuenit. Itaꝫ cum hiſtoriarū cōmentaria confecerimus, ad moralem & ciuilem philoſophiam (ut arbitramur) non inutilia, & hanc addere compilationem decreuimus. Hæc enim eiuſdē generis eſt, & ad eoſdem uiros attinet, maximeꝫ in faſtigio collocatos, & hic itidem & illic. Quæ enim ad clariſsimos in uita homines inſcribūtur, memoriæ cōmendationem aſſequūtur: quæ autem exigua & ignobilia ſunt, relicta iacent, hinc etiam puſilla, obſcura, & claritatis expertia omittentur. In his autem immorabimur, in quibus negotium ipſum com

obuerſatus forte, ὑπαντῶν.

Libri huius fructus.

Ciuilis homo.

memorationis iucunditatem afferet, cum & magnitudine excelluerit & gloria, qualiter in ſtatuis contingat arduis, in quibus non efficta particulatim diligenter inquirimus, ſed operi magis intẽdimus uniuerſo, quàm ſingulis partibus, quàm bene ſint expreſſæ. Sic & in his faciendum eſt iudicium. Hæc ſiquidem & quædam κολοσσουργία. †ſtatuæ fabricatio eſt, quæ magna quonam modo, & in toto ſe habeant, eloquitur, niſi negotioſum hominem, & ſciendi cupidum, quippiam ex illis mouere ualeat, quod propoſitum opus ſapientiæ indagatorem, & ſtudioſum deceat hominem. Hæc ita dicta ſint. Si uero ante nos compluribus elocutis, & ipſi eiſdem de rebus dicere aggrediamur, abſint querelæ, cum non omnia eundem in modum differamus. Cæteros enim, quicquid aliud recte effecerint, aliam non paruam operis partem omiſiſſe putamus, ad quos cum paululũ addere poſsimus, non inepta ſanè conatus noſtri uidebitur occaſio. Nam & Romanorum & Parthorum potentia magnam huius experientiæ portionẽ hominibus ætatis noſtræ præſtitit: ſicut & poſteritati illa Alexandri magni expeditio, ut ait Eratoſthenes. Alexander enim magnam Aſiæ partem nobis aperuit, & Boreæ incolas omnis Europæ uſq; ad Iſtri ripas. Romani uero quæ ad occaſum uergũt, Europæ ſingula uſq; ad flumen Albin, qui duo in ſpatia Germaniã diuidit, quæq; trans Iſtrum uſq; ad amnem Tyram. At uero ulteriora, uſq; ad Mæotidem & nouiſsimam Colchorũ maritimã Mithridates, cognomento Eupator, cognita fecit, eiusq; præfecti. Parthi aũt Hircanos & Bactrianos, & ultra eos Scythas notiores nobis reddiderũt, cum antea maioribus noſtris minus noti fuiſſent. Ita ut quicquid amplius quàm ſuperiori ætate notuerat, memoriæ mandaremus, hoc maxime uidere licet ex iis uoluminibus, quæ ad ueteres ſcripta reliquere. Ii quidẽ quàm priſci minus aberrauere, præcipue poſt Eratoſthenem, & ille ipſe, qui quo maiore fuerant eruditione præditi, eo difficilius à poſterioribus increpari potuerũt, ſi quid dicendo peccauere. Quod ſi eis quos cæteris in rebus maxime ſequimur neceſſario contradicendũ erit, concedenda nobis uenia fuerit. Haud enim omnibus contradicere inſtitui. At ij omittendi, quos ut ſectemur arbitramur indignos. De illis faciendũ eſt iudicium, quos maxima ex parte rectiſsime ſcripſiſſe nouimus. Quandoquidem non in omnis ſapientiæ ſtudio certare dignum eſt, ſed aduerſus Eratoſthenem, Poſidonium, Hipparchum, Polybium, & alios huius generis, honeſtum eſt. Conſyderemus autem in primis Eratoſthenem, & ſimul aduerſus illum Hipparchi deſcriptionẽ adijcientes. Non adeo diſcurri facilis eſt Eratoſthenes, ut non Athenas illum uidiſſe dicatur. Quod Polemo demonſtrare nititur. Nec ipſi tantum fidei habendum eſt, ut pleriſq; acceptus eſt, licet (ut ipſe inquit) inter bonos uiros plurimosq; uerſatus eſſet. Hac enim ætate, inquit, ſicut aliâs unquã unum intra ſeptum, unamq; urbem florentes extitere philoſophi Ariſtonis æquales & Arceſilai. Hoc uero minime ſatis eſſe arbitror, ſed quod eos bene iudicet, quibus accedendũ eſt. Is autem Arceſilaum & Ariſtonem omnium, qui eius ætate floruerunt principatum uindicaſſe ponit. Cui & Apelles multus eſt, & Bion, quem philoſophiam quandam primum complexũ eſſe ait. At tamen ſæpenumero quandam ad hoc ipſum dixiſſe, qualem ipſam ex pertuſa lacerna Bion. In hiſce nanq; ſententijs ſufficientem debilitatem ingenij eius ſatis oſtendit, qui Zenoni Citiæo notus Athenis eſt factus. Eorum uero qui ei ſucceſſerint meminit neminem. Illi autem aduerſantes complures, quorumq; ſucceſsio nulla ſeruatur, ipſos ea tempeſtate floruiſſe dicit. Manifeſtatq; is etiam, quem de

Albis fluuius. *Tyra fluuius.* *Germania.* *Eupator.*

Qui nam reprehendendi Straboni.

Eratoſthenis ſcripta expenduntur.

Polemo.

Arceſilaus & Ariſton κορυφαῖοι.

Apelles. *Bion.*

bonis

bonis edidit tractatus, & declamationes, & ſiqua alia talia huius doctrinæ, quod inter philoſophari uolentem, & hanc profeſsionem formidantem medius tergiuerſatus eſt, ad oſtentationem quandam uſq; duntaxat progreſſus, ſeu tranſgreſsionem hanc ab circularnis alnis adeptus, ad inſtitutionem, aut ad diſciplinam. In cæteris item quodammodo talis eſt. At miſſa faciamus illa. In præſentiarum enitendum eſt pro uiribus, ut terræ deſcriptionem emendemus. Ac primum, quod à nobis nuper ſuppoſitum eſt. Poëtam (inquit) non quidem docendi, cæterum delectandi gratia omnia coniecturis aſſequi. Antiqui uero contrà, qui poëticam primam philoſophiam quandam eſſe perhibent, quæ ab ineunte nos ætate ad uiuendi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones edoceat, quæ res gerendas cum iucunditate præcipiat. Poſteriores uero ſolum poëtam ipſum ſapientem eſſe, aſſeruerunt. Quamobrem Græcorũ ciuitates ab ipſo primordio eorum liberos in poëtica erudierunt, non nudæ utique uoluptatis, ſed caſtæ moderationis gratia. A qua quidem ipſi muſici cantus, & lyræ & tibiarum modos edocentes, hanc ſibi uirtutem uendicant, ſeq; morum magiſtros, & emendatores eſſe profitentur. Hæc ipſa non modo à Pythagoricis audire licet, uerum etiam Ariſtoxenus huius eſt ſententiæ. Et Homerus cantores caſtigatores appellauit, ſicuti Clytemneſtræ cuſtodem illum,

Poëta Poëtica.

Cantores caſtigatores.

Clytemneſtræ cuſtos.

ὥ ῥ' ὀΐμ' ἐπὶ τέλλειν
κρείσσης, τρόίλω δὲ κιὼν, εἰρύσσαι ἄκοιτιν,

Odyſſ. γ.

Cum Troiam peteret, cui plurima mandat Atrides,
Tutari thalami ſociam. Nec uero Aegiſthus prius illam ſuperare ualuit, quàm

ἦ μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην
τὴν δ' ἐβέλων ἐβέλεσσιν ἀνήγαγεν οἴκαδε δόμονδε.

Ibidem.

Cantorem abigens deſerto in littore liquit
Aſſenſamq; uolens ipſas perduxit ad ædes.

Præter hoc Eratoſthenes ſibiipſi repugnat. Nam paulo ante quàm ſuam eloquatur ſententiã, prima de geographia uerba inchoans, Omnes (inquit) initio gloriari, ut de rebus huiuſmodi ſuam in mediũ afferant præceptionem. Igitur Homerum quæcunq; de Aethiopibus didiciſſet, in poëticæ ſuæ uolumine collocaſſe. Et item de Aegypto, & Africa. Quæ uero per Græciam, & loca maritima perceperat, accurate uehementer extuliſſe, cum diceret, Frequentes fert Thisba columbas. Et

ποιήνη θ' ἁλίαρτον,

Iliad. β.

Herboſamq; Haliarton. Et

ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν,
λίλαιαν πηγῆς ἐπὶ καφισσοῖο.

Ibidem.

Extremam Anthedonem,
Lilæamq; Cephiſsi fontem.

Nec adiectionem ullam inaniter locis appoſuiſſe. Vtrum igitur uates qui iſta canit, delectare, an docere uelle uidetur? docere per Iouem. Verum ea hunc in modum ille tradidit. Illa uero quæ extra ſenſum ſunt, & hic ipſe, & alij monſtroſis impleuere fabulamentis. Hoc itaq; modo dicendum erat, quod quiſq; poëta, alia ad oblectandum animum ſolum, alia uero ad erudiendum profert. Is autem intulit, non quidem eruditionis, ſed uoluptatis cauſa ſolum. Inſuper & alius operoſius adiecit, percontatus, quidnã ad poëtæ uirtutẽ conferri poteſt, qui locorũ cõplurium peritiam cõtinet, uel militaris diſciplinæ, uel rei ruſticæ, uel artis dicendi, uel qualia

Poeta quid agat.

nonnulli

nonnulli illi uendicare & attribuere uoluerunt. Omnia itaq; illi uendicanda quære
re, amentis ostentationem & iactantiam posueris. Veluti si quis (ut inquit Hip=
ἐριοίδνη. parchus) eresionem, id est ramalia obiurget Attica, pendentibus quaquauersum
omnis generis pomis, & quæ mala & pyra nequeunt producere, sic omnẽ illius di=
sciplinam carpat, omneq; artificium: hoc sanè recte dixeris ô Eratosthenes, illa uero
non recte, quòd tantam ab eo rerum notitiam auferas, & poëticam anile quod=
dam fabulamentum esse definias, cui quodcunq; censuerit uoluptatis causa finge=
re proprium est. Nunquid & poëtarum auditoribus nihil confert ad uirtutem, ut
locorum multorũ & militiæ, & agriculturæ, & rhetoricæ gnari existant? quæ ipsa
Vlysis orna= audientis maxime perceptio uendicat. Verum hæc tamen omnia Vlysi poëta tri=
menta. buit, quem ante omneis omni in genere uirtutum ornatum esse cecinit.

odyss.α. πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Oppida multa adijt, fuit huic sapientia nota. Hic etiam ille est,

odyss.χ. εἰδὼς παντοίους τε δόλους, καὶ μήδεα πυκνά.

Consilium, uariosq; dolos qui nouit & artes.

Vrbium popu Hic est quem urbium populatorem semper appellat,
lator, πολίπορ
θος. βουλῇ καὶ μύθοισι καὶ ὑπερφιάλῳ τέχνῃ,
Iliad.π. τότε δ' ἑπόμενον καὶ ἐπ πυρὸς αἰθομένοιο,
ἄμφω νοσήσαμεν.

Qui consilijs Ilion, Et arte, & astutia, & facundia cepit. Hic est,
Quo sequente ardentis more incendij
Refugimus ambo.
Vt Diomedes ait, qui quidem in agricultura,
καὶ γὰρ γὼ ἀμήτῳ,
Tantopere gloriatur in messe.
γὼ ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,
καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις.
In herba curuam tenerem falcem,
& frumentum haberes.
καὶ γὰρ ἀρότῳ,
τῷ κε μ' ἴδοις εὖ ὦλκα διηνεκέα προταμοίμην.
Et in aratione,
Me spectes longum scindens cum duxero sulcum.

Nec uero Homerus hisce de rebus sic sentit, & non reliqui doctrina præditi, eo
poëta rectissime dictante teste utuntur, utpote huiusmodi peritia ad prudentiam
Rhetorica. tendente maxime. Illa uero eloquentia utique in orando uersatur, quam in omni
Vlysis elo= poësi ostendit Vlysses in tentandis animis, in rogationibus, in legatione, in qua
quentia. illud uates eloquitur.

Iliad.γ. ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεσφι ἵει
καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν
οὐκ ἂν ἔπειτ' ὀλυσσῆι γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

Cum uero ingentem misit de pectore uocem,
Instar erant imbris fluitantia uerba niualis,
Mortalis nemo contenderet alter Vlysi.

Quis igitur poëtam, qui alios oratores, alios Imperatores, alios reliqua uirtutis
opera demonstrantes decenter inducat, nugatorem quempiam & histrionem esse
putet, qui auditorem magnificis tantum miraculis afficere, & assentationibus de=
mulcere

mulcere ualeat, cum nihil afferre queat adiumenti? Num poëtæ uirtutem aliam dixerimus, quàm quæ uerbis ad imitandam uiuendi rationem excitaret? Quonam uero modo is imitaretur, qui uiuendi rationis imperitus & insipiens foret? Non enim sicuti uel fabrorum, uel ædificatorum, ita & poëtarum uirtutem esse memoramus. Sed hanc quidem nihil boni, nihil honesti continere. Ipsa uero poëtæ uirtus & hominis bono coniuncta est, nec uero poëtam bonum esse posse, nisi prius uir bonus existat. Qui autem oratoriam dicendi uim poëtis eripit, nobis non modo eam minime concedere, sed & nobis nos haud quaquam indulgere uidetur. Nam quid æque oratorium est, atq; elocutio? quid porrò tam poëticum? Quis Homero præstantior ad eloquendum mediusfidius? Verum alia est poëtica elocutio, & utique priuatim, ac prope dicendo, atq; in ipsa quidem poëtica tragica continetur, & comica, & in oratione soluta historia, iudicialisq; disceptatio. Nunquid nõ genus est oratio, cuius species sunt metrica, atq; soluta? uel oratio quidem generalis est. Verum rhetorica oratio generalis non est, & elocutio, & orationis uirtus (ut autem sic dixerim) sermo pedester apparatus, ipsius poëticæ imitatio est. Primum ante omnia apparatus ipse poëticus processit in medium, & approbatus complacuit, dehinc illum imitati cum metrum soluissent, reliquis poëticæ seruatis partibus rem scriptis commendarunt, Cadmus uidelicet & Pherecydes, & Hecatæus. Qui deinde post illos fuere, cum semper aliquid ex talibus adimerent, ad eum qui nunc usurpatur modũ, ueluti ab ipso fastigio, ad inferiora reduxere, quemadmodum si quis comœdiam ab ipsa tragœdia † consistentiam suscepisse diceret, & ab illius altiloquentia ad hoc humile sermonis genus declinatam. Accedit ad idem argumentum, quod pro eloqui, canere olim posuere maiores: quoniam elocutionis ornatus, apparatusq; rhetoricæ fons & origo fuit ipsa poëtica. Ipsa enim ad demonstrationes usa est cantibus. hoc enim erat Oda, sermo scilicet modulatus. Vnde & rhapsodiam & tragœdiam, & comœdiam ueteres dictitarunt. Quocirca cum priscis temporibus eloqui diceretur de elocutione poëtica, hæc autem diceretur cum modulatione, idem erat apud eos canere quod eloqui. Cum autem alterum & in oratione soluta usurparent, ad alterum quoq; transgressa est abusio. Cum uero pedestris, id est absque metro dicatur oratio, id manifestat, ut si ab excelsiore loco & uehiculo sanè decurrat in planum. Cæterum non modo propinqua & Græcanica (ut inquit Eratosthenes) sed etiam longius remota, & quidem accurate commemorat Homerus, magisq; quàm posteriores fabulamenta enarrat. Nec in monstrorum rationem omnia, sed interdum ad doctrinam occulte atque per allegorias pergit uel præparat, uel populariter inducit, & aliâs, & item in Vlyssis errore, de quo & ipse Eratosthenes permultum aberrat, & eius expositores & poëtam ipsum garrulos esse manifestans. De quibus dignum est pluribus dicere. Primum quidem quod non modo poëtæ, sed etiam ciuitates longe prius fabulas delegerunt: necnon ipsi legum latores publicæ utilitatis gratia, cum ratiocinantis animantis intuerentur ingenium. Homo enim cognitionis auiditate ducitur. Huius autem uia prima fabularum studiũ est. Hinc pueri audire incipiunt, & ad communicanda studia ultro proficiunt. Causa est, quia nouum quoddam est studium fabulatio, quæ non res consistentes, sed alia quædam exponit. Dulcis quidem est nouitas, & id quidem quod nemini prius est cognitum, hoc autem ipsum est, quod oblectationis auiditatem ingenerat. Cum autem admiratio adsit & mon

Poëticæ uirtus.

Orationis species.

Poëtica prima.

Cadmus.
Pherecydes.
Hecatæus.
Tragœdia.
Comœdia.
κόνσασιρ.
Eloqui φράζειν.
Canere ᾄδειν.
Rhetorice.
Poëtica.
oda.
Rhapsodia.
Tragœdia.
Comœdia.

Fabularum usus.

Nouitas.
Delectatio discendi illecebra

ſtra, intenditur oblectatio, quæ diſcendi illecebra eſt. Ab ipſo igitur primordio, hoc pacto ineſcandi ſunt, ætate uero prouectiore ad rerum diſciplinam perducendi corroborata iam cogitatione, cum adulationis amplius nequaquam indigeant. *Indocti pueri.* Omnes idiotæ, & doctrinarum expertes quodammodo pueri appellandi ſunt, & pariter fabularum auidi, ſimiliter & qui mediocriter inſtructi ſunt. Iſti autem haud multum ratione ualent, adde etiam uſq; ab infantia cõſuetudinem. Quando autem quæ monſtroſa ſunt & amœnitatem & terrorem afferunt utriuſq; generis, & pueris & in ætate prouectioribus neceſsitate adhibẽda ſunt. Pueris nanq; iucundas afferimus fabulas, ut promoueantur, terrificas uero ut amoueantur. *Lamia.* Lamia fabula eſt, *Gorgon.* & Gorgon, *Incubus.* & Incubus, *Larua.* & Larua. Plericq; eorũ qui urbes inhabitant fabularum iucunditate promouentur, cum poëtas uirorum probitates fabulis inuolutas enarrantes audiunt, qualia ſunt Herculis, & Theſei certamina. Seu tributos ab deis honores, ſeu mediusfidius cum picturas, aut imagines aut ſimulacra ſpectant, quæ fabuloſam quandam denotant additionem. Auertuntur autem, quando irrogata à deis ſupplicia, uel pauores uel minas per uerba, aut inuiſibiles quaſdam formas expectant, aut aliquos in illa incidiſſe credant. Non enim turbæ fœminarum aut unicuicq; confuſæ multitudini philoſophiæ rationes induci poſſunt, nec ad reli *Numina.* gionem ſanctitatemq; ac fidem facile inuitari. † ** Sed etiam* Ac numinũ timore opus eſt, id autem non ſine fabularum, ac miraculorũ figmentis agitur. Nam & fulmen & ægidem & tridentem & faces, & dracones, & thyrſorũ haſtas, arma deorũ, fabulæ, & uniuerſa priſcorum theologia præ ſe fert. Hæc ab illis accepta fuere, qui rerum publicarum inſtitutionem facientes aduerſus nõnullos, qui infantiam redolebant inſtar laruarum efferebant. *Poëtica pueri inſtituebãtur.* Cæterum cum huiuſmodi fabuloſa foret effictio, quæ ad ciuilis uitæ communicationem, formamq; & rerum cognitionem uerſaretur, ueteres puerilem educationem uſq; ad ætatum perfectionem conſeruarunt, & omnem ætatem ſatis caſtigate inſtrui poſſe per poëticam arbitrati ſunt. Poſterioribus inde *Hiſtoria.* temporibus hiſtoriarum deſcriptio, & huius ætatis philoſophia proceſsit in medium, & ea quidem ad paucos, poëtica autem uulgo fructuoſior, & ad complenda ſpectacula potentior, & Homerica præcipue. Priſci quoque hiſtorici atque phyſici per fabulas ſcripta ſua reliquere. Cæterum poëta perinde ac fabulas ad docendi genus referat, ad multas ueritatis partes curam ſuſcepit, & falſitatem interpoſuit: illam quidem acceptans, hanc uero ad perducendam multitudinem populariter, & militariter inſerens. Sicuti quiſpiam argento circunfundit aurum, ſic & poëta ueris contemplationibus fabellas apponit, quibus elocutionem & dulcedine conciliat & ornatu, eundem quem & hiſtoricus in enarrandis rebus finem *Bellum Troianum.* aſpiciens. Hoc pacto bellum Troianum uti geſtum eſt aſſumens, illud fabuloſis figmentis adornauit, ſic & Vlyſsis errores. At enim nulla ex ueritate noua annectere prodigia, nequaquam Homericum eſt. Hoc enim modo ut aliquis ueriſimilia mentiatur, uere contingit ſiqua uera permiſceat, quod & Polybius de Vlyſsis er- *Veriſimiliter mentiri.* rore enixe aſſerit, eius generis illud eſt,

ἴσησι ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Pleraq; confert per figmenta cum ſimillima ueris.

Fuit, haud omnia ſed multa, quandoquidem minime erant ueris conſona. *Aeolus. Cyclopes. Leſtrygones.* Nam ab hiſtoria ſumpſit exordia. Æolum enim adiacentibus Liparę inſulis imperaſſe tradit, uicina itidem Ætnæ loca & Leontinis, Cyclopas, & Leſtrygonas immanes

manes quosdam homines tenuisse. Idcirco fretum ipsum illius tempestatis mortales nequaquam adire ausos: Charybdim & Scyllam à prædonibus occupatas. Sic & alios de locis ab Homero dictis legimus historicos. Sic & Cimmerios, Cimmerium Bosporum ad Boream & tenebrosa incolentes loca non ignarus, ad finitimas inferno & obscuras regiones proprie traduxit, quæ ad fabulamenta de errore plurimum conducebant, quod Homero non ignoti fuerint, per eos manifestū est qui rationes temporum scriptis prodiderunt, uel paulo ante illius ætatem, uel eo uiuente, & ad Cimmerios accessum extitisse. Similiter nouit & Colchos, & Iasonis ad Aean nauigationem. Deq; Circe ac Medea fabulis, & historijs commendata, de ueneficijs & simillimorum tractatu. Eorumq; cognationes confirmauit, qui in Ponti recessu, quiq; in Italia diuersi habitauerunt, & utriusque fortuitam in Oceanum egressionem, & Iasonis ad Italiam usque errorem. Quædam enim & circa Ceraunios montes, & circa Adriam signa ostenduntur, & in Posidoniate sinu. Itemq; circa Hetruscorum insulas errantium argonautarum monstrantur indicia. Addiderunt aliquid & Cyaneæ, quas Symplegadas petras uocauere nōnulli, quæ per Byzantiaci oris angustias asperrimum nauigantibus fecere transitum, †adeo ut ab Æade, & ab Symplegadibus Planctæ, id est errabiles dictæ sint. Ipsaq; Iasonis nauigatio per illas uerisimilis apparuit. Penes Scyllā autem, & Charybdim perscopulos agitata uidetur excursio. Æui autem illius homines simpliciter ponticum pelagus, uti quendam oceanum arbitrati sunt, quiq; eo usq; adnauigabāt non aliter in exteriora ingredi maria credebantur, quàm qui extra columnas longius producti fuerant. Etenim inter ea quæ nos admiramur, id maximum æstimabatur. Quocirca per excellentiam proprie pontum appellauere, sicuti per poëtam Homerum intelligimus, forsan & ob hanc causam ex ponto ad oceanum uocabulum transtulit, sicut facile acceptabilius propter eam quā tenuit opinionem. Etiam cum solymi excelsos Tauri uertices circa Lyciam usq; Pisidiam tenuerint. cumq; intra Taurum habitantibus, præsertim circa pontum, excessus à meridie clarissimos præbuerint, similitudine quadam & hos ipsos in oceanum egressos fuisse reor. Etenim illum in rate nauigantem sic inducit,

Cimmerij.

Iasonis errorem.

Cyaneæ.
Symplegades.
*Græce sic leg.
ἔστι παρὰ μὲν πλὼ σίλαμ᾽ ἰόεσσα παρὰ δ᾽ τὰς συμπλαγάδας ἀὲ πλαγκταί.

Pontus.
Homerus.

Solymi.

ὣς ἄρ᾽ ἀπ᾽ Αἰθιόπων ἀνιὼν πρέσβα ἐνοσίχθων
τηλόθεν ἐκ σολύμων ὀρέων ἴδε.
Odyss. ε.

Æthiopum ex oris rediit Neptunus, & illum
Montibus è Solymis longe prospexit.

Forte & luscos quoq; Cyclopas de Scythica transtulit historia. Eius nanq; generis Arimaspos fuisse memorant, quos Aristeas Proconnesius in Arimaspio carmine edidit. Hisce præsuppositis consyderare oportet, quid illi dicant, qui Vlyssis errorem circa Siciliam aut Italiam secundum Homerum, aut fuisse, aut non fuisse memorant. Est enim utrunq; uel melius uel deterius susc ipere. Melius quidem cum sic accipiat, quod Vlyssis errorem illic fuisse credens, ueram hanc materiam susc ipiat, et poëtico more eam instruxerit. Hoc enim proprie de illo dici posset, nec de Italia solum, sed etiam usque in ultimis Hispaniæ finibus illius erroris uestigia reperiuntur, & plura alia. Deterius autem si quis illius commentum, tanquam historiam accipiat, illic scilicet esse oceanum, infernum, solis boues, dearum hospitia, transformationes, Cyclopum proceritates, & Lestrygonum, Scyllæ formam, nauigationis interualla, aliaq; huiusmodi plurima, ut monstra aperte scribenti mini-

Cyclopes
Arimaspi.
Aristeas Proconnesius.
Vlysses an Italiam appulerit

Inferna monstra.

me contradicendum est, perinde ac contra poëtam apertis mendacijs cõtradicant. Quemadmodum si hoc modo Vlyssem Ithacam reuertisse neget, & procorum occidionem, nec in agro constitutam aduersus ullum Ithacensium pugnam fuisse, nec aduersus accipientem illa propriemanũ conferere iustum est. Eratosthenes uero utriusque sententijs aduersatur, haud recte sanè. Ad secundum quidem, quoniam pluribus criminari conatur mendacia manifesta, cum mentione indigna sint. Ad primam uero cum in omnibus poëtam garrulum esse declarat, & neque locorum notitiam habere, nec ullas ad uirtutem artes intendere putat, & in locis non fictis fabulas diuulgatas non tenere, sicut in Ilio, in Ida, in Pelio. Fabulas uero in locis fictis, sicut in ijs in quibus Gorgones, uel Geryones, huius formæ eas esse dicit, quæ de Vlyssis errore dicuntur. Quæ ab eo nequaquam fictæ fuerint, sed sub sistant, ex hoc falsi arguuntur (ut aiunt) quod minime concordant. Itaque sunt qui Sirenes. Sirenes in tractu Pelorio ponant, alij ad Sirenusas insulas, quæ plus quàm duo millia absint stadiorum: illas autem triuerticem esse scopulum, qui Cumanum à Posidoniate sinu dirimat. Verum scopulus ille nequaquam triuertex est, nec omnino in sublime tollitur. Cæterum cubitus quidem longus, & angustus à deductis ad Capriarum fretum locis extenditur, altero ex montis latere Sirenum sacellum habens. Ex altero autem ad Posidoniatem sinum paruæ tres adiacent insulæ desertæ, petrosæ, quas Sirenusas uocant. Super eodem freto extat Athenæum, pari Sirenusse. Athenæum. quo cubitus ipse nomine. Quod si qui locorum historiam tradiderũt discrepant, haud continuo uniuersa ejjcienda est historia. Cæterum uniuerso potius fides habeatur interdum. Tale quid dico. Inquiratur si ad Siciliam & Italiam error ille fuit, Sirenésne eo in loco uspiam fuisse dicantur. Qui in tractu Pelorio dixerat ab eo, qui in Sirenusis, inquit discrepat. Ambo uero ab eo, qui ad Siciliam & Italiam dixit, minime discrepant. At maiorem adhibẽt fidem, quoniam licet eundem locum non asserant, tamen ab Italiæ & Siciliæ loco non discesserunt. Si quis autem adie- Parthenope. cerit, quod Neapoli Parthenopes unius ex Sirenibus monumentum ostenditur, Sirene. Neapolis. adhuc fidei plus adiungitur, licet tertius dictus sit locus. Quod autem hoc in sinu, quem Cumanum appellauit Eratosthenes, quem Sirenusse efficiunt, ædificata est Neapolis, firmius his in locis Sirenas extitisse credimus. Haud enim poëtam ad unguem singula perdidicisse remur, nec nos ipsi ab eo rerum diligentiam exquirimus. Veruntamen haud ita suspicari possumus, ut cum nihil de Vlyssis errore perceperit, qualis & ubi fuerit, suo exposuerit carmine. Eratosthenes quidem Hesiodum de Vlyssis errore audisse coniecturis assequitur, quòd ad Italiam & Siciliam fuerit, & huic opinioni credentem, non modo dictorum ab Homero mentionem Ortygia. feciisse, sed etiam Ætnæ, & Ortygiæ, Syracusis adiacentis insulæ, ac Etruscorum, Homerum autem illorum prorsus ignarum, ignotisq; in locis errorem facere uoluisse. Vtrum igitur Ætna & Thuscia cognita, Scylla uero, Charybdis, Circæum, & Sirenusse non admodũ? Nunquid Hesiodũ non garrire, sed inualescentes opiniones sectari decebat? Homerũ autem quicquid obuenerat diserta resonare lingua? Præterea quæ de loco & conueniente Homero fabulatione dicta sunt, ipsa etiam scriptorum illa diuulgantium multitudo, & uagata per locos fama documento esse posset, quod ea minime sunt uel poëtarum, uel scriptorum figmenta, Polybius. sed & personarum & rerum gestarum uestigia. Et Polybius recte de errore †cogi- †opinatus est ὑποτοῦ. tat. Æolus enim in ipsius freti locis, per quæ cursus & recursus est, & nauigationis asperitas

asperitas per fluxus atq; refluxus aggrediendi signa præmonstrat, itaque uentorum custodem, atque regem creditum fuisse refert. Sicuti Danaum in Argis inundationes ostentantem, Atreum aduersum cælo solis cursum uates & auspices reges demonstrari, sacerdotes Ægyptios, Chaldæos & Magos aliqua sapientia cæteris excellentes, principatum & honorem apud maiores nostros comparasse. Sic & unumquenq; deorum commoditatis alicuius repertorem honoribus celebratum fuisse. Hæc præmonefaciens Æolum in fabulamenti forma prorsus accipi, & senti ri nõ sinit, nec totum Vlysis errorem, at pauca fabulantem adiecisse, quemadmodum de Troiano bello. Totum autem circa Siciliam poëticæ fictum esse à poëta, reliquisq; scriptoribus, qui adiacentia loca differunt Italiæ atque Siciliæ, non sanè probat, nec huiusmodi Eratosthenis sententiam laudat, quoniam quædã inquit reperisse ubi errauerit Vlysses, cum coriorum sutorem inuenisset, qui uentorum utrem consuisset, hoc autem proprie de illis dictum esse, qui ad Scyllam aduentant, & ibi galeotarum piscationem tractent,

Aeolus uentorum rex.
Atreus.
Chaldæi Magi
Scylla.
Galeotarũ uenatio.

αὐτὰρ ὅ γ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιόωσα,
δελφῖνας κύνας τε καὶ εἴποθι μῆλον † ἔλησι κήτεα.

Odyss. μ.
**Interpres uidetur legisse ἴλλησι, hoc est Græcis, quanquã nec sic legatur apud Homerum, Sed ἴλλησι pro ἴλλῃ, id est caperet. Vt sit, Si quod maius capit balena.*

Illic circa Scyllam & eius scopulum piscosum,
Delphinorum canumq; indagatrix, & si qua apud Græcos maior est balena.

Thynni enim cum gregatim præter Italiam acti elabuntur, & Siciliam attingere prohibentur, in maiores incurrunt beluas, utputa delphinos, canes, aliasq; balenis similes. E quorũ uenatione canes & galeotas pinguescere, quod xiphias, id est gladios appellari ferunt. Idem enim hoc in loco cõtingere, & in Nili incremẽtis aquarumq; cæterarum, quod in igne & in ardentibus syluis. Congregatas enim feras, cum ignem aut aquam effugiant, à ualentioribus deuorari. Hæc elocutus galeotarum uenationem exponit, quæ circa Scyllæum tractum instituitur. Manentibus enim in statione frequentibus remorum duorum scaphis, speculator quidem communis supernæ instat, duos singulæ scaphæ tenent, alter remigat, alter hastam habens manet in prora. Cum primum uero speculator supereminentiam galeotæ signo indicat, beluæ uero supra mare pars tertia eminens fertur, scapha propius appellitur. Deinde iacto manu telo uulnus incutit. Tum euulsa sine cuspide de corpore hasta, quod telum sanè est hamatum, ut educi facile queat, apteq; infixo ei funiculo, appensum sauciatæ acclinant beluæ, donec agitata suffugiensq; lassetur. Tunc in terram subducunt, aut intra scapham accipiunt, nisi prorsus immensum corpus existat. Quod si in mare telũ exciderit haud sanè perit. est nanque uel è quercu, uel ex abiete compactum, adeo ut querna grauitate demersum, deinde in sublime relatum facile possit apprehendi. Contingit autem interdum & remigem in scapha per magnum galeotarum gladium uulnerari, & cum instar apri beluæ uigeat impetus, asperrime fit ipsa uenatio. Talibus ex rebus quadam coniectura colligi posse inquit, Vlysis errorem circa Siciliam secundum Homerum fuisse, quoniam huiusmodi uenationem Scyllæ coniunxit, quæ Scyllæo tractui usitata est. Et ex ijs quæ de Charybdi memorant, quæ freti illius periculis similia sunt. Quod ter quidem pro his iaceat scriptorum uel potius historici peccatum est. Dicta quoque in Meninge Lotophagorum rumori similia sunt, sin uero aliqua dissonant, mutationes causari oportet, uel inscitiam, uel poëticam licentiam, quæ ex historia & dispositione constant & fabula. Historiæ finis est ueritas. Sicut in nauium dinume-

Thynni.
Delphini.
Canes.
Galeotæ.
Xiphias.
Scyllæum.
Poëtica ex quibus.

Historiæ finis. ratione poëta omnibus obuenientia locis explicat, aliam quidem lapidosam urbem, aliam uero extremam, hanc columnis refertam, illam maris uicinam. Finis autem dispositionis expressio & efficacia, quemadmodum præliantibus introducendis. Fabulæ autem delectatio & stupescentia. Cuncta uero fingere neque consentaneum est, nec Homero conueniens. Illius enim poësin sapientiæ studiũ esse,
Homeri poësis quid. ac philosophiam uniuersi æstimant, non ut inquit Eratosthenes, qui ad intelligentiam & mentem poëmata iudicari non debere iubet, nec ullam ex poëtis historiam esse petendam. Verisimilius esse illud,

Odyss. ι. ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν.

Atque die hinc nona me flamina dira ferebant.

Breui in spatio accipere, nam dira flamina, hoc est cursus obliqui, quoniam oceanum penetrare perinde ac assidue uentis à puppe surgentibus. Interuallum autem
Malea. à Malea ad columnas componens, stadiorũ uigintiduo millia & quingenta comperiret. Si hoc, ait, ponamus diebus nouem æquali celeritate confectum esse, singulis diebus cursus euenit, stadiorum duorum millium & quingentorum. Quisnam tradidit aliquem è Lycia, seu Rhodo ad Alexandriam biduo aduectum esse, cum quatuor millium stadiorum spatium interfit? Percontantur nonnulli quo pa
Vlysses ter Siciliam appulit cto, cum ter Vlysses in Siciliam aduenerit, ne semel quidem per fretum ipsum nauigarit? Respondetur, quoniam & posteri omnes eam effugerunt nauigationẽ, hæc quidem ab eo dicta sunt. Sunt & alia quæ recte ab illo dicantur. Cum uero in oceanum excursionem præparat, & dierũ nauigationem diligenter ad mensuras adduxit & spatia discrepãtiæ excessuũ minime reliquit. Simul enim poëtæ uersus addit,

Odyss. ι. ἔνθεν ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν.

Atque die hinc nona me flamina dira ferebant.

Simul & occultat, etenim hæc ipsius poëtæ sunt, ut illud,

Odyss. μ. αὐτὰρ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο.

Oceani fluxum fluuij mox cymba reliquit. Et illud,

Odyss. α. νήσῳ ἐν ὠγυγίῃ, ὅθι τ' ὄμφαλός ἐστι θαλάσσης.

Ogygia. Insula in Ogygia quam ponti umbilicus inhæret.

Quodq; in eo loco Atlantis filia domicilium habet. Et illud de Phæacibus,

Odyss. ι. οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄλλος ἐπιμίσγεται ἀνθρώπων.

Littora, fluctisoni colimus suprema remoti,
Nemoq; mortalis nobis confinia miscet.

Hæc enim omnia in Atlantico pelago ficta manifeste declarantur. Ea uero ille occultans, quæ manifesta dicuntur tollit. Hoc autem non sanè recte, at circa Siciliam & Italiã errorem factum esse, recte & ab ipso poëta confirmatur. Quandoquidem quisnam aut poëta, aut scriptor Neapolitanis, Sirenis Parthenopes sepul-
Dicæarchia. Puteoli. chrum nuncupare suasisset? Incolas autem Cumarum & Dicæarchiæ, id est Puteolorum, & Vesubij ignitũ Phlegethontem, & Acherusiam paludem, & mortuorũ uaticinium, Auernũ & Baias, & Misenũ, Vlysis quosdã socios, sic & quæ apud Sirenusas, & quæ sunt ad angustias freti, & Scyllã & Charybdim, & Æolũ. Hæc quippe nec ad unguem perscrutanda sunt, nec absq; radice, nec absq; fundamẽto prorsus omittenda, cum nec ueritatem, nec historiæ attingant utilitatem. Hoc cum intelligat

intelligat Eratosthenes, suspicetur aliquis, inquit, poëtam uoluisse Vlyssis errorem ad occidentis loca facere, et à proposito desistere, cum quædam non diligenter hau sisset, & quædam hunc in modum non elegisset, sed ad id quod terribilius & monstrosius est educere cuncta uoluisse. Hoc quidem ipsum bene, illud autē cuius gratia hoc faciebat, male assumēs. nō enim garriendi gratia, sed ut prodesset. Quapropter rationē subire iure debet, & huiusmodi rei, & illius, quod eum idcirco remotissima monstrā ceciniſſe maluit, ut facilior ei mentiendi præstaretur occasio. Quota est enim pars remotissime de monstris dicta præ ijs quæ in Græcia, & in locis Græciæ propinquis decantantur, sicut Herculis & Thesei certamina, & de Cretæ ac Siciliæ fabulis scripta, similiter & in reliquis insulis, & ad Cithæronē, & Heliconem & Parnassum & Pelium & Atticam, & uniuersam Peloponesum, nec ullus est qui ex fabulis fabulatoris ignorantiam criminetur. Rursus cum nequaq; omnia fabulentur, sed plura fabulis adiungāt, præsertim Homerus inquirens quænam ueteres fabulis addiderūt, nec inquirit, si fabularū additamenta uel fuerint, uel sint. Sed magis de illis ueritatē inquirit locis ac personis, ad quę fabulatur, sicuti si Vlyssis error fuerit, aut ubi. Totū autē ipsum nequaq; bene Homeri poësin cum aliorū poëtarū poësi in unum adducere, cum ad aliam, tum uero ad propositam de orbis situ materiam, & nullum ei tribuere principatum. Etenim si nihil aliud uel Sophoclis Triptolemū, uel Baccharum prologum Euripidis, si percurras & Homeri diligentiā, ex hisce potissimum rebus ipse comparaueris, facile fuerit comparationem ac differentiam ponere. Nam ubi locorum quos meminit ordinem necessitas exigit, ordinem seruat. Similiter Græcorum, similiter & longè positorum.

Triptolemus Sophoclis tragœdia.

Bacchæ Euripidis.

ὅσσαν ἐπ' ὀλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' ὄσσῃ
πήλιον εἰνοσίφυλλον.

Odyss. λ.

Ponere certabant properantes Ossan olympo,
Pelion inde Ossæ frondosum. Et illud,

ἦρτο δ' ἀΐξασα λιπὲ ῥίον οὐλύμποιο
πιερίην τ' ἐπιβᾶσα καὶ ἠμαθόεντα θρῄκην,
ὀρνυτ' ἐφ' ἱπποσόλων θρῃκῶν ὄχεα νιφόεντα,
ἔνθ' ἀθόως ὀρόθυνε θοὸν πόντονδε.

Iliad ε.

At præceps Iuno celerem linquebat olympum,
Pieriam accedens dehinc, Emathiamq; beatam,
Fertur & ad Thracas equites rupesq; niuales,
Hinc ab Atho pontum petit.

In dinumerandis uero auxilijs urbes quidem, haud ordinem seruans, eloquitur. Nō enim necessariū erat. Ordine uero gentes explicat. Simili modo & de remotis,

κύπρον, φοινίκην τε καὶ αἰγυπτίους ἐπαλήθεις
αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ σιδονίους καὶ ἐρεμβούς
καὶ λιβύην.

odyss. δ.

Cyprum, Phœnicem, & Aegyptios errabundus,
Aethiopasq; adij, tum Sidonios & Erembos,
Ac Libyen. Quod Hipparchus quoq; annotauit. Reliqui uero ea in quibus ordo exigitur, hic Liberum patrem gentes adeuntem inquiens, alter ut Triptolemus terras disseminat, quæ longe disiuncta sunt coniungunt, & continuata separant.

λιπὼν δὲ λυδῶν τὰς πολυχρύσους γυας,
φρυγῶν τε πρόσω δ' ἡλίου βλήτους πλάκας,
βακτρίαν τε τεῖχος, τήν τε δύσχειμον χθόνα

Versus ex Sophoclis Trip.

μήλων ἐπεμβαίνων ἀργαβίας τ' ὀυδαίμονας.

Linquens inquit auriferos Lydorum ſulcos,
Et Phrygum ac Perſarum urbes ſole percuſſas,
Bactra. Mœnia Bactriania, hybernamq́;
Medorum tellurem accedens, & fœlicem Arabiam.

Huiuſmodi ſanè Triptolemus ait, permultam uero ad climata & uentos doctri nam, quod ad geographiam attinet, in locorum deſcriptionibus Homerus oſtendit, hæc & compluribus in locis aſſerit,

Odyſſ.ι. ἄυλῃ δὲ χθαμαλὴ πᾶσιν πόρτατόν εἰμι ἁλί κεῖται
πρὸς ζόφον, αὐλὴ δ' αὖθι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.

Hæc humilis iacet ad tenebras, multum æquora ſupra,
Hæc ſecus auroram ſpectant, ſolisq́; nitorem.

Duæ uero illi ſunt fores, quædam ad aquilonem, quædam rurſus ad auſtrũ ſeu ad dexteram pergant ad auroram atq́; ſolem, ſeu ad læuam uerſus tenebras. Atqui harum rerum ignorantiam omnimodã rerum omnium confuſionem arbitratur,

Odyſſ.κ. ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη ἠέλιος.

Me latet ò ſocij tenebræ locus, aut ubi Eous,
Aut ubi ſol terras ſubeat.

Cumq́; poëta hæc bene dixerit,

Iliad.ι. Βορέης καὶ Ζέφυρος τώτε θρηίκηθεν ἄηται,

Boreas & Zephyrus, qui è Thracia ſpirant.

Is male aſpiciens criminatur eum, qui zephyrum uniuerſo tempore, & omnino
Boreas. ſpirare è Thracia dixerit, cum is minime ſpirare omnino dixerit. Cæterum cum
Zephyrus. per mare Thracium, ad nigrum ſinum ingruant, cum Aegæi pars maris exiſtat.
Thracia. Conuerſionem enim recipit ad auſtrum, Thracia quaſi promontoriũ ſit, ubi Macedoniæ adiungitur, & pelagus incurrens, flantes hinc Zephyros oſtendit ijs qui ad Thaſum, & Lemnum, & Imbrum, & Samothraciam, & ijs quæ ad uicinũ ma-
zephyri. re pertinent. Sicut & in Attica zephyri, qui à Schironijs petris flant, Schirones ap-
Schirones. pellantur, & potiſſimum Cauri. Quod Eratoſthenes nequaquam intellexit, ta-
Cauri ἀργέ στα. men ſuſpicatus eſt. Ipſe igitur regionis conuerſionem, quam dico narrat. quod igitur uniuerſaliter ſpiret is capit. Poſtmodum poëtæ imperitiam criminatur, quod cum Zephyrus ab occidente & Hiſpania efflet, illorſum minime protẽditur Thra
Venti quatuor cia. Nunquid ab occidente ſpirantem ignorat zephyrum? At uero cum hunc dicat in modum, proprium eius obſeruat ordinem,

Odyſſ.ν. σὺν δ' ἔυρός τε νότος τε ῥέπων Ζέφυρός τε δυσκής,
καὶ Βορέης.

Vnà eurus notusq́; cadunt, zephyrusq́; fremiſcens,
Et boreas.

Thracia. An Thraciam ignorauit ultra Pæonios, & Theſſalicos montes non excurrentem? Sed & huius, quę porrò ad Thraces attinet gnarus ac minime nuncupãs partem quidem maritimã, partemq́; mediterraneam, Magnetas quoſdam & Malies, reliquoſq́; deinceps Græcos dinumerat uſq; ad Thesbrotas, pariterq́; etiam Pæonibus finitimos Dolopas, et Sellos ad Dodonem uſq;, ad Acheloum Thracum ul
Dolopes. Selli. tra non meminit. Ad finitimum autem, ſibiq́; notiſſimum pelagus facile fertur. Sicuti cum ita commemorat,

Ἰωνήθη δ' ἀγορὴ, ὡς εἰύματα μακρὰ θαλάσσης Iliad.β.
πόντου ἰκαρίοιο.
Concita turba fuit, longæ uelut æquoris undæ
Icario in ponto.

Sunt quidam qui primarios duos esse uentos asserunt, aquilonem scilicet atq; austrum, reliquos uero modica quadam acclinatione differre, ab ortu quidem æstiuo Eurum, à brumali Subsolanum, ab occasu uero æstiuo Fauonium, à bruma li autem Caurum. Duos uero esse uentos testari & Thrasyalcem et poëtam ipsum, aiunt, cum Austro Caurum attribuit, dicens, Venti. Aquilo. Auster. Eurus. Subsolanus. Fauonius.

ἀργέσταο νότοιο Pars carminis
καὶ δὲ ζέφυρον τῷ βορέᾳ Iliados φ.
Caurum austro, Caurus.
Zephyrum id est Fauonium aquiloni, cum dixit,
βορέης καὶ ζέφυρος τώτε θρηίκηθεν ἄητον. Iliados ι.
Aquilo & fauonius qui duo spirant è Thracia.

Cæterum ex ijs quos nouimus tantopere de hisce tradidit nemo (teste Posidonio) atq; Aristoteles, Timosthenes, & Bion astrologus. Ab æstiuo ortu Cæciam, cui ab occasu brumali ad lineam Africus opponitur. Rursus ab oriente hyberno Eurus opponitur, contrarius Caurus est, medios esse Subsolanum & Fauonium. Poëta quidem illum uiolenter spirantem inquit, Fauonium, quem nos Caurum appellamus. Africum flantem, Fauonium, qui & à nobis Fauonius siue Zephyrus. Caurum uero austrum, Leuconotum, id est album austrum. hic enim paucas creat nebulas, cum reliquus totus auster quodammodo sit Eurus. Cæcia. Africus. Fauonius. Leuconotus.

ὡς δ' ὁπότε ζέφυρος νέφεα σύφελίξῃ Iliad.ψ.
ἀργέσταο νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.
Dissipat ut zephyrus nubes, grauibusq; procellis
Cauri austri pulsant.

Nunc enim uiolenter spirantem zephyrum dicit, quiq; à Leuconoto congregata dissipare consueuit, cum illa debilia existant, ubi adiectiui loco austri Cauri dixit. Hæc cum ab Eratosthene in primo de geographia in initio dicantur, talem quandam habent emendationem. Porrò Homeri dictis falso deprehensis insistens, & hæc ait. Nili ostia plura existentia ignorasse, eiúsque nomina, at ea nouit Hesiodus, quippe & qui mentionem facit. Verumenimuero eius nomen illius ætate necdum nuncupatum fuisse, credibile sit, ostia uero tum obscura, tum modicis cognita. Quod uero non unum, sed plura fuissent, facile persuaderi potest. Sin autem inter res Ægyptias celeberrimum, & quamadmirabile & super omnia memoria simul & cognitione dignissimum flumen & fuit & est, pariterq; & incrementa, & eius ora, quis sibi nuntiantes nequaquam sciuisse suspicetur? qui flumen simul & agrum Aegyptium & Thebas Aegyptias & Pharum cognitum fecerit, cognoscentes uero ipsum, nequaquã dixisse, nisi rerũ celebritate ac nobilitate subticuissent? Adhuc incredibilius uidetur, si de Aethiopia, de Sidonijs, de Erembis, de exteriori mari, de bipartitis Aethiopum populis uerba faciebat, de propinquis autem & perspectis tacitus erat. Qui si horum memoriam nullam egit, id haud ignorantiæ propterea signum est. Etenim nec propriæ mentionem patriæ, nec aliorum complurium reliquit. Quin ea quæ admodum nota patent, memoratu digna non uideri, ad scientes potissimum diceret aliquis. Nec bene illud Nilus & eius ostia. Homerum patriæ nusquam meminisse.

obiiciunt Homero, perinde ac per ignorantiam differenti, quod insulam Phariam ambitam pelago dixerit. Conti à enim nihil eorum, quæ nuper de Ægypto diximus, ignotum fuisse poëtæ testimonio uti possumus. Dignosceres autem inde, quod arrogans est, quisquis potius eius errorem asserit. Menelaus ad Aethiopas usque conscendens, incrementa Nili discere potuisset, & limum quem agris infert, & eum qui est ante ostia transitum, quantum sanè ad continentem accumulans adiecit. Itaq; Ægyptus uniuersa sub Herodoto fluuij munus appellari iure potuit, & si non uniuersa, ea saltem quæ sub agro est inferiore, qui Delta nuncupatur. Pharum etiam priscis annis ambitam pelago tradidit. Ita pelago ambitam esse mentitus non est, licet pelago nũc amplius ambita non sit. Hæc qui sic instruxit poëta fuit, quibus ex rebus & ipsum incrementa nosse simul & Nili ostia, coniecturis putare licet. Idem etiam delictum esset, & agrum inter Ægyptium pelagus & Arabicum sinum interiacentem ignorasse. Et

Menelaus.

Aegyptus ab Herodoto fluuij munus.

Delta.

Pharos.

Odyss. α. αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,

Aethiopes.

Extremos hominum Æthiopes bipartitos,

Falso dicit. nam cum is hoc bene dixerit, posteriori ætate uenientes reprehendere non recte ausi sunt. Improbe sanè. Homerum enim hos ignorasse agros, tantum à ueritate longius abest, quantum non modo non ignorasse, sed aperte patefecisse dixerim. Ipsi quoque grammatici, ab Aristarcho & Crate, eius artis principibus, quanuis eo tacente sanè sentiunt. Quoniam cum uates ipse dicat,

Odyss. α. αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,

Extremi hominum Æthiopes bipartiti sunt,

De sequenti uersu discrepant. Nam scribit Aristarchus quidem ita,

οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνίοντος.

Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum. Crates uero sic legit,

Ibidem. ἢ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, ἢδ' ἀνίοντος.

Hæc sanè occasum solis, hæc illius ortum.

Cum nihil interfit ad utriusq; materiam, siue hoc, siue illo modo scribatur. Ille enim mathematicorum dicta secutus, torridam ab oceano detineri zonam inquit, ad ambas autem partes huius temperatam esse, & ad nos, & ad latus alterum. Sicut igitur Aethiopes ad nos uersi, illi dicuntur, qui ad orbem uniuersum in meridiem inclináti, aliorum postremi oceanum iuxta incolunt, etiam nonnullos item trans oceanum Aethiopes intelligi oportere existimant, aliorum ultimos in altera temperata, qui iuxta eundem hunc oceanum inhabitant. Geminos autem esse, & ab oceano bipartito diuidi. Adiectum autem illud,

Ibidem. οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱδ' ἀνίοντος.

Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum.

Cum Zodiacus semper supra uerticem sit ad terrestrem Zodiacũ, hic cum semper extra ambos obliquitate non excedat Aethiopes, omnis solis meatus intra latitudinem istam necessario intelligitur, & alios aliis ortus, & occasus secundum alia & alia signa contingere. Sic autem magis per astronomorum sententiam locutum putant. Dicere autem simplicius erat illud, saluantem bipartitos sic Æthiopes esse, sicut dictum est, quod ab oriente sole usq; ad occasum Æthiopes oceanum utrobiq; inhabitant. Quid autem ad hunc differt intellectum, uel sic dicere, ut scribit ille, aut ut Aristarchus,

οἱ μὲ

οἱ μὲν δυσμικὸν τροπικὸν, οἱδὲ ἀνίσχοντος. *Indidem.*

Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum.

Etenim hoc est ad occasum & ad ortum, ad oceani latus utrunq; inhabitare. At Aristarchus causam hanc abijcit. Dupliciter autem diuisos Aethiopes existimat dici oportere, secundum nos uidelicet, & eos qui ad meridiem positis, Græcis ultimi sunt: quos quidem non ita diuidi putat, ut duæ sint Aethiopiæ, una quidem ad orientem, altera uero ad occidentem, uerum unam tantum ad meridiem iacentem Græcis sitam uero ad Aegyptum. Hoc autem poëtam ignorasse, sicut & pleraque alia ab Apollodoro dicta, de nauium dinumeratione in secũdo uolumine de locis, quæ non erant, ementitũ. Aduersus Cratetem uero longiore opus est oratione, quę forsan in præsentiarũ nihil attinet. Aristarchum in hoc approbamus, quòd omissa Cratetis materia, quæ complures accipit instantias, de nostra Aethiopia sermonem factum esse suspicatur. Cætera consyderemus ante omnia, quod de ipsa incassum descriptione exiliter ratiocinatur. Etenim si aliter describatur, suis aptari cogitationibus potest. Quid enim differt dicere, uel sic, duo quo ad nos Æthiopes sunt, hi quidem ad ortum, illi autem ad occasum. uel sic, Etenim ad ortus & ad occasum. Deinde quia fallaci instat opinioni, eia poëtam ignorasse interiacentẽ agrum, Aethiopiam uero Aegypto uicinã meminisse, cum dicit bipartitos Aethiopes. Quonam modo non sic bipartitos? sed ignarum sic dixisse poëtam. Vtrum neq; Aegyptus, nec Aegyptij ab initio Deltæ usq; ad Syenem, à Nilo bipartiti sunt,

Aethiopes dupliciter diuisi.

οἱ μὲν δυσμικὸν τροπικὸν, οἱδὲ ἀνίσχοντος.

Aliqui ad occidentem solem, aliqui ad surgentem.

Quid autem aliud Ægyptus est, quàm insula fluuiatilis, quam inundat aqua? Hæc autem ad utranq; fluminis partem ad ortum & occasum iacet: et utiq; Aethiopia recte opponitur Ægypto, & ad Nilum, & ad locorũ ingenium pari modo sese habens. Etenim ipsa & angusta, & oblonga est, & irrigatur. Quæ uero extra inundationem sunt deserta, & aquarũ expertia, & raro habitabilia, pleraq; ad auroram, nonnulla ad occasum uergentia. Quonam igitur modo non bifariam diuisa est? ut qui Asiam ab Africa separant, Nilus ijs idoneus uisus est terminus, cuius longitudo ad meridiem, plusquàm decem millia stadiorum protenditur, latitudo uero tanta, ut insulas admittat, quas decem hominum millia incolant, quarum maxima est Meroë, regia, & metropolis Aethiopum. Hanc ipsam uero Aethiopiam bifariam diuidere non fuit idoneus. Attamen qui eos redarguunt, qui adiunctas flumini terras diuidunt, uehementissimũ illis peccatum obiectant, quod Aegyptum, & Aethiopiã distrahunt, & unam quidem utriusq; earum partem Asiaticam, alteram uero Africanam faciunt. Vel si hoc quidem nolunt, aut terras non diuidũt, aut non cum flumine. Præterea alio pacto diuidi potest Aethiopia. Omnes enim qui per oceanum in Africam adnauigarunt, & qui à mari rubro, & qui à columnis Herculeis usq; ad magnum progressi spatium, inde cum multarum impedimento molestiarum reuersi sunt. Vnde uulgo credulitatẽ reliquerũt, quod intermedia tellure disiungatur, atq; mare Atlanticum, præsertim ad meridiem spectans totum alluens, ij omnes extrema loca, ad quæ nauigantes aduentarunt, Æthiopica uocauerunt, & hunc in modum renuntiauere. Quidnam igitur absurdum est, si talibus auditis sermonibus adductus Homerus quoq; bifariã partitus est? & quosdam ad orientem, quosdam ad occidentem asseruit, cum alij qui in medio positi

Ægyptus insula est.

Aethiopia.

Nili longitudo

Meroë.

Aethiopica loca.

Ephorus. sunt, prorsus ignoti fuerint, siue sint siue non sint. Ephorus tamen aliam quidem peructustam narrat historiam, quam & Homerum legisse, non ratione caret. Rumor est (inquit) apud Tartessios quod Aethiopes Africã usq; ad occasum ingressi sint, partimq; ibidem mansisse, partim uero etiam maritima magno spatio occupasse. Facit autem coniecturam, eo quod Homerus dixerit,

odyss. a. ἀιθίοπας τ' ἐσχατοι ἀνδρῶν.

Extremos hominum Æthiopas bipartitos fuisse.

Hæc in Aristarchum eiusq; sectatores dicat aliquis, aliaq; hisce modestiora, quibus à poëta multam auferet inscitiam. Dico enim pro priscorũ opinione Græcorum, sicuti nobiliores ad aquilonem partes, uno uocabulo Scythas, uel Nomadas appellabant, ut inquit Homerus. Posterioribus autem annis notiores ad occasum Celtæ & Iberi, uel mixto nomine Celtiberi, & Celtoscythæ uocabantur, cum gentes omnes sub uno uocabulo per ignorantiam instituerentur; sic & exposita in meridiem omnia Aethiopiam ad oceanum uocari. Testimonio autem & huiusmodi sunt. Nam & Aeschylus in Prometheo soluto sic inquit,

Scythæ. Nomades. Celtæ. Iberi. Celtiberi. Celtoscythæ.

Aeschylus Prometheo soluto tragœdia.

φοινικόπεδον τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν χθὸς μα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' ὠκεανῶ λιμναν ποντοτρόφων αἰθιόπων,
ἵν' ὁ ποντοπόρος ἥλιος ἀεὶ χρῶτ' ἀθάνατον,
λαμπρὸν δ' ἵππων θερμᾶις ὕδατος μαλακᾶ προχοαῖς ἀναπαύει.

Phœnicum solum, sacer rubri maris fluxus,
Aureumq; fulmen, uicinum oceano stagnum, quod omnino Aethiopas alit,
Vbi spectans omnia sol immortale corpus,
Et equorum laborem per feruidas aquæ mollis effusiones quieti reddit.

Ad totum enim meridianum clima hunc ad solem usum, & ad Aethiopas, eorumq; situm oceanus habere uidetur. Et Euripides in Phaëthonte, traditam esse Clymenen Meropi, & terræ eius imperium habere dicit.

Euripides phaethonte.

ὦ ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτιον χθόνα
ἥλιος ἀνίσχων χρυσέα βάλλει φλογί,
καλοῦσι δ' αὐτὸν γείτονες μελάμβροτοι
ἕω φαεννὰν ἡλίου θ' ἱπποσάσεις. id est,

Quam primam tellurem, sol quadrigis exoriens
Aurea flamma percutit,
Eam finitimi facie nigri homines, id est Melambroti,
Lucentem auroram & solarium equorum stationes appellant.

μελάμβροτοι

Nunc quidam cõmunes & auroræ & solis ipsas equorum stationes facit. Deinceps in sequentibus uicinas Meropis habitaculo dicit esse. Et in toto ipsius tragœdiæ opere hoc ipsum applicat. Quippe cum non adiacentis Aegypto Aethiopiæ proprium sit, sed maritimæ magis, quæ meridianum clima totum attingit. Ephorus etiam antiquam de Aethiopia manifestat opinionem, sicut ait in libro de Europa, & cælestiũ ac terrestrium locorũ, qui quatuor in partes diuisi sunt, eam quæ subsolanum spectat, Indos habitare, ad austrum uero Aethiopas, ad occidentem Gallos, ad aquilonem Scythas. Addit etiam quòd Æthiopia quàm Scythia maior est. Ait enim Aethiopum nationem ab ortu brumali usq; ad occasus extendi. Scythia uero huic è regione opponitur. Poëtam autem hisce concordare, ut hinc constat, quod Ithaca ad tenebram, id est ad arcton iacet.

Indi. Aethiopes. Galli. Scythæ. Ithaca.

odyss. ι. αἱ δὲ τ' ἄνοι θε πρὸς νύκτ' ἠελίοντε. id est,

Hæq; sub auroræ lucem, solémue seorsum.

Sic

Sic uniuersum australe latus appellans. Item cum dicit,

εἶτ' ἐπὶ δεξὶ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε
καὶ εἶτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Dextera siue adeant auroram, & lumina solis,
Siue petant læuam, tenebrasq; sub aëris illi. Et rursus,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος οὐδ' ὅπη ἠώς, Odyss. ν.
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀνέῖται. id est,

Me latet ô socij tenebræ locus, aut ubi eous,
Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans,
Aut ubi conscendat.

De quibus in sermone de Ithaca manifestius differitur, cum item inquit,

ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας Iliad. α.
χθίζος ἔβη. id est,

Iuppiter oceanum atque epulas pietate proborum
Æthiopum hesternus petijt.

Cõmunius dicendum est, oceanum & ad uniuersum meridianum clima & ad Æthiopas institui. Cuicunq; enim huius climatis loco mentem apponas, ad oceanum existes & Aethiopiam. Sic & illud inquit,

πλόθεν ἐκ σολύμων ὀρέων ἴδεν Odyss. ε.
τὸν δ' ἐξ αἰθιόπων ἀνιών. id est,

Aethiopum ex oris redijt Neptunus, & illum
Montibus è Solymis longe prospexit.

Tantundem dicens à meridianis locis. Vt si Solymos dicat, non quidem Pisidiam habitantes, sed (ut ante dixi) finxisse quosdam nominis eiusdem, qui consimili ratione sese ad eum in rate nauigantem haberent. Et meridianos illos, sicut Aethiopas, quemadmodũ Pisidici, & supra Pontum, & supra eos Aethiopas qui Aegypto adiacent. Sic & gruum mentionem communem faciens ait, Pisidia. Grues.

αἶτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον κραὶ ἀθέσφατον ὄμβρον Iliad. γ.
κλαγγῇ τ' ἰάχουσι ποτέονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων,
ἀνδράσι πυγμαίοισι φόνον κραὶ κῆρα φέρουσαι.

Post hyemem fugitant, nimĩ quoq; frigoris imbrem,
Oceani aduolitant refluos clangoribus æstus,
Cædem Pygmæis populis clademq; ferentes.

Non enim per Græciæ quidem loca grus ad meridiem delata spectatur, in Italia uero, & Hispania, nullo modo uel Caspia, uel Bactriana. Ad meridianam igitur oram maritimam cunctam extendente se oceano, ab uniuersa fugitantes hyemem, & traditos in fabulis Pigmæos admittere oportet. Quod si posterioris ætatis homines Aethiopas ad eos, qui iuxta Aegyptũ habitant solos traduxerunt: sic etiam Pygmæorum sermones nihil ad antiqua pertinent. Etenim Argiuos, & Achæos non cunctos dicimus qui aduersus Ilium expeditionem susceperе, Homerus autem omnes sic appellat. Simile & quod loquor est de bipartitis Aethiopibus, Omnes accipiendi sunt, qui ad oceani oras extenti incolunt, ab oriente usque ad occidentem solem. Nam qui sic appellantur Aethiopes, bipartiti naturaliter sunt sinu arabico, instar fluminis, meridiani circuli partitione non contemnenda, longitudine fermè stadiorum supra quindecim millia, latitudine non multo maiore quàm mille, ubi maxima est. Insuper & longitudini illud adest, istius sinus secessum à Pe Pygmæi.

ἰσθμος. lusiaco mari tribus uel quatuor diebus distare, quod terra ipsa interiacens, id est isthmos continet. Sicut igitur qui eruditiores Asiam ab Africa diuidunt, hunc esse natura commodiorem arbitrantur terminum, utriusq; terræ sinum siue Nilum. Illum nanq; omniformiter ferè à mari ad mare peruenire. Nilum autem multipliciter ab oceano distare, ita ut minime Asiam omnem ab Africa diuidat. Hunc in modũ & ego poëtam ipsum puto omneis meridianas partes hoc ipso sinu per totum terrarũ orbem bipartire iure cogitasse. Quonam enim modo terrã ipsam intermediam, id est isthmon ignoraret? quam ad Aegyptium pelagus ipse facit. etenim

Thebæ. penitus absurdum est, si Ægyptias Thebas planè nouit, quæ à nostro mari paulominus stadijs quinque millibus distant, recessum autem sinus Arabici minime nouerit, neq; mediam ipsius latitudinis tellurem, quæ non plusquam mille stadiorũ latitudinem habet. Multo autem absurdius uidetur, si ab eodem cognito Nilo, qui tantæ regionis idem assecutus est nomen, eius quidem causam non inspiciebat. præcipue uero illud ab Herodoto dictum incidit, Cur regio donum erat fluminis,

ἄδωρ ποταμῶ ἰχάρα. & ob eam causam merito idem assequebatur nomen. Alioquin ex ijs, quæ apud omnes gentes propria habentur, ea notissima sunt, quæ admirationem quandam habent, & in aperto cunctis extant. Tale & Nili incrementum est, & exaggeratio pelagi. Sicut & ad Ægyptum delati, nihil prius de regione ipsa perscrutantur, quàm Nili naturam, cum indigenæ nihil hisce maioreis nouitates ad hospites narrandum habeant, nec ullas rerum suarum illustriores (Nam scrutanti de flumine manifesta fit regio qualis tota sit) Ita & qui longe audiunt, nihil antiquius habent, quàm ut hoc ipsum inquirant. Ad hoc & illud adijcitur, quanto & ipse poëta discendi studio, & peregrinandi cupiditate teneretur. Quarũ rerũ testimonio sunt, tum uitæ suæ scriptores, tum exempla plurima suis de poëmatibus desumpta. Hic igitur ex multis potissimum arguitur, & comprobatur, cum dicenda eloquenter exponat, & admodum uulgata silentio prætereat, ut per epitheta, id est adiectiua dicat. Ægyptios autem & Syros (ad quos noster nunc sermo est) mirari oportet,

Epitheta. quod eo differente, ne suæ quidem gentis, & agri res intelligant, sed & inscitiam hominis incusent, cui obnoxios illos esse ratio ipsa demonstrat. Simpliciter autem non idcirco ignorantiæ signum est, quia non eloquatur aliquis. Nec enim Euripi mutationes, nec Thermopylas, nec alia complura inter Græcos celeberrima commemorat, haud tamen ignorasse dixeris. Quod ijs minime uidetur, qui sponte sua surdas occludũt aures, qui quidem uehementer accusandi ueniunt. Poëta sanè per-

*δυνατὰ. rapida † & incita flumina nuncupat, non † torrentes solum, uerum omnia cõmu-

*χαμάῤῥους. niter, quoniam imbribus aquæ pluuiæ omnia complentur, at (quod cõmune est) excellentioribus peculiare fit. Aliter enim torrentem, aliter perpetuum fluentum

*ἐπίκλυσον. † à Ioue incitatum audires, hic nanq; aliquo modo conduplicatur excessus. Et sicut nonnulli super excesibus excessus sunt, ut illud, Leuiorem † subire umbram. Et

Excessus super excessum. illud, Formidolosiorem lepore Phrygem. Et illud, Ager minorem tellurem habet, quàm epistola Laconica. Sic excessus super excessum concurrit, cur incitus à Ioue Nilus dicitur. nam rapiditas torrentis cætera superat flumina, usqueadeo incitus præcipitatur. At Nilus ipse etiam torrentes excellit in tantam uim magnitudinis, tẽporibusq; repletus. Itaq; quando ipsi poëtæ cognitus illius erat euentus, ut fabulati sumus, etiam de illo tale usurpauit adiectiuũ, quod nec alio quàm diximus pacto accipiendum est. Pluribus autem erumpere ostijs, quia etiam cõmune plurium

est,

*Græce est, ὡς κερόστερον ἔην φῦναι σκιάν. leuiorem subere umbram. Hyperbole est prouerbialis, Suberis enim lignũ

est, propterea mentione dignum nequaquam suspicatus est. Et eo magis quia ad scientes loquebatur, sicut & Alcæus sese in Ægyptum peruenisse profatus. Exaggerationes autem & incrementa, & ex ijs facile possunt intelligi quæ de Pharo tradidit. Is enim de Pharo sua tempora posteritati cõmendans, magis quàm fama communis dixit. Quippe quod à continenti tantum abesset, quantum per diem nauis cursus est, haud sanè falso uulgatum erat, incrementa & exaggerationes tales extitisse, communiter illum audisse crediderim. Ex quibus poëta in unum conferens, insulam plus à terra continenti distetisse, cum Menelaus aderat, quàm tũc suo tempore, fabulamenti gratia longe maius adiecit interuallum. Fabulosæ uero fictiones non ignorantiæ causa fiunt. Signa enim profecto sunt, neque de Proteo scripta siue Pygmæis, neque ipsæ ueneficiorum potestates, neque siquid huius generis tale fingitur à poëtis, haud per locorum ignorantiam, sed per oblectamenta & lætitiam dicuntur. Quonam igitur pacto aquarum expertem, aquas habere dicit?

cauernosum est & leue.

Pharos.

ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν ἐπὶ νῆας ἑίσας
ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσάμενοι μέλαν ὕδωρ.

Odyss. d.

Commodus est portus bene structas unde carinas
Post haustas lymphas ponto induxere natantes.

Sed neque scaturiginem defecisse impossibile, neq; aquationem ex insula fuisse inquit, sed adductionem solam propter portus ipsius uirtutem. Aquam uero ex ulteriore continente haurire facultas erat, profitente quodãmodo per insinuationem poëta, quod non ad ueritatem, sed ad excessum figmentum q; poëticum pelago dixit ambitam. Quando quidem de Menelai errore dicta, locorum illorum ignorantiæ adiumentum uidentur afferre, forte satius, ut in uersibus quæsita exponentes hæc ipsa præcidamus, & de poëta clariorem suscipiamus defensionem. Telemachum regiorum tectorum ornamenta mirantem sic Menelaus alloquitur,

Menelai errores.

ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς
ἠγαγόμην φρένι, καὶ ὀγδοάτῳ ἔτεϊ ἦλθον
κύπρον φοινίκην τε καὶ αἰγυπτίους ἐπαλήθεις
αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ σιδονίους καὶ ἐρεμβούς
καὶ λιβύην.

Odyss. d.

Multa quidem passus, multis q; erroribus actus,
Nauibus octauo ueni peruectus in anno,
Cyprum & Phœnicen Ægyptia pulsus ad arua,
Aethiopas q; uagans, & Sidonios & Erembos
Et Libyen adij.

Quærũt autem quosnam ad Æthiopas nauigans ab Ægypto profectus fuerit, quoniam maria nostra nulli Aethiopes incolunt. Neque per descensus Nili præcipuos, id est catarractas ullus est nauibus transitus, & qui Sidonij sint. non enim illi sunt, qui in Phœnice habitant. Cum enim genus antepositisset, speciem nequaquã addidisset, quiq; Erembi. nouum nanq; est uocabulum. Aristonichus quidem æta noster grammaticus in libris, quos de Menelai errore edidit, complurium uirorum sententias circa omnia ibidem occurrentia capita conscripsit. Sat erit nobis, si longiora præcidentes, eos tantum differemus ex ijs qui eius nauigationem ad Aethiopiam narrant. Nonnulli circunductum per Gades, cursum tenuisse ad Indicam usq; regionem inducunt. Simul errori & tempus accõmodant, cum dicitur,

καταῤῥάκται.

Aristonichus grammaticus.

Ibidem.

ὀγδοάτῳ ἔτεϊ ἦλθον.

Octauo ueni peruectus in anno.

Quidam per isthmum, id est per intermediam terram, & sinum Arabicum. Alij per fossarum aliquam. Circunductus autem cursus minime est necessarius, quem Crates introducit sic impossibile esse. †Etenim Vlyssis error impossibilis. Cæterum ad materiã mathematicam minime utilis, necp ad erroris tempus. Inuitæ nanque moræ, & nauigationis incommoditates eum detinuerunt, cum dicat, quod è nauibus sexagintaquinque reliquæ superfuerant & quidem spontaneæ colligendæ pecuniæ gratia. Loquitur enim Nestor,

*Græce adjicitur negatio. οὐ γὰρ οὐ Δι' ὀδυσσέως πλάνη ἀδύνατον. id est, Neq; enim Vlyssis errores impossibiles.

ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον κὰι χρυσὸν ἀγείρων odyss. γ.
ἤλᾶτο σὺν νηυσί. id est,
Ille ubi permultum cogens censum, haud minus auri,
Nauibus errabat.
κύπρον φοινίκην τε κὰι αἰγυπτίους ἐπαλήθεις. id est, odyss. δ.
Cyprum phœnicemq; Aegyptia pulsus ad arua.

Ipsa quidem nauigatio per isthmum, id est terram intermediam, aut per fossas acta, enarrata quidem, in fabulæ formam audienda erat. Non enarrata autem superuacue & incredibiliter introduceretur uticp. Incredibiliter inquam, quod ante Troiana tempora, ne una quidẽ fossa erat. Qui autem facere conatus est, Sesostrin fuisse aiunt. Cæterum idcirco destitisse, quod maris summitatem sublimiorem esse deprehenderat. Terra etiam ipsa intermedia haud ullo nauigari pacto poterat. Eratosthenes haud rectam in eo facit coniecturam, quod ad columnas ut iretur nondum fracta tellus erat, ut huic interiori continuaretur exterius pelagus, ne cum sublimius esset terram operiret intermediam. Diruptione uero facta humilius esse deprehensum, & Casij & Pelusij agrum ad rubrum uscp mare detexisse. Quam igitur de eruptione ista habemus historiam, quod ante Troiana tempora non extitisset? Fortasis pariter Vlyssem hanc in oceanum enauigasse fecit, diruptione iam peracta, pariter autem Menelaum ad mare rubrũ ab Aegypto classe transisse, diruptione necdum facta. Sed enim & Proteum sic illi dicentem introduxit,

odyss. δ. ἀλλάσ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσι.
Te uero Elysium ad campum, uel ad ultima terræ
Cœlestes mittent.

Quænam igitur, & quod occidentalem hunc extremum locum dicit, adiunctus Zephyrus declarat & ultima terræ,

Ibidem. ἀλλ' ἀεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησι. id est,
Aſt late zephyri stridentia flamina semper
Oceanus fundit.

Hæc ambigui plena sermonis & ænigmatis. Si igitur medium hũc agrum poëta, & confluum quandoq; extitisse tradidisset, quãto maiorem ad id fidem haberemus, bipartitos Æthiopas fuisse, tanti maris interiectione disiunctos? Quæ pecuniarum collectio, & quæstus ab exterioribus & oceanũ colentibus Aethiopibus. Atqui Telemachus regalium ornamentorum magnitudinem admiratur,

Ibidem. χρυσόν τ' ἠλέκτρόν τε καὶ ἀργύρον ἠδ' ἐλέφαντος. id est.
Electri, atque auri, argenti, simul atque elephanti.

Verum nulla horũ præterquam elephanti facultas illis adest. Plurimi enim & in primis

primis Nomades paſtores rerum omnium mediusfidius mendaciſsimi ſunt. Adiacet Arabia uſq; ad Indiam, ex iis ſola ex omnibus altera fœlix uocatur, alteram & ſi talem non nominant, putant tamen, & fœliciſsimam eſſe ſcribunt. Indicam quidem ignorauit Homerus, quam ſi nouiſſet profectò & meminiſſet. Arabia quæ hac tempeſtate fœlix appellatur, illis tẽporibus minime locuples erat, quin & ipſa admodum erat egena, cuius ciuitas fuit hominum in tentoriis degentium, ſcenicorum ſcilicet, pars ipſius rara ferens aromata, unde regio uocabulum conſecuta eſt, quia talium penes nos rerum pondus & rarum & pretioſum eſt. Hac quidem ætate ubertatem habent, & diteſcunt, cum frequens & copioſa mercatura facta ſit. Tũc autem minime credibile ipſorum gratia aromatum, & odoramentorum negotiatori pariter, & camelario †talium rerum facilis copia eſt. Menelao uero principalibus ſpoliis ſimul & regum muneribus opus erat, qui & haberent quod erogarent, & libenter cuperent propter uiri claritatẽ & gloriam. Igitur Ægyptij, Æthiopesq; propinqui, & Arabes nec omnino inopes erant. Nec Atridarum fama illorum aures effugerat, præſertim ob res in bello Troiano magnifice geſtas, ut capeſſendę ab illis utilitatis ſpes oriretur, ſicuti de Agamemnonis thorace fertur,

Arabia.

σκηνιτῶν.

*καμηλίτῃ.

τὸν ποτὲ οἱ κινύρης δῶκε ξεινήιον εἶναι
πεύθεο γὰρ κύπρόν τε μεγαπτόλιός τε.

Iliad. λ.

Quem ſignum hoſpitij Cinyres donauerat olim
Maxima Cypriacas uolitarat gloria in oras.

Maius nanq; erroris ſpatium in Phœnice, Syria, Ægypto, & Africa fuiſſe dicendum eſt, & Cypri locis, & ſummatim per maritimam noſtram & inſulas. Etenim eum ab his munera comparaſſe, & ab inuitis diſcurſando prædas uendicaſſe, potiſſimum ab iis quod Troiani belli ſocij fuerunt, hinc factum eſt. Qui uero exterius & longinqui fuerant Barbari nullam eius generis ſpem oſtentabant. Menelaus igitur in Aethiopiam ueniſſe dicitur, non quod aduſque terminos Aegypti uenerit. forſan enim propinquiores Thebis erant ea tempeſtate termini. Cæterum & qui nunc ad Syenen, & Philas pertinent termini propinqui ſunt, quorum illa quidem ad Aegyptum eſt, Philæ uero Aethiopum & Aegyptiorum cõmune domicilium eſt. Eum igitur ad Thebas profectum licet, uel aduſq; terminos, uel ultra Aethiopas, & eo amplius, quod regali fretus eſſet hoſpitio, haud ullum inconueniens. Sic & Vlyſſes ſe ad Cyclopum terram perueniſſe inquit, è mari ad ſpeluncam uſque profectus. Etenim uſpiam in extremo conſiſtere ait. Et in Aeoliam quidem & ad Leſtrygonas, & aliorſum ubicunq; ſtetit in anchoris, eò permeaſſe differit. Eodem modo Menelaus in Aethiopiam, ſic etiam in Africam, quod alicubi ad ea loca applicuit. Ex quo & Ardaniæ portus ſupra Parætonium Menelaus uocatur. Quod ſi Phœnices & Sidonios inter loquendum, idem eorum metropolin nominat, conſueta utitur figura. Sicut,

Menelai errores.

Syene. Philæ.

Vlyſſis errores.

Ardania. Menelaus portus.

τρῳάς τε κὴ ἕκτωρα νηυσὶ πέλασσε.

Iliad. ν. *abigit, πέμ πασι.

Troas †adit, ſimul & Hectora naui. Et illud,

οὐ γὰρ ἔτ' οἰνῆος μεγαλήτορος ἦεν ἅπασιν,
οὐδ' ἄρ ἔτ' αὐτὸς ἔην. θάνε δὲ ξανθὸς μελέαγρος.

Iliad. β.

Magnanimi nec erat proles tunc Oeneos ulla,
Is nec erat, Meleager obit ſub funere flauus. Et illud,

Iliad. θ.

ἴδην δ' ἵκανον καὶ γάργαρον. id eſt,
Idam adeunt & Gargaron. Et illud,

Iliad.β. οἱ δ' εὔβοιαν ἔχων καὶ χαλκίδα τ' ἠερέτριάντε. id est,
Eubœamq; tenent cum Chalcide Eretriamq;. Et Sappho,
Sappho.ſ.poëtria. ἤτε κύπρος ἢ φάφος ἢ πάνορμος. id est,
Seu te Cyprus habet, ſeu te Paphus, atq; Panormus.

Et præterea loci alij ſuperant. Atqui & cum iam Phœnicis meminiſſet, proprie & Sidonem connumeraſſet. Denuo inquit, quod nonnulli inquirunt, ad connumerandas enim ordine gentes, ſatis erat hunc in modum dixiſſe,

Odyſſ.δ. κύπρον φοινίκην τε καὶ αἰγυπτίους ἐπαλήθεις
αἰθιοπάς θ' ἱκόμην.
Cyprum & Phœnicen, Aegyptia littora oberrans
Aethiopasq; adij.

Vt autem & Sidonios peragraſſe, & eam amplius peregrinationem exprimat, eorum fœlicitatem laudibus manifeſtat, ſiue repeteret ſiue aſſumeret ex artis bonitate ſe bene habere. Et Helenam cum Alexandro hoſpitaliter acceptam ab eius loci hominibus.† Quocirca & Alexandro multa eius generis adſiſtere dicit,

*διότι παρ' ἀλεξάνδρῳ πολλὰ τοιαῦτα ἄπο κέφαλής. id est, Quo circa & apud Alexandrũ multa huius generis recondita refert.

ἧδ' ἔσαν οἱ πέπλοι ποικιλοεργὰ γυναικῶν,
σιδονίων, ἃς αὐτὸς ἀλέξανδρος θεοειδὴς
ἤγαγε σιδονίηθεν ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον. Iliad.ζ.
Veſtis erat uaria, quam perfecere maritæ
Sidoniæ, Sidone uehit quas nauibus ipſe
Pulcher Alexander.

Viam quoque per quam ſubuexit Helenam, & apud Menelaum exponit. Telemachum enim alloquens, ait,

Odyſſ.ο. λώσω τοι κρατῆρα τετυγμένον, ἀργύρεος δὲ
ἔσιν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται
ἔργον ἡφαίστοιο, πόρεν δέ μοι φαίδιμος ἥρως
σιδονίων βασιλεύς, ὅτ' ἐὸς δόμος ἀμφεκάλυψε. id est,
Extructum cratera dabo, eſt argenteus omnis,
Labra micant auro perfecta, eſt Mulciber autor.

*Legeretur rectius, mi ἀντὶ τοῦ μοι, mihi. Mulcibris opera.

Sidonius tribuit rex †nunc clariſsimus heros
Illuc me placida protexerat æde reuerſum.

Ad excellentiam dictum accipere oportet, eſt Mulciber autor. Sicut etiam pulchra opera Mineruæ dictitantur, & gratiarum & muſarum, cum quod homines ipſi ornatiſsimis artibus celebrati eſſent, Homerus craterem laudibus extollens oſtendat, quem Euneus pro Lycaone tradiderat. † ait enim,

*Donauerat rectius. Iliad.ψ. ἐνίκα τῷ κάλλει πᾶσαν ἐπ' ἦμαρ
πολλόν, ἐπεὶ σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες.
Ipſe decor reliquos toto uincebat in orbe,
Sidonij ingenijs uarijs, atquearte crearunt,
Attulerantq; uiri Phœnices.

Erembi. Multus etiam de Erembis factus eſt ſermo. Longe ueriſimilius dixere, qui eos Arabes eſſe putant. noſter autem Zeno hoc modo ſcribit,

αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ σιδονίους ἄραβάς τε.
Aethiopasq; adij cum Sidonijs Arabasq;.

Scripta quidẽ cum peruetuſta ſint, mouenda non ſunt. Satius eſt uocabuli mutationẽ accuſare, quæ per multa & cunctis in gentibus uulgata extitit. Quippe nonnulli uariatis literis ipſum fecere nomen. Optime & in hoc loco dixiſſe uiſus eſt

Poſi

Posidonius, qui ab gentium cognatione et cõmunione ueram nominis rationem, id est etymologiam explicat. Nam Armeniorum, Syrorum, & Arabum natio magnam præ se fert generis coniunctionem, seu linguam, seu uiuendi ritus, siue corporis liniamenta consyderes, cum maxime finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex hisce tribus constituta gentibus, præcipue ex ijs similitudo manifesta est, quod si qua sanè fit trans climata differentia, ea ut plurimum fit inter septentrionales & meridionales populos, & cum ijs inter illos, præcipue qui regionis incolunt terminos medios, sed quod commune est obtinet. Assyrij quidem & Ariani, & Armenij quodammodo pariter se habent, & ad hos & ad se inuicem. Harum uero gentium appellationes inter se quàm similes esse † iretur. Ipsi enim Syri, quos Syros nos ipsi uocamus, Armenios & Arammæos uocant. Huic autem uideri Armenios & Arabas, & Erembos, Græcis fortasse ipsis hoc modo Arabas uocantibus. Simul & ad id uera uocabuli significatione, id est etymologia adiuuante. Quia enim terram subeant, id est antra, multi Troglodytas quasi antricolas, quos suscipientes posteri uulgo per nominis etymologiam apertius Troglodytas dixere. Hi ex Arabibus sunt qui ad alteram sinus Arabici partem uergunt ad Ægyptũ & Æthiopiam, horum meminisse poëtam, & ad eos Menelai profectionem dixisse credibile est, & eo ad Æthiopiam quem dixi modo. Etenim hi quoq; Thebaidi propinqui sunt, si militer non operandi, aut lucrandi gratia nominati. haud enim hoc multum esset, uerum peregrinationis longinquitate & celebritate. Celeberrimũ est nanq; tam remota peragrasse loca. Tale & illud est,

Armenij.
Syri.
Arabes.
Mesopotamia
Ariani.
Arammæi.
κἀκεῖνοι δ' ἂν τὰς τῶν ἐθνῶν τούτων κατονομασίας ἐμφερεῖς ἀλλήλαις εἶεν
Troglodytæ
Peregrinas lustrasse celeberrimum.

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Odyss. α.

Hic hominum multas urbeis uidit, & pectora nouit. Et hoc,

ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς ἦγαγόμην.

Odiss. δ.

Plurima perpessus multisq; erroribus actus.

Hesiodus in catalogo inquit,

ἠ δούεμν ἀραβαιω τὴν ἐρμάων ἀκάκητα
γένατο, ἠ θεονὶν δούεν βήλοιο ἄνακτος. id est,

Arabæus.
Hermaon.

Arabæi puellam quam Hermaon genuit,
Et Beli solio digna puella regis.

†Vt ait Stesichorus. Credendum igitur est, quod ab isto Arabia iam tum nominabatur, Heroum uero annis nondum fortasse. Qui autem Erembos fingunt, proprium unum Æthiopiæ genus, & aliud Cephenorum & tertium Pygmæorũ, & alia innumerabilia, minus credulitatis cõsequerentur, cũ præter hoc quod haud fide digna proferant, quandam poëticæ & historicæ figuræ confusionem demonstrant. Similesq; illis sunt, qui Sidonios in mari Persico, aut alibi ad oceanũ ferant, & Menelai errorem & Phœnicis extra oceanum ponentes. Huius autem incredulitatis causa est non minima, quod sibijpsis dicendo inuicem aduersantur. Quidam enim Phœnicas & Sidonios, qui nobis propinquiores sunt, ex oceano in colonias deductos esse tradunt. Et quia à mari rubro sunt, Phœnices, id est rubros uocatos fuisse adijciunt. Nõnulli illos ab istis esse dicunt. Sunt etiam qui Æthiopiam in nostram Phœnicem traducant, & res de Andromeda gestas, in Iope contigisse aiunt, non quidem per locorum aut rerum, quæ dicuntur ignorantiam, sed fabulæ potius figura. Sicut penes Hesiodum atque alios quæ profert Apollodorus, nesciens profectò quem in modum ista Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad Pon

κοῦνος δὲ καὶ ὁ Στησίχορός φησιν. Ita uero ait & Stesichorus.
Phœnices.
Sidonij.
Andromeda.

tum & Ægyptum apponit inſcitiam cauſatus, quod cum exiſtentia cõmemorare uelit, non tamen exiſtentia commemoraret, ſed non exiſtentia uelut exiſtentia per ignorantiam. Heſiodum nemo utiq; inſcitiæ criminaretur, qui ſemicanes, & longa ferentes capita dicit, & Pygmæos. Hæc enim haud Homeri ſunt fabuloſa fingentis, quorum è numero & iſti exiſtunt Pygmæi. Neque Alcmanis qui digitos interiectos alios pedum digitis ſcribit. Nec Aeſchyli, qui canino capite, & oculatis pectoribus, & monoculos. Quibus in rebus nec ipſis qui pedeſtri ſermone hiſtoriæ formam conſcribunt, mentem in multis adhibebimus, niſi fabulamenta ſeſe conſcribere profiteantur. Nanq; initio ſtatim clarum eſt, eos fabulas ſponte ſua cõtexere, non per rerum ignorantiam, ſed impoſſibilium figmento admirationis & uoluptis gratia. At per ignorantiam putantur, cum maxime & credibiliter talia de occultis & ignoratis per fabulamenta conſcribunt. Cæterum Theopompus inter dicendum ſeſe fabulas in hiſtoriis narraturum confitetur, melius quàm Herodotus, et Cteſias, & Hellanicus, & cęteri, qui res Indiæ literis prodiderunt. Verum de obtingentibus oceano, in fabulæ modum commemoratum eſt. nam de illo coniectura poëtæ facienda eſt. Ab aquarũ enim ſiccitatibus, et alluuionibus de Charybdi fabulas ipſe confecit. Cum tamen illa penitus Homeri fabulatio nequaquam exiſtat, ſed ex iis quæ de freto Siculo ab hiſtoria traduntur ante comparata. Nam cum bis fiat die noctuq; recurſus, ſi ter, ille ſic dixerit,

ἡμίκωνοι. μακροκέφαλοι. σιγανόποδες. κυνοκέφαλοι. μονόφθαλμοι. μονόμματοι.

Theopompus. Herodotus. Cteſias. Hellanicus. Charybdis.

τρὶς μὲν γάρτ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ. Odyſs. μ.

Terq; die reuomit, ter ſorbet deinde refluxus.

Haud per hiſtoriarum ignorantiam hoc fieri ſuſpicandum eſt, ſed per miſeriam ac terrorem quem inter loquendum Circe permultum adiecit auertendi gratia, ut ipſis in uerſibus mendacium miſceret, cum ea dixit hunc in modum,

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ. Ibidem.
δεινὸν μὴ σύγε λεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειε χαρύβδις,
οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό γ' ἔπ' ἐκ κακοῦ οὐδ' ὑποσίχθων. id eſt,

Terq; die reuomit, ter ſorbet deinde refluxus.
Terrificum eſt, ibi ne fueris ſorbente Charybdi,
Te neque ab hac peſte ſeruauerit Ennoſigæus.

Atqui eã in ſorbitionẽ incidit Vlyſſes, nec tamẽ, ut inquit ipſemet, extinctus eſt,

ἦ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
αὐτὰρ ἐγὼ τοτὶ μακρὸν ἐελδόμενος ὕψοσ' ἀερθείς Indidem.
τῷ, προσφὺς ἐχόμην ὡς νυκτερίς. id eſt,

Illa quidem ſalſos ſorbebat ab æquore fluctus.
At ſtego tollebar caprifici in uertice ſummæ,
Cui ſteteram fixus ceu ueſpertilio.

Tolerans inde naufragia, & ab eis rurſus interceptus ſaluus euaſit. Vnde Circe mentita eſt, & ſicut hoc, ſic & illud, Terq; die reuomit, pro bisq; die reuomit, cum huiuſmodi †ſuperlatio ab omnibus uſurpetur. Vnde ter beatos, & ter infœlices dicitant, & poëta ipſe, Ter beati Danai, & ter benigna, ter exorabilis. Et terq; quaterq; beati. Forte aliquis ex loco †ſignum faceret, quod aliquo modo ueritatem ſub uelamine dicat. Ad id enim quod bis in utroq; diei ac noctis tempore fiat refluxus, magis conuenit quàm ad id quod tanto tempore ter demerſa maneant naufragia, tarde uero reiici cum optaret, & aſſidue ramis detineretur,

*Hyperbole. Græcum enim notius. Ter hyperbolice *Coniecturã faceret.

οὐλομένως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ὀζεμέσειεν ὀπίσω Odyſs. μ.

ἰσὸν

ἰσὶν δ' πρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέμοι ἦλθεν
ὀφθαλμῷ τ' ἐπὶ δίφρον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέντα,
δερόων νείκεα πολλὰ δικαζομένων ἀείδων,
δ' πότε δ' ἦμοι δῶρα χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Odyss. μ.

Continue ſpecto remouit dum exæquore retro
Carbaſa uel proram, ſed ſpes tardiſſima uenit,
Quando è conſilio uir cœnæ ad fercula ſurgit,
Atq; fori lites diudicat ordine multas,
Tempore in hoc reſonans mihi pandit dona Charybdis.

Cuncta hęc notabilis cuiuſdã temporis indiciũ exhibent, præſertim cũ ueſperã intendiſſe, ne cõmuniter quidẽ inquit, Quando iudex exurgit, ſed, quando lites multas diudicat, ut ita uel longiorẽ quandam moram protrahat. Alioquin haud credibilem naufragio liberationẽ ſubieciſſet, ſi prius quãm extraheretur, confeſtim multo retro refluxus ipſe recideret. Reprehendit autem Apollodorus Callimachum aſſentiens Eratoſtheni, quoniam licet eſſet grãmaticus ultra Homericam materiam, & exteriorem per oceani locos curſum circa quem errorem aſſerit, Caunum nominat, & Corcyrã. Quod ſi nullibi quidem error extitit, quin totum Homeri figmentum eſt, recte fit increpatio. Sin autem extitit uerum alia circum loca, confeſtim illa dicenda ſunt, & illius corrigenda eſt ignorantia. Totum autem eſſe figmentum nequaquam ueriſimile dicitur, quemadmodum oſtendimus. Nec aliorum locorum prout maior demonſtratorum eſt fides. Et à criminatione liberari Callimachus poſſet. Nec enim probe Scepſius Demetrius, qui quorũdam Apollodoro delictorum cauſa extitit aduerſus Cyzicenum Neanthem, ambitioſe contradicens. Neanthes enim dixerat, quod Argonautæ ad Phaſin nauigantes, Homeri et cæterorum dictis ſuper nauigatione concordans, Ideæ matris ſacra apud Cyzicum collocarant in ea regione principem, nequaquam uero exploratam Iaſonis peregrinationem ad Phaſin Homerum habuiſſe, hoc nõ modo cantatis ab Homero, ſed etiam ſuũpſius dictis repugnat. Homerus enim Achillem, & Lesbum, & alia loca populatum, à Lemno cæterisq; propinquis inſulis ſeſe continuiſſe dicit propter Iaſonis eiusq; filij Eunæi cognationem, ea tempeſtate inſulæ imperium obtinentis. Quonam igitur pacto id poëta quidem ſciuit, quod uel genere uel gente, uel uicinitate, uel quouis modo neceſſarij fuerant & Achilles & Iaſon, & non aliunde ſanè, niſi quod ambos Theſſalos fuiſſe contigerat. Hunc quidem ex Iolco, Achillem uero è Phthia Achiua. Id autem ignorabat unde eueniſſet Iaſoni Theſſalo, & Iolcio exiſtenti, quod is ſibi in natali ſolo ſucceſſorem & hæredem neminem reliquiſſet. Filium uero in Lemni ditione conſtituiſſet. Peliamq; & Peliæ filias, & earum præſtantiſſimam Alceſtem, eiusq; filium nouerat Eumelum,

Demetrius Scepſius.
Neanthes Cyzicenus.
Argonautæ.
Eunæus Iaſonis filius.
Alceſtis.
Eumelus.
Iliad. β.

ὃν τέκε δῖα γυναικῶν,
ἄλκηστις πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

Quem parit Admeto matrona Alceſtis honora,
Quæ Peliæ natas forma ſuperauerat omneis.

At Iaſonis caſus & Argo, & Argonautas uulgo manifeſtos, ne audierat quidẽ, Aetæ uero nauigationem per oceanum fingebat nullum ab hiſtoria captans exordium. Nam quod nauigatio ad Phaſin primum (ut omnes aſſerunt) fidem habet mittente Pelia, & reditus ipſe, & inter nauigandũ, quod inſulas occuparit, & quod ſicut Vlyſſi ac Menelao amplius mediusfidius factus eſt error, hac etiam monſtra-

Aea urbs. Aeeta. tur & creditur ætate, & ex Homeri carmine. Etenim Aea circa Phasin urbs ostendi tur, & regionis Colchidis imperiũ Æeta tenuisse creditur. Et indigenis hoc ipsum gentile nomen illic est. Et Medeam ueneficam extitisse memoriæ traditur. Et regionis eius opes, & auri & argenti, & ferri metallis, iustam quandam in ea loca expeditionis subaltegant occasionem, quo Phrixum antea per mare trãsmisisse ferunt, & amborum militiæ monumenta extant. Phrixium enim in Colchidis, & Iberię confinibus est, & Iasonia multis in locis, & Armeniæ, & Mediæ finitimis ostentantur. Atqui & circa Sinopen, eiusq; maritimam oram & Propontidem, & Hellespontum, usq; Lemnum, complura rerum ab Iasone ac Phrixo ea in militia gestarum feruntur indicia. Colchorumq; Iasonem insectantium usq; in Cretam, & Italiam & Adriam. Quorum nonnulla quoq; designat Callimachus,

Phrixium. Iasonia. Iasonis nauigationes.

Callimachus. ἀιγλήτιν ἀνάφην τε λακωνίδι γείτονα θήρη.

Tunc quidem Ægletem linquens & Anaphen uicinas Lacedæmoni There.

Et inchoans,

ὡς ἥρωες ἀπ' αἰήταο λυτοίου
αὖτις ἐς ἀρχαίαν ἔπλεον ἁρμονίην. id est,

Et ab Æta Cytæo rursus
Ad antiquam semidei Harmoniam nauigarunt. Et hoc de Colchis,

οἱ μὲν ἐπ' ἰλλυριοῖο πόρον χάσαντες ἐρετμὰ
λᾶαι παρὰ ξανθῆς ἁρμονίης ὄφι⊙
ἄσυρον ἐκτίσαωθ', ὃ μὲν φυγάδεσσι τίς ἤισπου
γραικὸς, ἀτὰρ λείνην γλῶσσ' ὀνόμηνε πόλας. id est,

Hi in traiectu Illyrico amissis remigijs
Apud flauæ Armeniæ † anguem
Astyrum oppidum condiderunt, quod quidem cum è profugis quidam
Græcus asseruisset, ast eorum lingua Polas appellauit.

* Anguem Astyron. Polæ urbs.

Ister. Quidam maximam Istri partem Iasonem annauigasse cõmemorant, Aliqui autem usq; ad sinum Adriaticũ, quidam sanè per locorũ inscitiam, alij per fluuium Istrũ dicũt, qui à magno inchoans Istro effunditur in Adriam. Hæc probabiliter, ac non incredibiliter dicta sunt. Poëta igitur tales nactus occasiones quædam historicis cõuenientia, minimeq; discrepãtia dicit, in his etiam seruato more suo, & communi fabulas immiscet. Minime autem discrepat, cum Ætam nominatim explicat. Et Iasonẽ & Argo dicit, & præter Æetem effingit, & Euneum in Lemno constituit. Et Achilli dilectam facit insulam. Et præter Medeam Circen ueneficam,

Circe. Odyss. κ. αὐτοκασιγνήτην ὀλοόφρονα Αἰήταο. id est,

(Sororem pernicioſi Aeetæ) facit.

Adijcit uero fabulose extra per Oceanum occurrẽtes errores, ea in nauigatione cum suppositis istis illud apte dicatur,

Odyss. μ. ἀργὼ πασι μέλουσα

Argo. Curæ existens omnibus Argo.

Perinde ac cognitis in locis ac populosis nauigatione futura. Quod si quemadmodum Scepsius inquit, Mimnermum testem accipiens, domicilium Aeetæ in oceanum ad orientem faceret, exterius Iasonem missum à Pelia esse, & pellem reportasse, nulla ratione credibiliter ea ad pellem transmissio diceretur ad ignotos obscurosq; locos, nec ipsa nauigatio per deserta & inculta peregrinans usqueadeo gloriosa, & omnibus curiosa fuisset.

Mimnermus Elegiarũ scriptor, aut Suida, cuius hæc quoq; sunt citata carmina.

οὐδ'

ἐκ δ' ὁπόταν μετὰ λαῶς ἀνὴγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδὸν
ὕβρεις τε πελίη τελέων χαλεπῆρός τ' ἄεθλος,
οὐ δ' ἄρ ἐπ' ὠκεανὸν καλὸν ἴκοντο ῥόον. id est,

Nec uero ad pellem quo tempore ſcandit Iaſon,
Mœſtum † de terris ipſe profectus iter,
Triſtia crudeli Peliæ certamina patrans,
Oceani refluas tum petiſſet aquas. Et illud,

† Niſi ἐξ Αἴης. i. ex Aea urbe, intelligas.

αὐτάρ ὁ πόλιν, τόθι τ' ὠκέως ἠελίοιο
ἀκτῖνες χρυσείῳ λέαται ἐν θαλάμῳ
ὠκεανόν τε παρὰ χείλεσ' ἴν' ὄχεα θεῶν Ἰήσων.

Tunc radijs alte ſol ſplendidus actus in urbem,
Aeetæ auratis emicat in thalamis,
Littore ab oceani diuus ueniebat Iaſon.

Neq; probe illud Eratoſtenes, quod de hominibus nulla dignis memoria amplius mentionem facit. Quorum nonnulla redarguit, nonnulla credit, & teſtes illos uſurpat, ſicut Damaſten, & alios generis eiuſdem. Quoniam & ſi quid ueri prędicant, non in eo teſtibus illis uti oportet, nec ob eam cauſam fides eſt eis habenda. At dignis & grauibus tantummodo uiris ſic utendum eſt, qui quidem permulta bene diſſeruerunt, multa uero omiſere, uel non ſatis plene explicuere. Nec uero falſo teſte utitur Damaſtæ, nec quicquam differt, ſi teſtem uocaret Bergæum uel Meſſenium Euhemerum, & reliquos quos ille nominat, eorum ambages accuſans. Ipſe horum unum deliramentum commemorat, quod Arabicum ſinum lacum eſſe cenſent. Diotimum quoq; Strombichi filium legationes Athenioſium enarrantem è Cilicia per Cydnum in Choaſpen flumen adnauigaſſe, qui præter Suſa defluit, & quadrageſimo demũ die ad Suſa perueniſſe. Hæc ſibi narraſſe Diotimum. Inde miratur ſi poſſibile fuit, Cydnũ interciſo Euphrate atq; Tigri in Choaſpen irrumpere. Aliquis non modo hoc annotauerit, ſed & alia, quod de locis ſua nondum ætate cognitis ſingula exquiſita digeſte eſſe dicat, iubensq; ne leuiter quibuſcunq; fidem adhibeamus, & cauſas pluribus reddens, propter quas haud ita nobis fides præſtanda quibuſuis ſit. Sicuti de Ponto, & de Adria, ipſe tamen neſcio quibus credidit. Igitur Iſſicum ſinũ longe magis ad orientem expoſitũ quàm mare noſtrum putauit, ſignum, cum orienti uicinior tribus fermè ſtadiorũ millibus ſit, quàm Dyoſcurias, quę in receſſu Ponti eſt. & ſecundũ ipſum, ex ſtadiorum menſura, quam de Adria dicit & ſeptentrionalia et alia nominatim loca extrema exponens, à nulla temperat fabulatione, fidem quoq; præterea habuit de exterioribus columnis Herculis pluribus fabulamentis, & inſulam Cernen, & alia nominans loca, quæ hiſce temporibus nuſquam monſtrantur, de quibus memoriam poſtea faciemus. Vetuſtiſſimos inquit aut piraticam, aut mercaturam exercentes eò nauigaſſe, non in pelagus quidem egreſſos, ſed Iaſonis modo præter litora permeaſſe. Qui quidem in Mediam uſq; & Armeniam & Colchos nauibus omiſſis bellum intulerit. Poſtremo dictitat antiquis temporibus neminem aut mare Euxinũ, aut præter Libyam, Syriam, Ciliciam nauigijs adire auſum. Quod ſi antiquos eos dicit, qui noſtram ante fuere memoriam, de illis, ſeu nauigarint ſeu non, nulla mihi ſanè cura eſt. Sin eos inquit, qui memoriæ produntur, nullus eloqui ſane torpeſceret aut uereretur, quod ueteres & maritima, & terreſtria longinquius emenſi

Diotimus.
Choaſpes fluuius.
Suſa.
Cydnus fluuius.
Iſſicus ſinus.
Dyoſcurias.
Cerne.

fuerint itinera quàm posteriores uideantur, si animos ad ea quæ de illis posteritati scriptis commendata sunt adhibuerimus, sicuti Liber pater, Hercules, & Iason ipse quidẽ. Illi etiam de quibus poëta cecinit, Vlysses, Menelaus, Theseus, Perithous, qui longinquas subiere militias, ut fama fert, ut immortalia de se monumenta relinquerent, ut etiam ad inferos usq; penetrarent. Castorem & Pollucem maris curam suscepisse, & nauigantium saluti præesse, Minoëm maris imperium tenuisse, Phœnicum item nauigationem, qui etiam extra columnas Herculeas egressi fuere, & ibi urbes condidere, & ad mediterranea Africę oramq; maritimam paulo post Troiana tempora, Æneam, & Anthenorem, & Henetos, et simpliciter omnes, qui è Troiano bello in uniuersum terrarum orbem pererrarunt, dignum est nequaquam inter uetustos homines recenseri. Cum autem Græci, similiter & barbari ob longiora militiæ tempora domestica bona & facultates bello partas amisissent, obuenit utriq; ut euerso Ilio uictores per egestatem ad latrocinandum uerterentur, & uicti bello superstites multo magis, à quibus & oppida plurima condita per omnia litora extra Græciam feruntur, & ad nonnullos mediterraneæ locos. Ipse autem elocutus quouscq; habitabilis ad cognitionem post Alexandrum, & eius ætatem perlata sit, ad faciendum iam de forma sermonem transijt, non tantum de ipsa dico habitabili, quod quidem de illa sermoni proprium magis esset, sed uniuersa de terra. Huius autem facienda quoq; est memoria, modo ne præter ordinem. Profatus itaq; quod tota rotunda existat, non quidem ut tornatilis, cum inæqualitates quasdam habeat, inducit, quod globi illius particulares sint transfigurationes, quæ aquis & igne & terræ motibus, & exhalationibus, & alijs generis eiusdem contingunt, neque hac in parte rerum seruans ordinem. Nanq; rotunditas †totam terram ab ipsa totius uertigine prouenit, tales uero transformationes totam minime terram permutãt. Etenim in magnis quæ sic parua sunt euanescunt, alias uero atq; alias terræ dispositiones efficiunt, aliasq; ac alias propinquas habent causas. Præcipuam uero quæstionem præbuisse dicit, quonam modo fiat, ut duobus tribusq; stad. millibus longe à mari intra mediterraneam frequentibus in locis concharum & ostreorum & cheramydum magna cernatur multitudo & salsi lacus, sicut circa templum Ammonis, & uiam qua itur ad illud, trium millium stadiorum esse dicunt. Permultam enim ostreorum effusionem extare, non parum etiam hac tempestate salis inueniri, maris præterea exhalationes in sublime reijci. Prope ipsum etiam maritimarum fragmenta nauium ostentari quæ hiantibus terris scaturiuisse tradunt. Super columellas incubare delphinas, hanc inscriptionem habentes Cyrenensium spectatorum. Hæc effatus Stratonis physici commendat opinionem & Xanthi Lydi, qui regnante Artaxerxe ingentem adeo fuisse siccitatem ait, ut flumina lacus putei defecerint. Eumq; ipsum multis in locis à mari longinquius, uidisse lapidibus inhærentes conchulas, pectines & testarum formas, salsumq; lacum in Armenijs & in Mattienis, & in inferiore Phrygia, quas ob causas persuasum habere campos illos mare aliquando fuisse. Strato autem causas & rationes magis attingit, quoniam existimare se dixit, Euxinum initio ad Byzantiũ, os nequaquam habere. Flumina uero in ipsum irrumpentia uiolenter aperuisse, deinde aquas in Propontidem & Hellespontum excidisse, idemq; in nostro eueniisse mari. Ibi enim ad columnas cum mare amnibus impleretur effractũ esse transitum. †E quorum effluentia, quæ cœnosa prius fuerant patefacta sunt loca. Causam uero affert,

Castor. Pollux.
Minos. Phœnices.
†per
Cheramydes paulopost interpretatur testas.
Siccitas prodigiosa.
ἄλματα ἀπ' ἄλλων ἔκρυσιν.

Primum

Primum quidem quod exterioris & interioris maris aliud fundum,& alia ſedes ima eſt. Deinde quia uitta quædã ſub aquis,ex Europa in Africam protenditur, quaſi antea interius & exterius mare unum eſſet,& fundum eſſe in Ponto breuiſsimum, Creticum uero & Siculum & Sardoum pelagus profundum eſſe uehementer. Amnibus enim plurimis,& maximis à ſeptentrione & oriente labentibus,illa limo repleri,& alia profunda manere. Quocirca Ponticum mare dulciſsimũ eſſe, fluere uero ad locos,ubi magis fundum inclinatur. Videri & Pontum ipſum humum altiorem tollere poſſe poſterius,ſi tales permaneant influentiæ. Nam & ſiniſtras ponti partes nunc cœno increſcere, Salmideſſum uidelicet, & ea quæ nautæ uocant pectora ad Iſtrum & Scytharũ deſerta. Vtique & ipſum Ammonis templum ſuperioribus annis mari propinquum ob effluentiam hoc tempore in mediterraneam iacere. Ipſum etiam oraculum cum mare uicinum eſſet,eò celebritatis & notitiæ peruenisſe iure quidem ſuſpicatur. Tantamq; loci à mari diſiunctionem haud ſanè nominis claritatem & gloriam ueriſimiliter hac ætate poſſe facere. Aegyptum etiam priſcis temporibus ad Peluſias uſque paludes, & montem Caſium lacumq; Sarbonidem maris inundationibus opertam fuiſſe. Nunc quoque dum per Ægyptum huiuſmodi effoditur ſalſedo,etiam ſub arena ſalſa refertæ conchilijs foueæ reperiuntur,perinde ac agro maris aquis inundato. Locus etiam omnis ad Caſium & ad † ſcuta (ſic enim appellant) paluſtrem limum habebat,ut maris rubri ſummum attingeret. Mari autem cedente detectum extitiſſe,& lacum Sarbonidem manſiſſe. Inde & hunc effractum & paluſtrem factum. Similiter & ſalſi lacus ripas,maris magis quàm fluminis uideri. Idcirco magnam cõtinentis partem quibuſdam temporibus inundatam,& rurſus detectam extitiſſe concederes. Eundem in modum † inæquale profundum terram nunc totam eſſe ſub mari. Sicut medius fidius & quæ emerſit quam incolimus,quæ tot permutationes admittit,quot uerbis proſecutus eſt Eratoſthenes. Eas ob res aduerſus Xanthi dicta nihil abſurdum profecto proferas. In Stratonem autem dici poteſt,quod cum multæ cauſæ adſint, illis omiſsis,quæ non ſunt,criminatur. Primam etenim,inquit,cauſam,quod exterioris & interioris maris non idem pauimentum ac fundũ eſt. Ad hoc enim quod altius tollitur,aut in ima declinat,aut aliquos inundat locos,& ab illis refugit,hanc ipſam minime cauſam eſſe. Alia uero & alia eſſe pauimenta,& hæc quidem eſſe humiliora,hæc autem eminentiora. Verum ipſa quoq; pauimenta nunc quidem in ſublime ſcandere,nunc autem in ima eſſe deducta,ſimulq; & pelagus tollere & inclinare. Altius quidem elatum inundare,preſsius uero in priſtinum recurrere ſtatum,quod ſi ſic eſt,opus erit repentino maris incremento inundationem euenire, ſicut creſcentibus undis,& fluuiorum aſcenſibus interdum altera ex parte aqua infertur, interdum rurſus exaugetur. Neq; uero incrementa aggerata & repentina fiunt,nec inundationes tempore tanto permanent,nec inordinatæ ſunt,nec in alterum inundant mare,nec ubi euentus tulit. Reliquũ igitur eſt,ut in pauimento cauſa ponatur,aut in eo quod mari ſubiectum eſt,aut quod inundat,imò in eo uero quod ſub undis eſt. Humidũ nanq; ualde mobilius eſt,& permutationes celerius ſuſcipere poteſt. Etenim horum omnium cauſa ſpirabilitas eſt,hoc magis in loco, uerum(ut dixi)hinc talia fiunt accidentia,quod fundum & ipſa pauimenta interdum extolluntur,interdum reſident,non autem quod aliqua ſublimia ſint,aliqua uero minus. Is autem aſſumit hoc,cum id mari obuenire putat,quod & fluuijs ac-

Creticũ mare.
Siculũ mare.
Sardoũ mare.
Ponticũ mare.
Salmideſſum.
Ammonis templum.
Pectora πλοῖα.
Caſius mons.
Sarbonis lacus.
Scuta, σκέπα.
*inæqualẽ ſundo terram.leg.

cidit, quod ab altis locis fluentia sint. haud enim fluxionis ad Byzantiũ causam di
ceret è fundo esse, quod Euxini alueum altiorem esse dicat, quàm uel in Proponti-
de, uel in reliquo deinceps pelago simul & causam apponens. Nam ex limo è flu-
minibus delato fundũ repleri ac breuius fieri, quamobrem ad exteriora elabi. Ean-
dem uero rationem in mare nostrum uniuersum traducit ad exterius, ut hoc altio-
ra efficiat fundamẽta, quàm quæ Atlantico subiecta sunt pelago. Etenim hoc quo-
que ex pluribus impletur amnibus, & defæcationẽ limi pro sua quantitate decolan
Calpe. di suscipit. Irrumpentem igitur per columnas & Calpen fluxum ei qui ad Byzan-
tium est, similem fieri opus erat, at istud quidẽ omitto. Etenim hoc ibidem cõtinge
re decet. Distrahi uero circa æstuaria & inundationes & occultari. Istud interrogo
quidnam prohiberet priusquàm Byzantios aperiretur, cum Euxini fundum Pro
Euxinus. pontide, & reliquo deinceps mari sit humilius, fluminibus impleri, seu mare fuis-
set antea, seu Mæotidis palus amplior. Nam si hoc concedatur, & illud interroga-
bo, Num illius & Propontidis superficies aquæ non ita se habebat, ut quoadusq;
ea erat ad effundendũ nequaquã impelleretur propter aduersam ex æquo resisten-
tiam & oppressionem. Postea uero quàm internum mare superabundauit, quod
uberius erat, euidentius fluxũ repulit. Qua ex re interius & exterius in unũ cõfluxe
re pelagus, & eandẽ cum illo mari faciem accepere, siue marina siue palustris prius
erat: postea uero marina facta propter permixtionem & inualescentiã. Si enim hoc
dabunt, fluxus qui nunc est haud sanè impediretur, non à superiore fundo, neque
decliui, quod ratus est Strato. Ista uero & ad nostrũ mare totũ & ad exterius trans-
ferre non in fundis, aut eorum inundationibus effluentiæ causam ponentes, sed in
fluminibus ipsis. Quando quidẽ non incredibile & secundũ eos etiam, & si totum
mare nostrũ antea paludem fuisse contingeret, quod à fluuijs impletum superun-
dans, per angustias columnarũ excideret, quasi per cataracten assidue crescens &
magis in unum confluens mare effectũ temporis diuturnitate, & unam in faciem
concurrisse, ac propter inualescentem potentiã in marinas euasisse aquas. Non au-
tem omnino naturale fluuijs cõparare pelagus. Illi enim per decliua allabendo fe-
runtur, hoc uero in decliue perstat, freta uero intra terras agitantur alio quodã mo-
do, non secundum limi ex fluminibus prolapsum altitudinem pelagi reddentem.
Pectora Istri. Nanq; aggeratio circa ipsa fluuiorum ostia consistit. Sicut in Istro ea quæ pecto-
ra dicuntur, & in Scytharum solitudine & in Salmydesso, alijs etiam ad hoc torren
tibus opem afferentibus. Ad Phasin uero Colchicũ litus est arenosum & depres-
sum ac molle. Ad Termodontem autem & ad Irin tota Themiscyra totusq; cam-
pus Amazonum, & maior Sidenæ pars. Sic enim & in alijs. Omnes nanq; Nilum
imitãtur ante ipsos meatũ existentem in terrã continentẽ redigentes, nõnulli plus,
nonnulli minus. Minus quidem qui non multum deferunt limum, plus uero qui
Pyramus tor- permultũ & mollem transeunt agrũ, torrentesq; plurimos accipiunt. A quibus est
rens. Pyramus, qui magnam Ciliciæ partem adiecit, de quo tale est editum oraculum,

Oraculum. ἔσεται εὐσμῳόις ὅτε πύραμος εὐρυοδίνης
πίόνα προχέων ἱερὸν ἐς κύπρον ἵκηται. id est,

Tunc erit undisonus late cum Pyramus olim
Littora perfundens Cyprum labeturin almam.

In medijs enim Cataoniæ campis nauigabilis delatus, & per angustias Tau-
ri in Ciliciam elabens ad oppositum huic & Cypro transitum erumpit. Ne autem

delata

delata à fluminibus terra in pelagus deueniat, causa est, quia mare natura ipsa refluens eam reuerberat. animantibus enim simile est, ac sicut illæ spiritum assidue admittunt & remittunt, sic mare semper in se, & ex se recurrenti quadam agitatione mouetur. Id autem præstanti in litore indicat fluctuatio. pariter enim pedes alluũtur, & nudantur, & rursus alluuntur, & istud assidue, & fluctui superincurrit quoque unda, & si tranquillũ sit uim quandam maiorem habet, ut omnia aliena eiiciat in terram. Magnum indicium est,

Mare animanti simile.

πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλαδε φύκος ἔχευε. id est, *Iliad. 1.*

E mari alga permulta in littus proiecta.

Hoc magis spirante uento contingit. Cæterum & in malitia & terrestribus flatibus. Nihil enim minus fluctus ipse in terram fertur cõtra reflante uento, sicuti proprio quodam maris motu cum eo pariter agitato. Tale & istud est,

ἀμφὶ δὲ τ' ἄκρας,
κυρτὸν ὑὸν πορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἀχνὸν. id est, *Iliad. 4.*

Fluctus in extremis curuans attollitur altus,
Sordentemq; uomit spumam. Et illud,

κῦμα βοάωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω. id est,

Littora iam reboant, foras eructatur aquæ uis.

Igitur ipse undarum impetus ad aliena propulsanda uim quandam habet, & hanc maris purgationem quampiam esse ferunt, per quam & cadauera, & naufragia unda expellente ad terras extruduntur. Nec ipsa tantam uim habet reuersio, ut uel defunctum corpus uel lignum, uel † suber à fluctu reiiciatur terram. Sic & uicina mari loca subter captante unda ruunt in pelagus. Sic & in terram & turbulentam secum aquam exundare contingit, & adiuuante simul pondere, priusquam ultra in pelagus erumpat onus ad terram inferius defertur. Nam & fluminis uis ipsa quiescit, cum ab ore paulisper fuerit egressa. Hunc igitur in modũ possibile fit ut pelagus omne ab ipsis inchoans litoribus cœnum obducat, si assidui amnes affluant. Id obueniret utiq; si pontum Sardonico pelago profundiorem esse suppo- fuerimus, quod supermensurata mille passibus profundissimum esse aiunt, ut author est Posidonius. Talem igitur causarum ratiocinationẽ aliquis minus admitteret. Ex manifestioribus & quotidie quodãmodo perspectis potius applicandus est sermo. Nam diluuia & terrarum motus, & exhalationes & tumescentiæ mersæ mari telluris, sublime tollunt mare, subsidentiæ autem humile reddũt. Haud enim laminę fluitantes quidem, aut pusillæ quædam insulæ sursum ferri ualent, magnæ uero nequaquam, neq; insulæ quidem, continentes autem terræ minime. Similiter & cõmixtiones & paruæ & magnæ fiant. Siquidem locorum hiatus & absorbitiones domiciliorum, quemadmodum Buræ & Bizonæ aliarumq; plurium ex terræ motu factas fuisse perhibent. Et Siciliam nihil magis quàm abscisum ab Italia fragmentũ esse putaret aliquis, uel ab Aetnæ incendio, è fundo reiectam coniunctam permansisse. Sicut etiam Liparæorum insulas atq; Pithecusas. Is uero adeo †iocundus est, ut cum mathematicus non sit nec Archimedis opinionem confirmet. Ille enim in libro de ijs quæ uehũtur ait (φὴ πρὸς τοὺς περὶ τῶν ὀχουμένων) Cuiuslibet humidi modo constet, & permaneat superficiem esse rotundam & sphæricã, cum sphæra idem cum terra centrũ habeat. Hanc omnes admittunt opinionẽ, qui mathematica modo aliquo attigerunt. Ille uero mare interius, & si unũ sit (ut asserit) sub una superficie constructum esse non æstimat, sed nec etiam propinquis in locis. Et talis insci-

Maris impetus.

**Leuissimum suber, Græce est.*

Pontus. Sardoũ mare.

Laminæ fluitãtes, μύδροι.

Bura. Bizona. Sicilia. Liparæ insulæ. Pithecusæ.

**Iocũdus, græce est ἠθικὸς, quod stupidus uel morosus hic interpretari cõueniebat. sic enim fatuũ & stolidũ ple-*

runq; appellari, author Suidas.

tiæ teſtes facit nõnullos architectos, cum Mathematici architectonicã portionem eſſe quandam Mathematicæ declarent. Ait enim & Demetriũ iſthmum Peloponneſiacum perfringere conatum, ut claſsibus nauigationis tranſitum præberet, ab architectis autem prohibitũ, qui cum metarentur, renuntiauerunt ſinus Corinthi mare altius eſſe, quàm quod ad Cenchrias eſſet. Itaq; intermediũ ſi incideret locũ, uniuerſum ad Æginam tranſitũ, cum ipſa pariter Ægina & proximas inſulas demerſum iri. Nec ipſum nauigationis utilem fore meatum ob eam rationem, quod inſtar Euripi omnes fluxiles forent. Præſertim uero quia Siculũ fretum eſt, quod eadem cum oceani æſtuarijs pati dicitur. Quolibet enim die ac nocte bis fluxum alternat, ſicuti & oceanus bis inundat, totieſq; recidit. Itaq; & inundatio Tyrrheni maris in Siculum delata confitendũ eſt, quod ex altiore ſuperficie deſcendens nominatur. Ei rei adſtipulatur id quod etiam eodem tempore incipit & quieſcit, quo ipſæ inundationes. Incipit enim circa exorientẽ lunam & occidentẽ, deſinit autem cũ uticq; cæli medio & ſuper terrã & ſubter terrã adiungitur, & decreſcentiæ quidẽ contrariũ exeuntem uocari, utriſq; per cælũ mediis ſitibus lunæ incipientem, ſicuti ipſæ excreſcentiæ, inundantiæ uero coniunctionibus ad ortũ & occaſum deſinentem. De fluxibus ſanè & refluxibus Poſidonius, & Athenodorus ſatis cõmode locuti ſunt. At uero de fluxibus & refluxibus circa freta, qui ipſi quoq; maiorẽ præſenti materia naturæ rationem habent, tantũ dixiſſe ſufficiat. nam quod ea fluxilia ſint, non unus ſpecialis eſt modus. Nõ enim Siculũ fretũ bis die et nocte (ut ille inquit) alternat, Calchidicum uero ſepties, Byzantiũ autem neq; permutat, ſed duntaxat excurſionem tantũ perdurat eam, abiens è Pontico pelago in Propontidem, ut uero tradit Hipparchus, & manſiones quandoq; faciebat. Nec ſi unus quidẽ modus eſſet habere poſſet cauſam, quam dicit Eratoſthenes, utrobicq; mare aliam atq; aliam ſuperficiem habet. Hoc enim in fluuijs quoq; minime fieret, niſi cataractas haberẽt. Quod ſi habeant quidẽ curſum haud retro flectunt, ſed ad ima ſemper deferuntur. Id uero cõtingit quod decliuis eſt, & fluxus & eius ſuperficies. Quis autem pelagi decliuem diceret eſſe ſuperficiem? Maximeq; ſecundũ materiam quærotunda facit illa quatuor corpora, quæ uocamus elementa. Adeo ut nedum non refluant, ſed neq; conſiſtant quidẽ, neq; permaneant, cum in ipſis ſit confluxus, nec una ſuperficies, ſed una quidem altior, alia uero humilior. Non enim ſicut terra ſecundum habitũ ſtabilis formata eſt, adeo ut permanẽtes concauitates & ſuſtentacula habeat, ſic & aqua, ſed ipſa ponderis inclinatione uecturam facit in terra, & talem accipit ſuperficiem, qualem refert Archimedes. Ad dicta uero de Ammone & Ægypto adijcit, ut æſtimet Caſium montem & locum omnem mari demergi, ubi nunc ſunt etiam quæ Scuta uocantur, & paluſtria eſſe cuncta rubri maris ſinui cõtigua, coëunte uero mari detegi. Paluſtrem autem locum dictũ eſſe rubri maris ſinui contiguũ, ambiguum eſt. Quoniam †eſſe contiguũ ſignificat, & prope eſſe & contingere, ut ſi aquæ forent, alterum cum altero confluerent. Ego quidem igitur ita accipio contigua fuiſſe paluſtria mari rubro, donec columnarũ obice adhuc fuerant occluſa, quibus abſciſsis ſeceſsionem extitiſſe, mari noſtro propter columnarum effluentiam depreſſo. Hipparchus autem capiens contiguũ idem eſſe quod unà confluere mare noſtrũ cũ rubro, ,ppter expletionẽ, cauſam affert, quidnam igitur noſtrũ mare quod illuc tranſmittebat, nunquid per columnarũ effluentiam in mare rubrum tranſmittit, cum quo prius cõfluebat, & in eadem ſuperficie haud

Siculi freti fluxus.

Aequorum fluxus.

Elementa.

†συνάπτειν.

humi

humilius factū permanſit? Nam ſecundū ipſum Eratoſthenem exterius mare uniuerſum unà cōfluum eſſe, adeo ut Hiſpanū mare atq; rubrum foret unum. Quod quidem elocutus, id quod ſequitur infert, eandem ſcilicet & exterius mare & rubrū altitudinem habere. Itaq; quod ibidem eſt, cōfluum eſſe. Sed hoc dixiſſe negat Eratoſthenes, in unum confluere per expletionem ad mare rubrum, ſed prope eſſe tantum, nec ſequitur, quod unū & continuum mare eandem altitudinem & eandem ſuperficiem habeat. Sicut & quod penes nos eſt, & mediusfidius quod eſt ad Lechæum, & quod ad Cenchras. Quod & Hipparchus ipſe in libello ad eum ſcripto ſignificat. Eius itaq; talem opinionem nequaquā ignorans quicquid dicat ad illū, neq; id apparatus ſuſcipiat, quippe qui exterius mare unū dixit, unam quoq; illius eſſe ſuperficiem confiteatur. Mendacem uero inſcriptionē eſſe dicens, quæ in Delphinibus eſt Cyrenenſiū ſpectatorū, haud credibilem reddit cauſam, quod Cyrenæ ædificatio in celebratis tēporibus fertur. Nemo autem oraculi meminit apud mare uncq; exiſtentis. Quid enim ſi nullus ſcriptis prodidit, ex ſignis uero quibus ſuſpicamur locum aliquo tempore maritimū extitiſſe, & delphinum inſcriptio, de Cyrenæis ſpectatoribus extitit. Cōceditq; de latitudine fundi, ſimul & altius mare creuiſſe, quod proxima oraculo loca demerſit, à mari diſtantia ultra tria ſtad. millia. Neq; concedit tantam altitudinē, ut Pharum totam, & cōplures Ægypti oras operuerit, perinde ac tāta ſublimitas ad hæc demergenda nō ſatis extiterit. Cumq; dixerit, quod ſi mare noſtrum in tantum eſſet expletum priuſq; columnarū diruptio fieret, quantū dixit Eratoſthenes oportere & Africam uniuerſam, & permultam Europæ partem, atque Aſiæ ſubmerſam eſſe. Subinfert quod Pontus ad loca quædam cum Adriatico pariter confluereret, tanq; Iſtro ab uicinis Ponto locis diuiſo, & in utrunq; mare defluente propter ipſius loci ſitum. At Iſter à propinquis Ponto partibus nequaq; habet originem, ſed contra à montibus ſupra Adriaticū. Neq; in utrunq; mare defluit, uerum in Pontum duntaxat, & in ipſis ſolū diuiditur oſtijs. Cōmunem is quidem cum nonnullis anteillum ignorātiam iſtam ignorauit, qui fluuium quendā Iſtro cognominem eſſe arbitrati ſunt, qui ab eo diuiſus irrumpat in Adriam, à quo & natio Iſtra per quam defertur, appellationem aſſumpſit, & Iaſonem à Colchis reuertentem hanc nauigationē feciſſe. Per mutationem uero taliū nulla ſit admiratio, inundationū taliumq; caſuum cauſas eſſe diximus, ut circa Siciliam & Æolias inſulas, & Pithecuſas dictū eſt. Dignum eſt & alia complura apponere, quæ reliquis in locis ſimilia his ſunt fueruntq;. Huius enim generis exempla ante oculos coniunctim poſita præſentem ſedare ſtuporem poterunt. Si autem ueritas ſenſum perturbat rerū natura contingentiū imperitiā & uitæ tōtius demonſtrat. Quemadmodum ſi quis adiacentes Theræ & Theraſiæ inſulas inter Cretam & Cyrenas tranſeuntibus †conſtitutas dixerit, quarum Thera inter Cyrenas urbes † primaria eſt, Aegyptumq;, & per multas eius generis Græciæ partes. Nanq; inter Theram & Theraſiam è pelago prorupere flammæ, quæ per dies quatuor mare totum æſtuans, atq; ardens reddiderunt. Tum educta altius ſenſim uelut machinis inſula, & ex fluitantibus terris compoſita exhalauerit, quæ duodecim ſtad. circuitum continet. Inde ceſſante caſu, tum imperantes marí Rhodij primum capta fiducia ad locum nauigantes, templū tutori Neptuno in inſula ædificarunt. In Phœnice quoq; facto terræmotu, oppidū ſuper Sidonem ſitum abſorptum fuiſſe, Poſidonius author eſt, & Sidonis dimidietatem fermè corruiſſe non

Ammonis templum.

Iſter.

Iſtra.

Obuias.

μικρόπολιν.

Thera.

Theraſia.

Neptuni templum.

Sidon.

uno quidem ictu, unde non magnam mortaliũ perniciem factam esse. Idem in Syriam totam extentũ est malũ. At uero mediocriter penetrauit, & in insulas quasdã
Arethusa. Cycladas & in Eubœam, adeo ut Arethusæ (qui in Chalcide fons est) occæcatus fuerit ortus. Permultis post diebus alio scaturisse ore, nec ante conquassari desiuis-
Lelantus campus. semultas insulæ partes, cẽq; in Lelanto campo aperto telluris hiatu ignitũ fluuiũ euo muerit. Cum multa sint autẽ, quæ tales conductus efficiant, satis erat ea quæ à Scepsio Demetrio, pprie cõgregantur apponere. Cum enim uersuũ illorũ meminerit,

Iliad. ϰ. κρουνὼ δ' ἴκανον καλλιῤῥόω, ἡ θάδε πηγαὶ
δοιαὶ ἀναΐσσουσι σκάμανδρου δινήεντος
ἣ μὲν γάρ ῥ' ὕδατι λιαρῷ,
ἣ δ' ἔτερη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ.
Nam duplices currunt formoso margine fontes,
Alter aquas calidas fert exundante Scamandro,
Grandinibus similem reliquum grauis extulit æstas.

Admirari autem non sinit, si hoc tempore frigidarũ quidem fons aquarum permanet, calidarum uero nusq; perspiciatur. Causam enim dicere oportet, inquit, calidæ aquæ exclusionẽ. Dicta quoq; ad hæc ab Democle memoria repetit, qui ingentes quosdam olim circa Lydiam & Ioniam usq; Troadem factos terræmotus scri-
Sipylus. bit. A quibus & uici sunt absorpti, & Sipylus submersa regnante Tantalo, & è pa-
Pharus. ludibus lacus facti, & Troiam fluctibus immersam, Pharusq; Ægypti, quæ olim erat in pelago, nunc certo quodã modo peninsula facta est, similiter Tyrus & Cla-
Tyrus. zomene. Et nos cum apud Alexandriam Ægypti peregrinaremur, elatũ altius pe-
Strabonis peregrinatio. lagus circa Pelusiũ & Casiũ montem, sic terrã immersit ut montẽ in insulæ formã
Clazomene. fecerit. Et uia quæ præter Casium ducit in Phœnicem nauigaretur. Nihil igitur mi-
Casius mons. randũ, si quãdoq; media tellus, id est isthmus, uel sedem inferiorem capiens, quæ
πορθμὸς. Ægyptium mare à rubro mari separat, porthmon, id est medias in terris aquas manifestat, & in unũ cõfluere faciet mare exterius cum interiore, sicut in angustijs ad Herculeas columnas obtigit. Nonnulla huius generis in ipsius tractatus exordio dicta sunt, quibus (ita enim oportet) unum sub aspectũ collatis parandus est ualidus ad credendũ animus, & de naturæ operibus, & de reliquis aliter factis permutationibus. Sicuti Piræum aliquãdo insulæ formã tenuisse, & quia transitus litoris erat, id nomẽ uendicasse dicit. Cõtra Leucadem superioribus annis litus extitisse,
Pyræus, ὁ πυρ. cũ isthmũ Corinthij abscidissent, ea insula effecta est. De ista Laërten dixisse aiunt,
αιός. οἷος νήϊκτρον ἕλον εὐκτίμενον πτολίεθρον,
Odyss. ω. ἄκτὴν ἠπείροιο. id est,
Nericus. Munitam solus ut cepi Nericum urbem,
Littus erat terræ.

Hoc quidem in loco manufactæ excisiones extiterunt. Alibi uero exaggeratio
Syracusæ. nes, aut iũctæ pontibus ripæ, sicuti de apposita Syracusis insula, quæ cum hoc tem
Logæus lapis. pore ponte cõtinuetur ad terrã, prius quidẽ agger erat, Logæo (ut inquit Ibychus)
Bura. ex lapide, quẽ electũ uocat. Bura uero & Helice, una quidẽ hiatu, altera uero est flu-
Helice. ctibus penitus deleta. Tellus est apud Methonem in sinu Hermionico in altitudi-
Methone. nem stadiorũ septem edita, quæ flammarũ uapore facto interdiu quidẽ propter calorem & sulphuris odorem inaccessibilis, noctu autem cum odoris suauitate longe lucescens atq; calescens. Vnde maris aqua ad stadia quinque æstuat, turbulenta uero ad stadia ferè usq; uiginti. Effractis etiam petris ad turrium magnitudinem

aggera

aggerata ad Copaidem lacum Arna & Midia ſunt abſorptæ, quas in dinumeran- dis auxilijs poëta nominatim expreſſit, Arna urbs
Midia, uidelicet
οἵτε πολυστάφυλον ἄρνην ἔχον οἵτε μίδειαν. id eſt, Iliad. β.
Quiq; colunt Midiam & fœlicem uitibus Arnen.

Nõnulla Thracũ oppida à Biſtonide lacu, & ab Aphnetide demerſa uidentur. Treri.
Sicut & Trerorum, qui Thracibus finitimi ſunt. Inter Echinadas inſulas Artemia Artemia.
fuerat antea, nunc in continenti eſt. Alias paruas in Acheloo inſulas idem pati di- cunt fluuiũ aggerante pelago. Sic & reliquæ (ut author eſt Heſiodus) aggerantur. Sunt & Ætolicæ quædam porrectæ linguæ, quas inſulas prius uidebat ſeculum.
Aſteria quoq; tranſmutata eſt, quam Aſteridem poëta nuncupat, Aſteria.
Aſteris.
ἔστι δέ τις νῆσος μέσῳ ἁλὶ πετρήεσσα In fine Odyſ. ſeæ. d.
ἀστερίς οὐ μεγάλη, λιμένες δ' ἔνι αὐλοχοι αὐτῇ
ἀμφίδυμοι. id eſt,
Saxea nunc medio ſupereminet inſula ponto,
Aſteris, haud ingens, portus dans puppibus aptos,
Quos ſubeant hinc atque hinc.

Nunc autem nec ad anchoræ quidem iactum prorſus idonea. In Ithaca quoq; Odyſſ. ν. Ð
nullũ tale antrũ eſt, nec nympharũ domiciliũ, quale commemorat Homerus. Præ- hoc antro Porſtat rerum permutationi cauſam aſſignare, quã inſcitiæ uel locorũ figmento de mo phyrius librũ
re fabularũ. Hoc autem incertum in cõmune animaduertendum relinquo. Antiſſa cõſcripſit, qui
olim fuit inſula, ut Marſilaus ait, cum antea Lesbus Iſia uocaretur, & inſulam An- etiamnũ paſ- ſim legitur.
tiſſam appellari contigit, ea uero nunc Lesbi oppidũ eſt. Sunt qui Lesbum ab Ida Antiſſa.
abruptam fuiſſe crediderunt, ſicut à Miſeno Prochytam, & Pithecuſam, & ab A- Leſbus.
thenæo Capreas, & ab Regio Siciliam, & Oſſam ab Olympo. Inde & tales tranſ- Iſia.
mutationes extitere. In Arcadia Ladon aliquando fluentũ retinuit. Duris author Prochyta.
eſt, Mediæ Rhagadas id eſt effractas, ideo nominatas eſſe, quoniã ad Caſpias por- Pithecuſa.
tas terræmotu tellus fracta ſit. Vnde & urbes plurimæ, ac uici ſubuerſi, & flumina Capreæ.
curſus uariauere. Ion autem de Eubœa inquit, quod Oſſa.
Ladon.
βοιὸς μὲν γὼ λεπτὸς ὀνείπου κλύδων Rhagades.
Βοιωτίας ἀκτὴς ἐχώρισε ἐντέμνων
πρὸς ἱερὰ πορθμόν. id eſt,
Vel tenuis Euripi tempeſtas Satyrenſium, Satyrenſes.
In Eubœa agrum ad Omphalem à Bœotiæ littore ſegregauit, Omphale.
Cum apud Cretam fretum appellatum abſcinderet.

Demetrius uero Calatianus terræmotus uniuerſæ Græciæ explicans, & Licha- des inſulas, & magnã Cenæi partem demerſas inquit, & aquas inde calidas in Ede- pſo, & ad Thermopylas triduo retentas rurſus effluxiſſe. In Edepſo et alijs in urbi Edepſus.
bus fontes erupiſſe, mœnia Orei, quæ ad mare pertinent ſimul & ſeptingentas cor Oreus.
ruiſſe domos, magnã Echini, & Phalarnorũ, & Heraclię et Trachinis partem ceci Echinus.
diſſe, Phalarni uero muros à fundamentis ſolo æquatos. Idẽ & Larienſibus & La Phalarni.
riſſæis obtigit, Scarphiamq; ab imis fundamentis humi deiectam ſeptingentis ac Heraclia.
mille non minus corporibus oppreſſis, Thronijſq; ſupra dimidium horum nume Trachin.
rum. Fluctus quidem trifariam elatus eſt, partim in Carphen & Throniũ, partim Scarphia.
ad Thermopylas, partim in campũ uſq; ad Phocidis lauretũ, amnesq; à fontibus Carphe.
ad dies quoſdam exaruiſſe, Sperchium alueo mutato uias nauigijs meabiles feciſſe, Thronium.
Boagrium per aliam decurriſſe uallem, Alopemq; & Cynum & Opuntem multis Sperchius.
Boagrius.
Alope.
Cynus.
Opus.

Oeus. Elatia. Algonus. Illimeniorum spectaculum.

in partibus detrimentis affectas, Oeum paulò superius situm castellũ totũ subuersum esse, Elatiæ murũ magna ex parte discissum. Ad Algonum cum Thesmophoria celebrarẽtur, quinq; ac uiginti uirgines cum in turrim cõcurrissent Illimeniorũ spectaculo, ruente turri in pelagus, & ipsas decidisse. Mediam quoq; Atalante partem ad Eubœam nauigantibus transitũ præbuisse ob factam in ea scissuram. Quidam campi ad stadia usq; uiginti stagnasse feruntur, & triremis quædam è nauali-bus eiecta super murum decidit. Cum autem rationes, ne amplius admiremur comparare uelint, uti Democritus & reliqui cantant Philosophi, transmigrationum mutationes adiũciunt. Id enim securitati ac tranquillitati incumbit, ut ne quis obstupescat, sicut Hesperiorum quidem Hiberorum ad Ponti regiones & Colchidis deductæ coloniæ, quos Choraxes, de quo dicit Apollodorus ab Armenia disterminat. Cyrus autem magis & Moschorum montes & Ægyptiorum, & Æthiopes cum Colchis, Enetorumq; & Paphlagonia ad sinum Adriaticum. Quæ & de gentibus Græcis contigerunt, ut sunt Iones, Doriį, Achiui, Aeoles, Enianes, nunc Aetolis finitimi, circa Datiũ habitabant, & Ossam cum Perebis, & ipsi quidem Perebi transmigrarunt, talium exemplorum præsens refertus est tractatus. Quædam uero in promptu multis sunt, illæ uero migrationes non eodem modo cunctis in propatulo sunt, Carorũ scilicet Trerorũq; & Teucrorũ, et Galatarum, simul & earũ duces longius traducentes, Madys Scytha, Thearco Æthiops, Cobus Tros, Sesostris & Psammitichus Aegyptiį, Cyrus & Xerxes Persæ. Cimmeriį & quos Treronas nominant, uel eorũ gens aliqua sæpenumero dexteriores Ponti locos incursarunt uiciniamq; suam, nunc quidem Paphlagonas, nunc uero Phrygas inuadentes, cum Midas tauri cruore epoto ad uersuram faciendam usq; abiit, Lygdamus uero suos ductitãs in Diam usq; ad Ioniam adequitauit, & potitus est Sardibus, & in Cilicia extinctus est. Cimmeriį autem ac Treres sæpenumero eius generis incursationes effecere. Treras autem & Cobum postremo à Madye Cimmeriorũ rege eiectos fuisse traditur. Hæc quidem historiam propriam continentia cõmuniter de toto terræ ambitu relata sint. Redeamus ad reliqua unde digressi sumus. Autor est Herodotus, nullos esse Hyperboreos, neq; Superaustrales esse diceret, cuius demonstrationem esse ait, & Eratosthenes similem, huiusmodi captioso utens argumento. Si quis nullos † malo supergaudentes diceret, neq; item † bono supergaudentes, forteq; superaustrales esse. Per Aethiopiam etenim austrum non flare, sed inferius. Mirandũ est, si per unũ quodq; clima flante uento, & ubiq; à meridie uocetur auster, aliqua existat habitatio, in qua hoc ipsum non contingat. Contrariũ enim non solum Æthiopia flantem apud nos haberet austrũ, sed et tota superior usq; ad æquinoctialem. Quod si Herodoti oportuerat hanc esse causam, ut Hyperboreos dici putauerit, apud quos Boreas nõ spirat. Etenim si poëtę fabulosius hoc pacto loquũtur, expositores autẽ sanius facile audirẽtur, qui Hyperboreos Boreæ cõiunctissimos dici aiunt. Terminus quidẽ Borealiũ polus est, Australiũ uero ęquinoctialis. Et uentorũ quoq; idẽ est terminus. Inde aduersus eos q palã ficta & impossibilia dicunt eloquitur quędam in fabulę, quædã in historię forma, de quibus mentio digne facienda non est. Neque illum in tali materia nugas consyderare oportuerat. Suorum igitur cõmentariorũ discursio prima talis est. Secunda uero de terræ situ quandã correctionẽ facere conatur, & suas explicat cogitationes, ad quas rursus si qua est emendatio afferre eam conandum est. Mathematicas

Hiberi. Choraxes. Demigrationes aliorum aliunde. Perebi. Græci. Teucri. Galatæ. Cimmeriį. Trerones, πύρρους. Midas. Lygdamus. Madys. Cobus. Herodotus. Hyperborei. Superaustrales, id est ὑπερβορέους. ἀντιαυρικάους. ἀντιχαράδρους.

profe

profecto naturalesq; materias adducere bene dicitur, & quod rotũda sit terra, sicut & mundus circumhabitatur, & alia generis huius. Si uero talis, qualẽ ipse ait, non sane confitentur. Posteriores autem mensuram collaudant. Hipparchus tamen ad eorum designationẽ, quæ ad singulas habitationes apparent, illis utitur distantijs dicens meridianum per Meroën & Alexandriam & Borysthenem parum prẹter ueritatem uariare. Et de forma in ijs quæ deinceps sunt per plura dicit. Et ostendẽs quod sit globosa terra humida cum natura, & cælum, sermonem alterare uidetur. Sufficit enim quo ad paucum. Deinceps uero orbis qui incolitur latitudinem definiens ait, quod à Meroë quidem ab eius meridiano usq; ad Alexandriã decem millia stad. sint, hinc q; ad Hellespontum circiter octo millia & centum, inde ad Borysthenem quinq; millia, postea ad circulũ per Thulen, quam Pytheas inquit, à Britãnia dierum sex nauigationem ad arcton abesse dicit. Propè uero esse mare glaciale. Alia item decem millia & quingenta siquidem superaddiderimus supra Meroën, alia item tria millia & quadringenta, ut etiam Ægyptiorũ insulã habeamus, & terram cinnami feracem, & Taprobanen stadia erunt triginta octo millia. Reliquæ sanè distantiæ concedantur illi. satis enim confessum est, circulum à Borysthene ad Thulen, compos mentis quis donaret? Cum enim Pytheas mendacissimus homo Thulen perscrutatur, & qui Britannicã Hiberniam uident, nihil de Thule dicunt, alias referentes circa Britanniam insulas paruas. Ipsa uero Britannia longitudine quodammodo æqualis est Galliæ, protensa non maior quinque millibus stad. & è regione iacentibus promontorijs definita. Inuicem enim opponuntur orientales extremitates orientalibus, & quæ ab occasu similiter occiduis, & quæ ab oriente inter se propinquæ sunt usq; ad prospectũ, Cantiũ uero & Rheni excursiones, illeautẽ supra uiginti millia insulæ longitudinẽ iudicat & Cantium à Gallia distare dierũ quorundam nauigationẽ, & de Ostiæis et trans Rhenũ usq; ad Scythiã omnia mentitus est. Qui igitur de cognitis usqueadeo locis mentitus est, uix quidem de ignotis unicuiq; uera proferre ualeat. Hipparchus & reliqui eundẽ per Borysthenem, & per Britanniam parallelũ esse arbitrantur ea ratione, quia Byzantij paralleIus & Massiliæ ad unguem par sit. Nam ipsam rationem esse lineæ in Massilia ad umbram dixit. Eandem et Hipparchus ad similis nominis tempus inuenisse Byzantij refert. E Massilia uero ad mediam Britanniam non ultra quinq; stad. millia sunt. At enim è media Britannia non plus quatuor millibus progrediens, alio quodam modo habitabile reperies. Hoc autem esset circa Hiberniam, ut ultra ea ad quæ Thulen elongat, haud amplius habitabilia sint. Qua uero coniectura dicat spatiũ quod est à Thule usq; Borysthenem undecim milliũ et quingentũm non uideo, aberrans autem in latitudine, & male cõiectasse de longitudine coactus est, quandoquidẽ cognita longitudo plusquã cognita latitudo dimidio est. Cõsentiũt etiam posteriores, & ex alijs doctrina prẹstantissimi ab extremis inquã. Inde ad extrema Hispaniẹ circuli Æthiopum usq; ad Hiberniæ circulũ. Terminans uero dictam latitudinẽ ab nouissimis Æthiopum usq; ad Thulen plus extendit iam longitudinẽ, ut plusquã dimidiã eam efficiat dicta latitudine. Ait igitur terræ spatium Indicæ usq; ad flumen Indum angustissimum sedecim millium stad. Spatiũ enim quod ad promontoria modo protẽditur minus tribus millibus esse. Hinc autẽ ad Caspias portas millium quatuordecim esse, postea ad Euphraten decem milliũ, ab Euphrate ad Nilũ quinq; milliũ, alia mille et quingenta usq; ad Canopi ostiũ, inde

Terræ forma & mensura.
Meroë.
Alexandria.
Hellespontus.
Borysthenes.
Thule.
Mare glaciale
Taprobane.
Pytheas.
Britannia.
Cantium.
Byzantium.
Massilia.
Hibernia.
India.

Carthago. uſq; Carthaginem tredecim millia quingenta, poſtea uſq; ad columnas octo millia ſaltem. Superaſcendit ſanè ſeptuaginta millia octingenta. Adijcienda eſt etiam Europæ curuatura extra columnas Herculeas, Hiſpaniæ quidem oppoſita. Ad occaſum autem uergens non minus ſtad. tribus millibus, & promontoria partim alia, partim uero Oſtidamnia, appellatur autem Calbium, & huic adiacentes inſulæ, ex quibus nouiſſima Vxiſama per trium dierum (ut ait Pytheas) nauigationẽ abeſt. Hæc poſtremo locutus nõnulla de promontorijs, & de Oſtidamnijs, & de Vxiſama, & de dictis ab eo inſulis ad longitudinem † contendentia adiungit. Omnia hæc enim ad ſeptentrionem & ad Galliam, non autem ad Hiſpaniam pertinere inquit. Immo uero ſupra dimidietatem longitudinis latitudinẽ eſſe ſaluet figmenta Pytheæ ad dictas longitudinis diſtantias, alia duo ſtad. millia ad occidentem, & totidem item ad orientem adiungit. Exhortatus etiam amplius, quia ſecundum naturam eſt dicere maiorem ab oriente ad occidentem eſſe diſtantiam. Secundum naturam inquit ab aurora ad ueſperam longiorem eſſe habitabilem, ſicuti diximus ut Mathematici dicunt, coniungere circulum, ipſam ſibijpſi conſertã. Itaq; niſi maris Atlantici magnitudo uetaret, per eundem parallelum ex Hiſpania ad Indiã nauigare poſſemus. Reliquam partem ultra prædictam diſtantiam ſupra tertiam eſſe totius circuli partem. Siquidem is per litora ducentis millibus minor eſt ubi prędictam ſtadiorum dinumerationem ab India in Hiſpaniam fecimus. Nec igitur hęc bene dicit. Nanq; ratio iſta per temperatam zonamq; noſtram ſecundum Mathematicos dici poſſet, cuius pars habitabilis eſt. Cæterum de habitabili (uocamus enim habitabilem quam incolimus, & notam habemus) fas autem eſt in eadem temperata zona habitabiles duas eſſe, uel etiam plures. Si ſit maxime prope circulum per litora, qui per Atlanticum pelagus deſcribitur. Rurſum perſiſtens in ea demõſtratione quod terræ forma ſit rotunda, eandẽ aſſequeretur increpationẽ. Similiter & aduerſus Homerũ de ijſdem diſceptare non ceſſat. Deinceps cum dicat multum de terris continentibus ſermonem extitiſſe, nonnullos q; ipſas diuidere fluuijs inſulas, Nilo inquàm & Tanai declarantes, aliquos autem iſthmis, id eſt inter maria terris, qui ſunt inter Caſpium & Ponticum & rubrũ mare & abſciſſam terram, alios autem Cheroneſos eas dicere, haud intueri dicit, quonã modo hæc ipſa quæſtio in moleſtias conuertat, ſed eorum tantum eſſe, qui magis litem dijudicant, ut inquit Democritus. Nam cum accurati nequaquam ſint termini, ſicut Colytti & Melitę, quemadmodum columnarum & ſeptorum hoc habere dicere nos, hoc quidem eſt, Colyttũ, hoc autem eſt, Melitã terminos habere non poſſe, dicere. Ideo de locis aut agris quibuſdam iudicia ſæpe contingere, ſicut Argiuis & Lacedęmonijs de Thyrea, Athenienſibus & Bœotijs de Oropo. Alioqui Græcos tres cõtinentes nominaſſe terras, non ad habitabilem reſpicientes, ſed ad ſuam & cõtra ſe poſitam Cariam, in qua nunc & Iones & qui deinceps. Tempore autẽ amplius progreſſos ſemper, & pluribus ad notitiã peruenientibus locis in hoc cõuerſa diuiſio eſt. Vtrã igitur primi qui tres illas diuiſerunt, ut ab extremis incipiamus, litem dijudicantes non ſecundum Democritum, ſed ſecundum ipſum, hi primi fuere ſuam ab contra poſita Caria determinare quęrentes. Vel iſti quidem ſolam intelligebant Græciam & Cariam & paucam contiguam, nec Europam, nec Aſiam, ſimiliter nec Africam. Reliqui uero accedentes deſcribere idonei orbis cognitionẽ, hi ſunt qui in tria partiti ſunt. Quonam igitur modo terræ diuiſionem minime faciebant? Quis autem

partes

Calbium. Vxiſama. Oſtidamnia. †Non contendentia. Zona habitabilis, οἰκουμένη. Iſthmoi. Colyttus. Melita. Thyrea. Oropus. Caria. Iones. Aſia. Aphrica. Europa.

partes tres præfatus, & terram continentem uocans unamquanq; partium, non ante totum intelligit, cuius partitionem facit? Quod si intelligit, non quidem orbem, cæterum partis alicuius suæ diuisionem facit. Cuius partis mundi partem diceret aliquis Asiam, aut Europam prorsus continentẽ. Hæc enim crasso dicta sunt modo. Adhuc crassius illud est, eum qui loquitur nõ intueri, ad quam quidem ista rum actionum partem conuertat confinium inquisitionem, cum apponat Colytum & Melitam, deinde ad contraria subuertere. Si enim de Thyrea atq; Oropo bella ob confinium ignorationem obtigerunt, ad perturbationum aliquid conuertunt, quod est loca ipsa diligenter disterminare, uel hoc dicit, quod de locis, & mediusfidius de gentibus, ad singula negotium est accurate disterminare. In continentibus autem terris superuacuum. Et tali de re in his nihil minus. in his enim & amplissimis ducibus certamen ac discrepatio fieri potest. Vni quidem qui Asiam haberet, alteri uero qui Africam, diuidenti utrius sit Ægyptus, ager uidelicet Ægypti, qui inferior dicitur. Catanas autem quispiam hoc propter raritatem est. Alio modo dicendum est, continentes ipsas diuidi secundum magnam diuisionem, & quæ ad totum orbem referatur, secundum quem nec hac de re curandum est, si per flumina fines apponentes loca quædam indefinita omiserunt, cum flumina ipsa ad oceanum usq; minime perueniant, & insulas re uera relinquant continentes. In fine autem commentarij eos minime collaudans, qui omnem hominum multitudinem bifariam partiuerunt, in Græcos & Barbaros, & qui Alexandrum commonefaciebant, ut Græcis quidem sicut amicis, Barbaris autem sicut hostibus uteretur. Satius esse, inquit, hæc uirtute atq; malitia diuidi. Complures enim Græcos malos esse, & Barbaros urbanos, sicut Indos & Arianos, Romanos etiam & Carthaginenses respublicas permirifice tractantes. Quapropter Alexandrum neglectis monitoribus, quod licuit, uiros spectatos acceptos habuisse, eosq; beneficijs ornasse. Sicut ob alia quædam hoc modo diuidentibus, & alios in uituperio, alios in laude ponentibus. Vel quia per illos uincit æquitas & respublica & disciplina, & studiorum coniunctio. Per alios uero contraria, & Alexander igitur non neglectis monitoribus, sed sententiam mentemq; suscipiens, quæ quidem consequebantur non contraria faciebat, scribentium cogitationes animaduertens.

Græci. Barbari.

Alexander.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI,
Ex Græco uersum per interpretem.

COmmentario secundo hæc insunt. Proponens ad uerbum Eratosthenis dicta, dijudicat & arguit quæcunq; nõ recte dicta, uel diuisa, uel descripta sunt. Complura Hipparchi meminit reprehendens. In fine præcisa expositio, & quodammodo sub unum aspectum tractatus uniuersus de orbis situ, seu cognitione Geographica adiungitur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIBER SECVNDVS.

Terræ descriptio secundum Eratosthenem.

IN TERTIO de terræ descriptione tabulam de orbis situ instituens, linea quadã ab occasu ad ortum bifariam dispartitur, parallelo, linea æquinoctiali, ab occasu quidẽ eius terminos columnas locat Herculeas, ad ortum uero summos & extremos montes, qui Indiæ latus & septentrionem terminant. Describit autem lineam à columnis per fretum Siculum, & extremitates meridianas, & Peloponnesi, & Atticæ usq; Rhodum & sinum Issicum, hucusq; per mare, & adiacentes continentes prædictam lineam esse dicit. Etenim totum mare nostrum usq; in Ciliciam, sic in longum protendi. Postmodum recte quodammodo eiici ad omnia Tauri montana usq; in Indiam. Taurum enim recte à columnis mari extensum bifariam in longum totam diuidere Asiam. Vnam quidem eius partem in Boream, reliquam uero in austrum facientem, ut & ipsum similiter in riparum parallelo, & à columnis hucusq; mare locari contingat. Hæc elocutus priscam de terræ descriptione tabulam emendari oportere putat. Secundum ipsum enim montium ab oriente partes ad septentrionem uariare, simul et Indicam ad septentrionem magis trahi. Huius fidem talem affert, quod extrema Indiæ ad meridiem propinquissima multorum consensu locis Meroës opponuntur ab aëre, cælestibusq; signis coniectantium. Hinc uero ad uiciniora septentrioni Indiæ loca ad Caucaseas rupes attinentia stadia esse quindecim millia testatur Patrocles, cui propter hominis dignitatem singularemq; Geographiæ peritiam præcipua iure fides adhibenda est. Veruntamen à Meroë ad litora parallelum tantum esse aquilonarem Indiæ plagam Caucaseis rupibus attinentem, in hunc ipsum terminari circulum constet. Aliam quoq; huiusmodi fidem affert, quod interuallum ab Issico sinu ad mare Ponticum circa stad. tria millia est ad aquilonem progredienti, & ad Aminsum uel Sinopes loca quanta montiũ esse latitudo dicitur ab Aminso ad orientem æquinoctialem procedenti. Prima Colchorum regio est, deinde sub Hyrcanum mare excessus, & deinceps ad Bactra, et ulterius ad Scythas uia dextrorsum montes habenti. Hæc ipsa autem per Aminsum ad occidentem, per Propontidem ad Hellespontum deducta est linea. A Meroë autem ad Hellespontum non plura quàm decem & octo millia stad. quot à meridionali latere Indiæ ad Bactrianam plagam, adiunctis ad millia quindecim tribus millibus, quorũ aliqua latitudinis montium erant, aliqua uero Indiæ. Quam quidem ad declarationẽ Hipparchus contradicit probationes accusans. Nam Patroclem probabilem non esse, cum duo in illum contraria ferant testimonia, Diemachus atq; Megasthenes, qui quosdam ad locos distantiam esse dicunt stad. uiginti millium ad meridiem maris, ad quosdam autem triginta. Talia hos differere, & antiquas hisce tabulas concordare, haud uerisimile sanè arbitratur, huic soli Patrocli oportere fidem adhiberi, eos omittendo qui eidem tantum attestantur. Et in hoc ipso antiquas emendari tabulas. Sed non sic permittere donec de ipsis quicquam probabilius nouerimus.

Taurus mons.

Patrocles.

Aminsus.

Hunc

Hunc ſermonem permultas inquiſitiones habere cenſeo. Primum quidem quod cum multis ille teſtimonijs utatur, uno Patroclis ſeipſum uti dicit. Quinam igitur fuere dicentes meridianas Indiæ extremitates locis Meroës opponi, qui etiam tantum aſſerentes Meroës diſtantiam uſque ad riparum parallelum? qui rurſus montium latitudinem, uel ex Cilicia ad Aminſum eandem cum iſtis dicant? Quiue dicant ex Aminſo per Colchos & Hyrcaniam uſq; ad Bactra & pertinentes ulterius ad orientis mare, directe ad æquinoctiales ortus, & ad montes eorum qui dextrorſum illos habẽt? Vel rurſus in occaſum directæ per hanc lineam, quia per Propontidem & Helleſpontum eſt? Hæc enim omnia cepit Eratoſthenes perinde ac ab ijs teſtata qui in locis †conſtiterunt. Et complura incidens in cõmentaria, quorum ei eſt copia, talem habens Bibliothecam qualem ipſe inquit Hipparchus. Hæc autem Patroclis fides ex multis confecta eſt teſtimonijs regum, qui talem ei credidere principatum, ſectatorum ſuorum contra opinantium, ut & ipſe Hipparchus nominatim explicat. Ipſa enim aduerſus illos argumenta rerum ab eo dictarum †euidentiæ ſunt. Nec illud parum probabile Patroclis argumentum, quod commilitones Alexandri omnia curſim ſpectaſſe dicit. Ipſum etiam Alexandrum diligenter inſpexiſſe, cum homines peritiſsimi totam ad eum regionẽ deſcripſiſſent. Quoniam quidem deſcriptionem ſibi poſterius traditam fuiſſe à Xenocle aſſerit, qui regiæ gazæ cuſtos erat. Quoniam inquit Hipparchus in ſecundo commentario ipſum Eratoſthenem Patroclis credulitatem calumniari, propter ſuam in Megaſthenem diſcrepantiam de longitudine Indiæ, quæ ad latus Aquilonis eſt. Cum Megaſthenes aſſerat ſtadiũm quindecim millium, Patrocles uero mille adimat. A quadam enim ſtationum diſcrepatione motum, nonnullis propter diſcrepantiam non credere, illi †uero animum non adhibere. Si igitur propter diſcrepantiam hic Patrocles fidem non habet, cum differentia circa ſtadia mille ſit, quanto magis neganda fides ſit, in quibus differentia circa octo millia ſtad. exiſtat. Et quod eſt amplius ad uerſus duos inuicem conſonantes, his quidem aſſerentibus, inde latitudinem ſtadiũm uiginti millium eſſe, illo autem millium duodecim. Cæterum dicemus quod non nudam cauſatus eſt diſſonantiam, ſed cõſenſionem comparans, ac fidei dignitatem de ſtationum diſcrepatione. Haud ſanè uero mirandum eſt, ſi credibili quoquam fiat aliquid credibilius. Et ſi eidem in alijs quidem credimus, in alijs uero credere negamus, cum firmius quiſpiam aliquid adiecerit. Eſt enim ridiculum, ſi putes permultam admodum diſſonantiam id efficere ut ipſi diſſonantes minus ac minus fidei conſequantur. Contra rium autem in eo quod circa paululũ conueniant hoc magis uidetur. Nanq; error ad paululum, non puſillis tantum, ſed eis qui plus cæteris ſapiant obuenit. In ijs uero circa quæ permultum ille quidem, qui forte ducitur oberraret, qui autem ſcientia inſtructior eſt minus hoc perpetratur. Ideo ei citius creditur. Vniuerſi utiq; Indiæ ſcriptores ut plurimum falſa locuti fuere. Egregie uero Diemachus, ſecundaq; †dicit Megaſthenes, Oneſicritus autem & Nearchus & alij eiuſmodi iam fermè balbutiunt. Nobis quoq; hæc amplius †perficere obtigit, res geſtas Alexandri per cõmentaria rimantibus. Eximie uero Diemacho & Megaſtheni fides abroganda eſt. Hi ſunt qui homines in aure cubantes, & oris & naris expertes, ſcriptis commendant, ſimul & monoculos & tibijs proceros & digitis retro inuerſis. Innouarunt etiam Pygmæorum aduerſus grues decantata pridem ab Homero prælia, trium etiam palmorum homines aiunt. Iſti præterea

*Fuerunt, γενο μένων περὶ τοὺς τόπους.

Eratoſthenis bibliotheca.

*πίσεις, probationes.

Xenocles.

*Græce eſt, ἐν χάνῳ δὲ προσ χάσμα, citra negationem.

*ſecundas tenet Megaſth.

Indiæ ſcriptores mendaces.

† perſpicere, παρεδόθη ἐμπειροίτατα. ἄσωμοι. μακροσκελῆς. μονοφθάλμοι. ὀπισθοδάκτυλοι. πυγμαίοι.

Pygmæi. Formicæ aurũ effodientes. ὀφιωμάχαι. Serpentes maximi. πρωκτίνες.

formicas aurum effodientes, & Panas cuneato capite, serpentes qui boues & cer-
uos unà cum cornibus deglutiant, de quibus unus alterum redarguit, quod Era-
tosthenes commemorat. Nam missi fuerunt ad Palimbotea legati, Megasthenes
quidem ad Andracotum, Diemachus uero ad Allitrochaden eius filiũ, ea de pere-
grinatione eius generis commentaria reliquerunt. Qua de causa olim † producti
fuere. Verũ Patrocles minime talis. Et reliqui testes haud sanè faciles, quibus usus
est Eratosthenes. Nam si meridianus per Rhodum & Byzantium recte deprehen
sus est, & per Ciliciam usq; ad Aminsum recte deprehensus esset. Mutua nanque

τὸ παράλλη-λον.

distantia, id est † parallelum ex multis apparet, quando neutra in parte coinciden-
tia coarguatur, quando nauigatio ex Aminso in Colchidem, quia est ad orientem
æquinoctialem, etiam uentis arguitur, & anni temporibus & fructibus, & eosdem
per ortus. Eodem modo & ad Caspiam plagam transgressio, & uia deinceps usq;
ad Bactra. Pluribus enim in partibus euidentia est, quodq; ex omnibus consonat
instrumento fidelius est. Quãdoquidem idem Hipparchus ipsam à columnis us-
que ad Ciliciam lineam haud totam per instrumenta, aut Geometriæ regulas ap-
prehendit, quia per directam est, & ortum æquinoctialem, uerum totam ex colu-
mnis usq; ad fretum nauigantibus credidit. Quo fit ut neque ille bene dicat, quan-
doquidem neq; diei maximę ad breuissimam rationem dicere possumus, nec gno-
monis adumbrationes propter montanam radicem ex Cilicia usque in Indiam.
Neque si in mutuo distante linea, id est parallela obliquatio sit, dicere habemus. Sed
si in directam lineam obseruantes, sicuti uetustæ continent tabulæ, primum qui-
dem non habere dicere idem est quod cohibere, qui cohibet neutram uergit in par
tem, qui autem (ut antiqui) aliorsum uergere iubet, magis quod cõsequens est ob-
seruaret, si consilium dederit, ne omnino terræ forma describeretur. Neque enim
cæterorum montium situs sicut Alpium & Pyrenæorum & Thraciorum atq; Il-
lyricorum, & Germanicorum hoc modo dicere possumus. Quis uero maiorem
antiquis quàm posteris fidem habẽdam esse duceret? qui tantopere in tabularum
descriptione aberrarunt, quod haud accusauit Eratosthenes, quorũ nulli contradi
xit Hipparchus. Alia deinceps magis referta dubitationibus sunt. Perspice enim
si quisquam hoc nõ moueat, extrema Indiæ meridiana opponi partibus Meroës,
neq; Meroës distantiam ad os Byzantij, quod est circiter stad. millia octo ac de-
cem. Faceret autem eam quæ à meridianis Indis usq; ad montes millium triginta,
quot euenirent absurda? Primo quidem ait, idem est parallelus, qui est per Byzan-
tium, & qui Massiliæ, quemadmodũ Hipparchus Pytheæ credens inquit. Idem
autem est etiam meridianus per Byzantiũ & Borysthenem, quod & ipse Hippar-
chus approbat, & distantiam quoq; approbat à Byzantio in Borystenem stad. esse
tribus millibus & septingẽtis, tantundem ex Massilia ad Borysthenis parallelum

Cinamomifera plaga.

esset, qui per maritimam Galliæ existeret. Tot enim quodãmodo percurrentes con
iungunt oceano. Rursus quãdoquidem Cinamomiferam plagam postremam ad
meridiem habitatam nouimus, & secundum ipsum Hipparchũ per eam paralle-
lus temperatæ atque habitabilis initium est, & ab æquinoctiali distat stad. circiter
millia octo & octingenta. Postquam igitur dixit ab æquinoctiali per Borysthe-
nem circulum distare stad. millia triginta quatuor, reliqua ab horizonte terminan
te torridam & temperatam ad Borysthenis plagam, & Galliæ maritimam, stad.
uigintiquinque millia ducenta essent. Nauigatio autem à Gallia septentrio-
nem

nem uersus, postrema esse dicitur à nostri seculi hominibus, usque in Hiber- Hibernia.
niam. Nam ulteriorem Britannia iacentem regionem difficulter propter frigus ha- Britannia.
bitabilem esse, †ut ulterius etiam posita censetur iure minime esse habitata. A Gal- *ὥσπ.
lia uero Hiberniam non amplius quàm quinq; millibus distare dicunt. Vnde cir-
citer millia triginta, uel paulo plura essent omnia, quibus orbis latitudo definitur.
Eam iam oppositam Cinamomiferæ, in eodem perallelo ad ortum iacentem sub-
eamus, hæc uero est circa Taprobanem. Ipsa uero Taprobane Indiæ obiecta esse Taprobane.
uehementer est credita insula in pelago permagna, ad austrum sita. Porrigitur au-
tem in Aethiopiam supra stad. millia quinque (ut fama est) è qua multum eboris
ad Indorum nundinas & testudines, & reliqua eiusmodi onera subuehi. Huic in-
sulæ latitudo ad proportionem adijcitur longitudini. Eleuatio ex India in ipsam
stad. trium millium, non minorem efficeret distantiam, quàm quantus erat termi-
nus orbis habitabilis in Meroëm. Siquidem extrema Indiæ opponi debent Me-
roæ. Verisimilius autẽ est plura tribus millibus ponere. Siquis hoc adijciat ad mil-
lia triginta, quæ Diemachus ait, usq; ad excessum in Bactrianos & Sogdianos, hæ Bactriani.
gentes omnes extra habitabilem & temperatam excíderent. Quis igitur hæc dice- Sogdiani.
re ausit? cum & priscos, & ætatis nostræ homines audiat, qui & temperiem, & fru-
ctuum fertilitatem posteritati prodidere, primum quidem depositis ad aquilonem
Indis. Postmodum de Hyrcania & Aria, ac deinceps Margiana & Bactriana. o- Aria.
mnes enim hæ extentæ sunt ad septentrionale Tauri latus, & Bactriana quidem ad Margiana.
excedentem in Indos plagam appropinquat. Tanta uero fœlicitate fruuntur, ut ab Hyrcaniæ fer-
inhabitabili quàm plurimũ absint. In Hyrcania uitem uini metretam ferre dicunt, tilitas.
ficum ficorũ modios sexaginta. Triticum delapso è culmis fructu denuo renasci, in
arboribus apes operari, & mella de frondibus fluere. Idq; in Mattiana Mediæ, & Mattiana.
in Sacasina & in Araxina Armeniæ fieri. Verum in hisce haud sanè tantopere mi- Araxina.
randũ est, si magis quàm Hyrcania spectant ad austrũ. Et maior earum quàm alio Vitis mira fer-
in loco temperies. In Margiana uero uitem sæpius inueniri asserunt, cuius stipitem tilitas & ma-
duorum uix hominũ ulnæ complectantur, racemum duorum cubitorũ longitudi gnitudo.
nem implere. Parem & Ariam esse dicunt, uini autẽ etiam ubertate superare. In ea Racemi maxi-
& uinum ad tres hominis ætates, id est nonagesimũ annum perdurare, idq; in ua- mi.
sis minime picatis. Bactrianã quoq; Ariæ proximã rerum etiam omniũ, oleo dun- Vinũ uetustiss.
taxat excepto, fertilem esse. Nec uero mirari oportet si harum regionũ partes, quod Bactriana.
excelsæ & montanæ, frigidæ sint. Etenim meridiana climata montes habent frigi- Aetas quid.
dos, & passim fundamenta sublimia, licet campestria sint. Cappadociæ igitur re- Cappadocia.
gio ad Euxinũ uergens, cæteris Tauro appositis magis ac magis ad aquilonem spe
ctat. At enim Bagadania campus ingẽs inter Argæum montem ac Taurũ interci- Bagadania.
dens perraro sicubi fructuosam gignit arborẽ, quanq; ad austrum magis q; mare Argæus mõs.
Ponticũ tribus millibus stad. tendit. Sinopis autem & Aminsi & Phanarsiæ ante- Sinopis.
riora arua ut plurimũ oliueta gignunt. Oxum autẽ qui Bactrianã & Sogdianã di Aminsi.
sterminat, adeo nauigatu cõmodum esse dicunt, ut transportata ab India in ipsum Phanarsia.
onera in Hyrcaniã facile deuehantur. Idem porrò de locis reliquis per fluuios usq; Oxus fluuius.
in Pontũ fit. Quam igitur talem circa Borysthenẽ & maritimam Galliam reperies
fœlicitatẽ? ubi ne uitis quidem nascitur aut nata minime †perficit. In ijs autem qui Fructum fert.
magis ad austrũ uergunt, & magis maritimis, & Bosphoreis cuncta producta per-
ficit, sed in ipsa fructuũ paucitate hyberno tempore defodiunt. Crustæ uero glacíei

tales apud eos quædam sunt, in ore quidem paludis Mæotidis tanta glaciei uis est,
Mæotidis glaciei. ut quo in loco missus à Mithridate imperator equestri pugna Barbaros in glacie hyeme superauerat, illos eosdem nauali prælio, soluto per æstatem gelu uicerit. Eratosthenes & scriptum illud in Æsculapij templo Panticapensium profert, de hydria ærea per glaciem discissa,

ἔστις ἄρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῖν
γίνεται, εἰς τοῦδε γνώτω ἰδὼν ὑδρίαν,
ἣν οὐχ ὡς ἀνάθημα θεοῖ καλὸν ἀλλ' ἐπίδουπα
χάλκωνος μεγάλοιο δαὴς ἱερεὺς στράτιος. id est,

Si quis mortalium qualia penes nos gerantur minime credit,
Hac inspecta noscat hydria,
*Donarium Quam non ut pulchrum oblatum deo † munus,
Cæterum ut ingentis hyemis indicium Stratius sacerdos posuit.

Vbi sanè neq; cum Bosphoranis facienda est cõparatio de dinumeratis antea locis, neque de Aminso atq; Sinope. Etenim temperatiores quàm illi sunt quispiam dixerit. Nam Borysthenenses & Gallos extremos missos facile faciant. Quippe cum penè uergentes sint in idem ad Aminsum, & Sinopem & Byzantium & Massiliam, qui uiciniores austro Borysthenenses & Galli tribus stad. millibus & septingentis uno ore dicuntur, Diemachus autem millibus tringinta ait. Siquidem assumpserint Taprobanis spatium, & torridæ limites, quos nõ minus millibus quatuor posuerint, qui exterius locant & Bactra & Ariam ad locos ab torrida distantes stad. millibus trigintaquatuor, quot ab æquinoctiali ad Borysthenem dicit Hipparchus esse. Excident utique ad propinquiores aquiloni locos quam Borysthenes & Gallia stad. millibus octo & octingentis. Quot quidem stadijs propior ad austrum æquinoctialis est, quàm circulus qui torridam temperatamq; terminat. Quẽ per cinamomiferam Indiæ partem maxime describi dicimus. Nos uticq; super Gallias plagam usque ad Hyberniam, uix habitabilem esse demonstramus, quæ nõ plus cꝫ quinq; millium est. Hæc ratio circulũ quendã habitabilẽ esse declarat, qui quàm Hybernia stadijs tribus millibus octingẽtis magis ad Aquilonem expo
Bactra. nitur. Suntq; Bactra & Caspij maris siue Hyrcanij ostijs admodũ omnino septentrionaliora. Quod quidẽ à sinu Caspij maris & Armenijs & Medicis montibus distat circiter stad. sex millibus, & eius maritimæ signum magis ad aquilonem tendens usq; ad Indiam uidetur esse, circunflexæ ab India nauigationis cursum habere posibilem, sicut eorum locorum præfectus Patrocles tradit. Regio etiam Bac-
Scythia. triana mille ad aquilonẽ stadijs extenditur, Scythia agro longe ampliore ulterius pascitur, & ad septentrionale mare finitur, licet pastoralem ducens uictum. Quonam igitur modo si Bactra ipsa quoq; incidunt ab habitabili (tametsi distantia è Caucaso usq; ad septentrionale pelagus paulo supra millia quatuor per Bactrianam lineam esset) hæc ad stadiorum dinumerationẽ adiuncta quæ ab Hybernia ad aquilonem computatur conficit summatim distantiam per inhabitabilem supra stadiorum numerum per Hyberniam, stad. septem millium & octingentũ? Siquis uero millia quatuor stad. omittat, eæ partes quidẽ Bactrianæ Caucaso propinquæ Hyberniæ plaga uiciniores erũt aquilonij stadijs tribus millibus & octin
Borysthenes. Gallia. gentis. Plus autẽ quàm Gallica & Borysthenica millibus octo & octingentis. Dicit autẽ Hipparchus ad Borysthenen & Galliam totis æstiuis noctibus solis splen

dorem

dorem ab occasu ad ortum ambientem illucescere. Solstitijs autem hybernis ad plurimum solem leuari nouem cubitis. In distantibus autem à Massilia sex millibus & trecentis, quos ille quidem adhuc Gallos arbitratur. Ego uero Britannos aquiloni propinquiores arbitror quàm Gallia stad. duobus millibus & quingentis. Idipsumq; ijs multo magis quidem obuenire censet. hybernis uero diebus sol eleuatur sex cubitis. Quatuor autem distantibus à Massilia stad. nouem millibus & centum, ulterioribus autem minus quàm tribus. Qui nostra etiam ratione uiciniores essent aquiloni quàm Hybernia. Hic autem Pytheæ credēs hanc habitationem ad partes Britanniæ ad austrum magis spectātes locat. Aitq; longissimū hoc in loco diem esse horarum æquinoctialium decem & nouem, uerū decem & octo ubi sol quaternis eleuatur cubitis, quos ab Massilia distare inquit stad. nouem millibus ac centum. Adeo ut Britanni maxime ad austrum uergentes, magis ad septentrionem quàm isti accedunt. Vel igitur in eodem parallelo sunt cum Bactrianis ad Caucasum, uel in aliquo propinquo. Dictum enim est secūdum Diemachum Bactrianos ad Caucasum propiores esse aquiloni quàm Hyberniam stad. tribus millibus & octingētis. His autē adiunctis illis, quæ sunt ab Massilia ad Hyberniam, efficiūtur millia duodecim & quingenta. Quis igitur scripsit illis in locis, dico autem Bactrianis, hanc maximorū dierum longitudinem, uel solis eleuationem medij cæli tempore in hyemalibus solstitijs? Hæc nanq; omnia oculis uisa uel imperito, nulla Geometrica indigent designatione, sicut antiquorum permulti cōscripserunt, & qui res Persicas literis cōmendarunt, & posteriorum ad nostram usq; ætatem. Quonam modo tanta locorum fœlicitas sermone uulgata, talibus cōfessa fuisset ex cælo apparentibus? Ex dictis autem manifestū est, quod & sapienter demonstrationi contradicit, quod idem quæsita ualeant, & quæsitū ad demonstrationem sumant. Insuper cum ille Diemachum ignarū ostendere uelit † talibusq; carentem & uacuū. Censere enim Indiam inter autumnale æquinoctiū & hyemalem tropicum iacere, & Megastheni contradicere, qui in australibus Indiæ partibus ursas occultari, & contrarias umbras cadere dicit, quoniam horum neutrū in ullis Indiæ partibus contingit. Cum hæc dicat, imperite dicūtur. Putare enim autumnalem à uernali differre secūdum distantiam ad Tropicos, indocti est, eodē existente circulo & ortu & distantia Tropici in terra ab æquinoctiali, in quorū medio ille Indiam ponit, cum in ipsa dimensione multo minus demonstratum sit stad. uiginti millibus, obtigisse autem secundum illum ipsum id quod ipse extimat, non quod ille. Nam cum uiginti, uel etiam triginta millibus constet India, non tantā sanè distantiam intercidere posse quantam ille asseruit. Eiusdē autem ignorationis esse, dicere nullis in locis Indiæ ursas occultari, necq; cōtrarias umbras cadere, quod pgredienti recte ab Alexādria millibus quinq; statim obtingere incipit. Eos uero qui hæc dixerunt rursus Hipparchus non bene profectò corrigit. Primū ab hyemali Tropico æstiuum assumens, postea non existimans, uti oportere teste mathematicarum rerum, homine astrologiæ ignaro, sic Eratosthene illius præcipue testimonium iudicāte, nec more quodam cōmuni aduersus uaniloquos utente. Vnū enim quoddam ex argumentis est contra uaniloquentes, cum illorum sentētiam, qualiscunq; sit, nobis patrocinantem demonstramus. Nunc igitur supponentes partes Indiæ, maxime in austrū spectātes ijs quæ sunt ad Meroën opponi, quod permulti & dixerunt & crediderūt, quæ hic incōuenientia proueniant, demonstrabimus. Post-

Britannia.

Dies horarum xix.

* ἀπειρον τῶν τοιούτων. id est imperitum huiusmodi rerū.

India.

quam uero Hipparchus nihil huic ſuppoſitioni nunc contradicens, poſtmodum tamen in ſecundo cõmentario minime concedit, & hæc conſyderanda eſt ratio. In quit igitur, cum in eodem parallelo circulo iacentes inuicem opponantur, quando quidẽ magna interſit diſtantia, hoc ipſum cognoſci nõ poſſe, quod loca ſub eodẽ
Philon. parallelo ſint ſine climatũ comparatione, quæ per alterum locorũ eſt. Philon igitur qui nauigationẽ in Æthiopiam ſcripſit, ſolem ad Meroës clima ante quintã & qua drageſimã æſtiui tropici diem ad uerticem eſſe tradit: Vmbilici quoq;, quem Gno
Gnomon. monem uocant, rationem aſſerere. Ad tropicas autem & æquinoctiales umbras ipſum Eratoſthenem propè cum Philone concordare, ipſum autem Indiæ clima, cum à nullo, tum uero neque ab ipſo Eratoſthene tractari. Quod ſi utraq; illic urſa (ut cenſent) occultatur, cum Nearcho credit nõ fieri poſſe, ut Meroë & ipſæ Indię extremitates ſub eodem iaceant parallelo. Quod ſi de duabus urſis diſparentibus Eratoſthenes pariter cum id dicentibus declarat, quonam modo de ipſo Indiæ cli=mate neq; Eratoſthenes nec ullus demonſtrat? Hæc enim de climate ratio eſt. Si au tem non ſimul declarat, diſcedat à cauſa, ſed non utique ſimul declarat, uerum cum Diemachus in nulla Indiæ parte urſas occultari, neq; contrarias umbras cadere di=cat, quæ ſuſpicatus eſt Megaſthenes, imperitiã eius damnat, implicitum id putans mendacium, in quo & ſecundum ipſum Hipparchũ manifeſte habet. Atqui cõtra rias cadere umbras mendaciũ implicauit. Etenim niſi ipſi Meroë opponitur, extre ma Indiæ magis quàm Syene ad auſtrũ cõcedere uidetur. Et in ſequentibus quidẽ cum de eiſdem conatur, uel eadem redargutis à nobis dicit, uel falſis utitur ſuppoſi tionibus, uel quod nequaquã eſt conſequens infert. Nec enim à Babylone ad Tha pſacum quatuor millia ſtad. & octingenta eſſe, hinc uero uerſus ſeptentrionem ad Armenios montes mille ac centũ, ſequitur, ut ex Babylone per ipſius meridianũ ad
Thapſacus. montes arcticos plura ſex millibus ſint. Nec à Thapſaco ad montes mille ac centũ, Eratoſthenes ait, ſed reliquum eſſe quiddã immenſuratũ. Itaq; intentio ex nõ data ſuppoſitione nõ cõcluditur, nec uſquequaq; Eratoſthenes Thapſacũ declarauit à Babylone ad ſeptẽtrionem pluſq; millibus quatuor & quingentis ſtad. iacere. De=hinc antiquis conſonans tabulis non ea quæ ab Eratoſthene dicũtur profert de ſi=gillo tertio, ſed ſibi ipſi ad gratiam declarationẽ fingit ad ingenioſam ſubuerſionẽ.
*Quod eſt à columnis. Ille nanq; prædictam ſequens poſitionem Tauri & maris †ex columnis, hac linea orbem duas in partes diuidens, & unam quidẽ Borealem, alteram uero auſtrinam partem appellans. Et harũ iterum utranq; in portiones poſsibiles partire nititur.
sigilla. Eas uero ſigilla uocat. Et auſtrinæ quidem partis primũ dicens ſigillum Indiam, ſe
Orbis partitio per ſigilla. cundũ autem Arianam, quæ deſcriptionem habent facilem, ambarumq; longitu=dinem ac latitudinem reddere ualuit, modo uero quodã & figuram, uelut ſcientia
India ῥομβοειδὴς θέσις. prædítus geometrica. Terram enim Indicam ex lata in acutam ſpeciem porrigi, & rhomboidem eſſe, quia latera partim à mari alluuntur & auſtrino & orientali, cum ſinuoſa minime ripas agat, reliqua autem partim monte, partim fluuio, hic etiã for=ma per lineam rectã, aliqua in parte ſeruata. Arianam uero tria montiũ habentem latera, quæ ad perducendam per mutuæ diſtantiæ parallelas inter ſe lineas figurã, cõmodiſsima ſint. Cum autem occidentalẽ ſignis definire nõ †habeat, quia gentes
*poſsit. linea quadam inuicem ſe mutant, tamen à Caſpijs portis ad extremitatem Carma=niæ finiente continuas partes ad ſinum Perſicũ manifeſtat. Hoc uero latus uocat occidentale, uerſus autem Indum, orientale. Inuicem autem diſtantia, id eſt paral=

lela

lela reliqua non dicit, nec quod monte, nec quod mari, sed unum quod aquilonare, alterum uero austrinum, hunc in modum perfecta quadam forma secundum reddens sigillum. Perfectius tertiũ sigillum plures reddit ob causas. Primam quidem dictam, quoniam quæ à Caspijs portis usq; in Carmaniam extat, non aperte diffinita est, quæ tertio ad sigillum secundum lateri cõmunis est. Deinde quia sinus Persicus in austrinũ latus incidit, quod quidem & ipse dicit. Itaq; necessario inductus est ipsam è Babylone lineam, périnde ac rectã quandã per Susa ac Persepolin, usq; ad Carmaniæ & Persidis terminos capere, qua emensam reperire uiam poterat, quæ tota paulo plurium, quàm stad. nouies millium extat. quod quidem australe latus uocat. Cæterum parallelum à septentrionali distans, non utiq; dicit. Certum autem est, quod nec Euphrates quo latus definit occiduum, per rectam lineam prope sit, uerum è montibus in meridiem profluens, deinde per ortum, & rursus in austrum deflectitur quoad erumpat in mare. Non rectum autem amnis ostendit meatum, cum Mesopotamiæ situm eloquitur, quem Tigris & Euphrates in unum coëuntes efficiunt nauigio, ut inquit, similem. Atqui neq; totum occidentale latus à Thapsaco usq; in Armeniam dimensum habet, quod Euphrates ipse disterminat. Sed quanta sit pars ab Armenia & montibus Arcticis habere se negat, cum nondum mensurata fuerit. Quas ob res tertiam se particulam in figuræ modum edidisse refert. Etenim interualla ex multis stationes quasdam tractantibus, aggregasse dicit, quas sine inscriptione existentes nominat. Ingratæ mentis Hipparchus esse uidetur, cum ad hanc perfectam rationem uia quadam geometrica contradicat, in qua ijs habenda est gratia, qui locorum naturam quouis modo posteritati prodiderunt. Quando igitur ex ijs quæ ille commemorat, geometricas minime capit materias, sed sibimet fingẽs, ambitiosum apertius explicat animum. Ille quidem tertiam hoc pacto particulam in figuræ modum edidisse refert, decem millium stadiorum à portis Caspijs ad Euphratem. Particulatim uero diuidens tanquam descriptam repertu facilem dimensionem, sic iterum ab Euphrate initium ponit, & transitum eius per Thapsacum faciens usq; ad Tigridem quidem quà traiecit Alexander, mille & quadringenta stadia scribit. Hinc uero ad succedentes inde locos per Gaugamela & Lycum & Arbela & Ecbatana, quà Darius è Gaugamelis fuga surreptus est usque ad portas Caspias decem millia explet, trecenta tantum abundantius addens. Latus quidem aquilonare hunc metitur in modum, non æquali montibus distantia, hoc est parallelum id collocans, nec ipsa quidem per columnas & Athenas & Rhodum linea. Nam Thapsacus multum distat à montibus, mons uero & à Thapsaco uia ad Caspias portas coincidunt. Hæ autem partes montis ad septentrionem expositæ sunt. Sic aquilonare latus edens, hoc quidem austrinum (inquit) ad mare †capere non licet, quia Persicus intercidat sinus. At à Babylone per Susa & Persepolin & Persidis cõfinia, & Carmania stad. esse nouem millia & ducenta, quod austrinũ appellat, cum tamen austrinũ non dicat parallelum septentrionali, discrepantiũ uero longitudinis euenire, ideo inquit de septentrionali & austrino latere posito, quia Euphrates usq; ad quoddã spatium in meridiẽ profluens multum inclinat ad ortum, uerum ex maritimis lateribus occidentale primum dicere, de quo unum 'nean duo sint, in medio cõsyderari licet. A transitu enim ad Thapsacum †præter Euphratem ad Babylonẽ stad. inquit esse quatuor millia & octingenta. Hinc autẽ ad Euphratis eru-

Mesopotamia.

Hipparchi ingratitudo.

**Intelligere*

†παρὰ τὸν εὐφράτην.

ptiones & oppidũ Teredonem tria millia octingenta, à Thapſaco ad aquiſonẽ uſque ad portas Armenias dimenſa interualla ad mille ac centum exiſtere. Per Gortynæos autem & Arnios non item, & ideo hæc omiſit. Lateris uero ad orientẽ pars ipſa per Perſicam ſecundum longitudinem à mari rubro ad Medos & Arctos nõ minus octo millibus uidetur eſſe, à promontoriis uero nonnullis ultra millia nouem. Reliquum Parætanicam & Mediam & Caſpias portas circiter tria millia. Tigris autem fluuius, & Euphrates ex Armenia in meridiem labentes, cum Gortynæos montes perfluxerint magnũ circumplectentes ambitum, permultumq; intra ſe circumeuntes agri, ipſam inquam Meſopotamiam in Hybernũ ortum ac meridiem uertũt. Et amplius quidem Euphratem. Hunc autem propius ſemper Tigrin conſtitutum ad Semiramidis murum, & uicum nomine Opin, à quo circiter ſtad. ducenta diſtantem, & per Babylonem labentem in Perſicũ elabere ſinum, forma uero, inquit, Meſopotamiæ, ac Babyloniæ ſimilis ſit † nauigio. Talia quidem tradit Eratoſthenes. De tertio uero ſigillo, & talia quidem cõmittit errata quæ cõſyderabimus. Quę autem Hipparchus illi obiicit non admodum, ſed quæ dicat conſyderemus. Cõfirmare enim uolens ab initio dictum, quod India nequaquam ad auſtrum tranſponenda ſit, ſicut arbitratur Eratoſthenes, hoc ex iis liquere inquit, maxime, quæ ille ipſe obiicit. Tertiam enim, inquiens, particulam ad aquilonare latus à linea de portis Caſpiis ad Euphratem determinari, quæ ſit ſtad. decem millium. Poſt hæc affert latus auſtrale à Babylone ad Carmaniæ fines paulo plus eſſe millium nouem, latus uero ad occaſum à Thapſaco ad Euphratem eſſe ad Babylonem millium quatuor & octingentûm ſtad. & deinceps ad eruptiones trium millium. Spatium ad ſeptentrionem à Thapſaco, cum quidem menſuratur uſq; ad mille ac centum, reliqua uero non etiam. Cum igitur dicat Boreale latus tertiæ particulæ, hoc eſt millium uiginti, horum autem parallela à Babylone recta uſque ad orientis latus computata eſt paulo pluribus nouem millibus, patet quod Babylon multò plus ſtad. mille ad orientem eſt expoſita, quàm tranſitus Thapſaci. Dicemus autem quod ſi in eadem meridionali recta exacte, Caſpiæ portæ caperentur, & Carmaniæ ac Perſidis fines, in rectasq; decurreretur à prædicta meridionali recta, & quæ ad Thapſacum, & quæ ad Babylonem eſt, hoc accideret. Nam quę abiicitur ei quæ per Babylonem uſq; ad eam rectam meridionalẽ quę per Thapſacum ducitur, par eſſet uel ad ſenſum. Super eam uero quæ eſt à Caſpiis portis ad Thapſacum extẽditur, adeo ut per exceſſum Babylon ad orientẽ inclinatior ſit Thapſaco, quanto excedit illa, quæ eſt de Caſpiis portis ad Thapſacũ, eam quæ eſt de Carmaniis montibus ad Babylonem. Sed lineam quæ occiduũ latus diſterminat Arianæ ad meridianũ iacens, minime cõmemorauit Eratoſthenes, neq; illã quæ à Caſpiis portis ad Thapſacũ ad rectas ei quę per Caſpias portas, meridianam, ſed eam potius quę & mõte deſcribitur. Ad quã illa quę ad Thapſacũ ab eodẽ ſigno deducta, à quo & montis linea, angulũ efficit. Neq; alia ad Babylonẽ à Carmania ducta parallela cõmemorata eſt, quàm ea quæ ad Thapſacũ ducitur. Nec ſi parallela ſit, non directam uero per Caſpias portas meridianam, nihil amplius ad computationem efficeretur. Is autem hæc ex apparatu capiens, oſtendensq;, ut exiſtimat Babylonem ſecundum Eratoſthenem magis quàm Thapſacũ ad ortum expoſitã, paulò plus quàm ſtadiis mille. Rurſus alio pacto fingit ſibiipſi ſuppoſitũ ad reliquam demonſtrationem, & ait, ſi intelligatur recta à Thapſaco ad meridiem ducta, & à Babylone

Tigris. Euphrates.

Opis uicus.

Meſopotamiæ forma.

ὑπερβαίνω.

bylone ad hanc perpendiculam, triangulum angulis rectis fore constitutũ, & à latere ex Thapsaco in Babylonem extento, et ex perpendiculo à Babylone ad lineam meridianam in Thapsacũ, ducta per Thapsacum ipsa meridiana. Huius autem trianguli extentam recte à Thapsaco in Babylonẽ locat, quam quatuor milliũ octingentorum esse dicit. Meridianam uero è Babylone per Thapsacum lineam perpendicularem, paulo plus quàm mille, quot stad. erat excessus illius, quæ ad Thapsacum ad eandem usq; Babylonem procedendo. At uero ex his & reliquam computat earum, quæ ad rectam prominet, quæ longe amplior existit, quàm quæ ad perpendiculum dicta est. Huic autem addit illam, quæ à Thapsaco ad ursam ejcitur ad Armenios usq; montes, cuius mensuratam esse partem, inquit Eratosthenes, & esse mille & centum. Quod uero mensuratum non est, prorsus omittit. Iste autem ad minus mille supponit, adeo ut ab ambobus simul duo millia ac centum efficiantur. Quod adijciens ad latus in rectam trianguli usq; ad perpendiculum Babylonis per multa millia distantiam computat, quæ ab Armenijs montibus parallelo per Athenas usq; ad Babylonis perpendiculum, quod in Babylonis parallelo constituitur. A parallelo autem per Athenas ad Babylonem non minus stadijs duobus millibus & quadringentis contendunt, cum totum meridianũ supponatur tot stadijs, quot inquit Eratosthenes. Quod si hoc ita est, nequaquã forent Armenię montes & Tauri in parallelo per Athenas, ut censet Eratosthenes. Sed multis stad. millibus septentrioni uiciniores secundũ eundem illum. Hinc ad usurpandum suppositionis apparationẽ ad rectũ anguli in triangulo ordinẽ, & hoc capit ad id quod non cõceditur, ut à Thapsaco linea ad rectũ angulum extenta recta sit, usq; Babylonem in stad. quatuor millibus octingentis. Penes Euphratem enim hanc esse uiam, inquit Eratosthenes, & Mesopotamiam cum Babylonia ingenti circulo contineri, dicens sub Euphrate ac Tigride, maiorem autem ambitus partẽ ab Euphrate dicit euenire. Recta igitur à Thapsaco ad Babylonem, cum penes Euphratem existat, nequaquam tot stadiorum existeret, neq; propé. Subuersa itaq; est hæc ratiocinatio. Atqui dictum est, duabus datis lineis fieri non posse, ut à Caspijs portis deducantur, una quidem ad Thapsacum, altera uero ad montes Armenios inuicem distantes à Thapsaco, qui absunt à Thapsaco saltem (ut inquit Hipparchus ipse) duobus millibus & centum stad. utranq; parallelam esse, & interse, & cum ea quæ per Babylonem, quam latus australe appellauit Eratosthenes. Ille quidem cum ad montes uiam mensuratã dicere nequiret, eam tamen quæ est à Thapsaco ad portas Caspias asseruit, adiecitq; id secundum quandam formæ rationem dixisse. Alioqui si quis longitudinem dicere uelit eius loci, qui post Arianam usq; ad Euphratem existit, non multum refert, hánc ne an illam dimetiatur. Qui uero ut parallelas, id est mutuo distantes dici audiat, puerilẽ penitus hominis imperitiã cogniturus dãnaturusq; uideretur. Próinde hęc périnde ac puerilia sunt omittenda. Quæ uero quispiam ab Eratosthene dicta carperet, huius generis sunt, Quemadmodũ ea quæ est in membra diuisio, ab ea differt quæ est per partes, quippe quæ per partes est facta concisio circunscriptionem accipit, cum naturalem habeat directione quãdam formaq; signatam, unde & hoc dictum est, illum per membra concidit. Illa uero tale nihil habet, proprie uero utimur, utriusq; tempus necessitatémque consyderantes. Hoc pacto in terræ descriptione partium quidem concisiones facere oportet ad singula pertinentes. Imitari uero concisiones, quæ per

membra fiunt potius quàm obtingentes prout sors tulit. Id enim cui adsunt signa frequẽtia, quodq; facile terminabile est, etiam ex eo suscipere est, cuius necessitatem geographus, id est orbis descriptor habet. Terminat uero † facile, cum fluuijs uel montibus aut mari possibile est distingui, & gente aut gentibus & magnitudine aliqua uel forma, ubi hoc fieri queat. Quaqua uersum autẽ pro geometrica doctrina simplicitas & perfectior sufficiens. Magnitudo quidẽ igitur sufficiens est, si maximam longitudinẽ latitudinemq; dixeris, quemadmodum, si orbis longitudo septuaginta milliũ obtigerit, latitudo autem paulò minor quàm longitudinis medietas, figurã uero cuidam geometricarũ figurarũ cõparares, forte Siciliam triangulo, uel alteri cognitæ cuipiam assimilans, sicut † corio Hispaniam, & Peloponnesum platani folio. Quanto uero maius est quod concidetur, tanto ampliores fieri portiones decet. Tertia igitur habitabilis dupliciter diuiditur, & Tauro & eo quod est ad columnas mari belle, & australi de parte, & Indica quidem à multis quaquauersum terminatur. Nam ex monte & fluuio & freto & nomine uno, ut gentis unius, gens. Vnde & quadrilatera & rhombo, aut turbini recte similis appellatur. Arianа uero minorem circunscribendi facultatem habet, cum occidentale latus confusum sit. Tamen tribus lateribus ut rectis definitur, & nomine perinde ac gentis unius. Tertium autem sigillum omnino circunscriptum non est, necdum determinatum. latus enim commune & ipsi & Arianæ (ut prædictum est) confusum est, & australe latus tardissime deprehẽsum est. Non enim sigillum circunscribit per mediam ipsius incedens, & multas ad austrum partes omittens, maximam longitudinem minime circunscribit. Nam aquilonare latus maius est, neq; Euphrates occidentale latus est, neq; si in rectum flueret cum eius extrema in eodem meridiano minime iacent, quippe quod aliquãto magis occidẽtale uel australe sit. Præterea cum reliqua ad mare modica existat, Ciliciam & Syriacam hucusq; duarum sigillũ non producere probabile non est, quæ Semiramidis & Nini Syrorũ dicuntur. Ex quibus illius quidem Babylon ædificium & regia. Huius autem Ninus metropolis Syriæ, manente hanc usq; in ætatem eadem lingua, & ijs qui extra Euphratem, & ijs qui interius incolunt. Vbi tali diuisione notissimã nationem disiungere, & alijs atq; alijs gentibus partes coniungere, minime conuenit. neq; enim ob magnitudinem sese coactum esse diceret, quando ipsum usq; ad mare spatium Indicę regioni minime par fieret, neq; item Arianæ, etiam si assumatur tractus ipse usq; ad fœlicẽ Arabiam & Aegyptum. Præstabat itaq; hactenus ad tertiũ procedendo sigillum dicere cum hoc additamento ad mare usq; Syrum, australe quidem latus quod est minime dixit habens, neq; directo, sed à Carmania statim dextram maritimã. Intra sinum enim Persicum nauiganti usq; ad Euphratis eruptionem, & postea ad Messenæ limites, ac Babylonis cõiunctionem, quod initiũ isthmi est fœlicem Arabiam & alterã continentem disterminantis. Postea deinceps hunc ipsum dextrum peruenientem usq; ad intima sinus Arabici & Pelusiũ & Canobicũ Nili ostium, hoc quidem australe latus, reliquum uero occidentale totam ab Canobico ostio usque ad Ciliciæ maritimam. Hoc autem quartum sigillum est, & ex Arabia fœlice cõstans, & sinu Arabico & Ægypto uniuersa & Aethiopia. Huius uero particulæ longitudo erit à duobus meridianis terminata. Quorum unus quidẽ per coniunctissimum occasui signum, quod super eam est describitur, alter autem per proximum orienti. Latitudo autem quæ inter duos est parallelos, quorũ unus per signũ aquiloni

πεπερασμένον terminatu uero.

Siciliæ figura.

Βυρσή. Hispaniæ atq; Peloponnesi forma.

Latitudo et longitudo bifariã sumpta.

aquiloni propinquissimum describitur, alter uero per austro propinquissimũ. Per inæquales enim figuras, in quarum lateribus neq; longitudo neq; latitudo termina ri potest, hunc in modũ quantitas definienda est. Generaliter autem † definiendũ, quod non eodem modo in toto & in parte longitudo & latitudo dicitur. Sed in to to quidem maior distantia appellatur longitudo, minor autem latitudo. In parte uero longitudo quidem est ipsum parallelum ad totius longitudinem, illius por= tio, quod fuerit maius, tametsi capta in latitudine distantia maior sit, quàm capta in longitudine. Ideo & orbe ipso terrarũ ab ortu & occasu in longum producto, à se= ptentrione uero ad austrum in latũ extenso, cum q; longitudo in aliquo parallelo ad æquinoctialem describatur, latitudo autem ad meridiem, partes quoq; capere non opus est. Longitudines quidem ad longitudinẽ parallelæ, partes eius, latitudi nes uero & ipsæ ad latitudinẽ. Sic enim melius describeretur. Primum quidem or= bis terrarum totius quantitas, dehinc dispositio & partium forma ad aliqua quidẽ deficere, ad aliqua uero superabundare, tali ex appositione apparẽtibus. Eratosthe nes autem ipsam orbis terrarũ longitudinẽ capit in linea per columnas & Caspias portas & Caucasum perinde ac directa. Tertiæ uero particulæ in linea per Caspias portas & Thapsacum. At quartæ particulæ longitudinem in linea per Thapsa= cum & urbem † Heroum, usq; ad illa quę inter Nili ostia est, necessarium est ad Ca= nobi & Alexandriæ loca reuerti. hic est enim ultimum ostium, quod Canobicum Heracleoticum q; uocant. Siue igitur per directam longitudinem inuicem po= nant, siue ut angulum facientes ad Thapsacum, sed quod neutrum sit ad orbis ter= ræ longitudinem parallelum ex ijs quæ dixit ipse liquet. Mundi enim longitudi= nem per Taurum & mare usq; ad columnas per rectitudinem secundum lineam per Caucasum & Rhodum & Athenas scribit. A Rhodo autem in Alexandriam secundum ipsarum meridianũ multò minus quàm millia quatuor stad. esse dicit. Vnde tantum distarent inuicem illarũ paralleli, qui scilicet per Rhodum est, quiq; per Alexandriam. Idem autem quodammodo est huic qui est per Heroum oppi= dum, uel hoc ipso australior, adeo ut coincidens huic linea parallelo, & illi qui per Rhodum & Caspias portas siue recta siue fracta ad neutram parallela esset. Haud igitur longitudines bene cõprehenduntur, neq; item septentrionales particulæ cõ= prehenduntur. Cæterũ ad Hipparchũ regredientes, reliqua deinceps uideamus. Si bijpsi enim quędã assumpta rursus effingens, illa quę ab illo figuraliter dicuntur ra tionibus geometricis cõfutat. Ait enim eum dicere spatium ex Babylone ad portas Caspias sex milliũ septingentorum stad. esse, ad cõfinia uero Carmanię ac Persidis plus quàm nouẽ milliũ. Quod in linea ad æquinoctiales ortus recte deducta iacet, hanc autẽ perpendicularẽ fieri ad cõmune secundi ac tertij sigilli latus. Itaq; in ipsũ constitui triangulũ angulis rectis rectam habentem ad Carmanię terminos & ex= tentam minorẽ esse una illarũ quæ rectam habeat, oportere itaq; Persidẽ secundi si= gilli facere. Adhæc dictum est lineam etiam quæ ex Babylone in Carmaniam est in parallelo non comprehendi, neque rectam quæ sigilla distinguit meridianam di= ci. Itaq; nihil in ipsum dictum est, neque quod infertur. Nam cum dixerit à Ca= spijs portis ad ipsam quidem Babylonem stadia esse quæ dicta sunt, ad Susa ue= ro stadiorum millia quatuor nongenta, à Babylone uero tria millia quadringen= ta. Denuo ab eisdem concitatus causis, obtusis angulis triangulum constitui di= cit ad Caspias portas & ad Susa et Babylonem obtusum angulũ habentẽ ad Susa.

* προτίθημι.

† κλίμα τῶν.

Longitudines uero laterum eiectas, postea colligit quod secundum has causas eueniat, lineam quæ est per Caspias portas meridianam, in parallelo per Babylonem, et Susa ad occasum adiunctiorem habere communem incisionem, cõmunis incisionis eiusdem paralleli & rectitudinis à Caspijs portis ad terminos pertinentis Carmaniæ, & Persidis pluribus millibus quatuor & quadringentis. Fermè autem ad lineam per Caspias portas meridianam dimidiam recte facere angulum, qui est per Caspias portas & terminos Carmaniæ & Persidis, & inclinare illum ad mediam meridiei & æquinoctialis ortus, huic uero parallelum esse Indum amnem. Et quod iste à montibus non in meridiem fluat (ut inquit Eratosthenes) sed inter hanc & æquinoctialem ortum, quemadmodũ in uetustis scriptum est tabulis. Quis igitur concedet constitutum nunc triangulum obtuso esse angulo, cum non concedat rectum angulum esse qui illum amplectitur? Quis uero in parallelo iacentem à Babylone in Susa, unam obtusam ex ijs complectentibus uniuersam, qui non cõcedat illam usq; in Carmaniam? Quis autem Indo parallelam illam esse quæ est à Caspijs portis ad Carmaniæ terminos, sine quibus inanis esset ratiocinatio? Præter hæc autem & is dixit quod ad trochi † formam est Indię figura. Et sicut orientale latus multum ad ortum circunflectitur, præsertimq; promontorio ultimo, quod in meridiẽ ultra litus reliquum prominet, & latus ad Indum. Hæc autem omnia dicit non Geometrica ratione arguens neq; uerisimiliter. Hæc uero & ipse sese inuoluens dissoluit, dicens. Siquidem ad pusilla interualla existeret argumentum, danda esset uenia. Cum autem ad stadiorũ millia excidat, nequaquam ignoscendum. Atq; illum uticq; ultra stadia quadringenta sensibiles indicare permutationes, ut per † litorum parallelum atq; Rhodi. Est autem id non simplex, quod ad sensum est. Sed tum in maiore latitudine tum in minore. Maiore quidẽ in eo ipso, cum creditur oculo uel fructibus, uel aëris temperiei ad climatum temperiem. Minore uero per instrumenta gnomonica, aut ad † speculandum pertinentia. Parallelus igitur † per litora gnomonis ratione acceptus, & is qui per Rhodum est & Cariam in tot stadijs sensibilem iure efficit differentiam. Ille autem in latitudine stad. trium millium, in longitudine uero millium quadringentũm terminos, pelagi uero milliũ triginta, capiens lineam ab occidente ad æquinoctiales ortus, et ad utranq; partẽ, quædam australia nuncupans, quædam septentrionalia. Et lateres hæc appellans & sigilla, cogitet quonam modo & hæc dicat, & latera, quædam quidem septentrionalia, quædam uero australia? Et quonam modo alia sanè occidentalia, alia autem orientalia? et id quod permultũ aberrat negligens rationem subeat, iustum est enim. Quod autem ad paululum est neq; etiamsi omittat, redargui potest. Hic autem neutro modo ullum ei accedit argumentum. Haud enim eorum quæ in hac latitudine sunt ulla geometrica ualere potest demonstratio. Neq; ubi nititur geometrice differere, manifestis utitur acceptionibus, sed à seipso fictis. Præstat igitur de quarta dicere particula. Adijcit enim & de Philetio, & de Menonte eisdem de causis uel similibus, hoc autem rectè increpat, quod huius particulæ longitudinem nominat lineam à Thapsaco usq; ad Ægyptum. Quemadmodum si quis descripti per parallelas lineas spatij longitudinem diametrum esse dicat. Non enim eodem in parallelo iacet Thapsacus & ora Ægypti maritima, sed multum à se inuicem distantibus. Intermedia enim ducitur quodammodo angularis & obliqua linea à Thapsaco ad Ægyptum. Ausus est autem dicere se mirari spatium sex millium stad. à Pelusio ad Thapsa

*ἑομβοειδής. † formam

* In Græco leg. δι' ἀθλιῶν per Athenas ducto parallelo. Interpres uidetur legisse δι' ἀκτῶν.

† litorum

* ὅσῳ διοπλίνων.

† per litora

* διὰ δλιῶν, Græce est.

† speculandum

Thapſacū, cum plura ſint ſeptem millibus. Haud ſanè recte. nam cum per demonſtrationē accipiat, quod parallelus per Peluſiū magis quàm parallelus Babylonis eſt auſtralis, ultra ſtadia duo millia & quingenta, & ſecundum Eratoſthenem, qui exiſtimat parallelum per Thapſacum magis quàm Babylonis parallelus propinquiorem eſſe aquiloni ſtad. millibus quatuor octingentis, concidit, inquit, plus q̄ millibus ſeptem. Quonam igitur modo ſecūdum Eratoſthenem tanta paralleli diſtantia demōſtratur per Babylonem à Thapſaco cum ſcrutaretur? Quod quidem à Thapſaco ad Babylonem tantum interſit, ille affirmat. Quod autem per utriuſq; parallelum ad alterutrum eſſet, nequaquam dixit, neq; quod in eodem meridiano ſint Thapſacus & Babylon. Cōtraria enim Hipparchus ipſe demonſtrauit ſecundum Eratoſthenem pluſquam ſtad. duobus millibus ad orientem Babylonem, q̄ Thapſacum contingere eſſe propinquiorem. Nos autem demonſtrationes Eratoſthenis opponimus, in quibus Tigrin & Euphratem Meſopotamiam & Babyloniam ambire, & maiorem ambitus partem Euphratem efficere cōtendimus. Qui quidem cum ad ſeptentrionē fluat in meridiem, ad orientem flectitur, in meridiem autem excidit, à ſeptentrione igitur eius in meridiem curſus cuiuſdam quaſi meridiani eſt. Ipſa uero ad ortum inflexio & ad Babylonem inclinatio à meridiano eſt, & non per directam, ob iam dictum circuitum. Viam autem ait eſſe millibus quatuor & octingentis ſtad. ad Babylonem à Thapſaco præter Euphratem, adiiciens quaſi dedita opera nullam rectam ipſam ſuſcipere, ac menſurā interualli duorum parallelorū. Hoc autem non dato, inane eſt, quod demonſtrare uidetur, quoniam conſtante rectis angulis triangulo penes Peluſium & Thapſacum, & ſectioni paralleli per Thapſacum & meridiani per Peluſium, una earum quæ eſt circa rectam in meridiano, maior erit ea quæ circa rectam à Thapſaco in Peluſiū. Inane autem, quod huic adiungitur à non conceſſo præſuppoſito comparatum. haud enim datur à Babylone ad Caſpiarum portarum meridianum interuallum eſſe ſtad. millium quatuor octingentorum. A nobis enim argutum eſt à non conceſsis ab Eratoſthene, id quod confirmarit Hipparchus, ut uero ſit inualidum quod datur ab illo, cum capiat plus nouem millibus eſſe, lineam ſic ductam à Babylone ad portas Caſpias (ut inquit ille) ad Carmaniæ confinia, idem oſtendebat. Hoc igitur in Eratoſthenem minime dicendum, ſed quod magnitudinum & formarum, quæ in latitudinem dicuntur, aliquam oportet eſſe menſuram, & quod alicubi amplius, alicubi minus, cōcedendum eſt. Capta enim latitudine finium ad æquinoctiales ortus, extentorum trium millium ſtad. & ſimiliter item maris uſq; ad columnas, potius aliquis concederet, ut in una linea inquiratur, quæ ſunt ad illam parallelæ in eadem latitudine conductæ, quàm quæ coincidant, in illa ipſa latitudine coincidentiam habentium, uel quæ exterius eodem modo & diſtantes uſq; ad non exeuntes de latitudine & exeuntes, & quæ in maiori longitudine magis quàm quæ in minori. Etenim inæqualitas longitudinum magis occultaretur, & formarum diſſimilitudo, uelut in totius Tauri latitudine, & maris uſq; ad columnas ſubiectis ſtad. tribus millibus. Intelligitur locus etiam lineas habens parallelas circunſcriptus, atque mons uniuerſus & mare prædictum. Si igitur in plures inuicem parallelas partes partias longitudinem, & diametrum huius totius capias & partium, facile totius diametri eadem computaretur parallela, & æqualis ad ipſum longitudinis latus, quæ in partibus. Et quanto quidem minus ſit, quod inuicem parallelam habet

lineam, quod in parte capitur, tanto magis hoc contingeret. Nam & diametri obliquitas minus arguitur, & longitudinis inæqualitas in magnis. Itaq; in ipsis formæ longitudinis diametrum appellare ne utiq; dubitaueris. Si igitur diametrum amplius obliquaueris, ut extra latera uel utrunque uel alterum duorum excidat, non sanè eodem modo etiam hæc euenirent. Tale equidem aliquid dico, ipsam scilicet eorũ quæ in latitudine dicuntur mensuram. Is autem qui à portis Caspijs, unam quidem per ipsos montes sumpserit, uti per eundem parallelum usq; ad columnas deductam, alteram uero ad Thapsacum declinantem statim multum extra montes. Ac rursum aliam à Thapsaco educens usque ad Ægyptum, quæ tantam capiat latitudinem, deinde huius longitudine, loci longitudinem dimetiens, quadranguli diametrũ dimetiri, quadranguli longitudo uideretur. Quando autem diameter non adsit sed linea fracta, longè magis peccare uideretur. Fracta enim ea est, quæ à Caspijs portis per Thapsacum ad Nilum deducitur. Nec quidem
In Hipparchũ. in Eratosthenem, illud autem & in Hipparchum quoniam oportebat, quemadmodum ab eo dictorum accusationem fecerat, sic & erratorum emendationem aliquam facere, quod nos facimus. Ille tametsi hoc sapiat usus piam, ut priscorum tamen tabulis mentem adhibeamus sanè iubet, quæ maioris etiam atq; etiam quàm Eratosthenis tabula emendationis indigent. Et allatum argumentum eodem uitio detinetur. unum enim capit præsuppositum ex non concessis confutatum (ut nos ipsi coarguimus) quod Babylon ad orientem magis quàm Thapsacus supra stad. mille exposita est. Quo circa licet admodum inferatur, eam propiorem ortui esse stad. duobus millibus quadringentis ex dictis Eratosthenis, quoniam ad Ti-
Alexander. gridis transitum, quà traiecit Alexander à Thapsaco compendiosius est stad. millibus duobus quadringentis. Tigris autem & Euphrates Mesopotamiam circundantes interim in orientem labuntur, inde in austrum uersi, tunc inuicem propinqui sunt & Babyloni, nihil dictis euenit absonum. Errat autem in argumentatione sequenti, in qua concludere uult, quod uia à Thapsaco ad portas Caspias, quam Eratosthenes stad. decem millium esse dixit, haud quaquã in directo est mensurata, perinde ac in recto tradat, cum recta longè minor existat. Sibi uero ingressio talis est. Ait esse & secũdum Eratosthenem eundem meridianum, & qui est per ostium Canobicũ, & qui est per Cyaneas. Hunc uero distare ab eo qui est per Thapsacum stad. millibus sex & trecentis, Cyaneas uero à monte Caspio stad. sex millibus & sexcentis, qui ad excessum ad mare Caspium è Colchide iacet. Adeo ad stadia trecenta æqualem esse distantiam à meridiano ad Cyaneas, & ad Caspium, & ad Thapsacum. Quodã autem modo & Thapsacum & Caspium in eodem iacere meridiano. Huic uero cõsequens esse, portas Caspias pariter distare. A Thapsaco uero & Caspio multò minus abesse millibus decem, quot, inquit Eratosthenes, à Thapsaco distare. Certe multò minus q̃ millibus decem distare per rectam. Ambitum igitur esse decem millium ratiocinatur ille per rectam ad Thapsacum ex portis Caspijs. Ad ipsum uero dicemus, quod cum Eratosthenes rectam in latitudine capiat, quod geographiæ proprium est, in latitudine uero & meridianas, & eas quæ ad orientalem meridianam sunt, ille arte geometrica ipsum dirigit. Et sicut aliquis per instrumenta, caperet unumquodq; horũ, ipse nequaquã per instrumenta, sed per coniecturã potius accipiens, quod q̃ per rectas, quod q̃ per parallela. Vnũ quidem hoc peccatũ est. Alterum uero est, ut nec ab illis iacentia interualla ipse ponat,

nec

nec ad illa adducat argumẽtum, sed ad ea quæ ipse confingat. Ea propter primum quidem, cum ille ab ostio ad Phasin stad. octo millia interuallum esse dicat, adiungatq; illa, quæ usque ad Dioscuriadem sunt, indeq; sexcenta, & eam quæ ab Dioscuriade ad Caspium est additionem dierum quinque, si quispiam sanè secundum ipsum Hipparchũ existimat dici oportere stad. mille. Vnde uniuersam summatim computari secundum Eratosthenem millibus nouem sexcentis. Ipse igitur partitus est, & ait ex Cyaneis & Phasin millia quinque & sexcenta esse, hincq; ad Caspium alia mille, ita quod secundum Eratosthenem non contingeret, & Caspium & Thapsacum in eodem esse meridiano, sed secundum ipsum†. Eia igitur secundum Eratosthenem, quonam modo huic consequitur à Caspio ad portas Caspias æqualem esse ad aliam à Thapsaco ad idem signum? Cæterum in secundo rursus commentario, resumens eandem quæstionem de montibus circa Taurum, de quibus diximus satis, transit ad septentrionales orbis terrarum partes. Dehinc dicta exponit ab Eratosthene de adiacentibus Ponto locis. Quandoquidem tria, inquit, promontoria à septentrione descendere, unum quidem, à quo Peloponnesus, secundum uero Italicum, tertium autem Lygusticum, à quibus sinus deprehendi & Adriaticum & Tyrrhenum. His quidem expositis uniuersaliter, singula de illis dicta nititur redarguere per rationes magis geometricas, quàm per orbis descriptiones. Tanta uero est erratorum in eis ab Eratosthene multitudo, & Timosthenis in portuum descriptione, quem ille super cæteros collaudat, discordans eum plurimum arguit, ut dijudicare indignum arbitrer, tantopere de rebus aberrantes, & illos & Hipparchum. Etenim ille nonnulla quidem omittit errata, quædam uero non emendat, sed tantum arguit, quoniam falso uel repugnanter dictum est. Hoc & fortasse quispiam accusandum duxerit, quod tria Europæ dicit esse promontoria, unum quidem constituens in quo est Peloponnesus. etenim aliquid habet in multas diuidendum partes. Nam & Sunium ad promontorium inclinat sicut & Laconica, cum sit non multò minus, quàm Maleum ad meridiem uergens, & sinum minime paruipendendum accipit. Et Chersonesus Thracia ad Sunium, & Melena id est nigrum sinum assumit, & deinceps Macedonicos. Quod si hoc quidem omittamus, & ex interuallis plurima manifesta falsitate descripta, egregiam locorum imperitiam arguunt, quæ geometricis argumentis nequaquam indigent, cum aperta sint suapte natura, & testificari ualeant. Sicuti quod ex Epidamno ad sinum Thermæum excessus sit super duo millia stad. is autem nongentum affirmat. Ex Alexandria uero ad Carthaginem supra millia tredecim, cum nouem millia non excedant. Siquidem in eodem meridiano est secũdum hunc Alexandria, Caria & Rhodus, & Carthagini Porthmus, id est interiacens mare. Omnes autem sanè consentiunt è Caria ad Porthmum nauigationem esse plus quinque millium stad. cum meridianus in magno quodam captus interuallo, idem esse consyderetur cum illo qui tanto in occidentem inclinatior est ad alium magis in orientem inspectantem, quanto Carthago in occidentem magis quàm Porthmus existat. In tribus autem stad. millibus manifestam habet redargutionem. Is autem Romam in eodem meridiano ponens tanto in occasum uiciniorem quàm Carthago, excellentiam imperitiæ non relinquit locorum, & horum & aliorum qui per eundem tractum ad occidentem usque ad columnas existunt. Hipparcho igitur non orbis situm describenti, sed Eratosthe

† scilicet Hipparchum.

Tria promontoria à septentrione.

Timosthenes.

μέλας κόλπος.

Porthmus.

nis dicta de geographia exactius exploranti, proprium fuit singula corrigenda magis emendare. At nos, in quibus recte inquit, cum longe plus sit in quo peccet, proprium uniuscuiusque rei sermonem adducendum esse putauimus, nõnulla emendantes. In quibus autem allatas ab Hipparcho causas dissoluemus, & ipsum simul Hipparchum rimantes erimus, ubi per contentionem quippiam dissenserit, in his autem eum omnino delirantem intuentes, cum illum iure † inuitet, satis esse cogitamus, si quæ in ipsa geographia insunt dicentes, illam corrigamus. In quibus enim frequentes exterius sunt errores, præstat ne mentionem quidem facere, nisi rarum aliquid in uniuersum est, quod sigillatim efficere conabimur. In præsentia dictum sit, quod Timosthenes & Eratosthenes, & adhuc illis priores, Hispaniensia & Gallica prorsus ignorarunt, innumerabiliter autem amplius Germanica, situmq; Britanniæ, pariter autem & Getarum & Bastarnorum. Ad multam quoque ignorationis partem de Italia, de Adria, de Ponto, & de reliquis septentrionis partibus peruenerunt, tametsi huiuscemodi uerba contentiosorum forte dicerentur. Nam cum Eratosthenes ea quę de longe distantibus tradita sunt dicturũ se asserat, nec illa confirmet, sed accepisse se dicat, opponatq; alicubi, quæ per rectam magis minúsue sint, non oportet accuratum afferri argumentum ad non confessa inuicem interualla, quod facere conatur Hipparchus. Sed in antedictis ex tractu Hircaniæ usque ad Bactra, & de ulterioribus nationibus distantias exponit. Et ex Colchide ad Hyrcanum mare. haud enim simili modo in hisce illum exquire oportet, et in † litoribus rursus, ac reliquis usque adeo cognitis locis. Sed neque in his ratione geometrica (ut dixi) magis uero more orbis situm describentium. Quædam igitur de Æthiopia carpens in fine secundi commentarij de factis in Eratosthenis geographia, in tertio, inquit, maiorem contemplationem fore mathematicam, ad † aliquantum autem & geographicam. Nec tamen ad aliquantum geographicam fecisse mihi uidetur, sed totam mathematicam, cum Eratosthenes talem præbeat occasionem. Nam compluribus in locis ad ampliorem excidit scientiam, quàm proposita exigat notitia. Elapsus autem non diligentes, sed generales quasdam efficit declarationes, & quodammodo in geographicis mathematicum, in mathematicis autem geographicum sese gerens. Itaque contra differentibus, utrobique causas præbet. In hoc autem commentario etiam iustas causas præbet & iste & Timosthenes. Quocirca nec nobis quidem simul consyderandi facultas requiritur, sed de ijs quæ ab Hipparcho dicta satis habemus. Cæterum & Posidonium in ijs quæ de oceano differit intueamur. Vbi pleraq; more Geographi explicare uidetur, tum peculiariter, tum supra mathematicum, haud igitur absurdum est nonnulla quoque huius dicta iudicare. Et quædam quidẽ nunc, quædam uero & in ijs quæ sigillatim dicenda erunt, quemadmodum & obuenerit, modeste tamen. Vnum igitur est ex ijs quæ ad Geographiam propria sunt, uniuersam terram esse rotundam supponi, sicut & mundum, & reliqua assumere, quæ ad hanc dispositionem consequantur. Ex ijs illud est, eam zonis quinque contineri. Huius in zonas quinque partitionis authorem Parmenidem extitisse Posidonius tradit. Eum uero demonstrare torridam, duplo ferè latiorem ea, quæ inter utrunque tropicum exterius & ad temperatas superexcidit. Aristotelem autem illam appellare temperatam, quæ inter tropicos & septentriones est, ambos uero iure increpat. Torridam enim uocari eam quæ per æstum inusta, habitari non potest.

*ἀπικανᾶται,

*ἐπὶ τῶν κατὰ τὰ τῶν ἠπειρωτῶν.

*καὶ ἐπὶ πόσον.

De Posidonio censura.

Zonarum quinque author.

poteſt. Cæterum eius quæ inter tropicos eſt latitudo pluſquam dimidia habitabilis eſt facta, de Æthiopibus ſupra Ægyptum facta coniectura. Siquidem totius latitudinis medietas eſt, quam utrinque diuidit æquinoctialis. Huius ſpatium à Syene quæ æſtiui tropici terminus eſt ad Meroen decem millia ſunt. Spatium uero hinc uſque ad parallelum Cinamomiphoræ quod eſt initium torridæ, millium trium. Hoc igitur interuallum uniuerſum menſurari poteſt. nam & nauigatur & peragratur. Quod autem deinceps eſt, dico uſque ad æquinoctialem, demonſtratur ſecundum Eratoſthenis terræ dimenſionem, etiam ſtad. octo millium octingentûm. Quam ſupputationem habent millia tredecim ad octo millia octingenta, hanc haberet tropicorum interuallum ad latitudinem torridæ. Quod ſi nouarum dimenſionum ea introducatur, quæ minimam efficit terram qualem Poſidonius indicat circiter octingenta millia, exiſtentem circa dimidium manifeſtat torridam eius quæ eſt inter tropicos, uel paulo maiorem quàm medium, æqualem uero & eandem nullo pacto ad ſeptentriones, neque penes omnes exiſtentem neque eiſdem ubicunque. Quiſnam temperatas quæ immutabiles ſunt diuideret? Cum igitur non penes uniuerſos ſit ſeptentrionales eſſe, nihil eſſet ad argumentum. Si enim penes habitatores temperatę omnes, ad quos dicitur ſolos temperata? Quod autem non ubique eodem modo, ſed mutari, bene comprehenſum eſt. Ipſe autem in zonas partiens, quinque ad cæleſtia quidem utiles eſſe aſſerit. Ex his duas circunſtantes ſubter polos uſque ad eas quæ ſeptentrionales habent tropicos, diuerſarum umbrarum eſſe ab alijs duabus quæ deinceps ſunt uſque ad habitantes ſub polis. Quæ uero inter tropicos eſt utrinque umbras habere. Ad humana uero conducere has & alias duas anguſtas ſub tropicis, ad quas menſe quodammodo dimidio, ſol ſupra uerticem eſt, bipartito diuiſa ſub tropicis. Has nanque zonas proprium quidem habere, quod ſqualidæ ſint proprie, quod aridæ, quod infœcundæ, quod ſabuloſæ, præterquam † balſami, & quorundam fructuum calidiſſimorum inuſtorum. Montes enim minime propinquos eſſe, ut ingruentia nubila imbres efficiant, nec fluminibus perfundi. Quocirca & criſpos & reflexis cornibus, & porrectis labris & latis naribus gignantur. Eorum enim extrema contrahi, & has zonas Ichthyophagos, id eſt uictum ex piſcibus captantes incolere. Quod autem hæc zonarum propria ſint, hinc demonſtrari dicit, quod qui magis ad auſtrum ſpectant, aërem temperatiorem habeant, & fructuoſiorem agrum, & aquarum abundantiorem. Cæterum Polybius ſex zonas facit, duas quidem ab Arctos ſubiacentes, duas autem inter has & tropicos & æquinoctialem. Facta igitur in quinque diuiſio, & ſecundum naturam, & ſecundum terræ deſcriptionem dicta eſſe uidetur, ſecundum naturam quidem, & ad cæleſtia & ad aëris temperantiam. Ad cæleſtia, quod hoc pacto eos qui alterubi, quiq; utrinque umbras habent diſterminatos optime diſtinguit, & ea quæ ad aſtrorum aſpectum integra quadam partitione commutationem ſuſcipiunt. Cæterum ad aëris temperiem, quæ cum ad ſolem iudicetur, generaliſsimæ ſunt differentiæ, quæ contendunt ad animantes, ad plantas & ad alia ſemina contracta ſub aëre. Et in eo ipſo caloris exceſſus & defectio & mediocritas. Hæc autem ob zonarum partitionem propriam ſuſcipit diſcretionem. Duæ enim frigidæ caloris defectionem enuntiant in unam aëris naturam conductæ, & temperatæ in unam quandam mediocritatem ſimiliter addu-

† ὀπαλσάμου.

Ichthyophagi

Polybius. zonæ ſex.

cuntur. In reliquam, una quæ superat torrida. Hanc uero & recte geographiæ diuisionem esse manifestum est. Terræ nanque descriptio quærit, ut alterius temperatarum partem à nobis habitatam disterminet. Ad occidentem quidem & orientem à mari sunt termini, ad austrum autem & aquilonem aër terminat, medius quidem cum plantis & animantibus temperatus est, utrinque uero intemperatus & excessu & defectu caloris. Ad has tres differentias in quinque zonas partitione opus fuit. Orbis enim terræ per æquinoctialem bipartitus, & in hemisphærium aquilonare, in quo nos sumus, & in australe, has ipsas tres describit differentias. Quæ enim ad æquinoctialem uergunt & perustam zonam, propter uaporem inhabitabilia sunt, quæ uero ad polum spectant, propter frigus. Media temperata habitabilia sunt. Is uero adijciens istas ad tropicos, proportionem ad has quinque non reddit, neque simili utentes differentia, sed licet per gentium differentias zonas demonstrauerit, aliam quidem Æthiopicam, aliam autem Scythicã & Gallicam, tertiam uero per medium. Polybius profecto haud recte facit zonas quasdam aquilonaribus distinctas, duas quidem sub illas iacentes, duas autem inter has & tropicos. Dictum est enim quod per signa transmigrantia ea quæ non mutantur, terminare non oportet, neque per tropicos torridæ zonæ terminis utendum, & hoc quoque dictum est, ueruntamen cum torridam duas in partes diuidit, cogitatione haud sanè contemnenda motus esse uidetur, ad quam & uniuersam scite terram partimur, & in boreale hemisphærium & australe cum æquinoctiali. Patet enim hac eam partitione diuidi. Et ipsa torrida quandam efficit commoditatem. Itaque utrunque hemisphærium omnino tribus ex zonis conficitur, quæ similem alterutro speciem habent. Talis igitur partitio in sex zonas diuisionem suscipit, reliqua uero non admodum. Siue igitur eo qui est per urbes dupliciter partiaris orbem terræ, haud sanè conuenienter utrunque hemisphærium, occidentale dico & orientale, sex in zonas incideres, sed in quinque satis esset diuisio. Ambarum enim partium similitudo torridæ, quas æquinoctialis efficit, continuáque coniunctio superuacaneam & curiosam concisionem ostendit, cum & temperatæ & frigidæ eiusdem sint speciei, nec contiguæ sint. Sic igitur uniuersam talibus ex hemisphærijs intellectam satis sufficienter in quinque diuideres. Si uero (ut inquit Eratosthenes) & supposita quoque æquinoctiali, temperata est, id quod sentit Polybius, adijciens cum altissima sit, ut & imbribus irrigatur, cum septentrionalia nubila per Etesias illic altius plurima incumbant, multò est melius tertiam temperatam hanc efficere quandam angustam, quàm quæ sub Tropicis sunt introducere. His & illa consonant, quæ Posidonius meminit, transmutationes scilicet eas quæ in transuersa celeriores esse, similiter & solis ab oriente ad occasum. Celeriores nanque sunt motiones per maximum circulum, quàm quæ eiusdem uelocitatis sunt. Cæterum Polybio Posidonius repugnat, quoniam habitationem inquit sub æquinoctiali eminentissimam esse. haud quaquam enim esse secundum sphæricam superficiem eminentiam ullam per æqualitatem, neque item eam quæ sub æquinoctiali est montanam esse, sed campestrem, quæ quodammodo ipsi maris superficiei æqualis est. Imbres autem qui Nilum explent ex Æthiopicis manare montibus, cum hoc in loco ista dixerit alibi concedit, dicens cogitare se sub æquinoctiali montes esse. Vtrinque autem

Zonæ per gentium differentias.

autem ex ambabus temperatis cadentes nebulas pluuias facere. Hæc autem diſſenſio manifeſta eſt, ſed ſi concederetur, quod ſub æquinoctiali regio montana ſit, alia quædam recumbere uideretur. Iidem enim oceanum confluentem eſſe aiunt, quonam igitur modo montes in ipſis mediis collocant, niſi ſi inſulas quaſdam dicere uelint? Qualiter autem hoc geographicæ particulæ ſe habeat, exterius cadit. Proponenti uero ipſam de oceano tractationem, hæc indaganda fortaſſe præbeantur. Memor autem eorum qui Africam nauibus circuiſſe traduntur, Herodotum exiſtimare inquit, miſſos nonnullos à Dario circuitionem illam maris perfeciſſe. Heraclidem uero Ponticum in dialogo facere Magum quendam ad Gelonem profectum, qui circunnauigaſſe aſſerat, licet nec teſtibus carere dicat. Et Eudoxum quendam Cyzicenum ludorum ſpectatorem & sacrorum delatorem † in Proſerpinalium certamine in Aegyptum peruenisſe ſcribit temporibus ſecundi Ptolemæi Euergetæ, regi autem eiúsque familiaribus aſtiſſe, & maxime de ſuperioribus Nili nauigationibus admirabilem, déque locorum proprietatibus ſimul, & nequaquam indoctum. Contigiſſe autem, Indum quempiam regi ab cuſtodibus ſinus Arabici deportatum, aſſerentibus ſolum ſemimortuum naui adductum offendiſſe, quiſnam eſſet & unde ignorare, cum eius linguam nequaquam intelligerent, eum autem quibuſdam tradidiſſe, qui eum Græca lingua inſtituerent, quam cum perdidiciſſet narraſſe, quod cum ex India nauigaret in errorem incidens has ad oras incolumis delatus eſſet, amiſſis ſame comitibus, relictum autem promiſiſſe, ut expeditis & promptis regis edicto, nauigationem ad Indos regeret, è quibus Eudoxus extitit. Cum autem magnis cum muneribus enauigaſſet remeaſſe egregijs inuicem muneribus reuectis, & aromatum & lapidum pretioſiſſimorum, qui partim fluminibus cum calculis deferuntur, nonnullos effoſſos reperiunt humore conſtrictos, quemadmodum apud nos cryſtallina, ſpe uero deceptũ fuiſſe. totum enim onus Ptolemæum Euergetem intercepiſſe, quo uita defuncto uxorem Cleopatram in regno ſucceſſiſſe. Rurſum igitur ab ea maiore cum apparatu miſſum Eudoxũ, qui reuertens uentorũ impetu ſuper Æthiopiam delatus eſt. Ad quædam uero appulſum loca, homines ad familiaritatem allexiſſe tum ciborum, tum uini participatione, tum caricarũ maſſis, quorũ illis inopia gentibus erat. Pro quibus quidem rebus præcepta ſanitatis aſſecutum et uiarum deductiones, & uerba nonnulla deſcripſiſſe, ſummum autem proræ lignum è naufragio comparaſſe, in quo equus erat inſculptus, audiſſe naufragium illud fuiſſe hominum ab occidente nauigantiũ. Reuertentem id ſuam ad nauigationem detuliſſe, incolumem in Aegyptum regreſſum, non quidem amplius regnãte Cleopatra, ſed eius filio omnibus, à quo rurſus omnibus ſpoliabatur, quod cõplura ſubripuiſſe deprehenſus fuerit. Summũ autem illud proræ lignum cum in forum pertuliſſet naucleris oſtendiſſe, Gaditanorũ fuiſſe cognitũ, ex his negotiatores quidem naues ingentes emittere, pauperes uero paruas quas equos appellant ab impoſitis proris inſignijs, his uſq; ad Lixum fluuiũ nauigare circa Mauritaniam piſcantes, naucleros uero quoſdam lignũ illud noſcitaſſe. Extiterat autem cuiuſpiam, qui longius ultra Lixum fluuium nauigans perierat. Quibus ex rebus coniectura intelligens Eudoxus, quod nauigari circũcirca poſſit Africa, domum reuerſus omnes deponens fortunas enauigauit, ac primum quidem in agrum Puteolanum, deinde Maſſiliam, & deinceps ad eam maritimã uſq; Gades

Heraclides Põticus.

Eudoxus Cyzicenus.

† τῶν Ἐλευσινίων.

Ptolemæus Euergetes.

Indiæ nauigatio.

Cleopatra.

Eudoxi nauigatio.

Gaditanorum nauigia.

Lixus fluuius.

profectus, ubiq; locorum hæc diuulgantem, quæstuq; aucto ingentem cõparauit nauem, & nauiculas duas piraticis lembis haud dissimiles imposuit puellos symphoniacos & medicos & alios artifices. Dehinc inita in Indiam nauigatione perpetuis zephyris conscendit. Aegrotantibus autem nauigatione comitibus, secundis in terram uentis applicuit, inundationes marisq; recursus formidans. Quod autem uerebatur accidit. Nanq; nauis terræ incidens fuit, adeo ut sensim non autem simul solueretur. Cæterum prius in terram onus & lignorum pars maxima, incolumia perfecta sunt, è quibus tertium lembum compactum remorum quinquaginta † myoparoni fermè parem. Inde nauigasse quo ad homines eandem uocem et uerba sonantes applicaret, quæ antea descripserat. Simul id intellexisse, quod indigenæ illi Aethiopum cognati forent, & regi Bogo subditorum similes. Omissa igitur Indiæ nauigatione reuertisse, inter nauigandumq; cum uidisset insulam optimis scatentem aquis & pulchris uirentem arboribus, desertam annotasse, Sospitem uero in Mauritaniam delatum collocatis lembis terrestri itinere ad Bogum aduentasse. Cui consilium dedisset, ut eam nauigationem susciperet. Contra uero familiares ualuisse, cum metum intenderent, ne regionem facile patere insidijs eueniret, cum externis contra militare uolentibus ostenderetur incursio. Quod ubi intellexit, uerbo quidem sese missum ad commonstratam nauigationem, re autem in desertam quampiam insulam expositum iri, in Romanorũ prouinciam effugisse, illum uero in Hispaniam discessisse, denuóque nauem rotundam & longam remorum quinquaginta constantem apparasse, ut illa quidem altum secare, hac autem terram tentare posset. Impositis autem agriculturæ instrumentis & seminibus, & ædificandi peritis ad circunducendam eandem nauigationem mare ingressum. Cogitarat enim si tardius nauigare contigisset in præmeditata hybernare insula. Ac satione facta decerptisq; fructibus perspectam antea & cognitam absoluere nauigationem. Ego quidem, inquit, usq; ad Eudoxi tempora ad historiam peruenio. Quicquid posterius euenit, Gaditanos & Hispanos nouisse probabile uidetur. Ex his omnibus, ait, demonstratur terrarum orbem Oceano quaquauersum circunfundi,

* μυοπάρωνα τόρφ.

οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο.
ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην λέχυται, πόμιν οὔτι μαίνει.

Haud equidem uinculum terræ circunfluit orbem.
At immensa fluit nec quicquam effunditur ipsum.

Mirandus profecto in omnibus est, quod circuitam Magi nauigationem, de qua dixit Heraclides, testibus carere existimarit, & de missis à Dario, quod tradit Herodotus, Bergæum autem interuallũ istud † in credibilitatis parte constituar, seu ab eo ipso quidem fictum, siue fingentibus alijs. Nam rei creditæ persuasio est, primum quidem de circuitione per Indum. Sinus enim Arabicus † fluminis instar, angustus est atq; prolixus ad stad. decem millia usq; ad ostium, eo prorsus angusto existente. Credibile autem non est, neq; foras aliquò nauigationem habere in sinum Indos impulsos per errorẽ. Angustiæ enim ab ostio errorem demonstraturę fuerant. Neq; in sinum dedita opera intrantibus erroris, pręterea aut uentorũ inconstantium ulla erat occasio. Inediaq; cuncti quonam sese modo pereuntes neglexissent uno dúntaxat excepto? Superstesq; unus tantũ quonam modo ad nauigium haud sanè pusillum regendum satis esset? quo tanta transmittere maria potui

* Non, οὐ Græce, additur.

Arabicus sinus.

Confutatio huius nauigationis Eudoxi.

potuisset? Quænam uero tanta ad perdiscendam linguam celeritas, qua regi persuadere factus sit idoneus, ut ducendi nauigij uiam præstaret? Quænam demum Ptolemæo Euergetę de talibus ducibus erat inopia? cū iam eo in tractu multis mare notum esset. Sacerdos autem ipse & augur Cyzicenorum quo pacto omissa patria nauigauit ad Indos? Quonam modo tantum illi creditum est negotium? Quomodo item reuersus omnibus ex insperato interceptis, & ignominia affectus ampliore munerum apparatu sibi commendato? Remeans autem & delatus in Aethiopiam, quam ob causam uel linguam descripsit, uel summum illud prorælignum è piscatoria nauicula excidisse, unde didicerat? Nam didicisse quod ab occasu nauigantium id fuerat naufragium nullius futurum erat indicium, cum & ipse ab occasu secundum reuersionem nauigaturus erat. Itaque profectus Alexandriam in multorum furto deprehensus, quonam modo supplicio affectus non est? Sed naucleros scisciţans obambulabat simul lignum illud ostentans. Is autem qui noscitabat, nunquid admirationi fuit? Qui uero fidem adhibuit nunquid maioris admirationis? Tali dehinc spe reuersus in patriam, & ab ea transmigrans postmodum extra columnas, cum absque edicto non liceret ex Alexandria mare ingredi, et eo magis homini qui regias antea surripuerat pecunias. Clam uero enauigare possibile non erat, cum tanta portuum custodia, clausóque exitu, quam & hac tempestate permanentem ipsi nouimus diutius Alexandriam incolentes, tametsi in præsentia Romanis obtinentibus remissius agitur. Regiæ uero custodiæ longè inexorabiliores erant. Postquam uero conscendit ad Gades & ædificata naue regaliter enauigauit, etiam dissoluta ea ipsa naui, quonam pacto in desertis terris tertium exædificauit lembum? qui factum uero rursus nauigans, Aethiopásque ab occasu his qui ab ortu sunt, lingua consonantes offendens, nauigationem deinceps absoluere non concupiuit, cum adeo ad libenter peregrinandum facilis esset & parum esse speraret, quod restaret incognitum? Verum hæc omittens per Bogum nauigationem concupiuit. Quonam uero modo constructas in se ipsum insidias agnouit? Quid autem Bogo amplius †comparabat ipsius hominis interitus? cum alioqui foras emittere liceret. Vt uero nouit insidias, quomodo ad tuta sese loca fuga proripuit? Horum unumquodque cum impossibile quidem non sit, difficile sanè fuit & factu perrarum fortunæ cuiusdam opera, huic uero prospera semper fortuna contigit inter assidua constituto discrimina. A Bogo autem fugitans quonam modo in Africam rursus nauigare non formidauit, eo præsertim apparatu insulam habitare instituens? Hæc quidem non multum à Pytheæ & Euhemeri & Antiphanis uanitatibus absunt. Cæterum danda illis est uenia, qui hoc ipsum dedita opera more præstigiatorum exercent. Viro autem demonstrationum & sapientiæ studioso & primis fere de partibus certanti, quisnam ueniam præstare dignum esse censebit? Hæc quidem igitur non bene. Illud autem terram interdum eximi & sessiones suscipere & mutationes ex terræmotibus & reliquis huiusmodi, quot dinumerauimus etiã nosipsi, sanè illi recte †permanet. Ad quod illud Platonis bene adijcit, quod fieri potest, & figmentum non sit de Atlantide insula, de qua ille Solonem tradidisse refert, ab Aegyptijs audisse sacerdotibus, ut cum quodam tempore extitisset, euanuerit, cuius magnitudo nõ minor Epiro. Hoc autẽ dicere melius esse existimat quàm prout ipse, qui quam finxit eam deleuit, sicuti poëta murum Achæorũ. Coniecturã autẽ facit de Cymbrorũ & propin-

Strabo uersatus Alexãdriæ

*τὶ τῷ βόγῳ πλεονέκτημα

Græcus codex habet ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ. id est, recte quoq; apud ipsum habet. Platonis Atlãticus dialogus

quorum transmigratione ex natali solo facta, propter inundantis maris incursum non uno contingentem impetu. Suspicatur quoq; orbis terrarum longitudinem, septuaginta millia stad. esse, dimidium totius ambitus secundum quem deprehensus est, ut dicat ab occasu Euro nauigantem in tot millibus ad Indos peruenire posse. Conatus est autem eos accusare qui hoc modo continentes terras distinxerũt, non autem per parallelos ad æquinoctialem, quibus diuersitates demonstraturi erant, & animalium, & arborum & aëriarum partium quarundam frigidam continentiũ, quarũdam exustam, & perinde ac zonas esse cõtinentes terras. Rursus destruit, & ut in resolutione efficitur, denuo collaudans existentẽ diuisionem, positiuam faciens quæstionem, nullam ad rem utilem. Tales enim ordinationes ex prouidentia nequaquàm conficiuntur, sicut neq; gentium differentiæ neq; linguæ, sed à casu & fortuna, & artes quoq; & facultates & exercitationes ut plurimũ non ullos inchoantes obtinent, quocunq; in climate. Aliquid etiam † præter ipsa climata adeo ut nonnulla locis quibusdam attributa, quædam ex impositione, aliquaq; exercitatione. Haud enim Athenienses natura studiorum cupidi, Lacedæmonij uero nequaquam, & adhuc propiores Thebani, sed consuetudine magis. Sic neq; Babylonij & Aegyptij natura sapientiæ studiosi, sed usu & operatione, itemq; equorum boumq; ac cæterarum animantiũ præstantiæ, non solis ex locis, sed exercitatione comparantur. Ille uero ista confundit, talem laudans terrarum diuisionem qualis hoc tempore est. Exemplo utitur, quod Indi ab Æthiopibus differunt qui in Africa sunt. Nam robustiores esse & aëris siccitate minus coctos. Idcirco Homerum cum omnes dicat Æthiopas bipartito diuidi,

περὶ τὰ κλίματα. Athenienses philologi.

Odyss. α. οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Hos quidem ad occidentem, alios ad ascendentem solem esse.

Introducentemq; orbem terrarum alium quem minime nouit Homerus suppositioni seruire, & sic describere oportebat, inquit. Nõnulli recedẽte sole ueluti à meridiano declinante. Primũ quidẽ propinqui Ægypto Aethiopes & ipsi dupliciter diuiduntur. quidam enim in Asia sunt, quidã uero in Africa inter se nihilo diuersi. Postmodũ Homerus nõ idcirco partitur Æthiopas, quod Indos quoq; talibus cognorat esse corporibus. Neq; enim ab initio Indos Homero cognitos fuisse, probabile est, ubi nec Euergetes ipse per illã Eudoxi fabulam res nouit Indicas, nec ad Indiam nauigandi modum, sed potius per dictam à nobis antea diuisionẽ. Illic autẽ de Cratetis descriptione iudicauimus, quod uel hoc pacto uel illo describere nihil interest. Ipse autem hoc quidẽ interesse dicit, melius autem esse hunc in modum transmutare, illi quidem discedente. Quid igitur hoc differt ab hoc? illi autem occidente. Nam totum spatium à meridiano ad occidentem, occidens uocatur, sicut & horizontis semicirculus. Quod etiam Aratus annotat, dicens,

Eudoxi fabula

Occidens.

Aratus.

ἠπείρου ἄκραι
μίσγονται δύσις τε καὶ ἀνατολαὶ ἀλλήλοισιν. id est,
Qua quidem extrema miscentur occasus & ortus Inter se.

Si utiq; in pictura Cratetis sic melius esse dicat aliquis, & in Aristarchi pictura oportere. Hæc & in Posidonium. Nam & in singulariter dictis per multa sua conuenienter asseruntur ad proposĭtam institutionem, quot ad terrę descriptionẽ attinent. Quæ autem magis physica, & ad naturalem historiam pertinent, in alijs cõsyderanda sunt uel utiq; negligenda. Multa enim apud eum causarum expositio &

Aristot

Aristotelis imitatio, quod nostri deuitant, cum causæ ipsæ lateant. Polybius Europæ regiones describens, priscos illos omittere se dicit, eorum autem reprehensores inquirere, Dicæarchum scilicet ac Eratosthenem nouissimum describendi orbis terræ traditorem, & Pytheam à quo plerique refutati sunt. Nam cum totam permeabilem se accessisse dicat Britanniam, cuius ambitum insulæ supra quadraginta millia esse tradit. Insuper & de Thule asseruit & locis illis in quibus nec adhuc terra per sese aderat nec mare nec aër, sed concretus quidam ex his aceruus maritimo pulmoni similis, in quo terram atque mare ac uniuersa in sublime tolli dicit, & hunc perinde ac cunctorum nodum esse, neque permeabilem, neque nauigabilem existentem. Illud quidem ut pulmoni similis sit, uidisse quidem seipsum inquit. Cætera uero dicta audisse, hæc quidem Pytheæ. Vtque hinc reuersus cunctam Oceano uicinam regionem adierit Europæ, à Gadibus usque ad Tanaim, Polybius profecto & incredibile hoc ipsum inquit. Quonam modo enim priuato ac pauperi homini tãta peragratu & nauigatu spatia facilia forent? Eratosthenem uero dubitantem nunquid hisce fides habenda sit, tamen de Britannia credidisse & de Gaditanis & Hispanis fidem Messenio adhibere quàm huic præstat. Ille quidem uno in loco Pancheam adnauigasse dicit. Alter autem uel usque ad mundi terminos spectasse omnem septentrionalem Europam, quam nec Hermæ dicenti quis crederet, Eratosthenem, Euhemerũ, Bergæum appellare, Pytheæ autem credere & quod amplius est Dicæarcho minime credẽte. Hoc igitur nec Dicæarcho quidẽ credente ridiculũ sanè, tanquam illo sicuti regula uti conueniat, aduersus quem ipse tot argumenta & reprehensiones obiiciat. Cæterum Eratosthenis de occidentalibus & septentrionalibus Europæ dicta est ignorantia, sed illi quidem ac Dicæarcho parcendum est, qui loca illa nequaquam aspexerant. Quis autem Polybio & Posidonio ueniam tribueret? Atqui Polybius est, qui † opinabiles omnino appellans demonstrationes, quas de locorum illorum facit interuallis, & plerisque in aliis, sed nec in eis in quibus illos redarguit purgans. Dicæarchus igitur cum dicat ex Peloponneso ad columnas stadiorum millia decem interesse, plura uero his esse ea quæ sunt ad Adriam usque ad sinum intimum, quodque ad columnas est spatium usque ad fretum, id est porthmum tria stad. millia edat ita ut residuum à freto ad columnas esset millium septem. Tria quidẽ millia omittere inquit, siue quidem bene deprehendantur, siue non. Septem autem millia neutra in parte, neque litus neque pelagi medium metienti, maritimam quidem cuidam obtuso angulo persimilem esse, procedentẽ per fretũ ad columnas, habentẽ autẽ uerticem Narbonem ut triangulum consistat, basim rectam per pelagus, latera uero dictum † angulum facientia, quorũ unum quod est à freto usque Narbonem plus est quàm undecim millium & ducentûm, reliquum deinceps minus quàm octo millium. Atqui plurimum quidem ab Europa in Africam interuallum, per Tyrrhenum pelagus consta re non plus quàm stad. trium millium, in Sardonio uero mari angustam formam suscipere. Cæterum esto, inquit, et illud trium millium. Antea uero in his excipiatur duûm millium stad. sinus ipsius profunditas per Narbonem, sicut à uertice ad basim ipsius obtusi anguli perpendiculũ. Patere igitur dicit ex commensuratione doctrinali, quod † cuncta maritima à freto proxime in columnas excedat rectam quæ est per pelagus stadijs propè quingentis. Appositis autem tribus millibus ex Peloponneso ad fretum quæ omnia simul, stadia per directam plura erunt quàm du-

Polybius. Dicæarchus. Eratosthenes. Pytheas.

* δογματικὰς.

* πριγωνίαν.

* σύμπασα ἡ παραλία.

pla ijs quæ Dicæarchus inquit. Plura autem his ad sinum Adriaticum ponere, secundum illum oportebit, inquit. Verum amice Polybi diceret aliquis, sicut huius mendacij dilucidum tuis ex dictis argumentum ipsa constituit experientia. Ex Peloponneso quidem ad Leucadem septingenta, hinc totidem in Corcyram, & hinc denuo totidem ad Ceraunia, & totidem quoq; dextrorsum in Apuliam. Ex Ceraunijs quidem ad maritimam Illyricam stad. sex millia centum quinquaginta. Sic utraq; illa sunt mendacia. Et Dicæarchus à freto ad columnas stad. septem millium interuallum esse dicit, & quod ipse uideris demonstrasse. Confitentur enim & qui plurimum asserunt per pelagus spatium millium duodecim esse. Cõcordat autem hoc ipsum demonstrationi quoq; de longitudine orbis terræ. maximam enim esse inquit septuaginta millium. Huius autem spatium occidentale à sinu Issico usq; ad Hispaniæ intima quæ magis ad occasum iacent, paulo minus millibus triginta. Hunc autem in modum componunt, ab Issico sinu usq; ad Rhodiam millia quinque, usq; ad Salmonium Cretæ, quod quidem ad orientem spectans promontorium est, mille, ipsius autem Cretæ longitudo ad Arietis fontem supra millia duo, hinc ad Siciliæ Pachynum millia quatuor & quingenta, à Pachyno ad fretum plusquàm mille. Postmodum interuallum à freto ad columnas millium tredecim, à columnis ad extrema Sacri promontorij Hispaniæ ad millia tria. Et perpendiculum non †bene deprehensum est. Siquidem Narbo in eodem ferè parallelo constituta est cum Massilia, hæc autem in linea per Byzantiũ, ut sibi persuadet Hipparchus. Quæ autem per pelagus, in eodem est cum ea, quæ per fretũ & Rhodiam à Rhodia in Byzantium, sicuti in eodem meridiano utrisq; iacentibus, circiter stad. millia quinq;, ut traditur. Tot utiq; forent & stadia dicti perpendiculi. Quandoquidem maximum huius maris spatium ab Europa in Africam millium quinq; stad. esse dicunt, ab intimo sinus Gallici, hoc mihi per errorem dici uidetur. Vel Africam hac in parte multum ad septentrionem uergere, & parallelo per columnas adiungi. Et hoc haud bene dicitur, dictum perpendiculum prope Sardiniã terminari. Non enim prope, sed hoc ipsum Sardiniæ spatium multo magis ad occasum spectare. Quippe totum fermè intercipiens Ligusticum pelagus prope Sardonicum, & maritimæ prolixitas amplius †excurrit, uerum tamen non tantum. Deinde Eratosthenis dicta corrigit, nonnulla quidem bene, quædam uero longe quàm ille deterius. Nam cum ex Ithaca ad Corcyram trecenta, ille dixerit, supra nongenta esse asserit. Ab Epidamno uero Thessalonicam usq;, nongenta dicente illo, ultra millia duo inquit, hæc quidem bene. Cum à Massilia ad columnas millia, is septem dicat, à Pyrene autem millia sex, ipse peius inquit, ab Massilia plusq; millia nouem, à Pyrene paulo minus quàm millia octo. Ille nanq; propius uero tradit. Huius enim ætatis homines confitentur, quod siquis inæqualitates uiarum abscinderet uniuersam Hispaniam ex Pyrene ad latus occiduum haud prolixiorem habere longitudinem quàm millia sex stad. Ipse uero amnem Tagum longitudinis millium octo constituit à fonte ad eruptiones usq;, nec utiq; obliquitatibus quibusdam computatis. nec enim hoc ad terræ descriptionem attinet, sed ad directum eloquens spatium. Atqui Tagi fontes ex Pyrene supra stad. mille distant. Rursus hoc teste declarat quod Hispaniæ res ignoratæ sint Eratostheni, quoniam & interdum de illa repugnantia demonstret. Qui cum Gallos exterius circum incolere usq; Gades dicat, siquidem Europæ partes in occidentem spectantes usq; Gades habent illi, horum

Salmonium.

*οὐκ ἄκρως Græce est, id est non aliter.

*παρηλόγησαι

imme

immemor in ipso Hiſpaniæ circuitu nullo in loco Gallorũ mentionem facit, quod Europæ longitudo minor eſt quàm ſimul utraq; iuncta, Africa ſcilicet & Aſia, non recte cõparationem exponit. Oſtium nanq; ad columnas, ad æquinoctialem occaſum eſſe inquit. Tanain uero ab æſtiuo fluere dicit ortu. Diminuitur autem ab utriuſque longitudine quæ inter æſtiuum ortum, & æquinoctialem occaſum eſt, hanc uero præoccupat Aſia ad æquinoctialem ortum ſemicirculo ad ſeptentrionem uergens. Nam præterquam in rebus quarum reddi cauſa poteſt de ambitu laterum mentitur, quod Tanais æſtiuo fluat ab ortu. Cuncti nanq; regionum peritiam habentes, à ſeptentrione in Mæotin labi affirmant, adeo ut fluminis oſtia & Mæotidis, & fluuius ipſe, quoad noſcibilis eſt, ſub eodem meridiano iaceant. Neque uero digni de quibus uerba fiant, qui illũ ex Iſtri regionibus originem ducere duxerũt, & ab occaſu, † aut animaduertentes quod eo interuallo Tyras & Boryſthenes & Hypanis ingentia in portum excurrunt flumina. Cum ille quidẽ pariſpatio diſtet ab Iſtro, hic autem ab Tanai. Neq; Tyræ fontibus aut Boryſthenis aut Hypanis prorſus inſpectis, ſintq; illorum curſus magis ac magis ignoti, cum magis ad ſeptentrionem tendant. Itaque per illos in Mæotin Tanain perducit, deinde reflectit in illam. Nam eruptiones in ſeptentrionalibus paludis partibus manifeſtius oſtenduntur. Iſtis autem ad orientem magis ac magis pertinẽtibus fictus & infinitus eſt ſermo. Commentitius ſimiliter & infinitus illius eſt ſermo, qui per Caucaſum ad ſeptentrionem fluere dixit, dehinc in Mæotin curſum circunflectere. nam & hoc dictũ eſt. ab ortu autem fluenta illius nemo tradidit. Nam ſi eo modo laberetur non ſanè è regione Nilo flueret, nec etiam quodã modo ad diametrũ currere illum excellentiores oſtendiſſent. Perinde ac utriuſque fluminis curſus ad incumbentem meridianum exiſteret. Et ipſa longitudinis terræ dimenſio æqualiter ad meridianum diſtans eſt, cumq; iſta ſic in longitudine extenditur, ut longitudinem uniuſcuiuſq; cõtinentis eo modo capere oporteat, quæ inter duos iacet meridianos, & longitudinum menſuræ, ſtationum enumerationes ſunt quas uenamur, uel per illos eundo uel per parallelas uias ac meatus. Verum ille hũc omittens modum, nouum introducit qui æſtiui ortus & æquinoctialis medius eſt, quadam ſeptentrionalis ſemicirculi particula. Nemo autem ad immutabilia menſuris & regulis mutabilibus utitur, nec ijs quæ alio atq; alio dicuntur habitu ad ea quæ ad ſeipſa nullam habeant differentiam. Longitudo quidẽ immutabilis & per ſeipſam dicitur. Æquinoctialis autem ortus & occaſus, ſimiliter æſtiuus & hybernus non per ſeipſum ſed quo ad nos. Nobis uero † interdum aliò tranſmeantibus inter alia oriendi & occidendi loca ſunt & æquinoctialia & tropica, continentis autem terræ eadem permanet longitudo. Tanain igitur & Nilum non ſine loco exitum facere, æſtiuum autem ortum æquinoctialem nouum. Cum autem Europa pluribus promontorijs procidat, melius quàm Eratoſthenes de ipſis dixit iſte, at nondum ſuffi cienter. nam ille tria tradit promontoria, unum ad columnas pertinens in quo Hiſpania, alterum ad fretum, in quo eſt Italia. Tertium ad Maleam, in quo quæ inter Adriam & Euxinum gentes omnes atq; Tanais ſunt. Iſte uero duo prima pari modo exponit. Tertium uero ad Maleam & Sunium, in quo Græcia eſt uniuerſa, & tractus Illyricus, itemq; nõnulla Thraciæ. Quartũ in quo eſt ad Thraciam Cherſoneſus, in qua Seſti & Abydi ſunt anguſtiæ, eam Thraces habent. Quintum ad Cimmericum Boſphoron & oſtium Mæotidis. Prima igitur duo concedamus,

Tanais unde profluat.

**Græcũ exemplar habet, οὐκ ἐνθυμηθέντες. id eſt non animad.*

† ἐνίοτε δὲ ἄλλοθ' ἄλλοι μεταχωροῦντων, id eſt nobis aliunde aliò commeantibus alia atq; alia.

simplicibus nanq; sinubus circundantur, unum quidem inter Calpen & Sacrum promontorium, in quo Gades, & pelago inter columnas & Siciliam medio, alterum & hoc & Adriarico. Atqui Iapygium promontorium superincidit biuerticem efficiens Italiam, habet autem quandam écontra manifestationẽ. Reliqua uaria quidem liquidius & multas in partes distincta aliam exigunt partitionem. Ipsa etiam sex partita portionibus diuisio pariter habet similem consequenter instantiam per promontoria distincta. Verum enimuero nos in cunctis particulatim & horum & aliorum, prout attinebit emendationem faciemus, quantum & in Europa & in Africæ ambitu erratũ est. Hæc aduersus antiquiores nũc dicta satis erunt, quot adiectos testimonio nobis sufficientes esse putauimus, quod iustis de causis hoc idem opus ipsi delegerimus, id quod tantæ emendationis & additamẽti prorsus indigebat. Postquàm uero ad nostra contra illos uerba, est contigua nostræ pollicitationis aggressio, alterum captantes initium, dicimus ei qui locorum descriptionem aggreditur, necessarium esse ut pleraq; rerum naturalium & mathematicarum disputata supponat, & ad illorum intelligentiam & fidem eorum quæ ordine sequuntur tractatum absoluat. Etenim sermone uulgatum est, nec ædium con-
Aedificatori necessaria.
structorem, nec Architectum aut domicilium aut oppidum ædificare posse absq; climatum cælestium partium cognitione, nisi etiam formas magnitudinesq; didicerit, caloresq; & frigora, cæteraq; generis eiusdem, & nisi totũ orbis terræ situm locaq; proposuerit. Ipsa enim in plano producta descriptio & superficies una & eadẽ ad Hispaniensia & Indica & his interiacentia, & nihilominus orientis solis & occidentis & cæli medium tenendi designata terminatio perinde ac omnibus communis. Hæc quidem cui fuerit intellecta & cæli dispositio ac motus, & re uera rotunda terræ superficies percepta erit. Ad aspectum autem plana formatur, Geographicam traditionem habet. Alio autem modo non uticq; Geographicam. haud enim omnia uel ante uel retro uel extransuerso plana assistunt, sicuti per ingentem euntibus planitiem perinde ac Babylonios per campos aut æquora, nec ullam ad res cæli demonstrationem exhibent, neq; ad solis motiones neque ad habitudines quo ad nos syderum reliquorum. Ita & terrarum pictoribus similia semper assistere necesse est. Nam qui pelagi cursum aut per camporum locos uiam tenet, communibus quibusdam phantasijs imaginibusq; ducitur, quibus & imperitus & ciuilis homo hæc ipsa operatur rerum cælestium inexpertus existens, & contrarias in hæc demonstrationes prorsus ignorans. Solem enim orientem & occidentem, & medium cæli spatiũ tenentem aspicit. Quonam uero modo non inspiceret? non enim illi commodum ad propositum, sicut neque æqualiter distare, id est parallelum esse ad rem assistentem aut non. Forsan autem aliquid speculatur, apparebit uero in mathematice disputatis sicut indigenæ. nam locus talia habet incidentia. Orbis uero descriptor non indigenæ utiq; describit aut ciuili eius generis qui nullam curam suscipiat, siquid proprie de disciplinis dicat. Nec enim messori aut fossori, sed ei qui persuasionem capere ualeat taliter se terram omnem habere traditur sicut Mathematici dicunt, & alia quæ ad huiusmodi materiam attinent. Accedenti busq; mandat, ut cum illa priora meminerint, succedentia deinde perspiciant, illis enim consequentia dicturum. Vnde qui in hæc inciderint, eos tutiorem rerũ traditarum usum facturos, si ex Mathematica ratione audierint, qui secus habeant eis orbem describere sese negat. Scriptorem profecto orbis de ijs quæ sibi incipiendi or

di ordinem habeant, Geometris fidem adhibere oportet, qui terram uniuersam dimensi sunt, hos autem astronomis, illos uero physicis. Nempe physica uirtus quędam est. at enim uirtutes nequaquam suppositiones habere dicunt, ex seipsis uidelicet pendentes, & in seipsis principia & de omnibus fidem habentes. Quæ autem à physicis demonstrantur huius generis sunt, Mundi formam esse rotundam atque cæli grauium in medium esse † momentum. Circa hoc rotundæ figuræ terra consistens, eodem quo cælum centro & ipsa permanet, perq; ipsam ac cæli mediũ axis extenditur, & circa illam atque axem ab ortu in occasum cælum circumagitur. Cumq; illo † minime errantes stellæ, quæ pari celeritate cum polo sunt. Stellæ igitur erroris expertes per circulos parallelos deferuntur. Cæterum circuli parallelinotissimi sunt, æquinoctialis, tropici duo & septentrionales. Verum † errones stellæ & sol & luna per quosdam obliquos ordines constitutos in zodiaco rapiuntur. His quidẽ uel omnibus uel plerisq; fidem adhibentes astronomi, deinceps reliqua pertractant motus, ambitus, defectus & magnitudines & distantias, & infinita cætera. Eodem modo Geometræ totius terræ mensuram dimetientes, physicorum & astronomorum sententijs adhærent, rursus scriptores terræ omnes geometricas amplectuntur opiniones. Cælum enim quinque constare zonis, præsupponendum est, quinque etiam zonis terram componi & eiusdem esse nominis, quæ in imis & quæ in superioribus sunt. Diuisionis quidẽ in zonas causas retulimus. Zonę uero per circulos ad æquinoctialem parallelos distingui possunt ex utraque illius parte descriptos, duos quidem torridam plagam capientes, & duos post istos. Qui quidem ad torridam duas efficiunt temperatas, penes temperatas autem duas frigidas apponunt. Vnicuiq; uero ex cælestibus circulo, eiusdẽ uocabuli terrestris subiacet, & zonæ zona similiter. Temperatas esse dicunt quæ habitari possunt, reliquas autem inhabitabiles, unam quidem ob incendiũ, reliquas uero propter frigora. Eodẽ modo & de Tropicis & de septentrionalibus, apud quos sunt Arctici, superioribus terrestres pari appellatione distinguunt, & unicuiq; suppositos. Cum autem æquinoctialis totum duas in partes cælum secet, & terram diuidi necesse est, ab incumbente sibi æquinoctiali. Hemisphæriorum autem utrunq; & cæleste & terrestre, unum quidem Boreale, alterum uero australe uocatur. Sic & de torrida sub eodem circulo bipartito diuisa, una quidem eius pars Borealis, altera uero erit australis. Constat item & temperatarum zonarum unam quidem Borealem, alteram uero australem fore, cum eiusdem sit appellationis cum hemisphærio in quo est. Nuncupatur autem boreale illud hemisphærium, quod eam circundat temperatam, in qua siquis ab oriente perspectet in occasum, ei polus est ad dextrã, à sinistra uero æquinoctialis, uel in quo spectantibus in meridiem dexter est occidens, sinister autem oriens, australe uero écontra se habens. Quocirca nos in alterutro esse hemisphærio nimirum boreali, manifestum est, in ambobus autem impossibile. Nam ingentes in medio sunt fluuij, Oceanus primum, deinde torrida. Nec oceanus quidem in nostræ habitabilis medio totam scindens terram, nec locus exustus, nec illius pars contra dicta climata sese habens, reperitur in boreali temperata. His acceptis Geometra gnomonicis usus & reliquis ab astronomico demonstratis, in quibus paralleli ad æquinoctialem per quamlibet habitationem compertiuntur, & qui per rectas hos secant. Designati uero per polos mensurat habitabilem ingrediens, reliquam autem per distantiarum rationem. Hoc pacto quantum

Mundi forma. *κόσμου φύσις.*

ἀπλανῶν *Stellarum fixarum, erraticarumq; ratio.*

οἱ πλάνητες *planetæ græcũ latino notius.*

Circuli parallelí.

Zonæ quinque terræ, his quæ in cælo sunt homonymæ.

ab æquinoctiali usq; ad polum interſit, inuenire quis poſſet. Quæ maximi terræ circuli portio quarta eſt, hoc qui habet, quadruplam quoque illius partem habet. Hic eſt autem diameter terræ menſuram complectens. Sicut igitur qui terram metitur ab aſtronomiæ perito ſumpſit exordia, aſtronomus autem à Phyſico: eodem modo & orbis ſcriptorem ab eo qui terram dimenſus eſt totam, perſuaſum iſti credere oportet, & ijs quibus hic fidem præſtitit. Primum noſtri mundi ſitum exponere oportet quantus eſt, quali figura, quali natura ſit, & quonam modo ad uniuerſam terram ſeſe habeat. Hoc enim terræ ſcriptoris proprium eſt officium. Poſtea ad terrarum ſingula atque maris, prout attinet accommodare ſermonem. Cúmque indicauerit, quæcunq; noſtri maiores non ſatis idonee diſſeruerint, ad ea quæ optime credita fuerint accommodabimus. Subiectum ergo ſit, rotundam unà cum mari terram eſſe, unámque & eandem cum æquoribus ſuperficiem habere. In tanta enim mole ipſa terræ contegeretur eminentia, cum puſilla ſit & occultari ualeat. In iſtis itaque rotunditatem, non inſtar torni nec geometræ more ad rationem dicimus, ſed ad ſenſum & hunc craſsiorem. Quinque igitur contenta zonis intelligatur, & æquinoctialis in ea circulus locatus, & alter huic parallelus, frigidam in boreali hemiſphærio diſterminans, & alius qui per polos ad rectas iſtos ſecet. Cum ergo ſeptentrionale hemiſphærium duas terræ quartas complectatur portiones, quas efficit æquinoctialis ad circulum per polos trãſeuntem, in horum utroque quatuor laterum locus intercipitur, cuius boreale latus dimidium eſt paralleli qui ad polum pertinet, auſtrale uero æquinoctialis eſt dimidium. Reliqua uero latera partes ſunt eius quæ per polos ducitur, inuicem oppoſita pari longitudine. In altero igitur iſtorum quadrilaterum locorũ, uter autem ſit, nihil intereſſe uidebitur, noſtram habitabilem locatam eſſe dicimus, quam inſulæ ſimilem mare circumalluit. Hoc autem & ratione & ſenſu demonſtrari diximus. Quod ſiquis huic rationi fidem abnegat, à terræ deſcriptione deficeret utiq;, nec inſulam facere, uel huic, quod experimento comprehendimus concedens. Quandoquidem & ab aurora utrinq; nauigatio circumagitur, & ab occaſu paucis in medio locis exceptis. Hæc autem pelagó nean ſolo inhabitabili terminentur, nequaquam intereſt. † Orbis nanq; deſcriptor partes mũdi cognitas referre cogitat, ignotas autẽ omittit, ſicut & quæ extra illam poſita ſunt. Rectã autem coniungentibus lineam ad extrema circunductæ utrinq; nauigationis ſigna, ſufficiet totam dictæ inſulæ figuram explere, & in eo iam dicto quadrato ipſa procumbat inſula. Eius autem quæ appareat capienda eſt magnitudo auferentibus ab tota quidem terræ magnitudine hemiſphærium noſtrum, & ab hoc rurſum medietas, ab hoc item quadratum ipſum rurſus, in quo habitabilem iacere dicimus. Suſcipere autem opus eſt & de figura proportionem id quod apparet ſubiectis adaptando. Poſtquàm uero eius quod inter æquinoctialem & interceptũ parallelum, huic ad polum partis Borealis hemiſphærij † ſpondylus eſt figura. Ille autem per polum bipartito ſecans hemiſphærium, etiam bipartito ſecat ſpondylum & quadratum facit. Manifeſtum erit quod ſpondyli ſuperficie minus eſt quadratum illud, cui Atlanticum pelagus imminet. Ipſa uero habitabilis in hoc inſula, chlamydis formam gerens, minor quàm dimidium quadrati pars extitit, hoc ex geometria & circunfuſi maris quantitate apparet quod terrarum extremitates operiens utrinque conducit in unum ad minoris extremitatis figuram, & tertiæ partis longitudinis, & latitudinis maximæ.

Terræ rotundi tas.

Orbis terræ partitio.

* Græce ſic legitur οὐδὲ γὰρ γεωγράφων ἐστὶν ἅπασαι et cætera. non enim orbis deſcriptor,

† σπόνδυλος, id eſt uerticulus.

Ex

Ex quibus unum est stad. millium septuaginta utplurimum à mari finitum, quod mare ultra nauigari nequit propter magnitudinem ac solitudinem. Alterum minus millium triginta terminatum ab inhabitabili propter calorem uel frigus. Hoc enim propter calorem inhabitabile quadrati latitudinem quidem habens stad. millia octo & octingenta, longitudinem autem maximam millium centum uigintisex, quanta est æquinoctialis medietas, reliquum plus esset. Istis Hipparchi dicta quodammodo consonant. Ille enim inquit terræ magnitudinem supponēs, quam Eratosthenes dixit, Hinc mundi exceptionem fieri oportet. haud enim multum differre ad ea quæ de cælestibus apparent secundum habitationem quamlibet, sic habere dimensionem, uel sicut posteri tradidere. Existente igitur secundum Eratosthenem circulo æquinoctiali stad. millibus ducentis quinquaginta, & duobus, quarta pars esset millia sexaginta et trium. Hoc autem est ab æquinoctiali ad polū, quindecim †sexagesima, sicut æquinoctialis est sexaginta. Ab æquinoctiali uero ad æstiuum tropicum quatuor. Hic per Syenem descriptus parallelus ratiocinatur & computat pro qualibet distantia ex apparentibus mensuris. Tropicum enim ad Syenem iacere contingit, quoniam hic secundū æstiuas conuersiones meridiei gnomon nullas reddit umbras. Meridianus autem per Syenem maxime describitur per fluenta Nili sicut à Meroë usq; Alexandriam. Hic autē stadia sunt circiter millia decem. Per medium uero interuallum Syenem consistere contingit, hinc ad Meroën millia quinque, recte uero progredienti, ad stad. tria millia in meridiem, reliqua non ultra sunt propter feruorem habitabilia. Vnde per hæc loca parallelū qui idem est qui per cinamomiferam transit terminū & initiū poni oportet nostrę habitabilis ad meridiem. Cum igitur stad. millia quinq; à Syene sint ad Meroën, alia uero tria superaddantur à Syene ad æquinoctialem, essent omnino millia octo ad terræ habitabilis terminos. A Syene uero ad æquinoctialē millia sedecim & octingenta. totidem enim sunt ex quatuor sexagenis, cum unaquaq; millium quatuor & ducentorum ponatur. Quocirca reliqua existerent à terminis habitabilis ad æquinoctialem millia octo & octingenta. Rursus ab Alexandria in recta per Nili fluenta omnes ad Rhodum usq; nauigationem cōfitentur. Hinc autem Cariæ & Ioniæ ad nauigationē usq; Troadem Byzantiūq; & Borysthenem. Capientes igitur interualla notissima quæ nauigantur, consyderant distantiam quæ est à Borysthene per rectam in hac linea quousq; habitabilia sunt, & terminant partes habitabilis, quæ ad septentrionem spectant. Super Borysthenem uero incolunt Rhoxolani cognitorum nouissimi Scytharum, magis in austrū positi quàm ij qui supra Britanniam incidentes ultimi omnium cognoscuntur. Vltra uero propter frigus inhabitabilia sunt. His autē propinquiores austro sunt supra Mæotidem incolentes Sauromatæ & Scythæ usque ad orientales Scythas. Pytheas uero Massilienſis partes Thules aquiloni propinquissimas Britanniæ extremas esse perhibet, penes quos idem est cum Arctico circulus tropicus æstiuus. Ab alijs quidē nihil comperio, nec quod Thule insula quædam sit neq; si ad ea usq; loca habitabilia sunt, ubi æstiuus tropicus Arcticus efficitur, hunc autem habitabilis terminum, multo magis ad austrum accedere arbitror, qui ad aquilonem propinquat. Qui enim hoc tēpore scribunt ultra Hyberniā nihil habentes quod dicant, quæ ad septentrionem ante Britanniam iacet, sylueſtribus prorsus hominibus maligne propter frigora habitantibus. Itaq; finem hic ponendū esse arbitror. Paralleli autē per Byzantiū & quodam

† πυκνοτάτην καὶ ξυλώσαν,

Rhoxolani.

modo per Maſsiliam trãſeuntis, ut Pytheæ credens inquit Hipparchus. Eandem enim ait gnomonis rationem Byzantij ad umbram quam Maſsiliæ Pytheas dixerat. Circuli autem per Boryſthenem ab hoc diſtantis circiter millia tria & octingenta eſſe poſſet ex diſtantia ab Maſsilia ad Britanniã, hic incidens ipſe per Boryſthenem circulus ubicunq;. Multis autẽ in locis homines refellens Pytheas & iſtic mentitus eſt. Nam ductam à columnis lineam ad freti & Athenarũ & Rhodi loca in eodem iacere parallelo, à multis confeſſum eſt. Conſtat & lineam per mediũ quodam modo pelagus à columnis in fretum eſſe. Quicq; maximũ nauigant tractum à Gallia in Africam è ſinu Gallico ſtad. quinq; millia eſſe, & hanc ampliſsimã latitudinem pelagi affirmat. Quocirca à dicta linea ad intimũ ſinum ſtad. duo millia quingenta ſunt, ad Maſsiliam uero pauciora. Maſsiliam enim magis quàm intimum ſinum ad auſtrum procumbere, è Rhodo autem Byzantium uſque ſtad. eſſe millia quatuor nongentũm, ut impendio magis ſanè ad ſeptentrionem ſpectet is qui per Byzantiũ eſt, eo qui per Maſsiliam. At ea intercapedo quæ inde eſt uſq; ad Britanniam, cum illa poteſt cõſonare quæ eſt à Byzantio ad Boryſthenem, illic uero quouſq; ad Hyberniam incognitũ eſt quantũ poni poſsit. Neq; ſi ulterius habitabiles partes ſint ſuperioribus dictis curæ eſſe oportebit. Satis enim ad cognoſcendũ eſt capere ſicut in auſtralibus regionibus, quod ſupra Meroën ad tria millia ſtad. progredienti terram habitabilem ponere conueniebat. Non perinde ac finis iſte diligentiſsime poſitus eſſet ſed proxime ad diligentiã. Sic & illic non plura his, aut pauBritannia. lo plura, ſupra Britanniam ponenda ſunt, ut millia quatuor. Etiam ad principum
οὐδὲ πλουτίστη μα. nullus uſus nullũ lucrum. neceſsitates nulla ſit prærogatiua, huiuſmodi regiones uel earũ incolas cognitos facere, præſertim ſi tales inhabitent inſulas, quæ neq; nos infeſtare, neq; cõmoditates afferre queant propter earum diſiunctionem. Nam cum Romani Britanniæ dition habere ualuiſſent, neglexerũt, nullum ex ea terrorem oriri poſſe cernentes. haud enim tanta illis facultas adeſt ut noſtra incurſare poſsint, nec ulla tãta utilitas, ſi ea potiti fuiſſent. plus enim ex uectigalibus nunc uidetur afferre, quàm tributum abſoluere poſſet, cum ipſa in copias militares impenſa, inſulæ præſidium & tributorum exactiones auferat. Plurima etiam accederet ex adiacentibus inſulis commoditas. Quod ſi ad interuallum ex Rhodia ad Boryſthenem illud apponatur ſpatium, quod à Boryſthene ad ſeptentriones eſt millium ſtad. quatuor, totum interuallum fit duodecim millium ſtad. ac ſeptingentũm. Terminus autem ex Rhodia in Auſtrale habitabilis, eſt millium ſedecim ſexcenta ſtadia. Vnde uniuerſa latitu-
Terræ latitudo. do orbis terrarum minor eſſet millia triginta ab Auſtro in ſeptentrionem. Longi-
Terræ longitudo. tudo autem millia ſeptuaginta eſſe traditur. Hoc autem ab occaſu in ortum eſt, ab extremis Hiſpaniæ ad extrema Indiæ, id quod tum itineribus tum nauigationibus menſuratum eſt. Quod autem infra dictum quadratum hæc ipſa longitudo ſit, ex ratione parallelorum ad æquinoctialem ſpectantium manifeſtum eſt, ut plus quàm dupla ſupra latitudinem longitudo ſit. Ferunt autem ad chlamydis ſpeciem formam ipſam eſſe. Multa enim latitudinis congregatio ad extremitates in-
Sphæræ ratio. uenitur, præſertim in occidentalibus ad ſingula accedentibus nobis. Nunc quidem igitur locum in ſphærica ſuperficie deſcripſimus, in quo ſitum eſſe terrarum orbem dicimus, & ſanè oportet per diuiſas habitationes, ueritatis imitatorem, terram proxime ſphæram efficere, uti Crates inſtituit, ſuſcepto in ea quadrato atque intra illud de ſitu orbis locare tabulam. Cæterum cum magna opus ſit ſphæra, ut

dicta

dicta pars eius è plurimis sit partibus, satis fiet ad captandas dilucide mundi portiones ut attente proprium spectantibus exhibeant aspectum. Ei quidem qui talem possit præparare sic factu melius est. Sit autem ut non maiorem pedibus decem habeat diametrum, qui uero minime talem uel non multo hac inferiorem struere possit, describat oportet in plana tabula pedum saltem septenûm. paululum enim intererit in contrario circulorum & parallelorum & meridianorũ, per quos & climata & uentos & cæteras differentias dilucidas facimus, & partium terræ situs inuicem & ad cælestia rectos describimus. Cum parallelorum parallelos & rectarum rectas ad illas, intellectus ipse facile traducere ualeat, figuram ac magnitudinem quam aspectus intuetur, in plano ac superficie ad rotundã ac sphæricam, proportionem de obliquis & rectis circulis dicimus. Meridiani uero ad singulas poli partes descripti omnes ad unum in sphæra signum inclinant. Sed in plana tabula paruas rectas solummodo meridianas facere conum, nihil referet. Haud enim hoc necessarium pluribus in locis est, nec ut circunferentia, apparet. Eodem modo & inclinatio, cum descriptiones transferantur in tabulam planam, & lineæ rectæ describantur. Itaq; ipsam deinceps rationem tanquam in plana tabula picturaconfecta exponemus. Dicemus itaq; cum terræ partem ipsi quoq; peragraueri- *Strabonis peregrinatio.*
mus & maris, qua de re & narrantibus & scriptoribus fidem adhibeamus. Peruenimus autem ex Armenia in occasum usq; ad Sardiniam tractus Tyrrheni & in meridiem quidem ab Euxino usq; ad Aethiopiæ terminos. Neq; ex cæteris terræ scriptoribus aliquem facile reperies qui amplius quàm nos dicta permeauerit interualla. Qui uero occidentis regionis mare adierint, orientis loca nequaquam tantopere attigerunt, qui autem contra, in occidentalibus defecerunt. De austro quoque & septentrione similiter se habet. Atqui & illi & nos auditu plura percipientes, cõpilamus formam ac magnitudinem reliquamq; naturam, qualis & quanta sit eo quidem modo quo ex sensibiliũ intellectu alia intellectus componit. Colorẽ enim *Intellectũ per sensibilia cognoscere.*
& figuram & magnitudinẽ pomi, odorem quoq; & tactum & succum sensus ipsi denuntiant. Ex ijs intellectus componit pomi cognitionem, & magnarũ quidem formarũ ipsarum partes sensus intuetur. Totum uero ex uisis, intellectus disponit. Sic quidem & uiri dociles spectatoribus & loca (prout casus tulit per diuersas terræ partes) peruagantibus, sicuti sensibus credentes in unam construunt descriptionem uniuersi orbis terrarum aspectum, cum & exercituum ductores omnia quidem ipsi conficiunt, sed ubiq; nequaquam adsunt, quinimmo per alios plurima gerunt, fide nuntijs adhibita, & pro auditis accommodantes mandata, dimittunt. Qui autem solos uidentes cognoscere existimat, auris iudicium perimit, quæ ad *Auditus iudicium.*
scientiam capessendam longe præstantior est oculo. Maxime autem huius ætatis homines dicere aliquid de Britannia possent, deq; Germanis & intra & extra Danubium habitantibus, de Getis, de Tyrrhegetis, de Bastarnis. Item de Caucasum incolentibus, ut Albanis & Hiberis. Renuntiata uero sunt nobis à rerum Parthicarum scriptoribus, in quibus est Artemisius Apollodorus, quæ illi amplius quàm multi superauerunt, & de Hyrcania & Bactriana, quin & Romanis nuper fœlicem Arabiam intrantibus, cuius imperator erat uir insignis amicitia & consuetudine nobis deuinctus Aelius Gallus, & Alexandriæ mercatoribus, classe per Ni *Aelius Gallus.*
lum & per Adriaticum sinum usq; in Indiam nauigantibus. Quæ omnia longe magis huius ætatis mortalibus quàm maioribus nostris cognita sunt. Cum Gal-

lus igitur Aegypti præfectus esset, & uiarum comites ad Syenem & terminos Aethiopiæ usque ascenderint, accepimus naues centum ac uiginti ex Muris portu ad Indiæ tractus enauigasse. Cum ab initio paucis Ptolemaidis reges nauigare prorsus auderent, nec mercatoria Indiæ uectare onera. Prima igitur & maxime peculiaria sunt, & ad scientiam & ad urbanas necessitates, formam & magnitudinem simpliciter, & ut sic dicam inuestigare, quod quidem ad orbis describendi tabulam incidens, simul & qualis est & quota totius terræ pars demonstrat, hoc quidem proprium orbis scriptori est. De tota uero terra accurate tractare, & de illius zonæ quam dicimus omni spondylo uel dorso, cuiusdam altèrius est disciplinæ, sicuti habitantur & secundum alteram partem quartam ipse spondylus. Etenim si hoc sese modo habeat, haud sanè à nostris habitatur incolis, sed ille alius ponendus est terrarum orbis, quod profecto credibile est. Hæc autem quæ in ipsa sunt dici à nobis debent. Mundi uero habitabilis forma chlamydis speciem præ se fert, cuius latitudinem maximam linea per Nilum describit, principium ab cinamomifero parallelo capiens, & ab insula exulum Aegyptiorum, usq; ad eum qui est per Hyberniam parallelum. Longitudo autem huius est linea ad rectitudinem ab occasu per columnas, & per fretum Siculum usque ad Rhodiam & sinum Issicum penes Taurum progressa, qui Asiam per zonas distinguit in orientale uergens pelagus inter Indos & eos qui ultra Bactrianam sunt Scythas. Intelligatur igitur oportet spatium aliquod parallela designatum linea, in quo figuræ chlamydis facies descripta eo modo sit, quod longitudini longitudo consentiat, & † pari æqualitate sit maximum, ac latitudini latitudo. Figura itaque ad chlamydis speciem habitabilis orbis est. Latitudinem nanque ipsius terminari diximus per ipsa paralleli latera ultima, qui partem eius habitabilem inhabitabilémque utrinq; distinguit. Hæc quidem fuere unum ad septentrionem per Hyberniã, alterũ ad torridam per cinamomiferam. Hæc autem ad ortum & occasum exporrecta usq; contra insurgentes orbis terræ partes, quoddam efficient mutuis lineis spatiũ ad eas ipsas quæ per septentrionẽ adiunctę sunt. in hoc autem habitabilẽ esse cõstat ex eo, quod maxima ipsius latitudinis pars extra id nõ excidit, neq; longitudo. Quod uero ipsius forma chlamydis speciẽ habet, quia extremitates longitudinem minoribus utrinq; finiant terminis, maris autem inundatio latitudinis partes adimat. Id sanè perspicuũ est ex ipsis qui & orientis & occidentis tractus utrobiq; nauigationibus circumierũt. Nam insulam quam uocamus Taprobanen in austrum longe magis quàm Indiam spectantem ostendũt & habitari, & contra Aegyptiorum insulam & terras cinamomiferas attolli. Aëris enim æqualem esse temperiem quę extremæ ultra Indos Scythiæ, ostium quoque maris Hyrcani magis ad septentrionem uergere, & adhuc amplius tractus Hyberniæ, pariter autem et de plaga trans columnas memoratur. Signum autem orbis occasui propinquissimum esse Hispanorũ promontoriũ quod Sacrum uocant id quod subiicitur quodãmodo lineæ, quę per Gades & columnas ducitur & per fretũ Siculũ & per Rhodiam. Consonare enim aiunt & Horoscopia, id est horarum aspectus, & uentos utroq; uersum ferentes, & dierũ & noctium maximarũ prolixitates. Horarum enim quatuordecim dies ac noctes æquinoctiales et in Gaditana & in Hispanię maritima spectare licet interdum. Posidonius refert ab excelso quodam domicilio in urbem, quæ ab hisce locis quadringenta distat stadia, stel-

* καὶ ὅσον ἐν τῷ μήκει τὸ πλάτος. orbis terræ figura & distinctio.

Chlamydis formæ terrã esse.

Taprobane.

Sacrum promontorium.

Horoscopia.

lam

lam se uidisse, quam Canobum ipsum suspicatur. Ex hoc paululum ex Hispania progressos in meridiem ipsam spectare confiteri, & ex ipsa in Cnido historia atque prospectu. Speculam enim Eudoxi non multo alijs habitaculis altiorem esse quo ex loco eum stellam Canobum intueri solitum, dicitur. In Rhodiaco uero clima- te Cnidum existere, in quo Gades, & huius maritimam, hinc ad australes partes nauigantibus iacet Africa, huius uero occidentalis maxime tractus, pars parua ante Gades magis procumbit. Dehinc extremitatem cum fecit angustam ad or- tum recedit, & austrum. Ac dilatatur paulatim quoad ad Aetherios Aethiopas applicat. Hi autem Carthaginensis regionis ultimi iacent Cinamomiferorum li- neam attingentes. Contra uero à Sacro nauigantibus promontorio usq; ad nun- cupatos Artabros in septentrionem est nauigatio dextra Lusitaniam habentibus. Reliqua ad ortum tota obtusum efficiens angulum usq; ad Pyrenes extrema quæ ad Oceanum terminantur. His occidentales Britanniæ partes è regione adiacent ad aquilonem. Eodem etiam modo Artabros esse à septentrione, queis opponun- tur insulæ quas Cassiterides appellant, à pelago quodammodo in Britannico cli- mate constitutæ. Liquet igitur, quantum extremitates orbis terrarum per longitu- dinem ex circunfuso pelago in angustum cogantur. Cum uero talis forma existat in uniuersum duas rectas suscipere commodum esse uidetur, quę se inuicem secan- tes in rectum, una per longitudinem totius maximi, altera per latitudinem perue- nient. Et una quidem parallelorum, altera meridianorum erit. Deinde istis, pa- rallelas intelligentes, in utranq; partiri terram ac mare, quo nos uti contingit. For- ma enim quam diximus magis manifesta fieret & linearum magnitudo alias at- que alias mensuras habentium, & longitudinis & latitudinis. Climata quoque magis ad orientem uel occasum spectantia melius fient dilucida, pariter & quæ ad austrum uel ad aquilonem uergunt. Postquàm uero has ipsas rectas per co- gnita loca suscipere oportet, quædam iam susceptæ sunt. Dico autem medias duas alteram de longitudine, & alteram de latitudine iam antea dictas, reliquæ uero per has facile dignoscerentur. Quodam enim modo his utentes elemen- tis, partes inuicem se habentes colligemus, & cæteras habitandi habitudines in terram uel in cælum spectantes. Cæterum mare plurimum terram describit ac format, sinus ac pelaga, & freta conficiens plurima, isthmos similiter ac penin- sulas, & promontoria. Assumūt & ex hoc ipso fluuij & montes. Per talia nãq; ipsę continentes & gentes & oppidorum situs natura bene compositi intelliguntur, & cæteræ uarietates quibus referta est designatrix locorum tabula. In quibus quidem est insularum multitudo & pelago, ac litoribus omnibus dispersa. In alijs alias uir tutes ac uitia & uarios ipsarum usus abususq; ostendentibus, has quidē natura, has uero apparatu, quas natura dici conuenit. perdurant enim. Adiecta uero, permuta tiones accipiunt. Et harū quoq; quasdam diutius perdurare ualentes, declarare ne- cesse est. Quæ quidem non diu, alioqui uero illustrem claritatem quampiam te- nentes & gloriam, uel quæ in tempus posterum permanens, modum quendam lo- cis cognatum efficit, & apparatum haud amplius existentem. Ea propter & hæc memoria teneri oportere constat. Permultę nãq; sunt urbes de quibus hoc dici con tingit, quod & Demosthenes ipse de adiacentibus Olyntho cõmemorauit. Quas sic claruisse inquit, ut si quis aduentet, illas nunquam habitatas fuisse intelligat. Ad hæc tamen & alia loca libenter proficiscuntur tam celebrium operum uestigia con-

Canobus stella

Eudoxi specula.

Cnidus.

Aetherij.

Artabri.

Cassiterides.

Demosthenes de Olyntho.

templari cupientes, ſicut & illuſtrium uirorum ſepulchra, ſic & iure inſtitutarum rerum publicarum recordationem uſurpamus, quę illis in locis iam extinctæ ſunt. Cum eodem nos modo inuitet utilitas quo & res ipſæ geſtæ. Id enim aut imitationis aut talium euitationis gratia fit. Primam itaq; deſignationem repetentes dicimus habitabilem terram noſtram circunfluam exiſtentem, ab exteriore mari multos in ſeipſam ab Oceano ſinus admittere. Quatuor autem ampliſſimos, è quibus aquilonaris quidem mare Caſpium uocatur, quod plericq; nuncupant Hyrcanum. Perſicus autem & Arabicus ab auſtrali mari effundũtur, unus quidem aduerſus maxime Caſpio, reliquus Pontico. Quartus hos magnitudine admodum ſuperat, quem mare noſtrum, quod interius appellamus, efficit, initium ab occaſu & freto per Herculeas columnas accipiens, & ad orientis regiones alia latitudine longe porrectum, deinde diuiſum, & duos in ſinus diffuſioris pelagi terminatum. Vnum quidem à ſiniſtra quem Euxinum pontum appellamus, alterum autem conſtantem ex Ægyptio pelago & Pamphylio & Iſſico. Cæterum uniuerſi quos cõmemorauimus ſinus ab extimo mari anguſto influunt æſtu, plus autẽ ſinus Arabicus & Gaditanus per columnas, reliqua uero minus. Terra ſanè quæ illos includit, trifariam partita eſt, quemadmodum dictum eſt. Europa facile pluribus cunctarum formas induit, Africæ contra euenit, Aſia mediam quodammodo ambarum diſpoſitionem habet. Omnes autem ex litoribus inteſtinis cauſam habent, quare multiformes ſint, aut non habent. Exterior autem exceptis iam dictis ſinubus, ſimplex eſt inſtar chlamydis, ut dixi, figura. Nam reliquas in exiguo differentias omittemus. In magnis enim quod puſillum eſt nihil intereſt. Rurſus in geographica ſcientia non modo formas, & locorum magnitudines inquirimus, ſed etiam mutuas inter ſe continentias, ut diximus. Et hic interiora litora maiorem quàm exteriora uarietatem exhibent. Maior† quoque notitia atque temperies, & in urbibus, & in nationibus per bona gubernatis inſtituta, in quibus magis quàm in illis homines uerſantur. Iſta uero magis noſſe concupiſcimus, in quibus plures traduntur actiones, plures artes, plura regendarum ciuitatum inſtituta, aliaq; quæ ad comparandam prudentiam cooperantur, & neceſſarij rerum uſus ad illa nos conducunt, quæ quoad perueniri poteſt implicitas ſecum habent communicationes. Hæc ſunt quæ habitantur, imò uero recte habitantur. Ad omnia huiuſmodi (ut dixi) noſtrum mare magnam habet excellentiam. Hinc ergo exponendi ambitus ſuſcipienda ſunt primordia. Huius ſinus initium eſſe à columnarum freto dictum eſt. Latitudo eius anguſtiſſima ſtad. circiter ſeptuaginta traditur. Circumcirca uero anguſtias nauiganti ſtad. centum & uiginti, diſtantiam litora ipſa unà capiunt, ſiniſtrũ uero magis. Et aſpectus ipſe ingentis cuiuſdam pelagi apparentiam præſefert, è dextro quidem latere terminos habet litus Africanum Carthaginem uſq;. Ex altero uero litoribus terminatur Hiſpano & Gallico ad Narbonẽ & Maſſiliam, dehinc Liguſtico, poſtremo uero Italico uſq; in fretum Siculum. Latus autem pelagi ad ortum ſpectans, Sicilia eſt, & utrinque iacentia eius freta, è quibus unum ad Italiam pertinens ſtad. ſeptem patet. Quod autem Carthaginem ſpectat ſtad. mille & quingentis. Cæterũ à columnis in fretum, quod ſeptem ſtad. dixi ducta linea, pars illius eſt quæ ad Rhodum & Taurũ ducta medium iam dictum pelagus incidit, fertur autem ſtad. mille duodecies. hæc quidem pelagi longitudo. Sed maxima latitudo ad ſtad. quinq; millia è ſinu Gallico inter Maſſiliã & Narbonem

ad

Sinus præcipui quatuor.
Caſpiũ mare.
Hyrcanum mare.
Perſicũ mare.
Arabicũ mare
Euxinus.
Terra trifariã partita.
Europa.
Africa.
Aſia.
† πολὺ δ' ὄφ
Celebritas unde ciuitatibus.

ad regionem Africæ oppositam. Huius autem maris partem uniuersam Africanum uocant pelagus. Quod autem terræ opponitur partim Hispanum, partim Ligusticum, partim Sardonicum, ultimum uero usq; ad Siciliam Tyrrhenum maré nuncupatur. Ad litoream uero plagam Tyrrhenam usq; ad Ligusticam crebræ extant insulæ, maxime autem Sardinia & Corsica post Siciliam, quæ quidem & bonitate & magnitudine cæteras nostras superat. Multo autem his inferiores longius in mari sitæ Pandaria et Pontia. At terræ propiores Aethalia, Planasia, Ilua, & Pythecusæ, Prochyta, Capriæ, Leucasia, & reliquæ generis huius. Alia ex parte oræ Ligusticæ ante reliquam ripam usque ad columnas non multæ, è quibus est Gymnesia & Bysus. Ante Africam quoque atq; Siciliam non multæ, quarum est Cosura & Ægimurus & † Lipareone, quas appellant quidam Aeolias. Post Siciliam & utrunq; fretū alia continenter adiacent maria. Vnum ante Syrtes & Cyrenaicum & Syrtes ipsæ alterum olim quidem Ausonium, nunc uero Siculum uocitatum in illud confluens, atq; contiguum. Quod igitur Syrtibus prætenditur & regioni Cyrenarū, Libycum siue Africanum appellatur, & in Aegyptium finitur pelagus. E Syrtibus minor quidem, stad. mille & sexcentûm habet ambitum. Ostium utrinque adiacentes habet insulas quæ Meninx ac Cercina uocant. Eratosthenes tradit maioris Syrtis circuitum millium quinque esse. Profundum uero mille & octingentûm, ab Hesperidum agro ad Automala, & Cyrenarū confinia, ad reliquam terram Libyam, quæ in eo tractu est. Alij nauigationis ambitum stadiorum quatuor millia esse referunt. Profundum autem mille & quingentûm, quanta est oris latitudo. Cæterum Siculum pelagus Siciliæ & Italiæ ad orientem opponitur, & item interiacenti transitui inter Rheginum agrum usque Locros, atque Messenam usq; Syracusas & Pachynum. Crescit autem ad orientis partem usque ad Cretæ promontoria, & plurimam Peloponnesi partem alluit, & sinum quem Corinthiacum uocant implet. Ad aquilonem uero uel ultima † Iapygiæ & Ionij sinus os, & Epiri partes in austrum spectantes usq; ad sinum Ambracium, litusq; contiguum, quod sinum Corinthiacum ad Peloponnesum efficit. Sinus autem Ionius eius pars est, quod Adriaticum hoc tempore dicitur. At huius positum à dextra latus, regio facit Illyrica, sinistrum uero Italia usq; ad intimos Aquileiæ recessus. Est autem ad septentrionem & ad occasum protendens angustus & prolixus. Longitudo quidē stad. sex mil. latitudo uero amplissima stad. ducentûm supra mille. In eo sanè tractu frequentes solæ sunt insulæ ad terram Illyricā, & Absyrtides & Cerycticа & Liburnides, Issa etiam & Tragurium & † Mellia & Corcyra & Pharus, ad Italiam uero Diomedeæ. A Pachyno autem in Cretam Siculi maris interuallū stad. quatuor mil. & quingentûm esse tradunt. Tantundem ad Tænarum Laconicum. Ab extrema uero Iapygia ad interiora sinus Corinthiaci, minus quàm stad. trium millium intercst. Ab eadem autem Iapygia extrema in Africam plus quàm mil. quatuor. In eo autem tractu insulæ sunt Corcyra & Sybota ante † Epirum. Deinceps uero ante sinum Corinthiacum Cephalenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades. Siculo autem Creticum coniungitur pelagus & Sardonium & Myrthoum, quod inter Cretam & Argiam Atticamq; iacet. Quod latitudinem maximam habet ab Attica ad stad mil. ducenta. Longitudo minor quàm dupla. In hoc uero sunt insulæ Cythera, Calauria & quæ Aeginam cingunt & Salaminē, & ex Cycladibus pleræq;. Quod uero contiguū est iam Aegeum existit cum sinu

Liguſticū ma. Tyrrhenum mare.
Sardinia.
Corſica.
Sicilia.
Pandaria.
Pontia.
Aethalia.
Planaſia.
Pythecuſæ.
Prochyta.
Capriæ.
Leucaſia.
Gymneſia.
Byſus.
Coſura.
Aegimurus.
* οἱ Λιπαρέων νῆσοι.
Aeoliæ.
Auſoniū mare
Siculum mare
Libycū mare.
Afric. mare.
Syrtis.
Meninx.
Cercina.
Corinth. ſinus
*Apuliæ
Adriat. ſinus
Illyris.
Abſyrtides.
Ceryctica.
Liburnides.
Iſſa.
Tragurium.
Corcyra mel.
Pharus.
Pachynus.
Diomedeæ.
* χωρὶς ἡ μελαινα κόρκυρα.
Sybota.
* πρὸ τῆς ἠπειρώτιδος.
Melas ſinus.
Cephalenia.
Ithaca.
Zacynthus.
Echinades.
Creticū mare.
Myrth. mare.
Cythera.
Calauria.
Aegina.
Salamis.
Aegeū mare.

Icariũ mare. melane, id est nigro atq; Hellesponto. Est & Icarium & Carpathium usq; Rhodũ
Carpat. mare. Cretamq; ac Cyprum & primas partes. Cæterum ad Asiam pertinent insulæ Cy-
Cyclades. clades & Sporades, & quæ Cariæ & Ionæ & Aeoliæ usq; Troadem adiacent. Con
Sporades. inquam & Samum & Chium & Lesbum & Tænedum. Eodem etiam modo quę
Cos. ante Græciam iacent usq; in Macedoniam, sibiq; conterminã Thraciam, Eubœa
Samos. Chius. scilicet & Scyrus & Peparethus & Lemnus & Thasus & Imbrus & Samothra-
Lesbos. cia & cæteræ complures, de quibus singulis aperiemus. Huius autem tractus mare
Tænedos. longitudinem habet millia circiter quatuor aut paulo plus. Latitudinem uero ad
Eubœa. millia duo. Continetur autem à prædictis Asiæ partibus & maritimo spatio è Su-
Scyrus. nio usq; in sinum Thermæum, quà in septentrionem nauigatio agitur, & à Mace-
Peparethus. doniæ sinubus usq; in Chersonesum Thraciam. Apud hanc adiacet septem stad.
Lemnus. fretum ad Sestum & Abydum, per quod Aegęum & Hellespontus in aliud ad se-
Thasus. ptentrionem effluit mare, quod Propontidem appellant, & illud in aliud quod Eu
Imbrus. xinum pontum nominant. Hunc quodammodo †bimarem dicimus, ad medium
Samothracia. nanque duo procumbunt promontoria, unum quidem ab Europa, partibúsque
Abydus. borealibus, alterum ex Asia huic oppositum. Vnde transitus ipse coartatur inter-
Sestus. medius, & ingentia duo efficiuntur maria. Europæ quidem promontoriũ Crium,
Propontis. id est arietis frontem appellant, alterum Asiæ Carambin, distant autem inuicem cir
Euxinus. citer stad. duo millia & quingenta. Spectans igitur in occasum pelagus è Byzantio
*εὔξεινος πόντος. usq; in Borysthenis eruptiones, longitudinem habet stad. trium millium octingen
Criũ promon- tûm, latitudinem uero duûm millium, in quo Leuca, id est alba iacet insula. In orien
torium. tem uero spectans parem continet longitudinem, & in angustum finitur reces-
Carambis. sum, qui ad Dioscuriadem pertinet ad stad. millia quinque, aut paulò plura, latitu
Leuca insula. do ad stad. millia tria patet. Ambitus uero totius pelagi stad. millia uiginti quinq;.
Ponti figura. Huius autem ambitus figuram arcui Scythico, dum intenditur plericq; comparãt,
neruum dexterioribus ponti partibus similem exhibent, hæc est autem ab ostio
usq; ad Dioscuriadis agri recessum adnauigatio. Nam excepta Carambe, reliquũ
omne litus parum aut prominet aut recedit adeo ut rectum uideatur. Reliquæ par-
ti ipsius arcus cornu simile est, quod geminas curuationes habet, quæ quidem su-
perne est rotundiorem tenet, quæ uero inferior rectiorem, sic illam geminos sinus
efficere, è quibus qui spectat in occasum, longè altero rotundior est. Supra sinum
Mæotis. autem ad ortum uergentem Mæotis palus iacet ad aquilonem stad. nouem milliũ
Bosphorus. aut paulò plurium circuitum habens, hæc penes Bosphorum, quem Cimmerium
appellant in pontum effluit, iste per Thracium in Propontidẽ excurrit. Os enim
Byzantiacum, Thracium Bosphorum uocant, quod stad. quatuor existit, at Pro-
pontis stad. mille & quingentûm longitudinem protendi perhibetur ex Troade
Cyziceni. Byzantium usq;, par uero quodãmodo extat ipsius latitudo. Hic Cyzicenorum
consistit insula, & circa eam pusillæ quædam insulæ. Aegæi enim maris ad aquilo-
nem talis est refluxio & tanta, rursusq; è Rhodia Aegyptium pelagus efficiens &
Pamphylium & Issicum. In orientem nanq; & Ciliciæ partes pariter extenduntur
usq; ad stad. millia quinq; trans Lyciam & Pamphyliam & uniuersum Cilicum li
Syria. tus, hinc Syria & Phœnice & Aegyptus ad austrum & occasum mare circundant
Phœnice. usq; Alexandriam. In sinu autem Issico & Pamphylio Cyprum iacere contingit,
Cyprus. quæ pelago contigua est Aegyptio. Est autem è Rhodo usq; Alexandriam inter-
uallum ab aquilonis regione, stad. mil. quatuor. Nauigationis uero circuitus du-

plica

plicatur, hanc nautarum æstimationē esse de maris spatio perhibet Eratosthenes, cum quidam esse sic dicant, alij uero mil. stad. quinque asserere non dubitent. Ipsi autem per umbrarum inuestigatorem gnomonem stad. millia tria septingenta quinquaginta inuenisse ait. Huius quidem maris partes Cilicia & Pamphylia & Ponticæ regiones dextræ nuncupatæ, simul & Propontidis, & deinceps usq; in Pamphyliam extenta litora, ingentem quandā efficiunt peninsulā seu Chersonesum & magnam quandam fluctibus ambitam terram, id est isthmum, ex Tarsensi pelago ad oppidum Aminsum, & Themiscyram campum Amazonum. Regio enim hæc intra lineam ipsam consistens usq; in Cariam & Ioniam, & gentes intra Alyn habitantes, tota ab Ægæo pelago & iam dicti maris partibus utrinq; circumluitur. Et hanc quidem proprie eodem quo uniuersa nomine Asiam uocamus. Vt autem summatim dicamus, nostri maris signum maxime in austrū exiens magnæ Syrtis sinus est. Post hunc Alexandria Ægypti, & Nili fluenta. Aquiloni uero proximus Borysthenes est. Si quis tandem Mæotin quoq; pelago adiunxerit. Est enim perinde ac Tanais pars. Occasui autem propius est columnarū fretum, coniunctissimus uero orienti est, quem dixi ante recessus ad Dioscuriadem, haud recte sanè sinum Issicum dixit Eratosthenes. Ipse enim in eodē meridiano quo & Aminsus & Themiscyra, situs est. Quod si uelis assume & Sidenā usq; Pharnaciā. Ab hisce partibus directa in orientem nauigatione, cursus est quidem ad Dioscuriadem supra stad. mil. tria; sicut in parte magis ex circuitione manifestabitur. Nostrum igitur mare huius generis est. Terras autem nunc, quæ illud amplectuntur subscribere necesse est. Ab ijsdem uero regionibus primordiū capiamus, à quibus maris ipsius designationem scribentes accepimus. Interius igitur per columnarū fretum nauigantibus, in dextra quidem est Africa usq; ad Nili fluenta, in sinistra uero ad oppositum fretum usq; ad Tanain Europa, terminantur autem utræq; in Asiam. Ab Europa est igitur inchoandum, quandoquidem & multiformis in primis est, & ad uirorum uirtutem ingenue disposita, ciuiumq; & suarum ad alios rerum transfusiua. est enim tota habitabilis, in exigua tantūmodo parte propter frigoris uim inhabitabilis, quæ finitima Tanaidis & Mæotidis incolis, Borysthenēsibusq; in †curribus degentibus. Habitabilis autem regionis id quod est algidum & montanū natura laboriose habitatur. Curatores autē probos nacta loca etiam praue per latrocinia habitata mitigantur. Quemadmodū obtinentes Græci montes petrasq; incoluerunt pulchre ob prouidentiam circa ciuilia artesq; & reliquum aduitam sensum. Romani quoq; multas gentes accipientes, quæ natura inhumanæ erant ex ipsis locis asperis importuosisq; & frigidis, causáue alia male habitatis insociabiles homines inter se multis alijs admixtis connexuerūt, & ciuiliter uiuere agrestiores, duriores q; docuerunt. Quantum uero ipsis est in plano, naturalemq; habet temperiem multum adiuuat ad ista. Quandoquidē id quod est in fœlici regione pacificum omne est, & quod in tristi pugnax & uirile, accipiuntq; hæ gentes aliqua inter se beneficia. aliæ enim opem armis ferunt, aliæ fructibus & artibus morumq; doctrina. Manifesta autem sunt etiam non auxiliantium inuicem detrimenta. Habet autem superius †quiddam uis arma tenentium, nisi ea ipsa multitudine superetur, adestq; terræ †isti etiam ultra hoc quiddam naturale bonum, quod ea sanè omnis planitie montibusq; distinguitur. Ita ut usquequaq; agricultura, terræ descriptio, ciuilitas atque pugnæ adsint. Plusq; sit alterum id scilicet quod est pacis fa-

Themiscyra.

Asia.

Europæ laudes.

†ἀμαξοικοί.

*τὸ πολυάνθρωπον.

*τὴν πεδιάδα ταύτην.

miliare, ita ut hoc uincat adiuuantibus etiam ducibus, Græcorum prius, Macedonum uero Romanorumq; posterius. Ex hoc autem & ad pacem & ad bellum sufficientissima est sibi. Etenim multitudinẽ pugnacem abunde habet, & quæ agros colat, & quæ urbes quoq; contineat. Excellit autem hæc etiam fructus efferens optimos uitæq; necessarios, & metalla quæcunq; sunt usui. Odores uero ad sacrificia, necnon multi sumptus lapillos ipsa extrinsecus petit. Quarum etiam rerum inopibus nihilo deterior, quàm abundantibus est uita. Similiterq; pecudum exhibens mitium multarum copiam, at bestiarum habet ferarum raritatem. Ac talis quidem est natura terra ipsa in uniuersum. Particularis autem pars prima est omniũ ab ocHispaniæ figura. casu Hispania corio bubulo similis, cuius pars tanquam in collum extensa supervenit in finitimam Celticam. sunt enim ista quæ ad ortũ. Hincq; abscinditur latera li fine ea quæ dicta est Pyrene. Est autem regio ipsa mari circunflua, pars quidem australis mari nostro usque ad columnas, reliqua uero Atlantico usque ad septentrionale Pyrenes cacumen, oceano. Longitudo autem regionis huius quæ quàm maxima est, circiter sex millium stad. latitudo q; quinq; millium. Post hanc est CelCeltica. tica ipsa ad orientem solem usque ad flumen Rhenum, cuius latus septentrionale Britannico alluitur freto omni. Est enim æqualiter insula ipsa omnis opposita omni, longitudinem quinq; millium fermè continens stadiorum. Quod autem ad orientem uersum est, Rheno flumine circunscribitur, parallelum habente riuum Pyrenæ. Australe uero id quod à Rheno, Alpibus. Reliqua pars mari nostro, quo Gallicus sinus. loco is qui sinus uocatur Gallicus diffunditur. Inq; eo Massilia & Narbo sunt Massilia. Narbo. sitæ urbes clarissimæ. Est autem oppositus huic sinui ex aduerso sinus alter illi cognominis, uocatus quidem & ipse Gallicus, spectans ad septentriones atque Britannicam regionem. Angustissimamq; habet illic latitudinem terra Celtica. Cogitur enim in isthmum pauciorum quidem stad. quàm trium millium, plurium uero quàm duorum. Medium autem est dorsum montanum ad erectiones Cemmenus mons. Pyrenes, Cemmenus mons uocatus. Desinitq; hic maxime in medios Celtarum campos. Alpibus autem, qui sunt montes altissimi, facientibus circunferentem lineam, id quod est gibberosum ad supradictos torquetur Celtarum campos, & ad Cemmenũ montem, cauum uero ad Liguscam & Italiam. Gentesq; continet mons iste multas Celticas, præter Ligures. hi enim aliæ sunt gentes, proximi taAlpes. men uita. Incoluntq; partem Alpium connexam Apennini montibus, partemq; Apenninus, etiam obtinent Apenninorum montium. Sunt enim isti montanum dorsum per longitudinem totius Italiæ innatam à septentrionibus ad meridiem, desiItaliæ partes. nensq; ad fretum Siculum, Italiæ autem partes primæ sunt, subiecti alpibus campi usque ad sinum maris Adriatici proximorumq; locorum. Quæ uero dehinc ca χερρονησία ἴσσα. cumina angusta & longa † pœninsulantia. Perq; ipsam (ut dixi) Italiam in longitudinem extenditur mons Apenninus ad septem usque stad. millia. Latitudo uero eius est inæqualis. Facit autem Italiam pœninsulam Tyrrhenum mare inciIster fluuius. piens à Ligustico & Ausonium & Adriaticum. Post Italiam autem, quæ ad ortum reliqua sunt Europæ, bifariam diuiduntur Istro flumine. Fertur enim hic ab occasu in ortum, & in Euxinũ pontum, à sinistra relinquens Germaniam omnem incipientem à Rheno, Geticumq; totum, & quod est Tyrigetarum & Bastarnorum atq; Sauromatarum usq; ad flumen Tanain, lacumq; Mæotidem. A dextra uero Thraciam omnem & Illyricum, reliquamq; ultimam Græciam. Præiacent autem

autem Europæ insulæ quas diximus, extra columnas quidem Gades & Cassiterides & Britannicæ. Intra columnas uero Gymnesiæ, aliæq; Phœnicum insulæ, aliæq; Massilienſium & Ligurum, contráque Italiam usq; ad insulas Æoli. Et quę cunq; circa Epiroticam regionem & Græciam usque ad Macedoniam, & Thraciam Cherronesum. A Tanaide autem atque Mæotide sunt quæ intra Taurum cõtinentur, & deinceps hæc quæ exterius. Diuisa enim ea bifariam per Taurum montem extensum à iugis Pamphyliæ ad orientale mare secundum Indos, & qui ibi sunt Scythas, ea quæ ad septentriones uergit pars terræ est, quam Græci uocant intra Taurum. Quæ uero ad meridiem est, hanc extra nuncupant. At quæ Mæotide Tanaideq; continentur, partes sunt intra Taurum. Harum autem partes primæ sunt quæ inter mare Caspium & Euxinum pontum, ex parte quidem in Tanain oceanumq; finientes, & id quod extra, & id quod maris est Hyrcanij, ex parte uero ad isthmum, ubi proximus est à secessu Ponti ad Caspiũ. Deinde quæ intra Taurum, ea sunt supra Hyrcaniam usque ad Indos, & Scythas eos, qui sunt ad idem mare, & ad Imæum montem. Hæc autem habent partim quidẽ Mæotæ Sauromatæ, & qui inter Hyrcaniam & Pontum usq; ad Caucasum & Iberes & Albanos, Sauromatæ & Scythæ & Achæi & Zygi & Heniochi. Quæ uero supra mare Hyrcanum, Scythæ Hyrcaniq; & Parthi & Bactriani & Sogdiani, & aliæ super iacentes Indorum partes ad septentrionem. Ad austrum autem maris Hyrcani, & ex parte omnis Isthmi, qui huius est maris medius, & Ponti & Armeniæ, bona pars, Colchisq;, & Cappadocia omnis, usque ad Euxinum pontum & Tibaranicas gentes. Adhuc autem quæ intra Alyn dicitur regio, complectens quidẽ ad Pontum & Propontidem Paphlagonas & Bithynios & Mysos, & quæ super Hellespontũ dicitur Phrygiam, cuius pars etiam est Troas. Ad Ægeum autem sequẽsq; mare Æolidem & Ioniam & Cariam & Lyciam, in mediterraneaq; regione Phrygiam, cuius pars est ea, quæ Gallogræcorum dicitur Galatia, &† quæ acquisita est, Lycaonesq; & Lydi. Deincepsq; eius quæ intra Taurũ, ij qui montes obtinẽt Paropamisadæ, & Parthorum & Medorum & Armeniorũ, Cilicumq; gentes & Lycaones & Pisidæ. Post montana uero sunt quæ intra Taurũ. Prima autem harum Indica gens omniũ maxima & fœliciſsima, finiens ad orientale mare atq; Atlanticum australe. Inq; australisimo mari præiacet Indica insula minime minor Britannica, Taprobane, postq; Indicam regionem ad occidentalia declinantibus, habentibusq; à dextra montes, regio est magna maleq; ob tristitiam suam habitata ab hominibus omnino barbaris, nec una gente. Vocant autem Arianos, qui se extendũt à montibus usq; ad Gedrosiam & Carmaniam. Deincepsq; sunt, mare uersus quidem Persæ & Susij & Babylonij, descendentes ad mare Persicum, circumq; hos habitantes gentes paruæ. Ad montes autem, uel in eis Parthi Mediq; & Armenij, & quæ his finitimæ sunt gentes, atque Mesopotamia. Postq; Mesopotamiã, quæ intra Euphratem sunt Arabia fœlix, omnis definita sinu Arabico omni, & Persico, & quantam quidẽ Scenitæ atq; Philarchi obtinent ad Euphratem descendentes. Siue qui trans sinum Arabicum usque ad Nilum Æthiopesq; & Arabes, & qui post hos sunt Ægyptij Syrijq; & Cilices alijq;. Et qui Trachiotæ appellantur, ultimiq; Pamphylij. Post Asiam uero est Africa coniuncta ipsa Ægyptoq; & Æthiopiæ, litus habens Europæ aduersum, directum ferè usque ad columnas, ab Alexandria incipiens præter Syrtes, & si quis alicubi est sinus alius conuersione

Insulæ Europæ
Gades.
Cassiterides.
Britannia.
Gymnesiæ.
Taurus.
Scythæ.
Imæus mons.
Sauromatæ.
Achæi.
Zygi.
Heniochi.
Parthi.
Colchis.
Cappadocia.
Tibaranicæ.
Paphlagonæ.
Bithyni.
Mysi.
Phrygia.
Troas.
Aeolis.
Ionia.
Caria.
Lycia.
Gallogræci.
Galatia.
Lycaones.
Lydi.
Pisidæ.
India.
Taprobane.
Ariani.
Gedrosia.
Carmania.
Anasas.
Persæ.
Susij.
Babylonij.
Armenij.
Mesopotamia.
Arabia.
Scenitæ.
Philarchi.
Cilices.
Africæ situs et figura.

mediocri, & quæ eiuſmodi faciunt promontoriorum eminentiæ. Litus autem ſecundum oceanum ab Aethiopia uſq; ad quiddam tanquam parallelum priori. Poſtq; iſta coactam habet ab auſtralibus partibus in acutū ſummitatē parū extra columnas procedentē, facientemq; quodāmodo figuram menſalem. Eſt enim (ſicut alij quoq; declarant, & Cn. Piſo dux exiſtens regionis eius, nobis enarrauit) Pantheræ ſimilis, diſtincta domibus ut punctis, cōprehenſis arida & deſerta terra.

Cn. Piſo.

Vocāt autem huiuſmodi habitationes Ægyptij Anaſes. Talis autē exiſtens, habet quaſdam alias differentias, trifariam diuiſas. nam à maritima regione ſecundū mare noſtrum ualde fœlix eſt plurima, maximeq; Cyrenæa, & quæ circum Carthaginem Maurorum, columnarumq; Herculearum. Habitatur autem mediocriter ea quoq; quæ eſt maritima, media uero male, ea quidem blattas † ferens, deſerta plurima & aſpera atque arenoſa. Idem autem paſſa eſt ea quæ in rectum ad hanc extenditur per Aethiopiam uadens & Troglodyticam Arabicamq; & Gedroſiā eam quę eſt Ichthyophagorum, id eſt piſcicomedonum. Incolunt autem Africam gentes ignotæ plurimæ. Non enim multā peragrari eam contingit exercitibus neq; alieni genis hominibus. Indigenæ uero ipſi pauci ad nos aduenium è longinquo, neq; illi ſanè credibilia, neq; omnia referentes. Ea tamen quæ dicuntur ſunt huiuſmodi. Eos quidem qui ſunt meridionaliſſimi Aethiopas appellant, qui uero ſub iſtis plurimi ſunt Garamantes & Aruſios & Nigritas, & qui adhuc ſub ijs Gætulos. Mari autem propinquos uel etiam ipſum tangentes Aegyptū uerſus, Marmaridas uſque ad Cyrenęam. Supra hanc autem, ſupraq; Syrtes Pſyllos atq; Naſamones, atque Gætulorum aliquos, deinde Aſynthas & Byzacios uſq; ad Carthaginenſem regionem. ea enim eſt multa. Connectuntur q; eidem Numidæ. Horum autem notiſſimos, alios quidem Maſſilies, alios uero Maſæſylios appellant, poſtremi uero ſunt Mauri. Omnis autem à Carthagine uſq; ad columnas fœlix eſt regio, ſed ferarum immanium nutrix, ſicut etiam mediterranea omnis. Non improbabile eſt autem horū etiam aliquos dici Numidas nequeuntes antiquitus ob multitudinem ferarum agrum colere. Qui nunc peritia uenandi excellentes, ſimulq; in hoc adiuti etiam à Romanis propter ſtudium beſtiarum † pugnæ, utrorumq; ſunt præpotentes beſtiarum & agriculturæ. Taliaq; de terris dicimus. Reliquum autem eſt de climatibus dicere, quod & ipſum uniuerſalem deſcriptionem formationemq; habet. Incipientibus ex illis lineis, quas uocauimus elementa. Dico autem eius quæ definit longitudinem plurimū, atq; eius quæ latitudinem, maxime autē eius quæ latitudinem. Quin etiam aſtronomicis hoc amplius faciendū eſt, ſicut Hipparchus fecit. Deſcripſit enim (ut ipſe ait) eas quæ in cælis fiunt differentias, ſecundū quemlibet terræ locum, eorum qui ſunt in noſtro orbe, quartarum partium cōſtituti. Ab æquinoctiali inquam ad ſeptentrionalem polum. Cæterum deſcriptoribus terrarum, neq; eorū quæ ſunt extra orbem noſtrū habenda eſt cura, neq; in orbis ipſius partibus. Tales tantæq; ſuſcipiendæ ſunt differentiæ ciuili uiro. ſunt enim ancipites. Sed ſufficit eas quæ ſunt inſigniores atq; ſimpliciores eorum quæ ſunt ab eo dicenda, exponere ſupponētibus, ut & illæ eſſe terrę magnitudinē ducenties & quinquagies millena ſtadia, duoq; millia ſtad. ſicut etiā Eratoſthenes tradit. Non enim magna erit ab hoc differentia, & apparentia in diſtantijs habitationum medijs. Si quis igitur in trecentas & ſexaginta ſectiones diuidat maximum terræ circuitum, ſeptingentorum erit ſtadiorum unaquæque ſectio. Hac enim menſura utitur ad

Aethiopes. Garamantes. Aruſij. Nigritæ. Gætuli. Marmaridæ. Pſylli. Naſamones. Aſynthæ. Byzacij. Numidæ. Numidorum appellatio. Maſſilies. Maſæſylij. Mauri. Climatum deſcriptio.

ad distantias in eo quod dictū est per Meroën, meridionali capiendo. Incipit enim ipse ab ijs qui ad meridiem habitant. Semperq; relinquens per septingenta stadia consequētes habitationes supergrediens, secundū dictū meridionalem conatur dicere, apud quosque apparentia, nobisq; rursus hinc est incipiendū. Etenim si habitabilia sunt hæc etiam (ut quidam putant) propria quædam habitata ipsa est per mediam inhabitatam propter calorem, angusta, extensa, non existens habitati nostri pars. Descriptor autem terræ consyderat hanc solam partem, eaq; distinguitur terminis, australi quidē eo qui est per cinamomiferam regionem parallelo, septentrionali autem per Hyberniam. Neq; enim tantas habitationes percurrēdum est, quantas dictat ea quæ dicta est media distantia, neq; omnia ponenda sunt apparentia ijs qui meminerint descriptionis terrarū figuræ. Incipiendum est autem (sicut Hipparchus fecit) à partibus australibus. Aitigitur, Habitātibus in eo qui est per cinamomiferā parallelo, qui abest à Meroë tribus mill. stad. ad austrum. Ab hoc q; abest æquinoctialis octo millibus & octingentis esse habitationem proximam mediam æquinoctialis atque æstiui tropici eius qui est per Syenen. Abesse enim Syenen ipsam quinque millibus à Meroë. Apud hos autem primos minorem Vrsam totam in septentrionali contineri, semperq; apparere. Stellam enim quæ in summa est cauda illustrem, australissimā existentem, super ipso collocatam esse septentrionali circulo, ita ut attingat horizontem, meridionali uero dicto parallelus quodam modo à † mane adiacet Arabicus sinus, cuius egressus est in oceanum. Ea est Cinamomifera, in qua olim fiebat uenatio elephantorum. Decidit autem parallelus iste, hinc quidem super australiore paululum à Taprobane, uel super ultimos habitantes, illinc uero super australissimā Africæ. His autem qui sunt secundnm Meroën & Ptolemaidem, eam quæ est in Troglodytica regione, dies maximus est horarum æquinoctialium tredecim. Est autem habitatio ipsa media quodāmodo æquinoctialis, & eius qui per Alexandriam circiter mille & centum, exuberantes ad æquinoctialem. Transit autem is per Meroën parallelus, hinc quidem per notas partes, illinc uero per Indicæ regionis culmina. In Syene autem & Berenice ea, quæ in sinu Arabico & in Troglodytica, ad æstiuas conuersiones sol fit in uertice. Dies autem longissima est horarum solstitionalium tredecim cum dimidia. In septentrionali autem apparet, ursa maior fermè tota præter crura & summum caudæ, unamq; ex ijs stellis, quæ sunt in latere. Per Syenen autem parallelus, hinc quidem per Ichthyophagorum regionem secundum Gedrosiam & Indicam pergit, illinc uero per australiores, à Cyrene quidem quinque stadiorum millibus ad minus. Omnibus autem in medio positis, tropiciq; & æquinoctialis circuli, recidunt umbræ ad utranq; partem, & ad septentriones, & ad meridiem. Eis quidem qui sunt à Syene atq; æstiuo tropico ad septentriones, cadunt umbræ secundū meridiem. Vocantur autem hi quidē Biumbres, alij autem Alterumbres. Est & alia quædam differentia ijs qui ad tropicum, quam in sermone de zonis ante diximus. Est autem ipsa arenosa & † blattifera & arida, australibus partibus abundantibus aquis fructuumq; fœcundis. In australibus autem per Alexandriam, & per Cyrenen ad quadringenta stadia, ubi dies maxima est horarum solstitionalium quatuordecim, supra uerticem fit Arcturus, inclinans paulùm ad austrū. In Alexandria autem gnomon rationem habet ad æquinoctialem umbram eam, quam habent quinque ad septem, sunt enim australiores quàm Carthago mille & CCC. stad. atque austra-

Syene. Meroë.

*ἔωθεν, ab oriente.

Dierū inæqualitas.

Berenice.

Biumbres. i. ἀμφίσκιοι. Alterumbres. id est, ἑτερόσκιοι. *παραφιοφόρους.

Arcturus.

liores Alexandria. Siquidem in Carthagine gnomon rationem habet ad æquinoctialem umbram eam, quam habent undecim ad septem. Transit autem hic parallelus, partim quidem per Cyrenem, & australiores partes Carthaginis, nongentis
ἡ κοίλη συρία. stadijs usq; ad mediã Mauritaniam, partim uero per Ægyptũ & per Cœlen, id est depressam Syriam, perq; Syriam superiorẽ Babylonemq;, & Susiadem, Persidem, Carmaniam & Gedrosiam superiorem usque ad Indicam. Circa Ptolemaidem uero eam quæ in Phœnice, circáque Sidonem & Tyrum, dies maxima est horarum solstitionalium quatuordecim cum quarta horæ parte. Sunt autem isti septentrionaliores Alexandria fermè mille & sexcentis stadijs, Carthagine autẽ fermè septingentis. In Peloponneso autem & circa media Rhodiæ, & circa Xanthum Lyciæ, siue paulo australiora, & adhuc Syracusis australiora quadringentis stadijs. Ibi dies maxima est horarum solstitionalium quatuordecim cum dimidia. Distant autem hi loci ab Alexandria quidem tribus millibus & sexcentis quadraginta. Pergit hic parallelus secundum Eratosthenem per Cariam, Lycaoniam, Cataoniam, Mediam, Caspias portas, Indos eos qui secundum Caucasum sunt. In partibus autem circum Alexandriam Troadis, secundum Amphipolin &
Apollonia. Apolloniam eam, quæ in Epiro, & eos qui sunt Roma australiores, septentrionaliorésque Neapoli, dies maxima est horarum solstitionalium quindecim. Abest enim hic parallelus à parallelo quidem Alexandriæ eius quæ in Ægypto septem millia fermè stadiorum ad septentriones. Ab æquinoctiali uero supra uiginti octo millia stadiorũ & octingenta stadia. Ab eo autem qui est per Rhodum tria millia & quadringenta. Ad austrum uero Byzantio & Nicæa, & eis quæ sunt circa Massiliam mille & quingenta. Est enim paulo septentrionalior is qui per Lysimachiam, quem dicit Eratosthenes esse per Mysiam & Paphlagoniam, & per ea quæ sunt circa Sinopen, & Hyrcaniam & Bactra. In eo uero qui est circa Byzantium dies maxima est horarum solstitionalium quindecim, cum parte horæ quarta. Gnomon autem ad umbram habet rationem in æstiua conuersione eam, quam habent centum & uiginti ad quadraginta duo quinta deficiente parte. Distant enim hi loci à parallelo per medium Rhodiæ circiter quatuor millia & nonaginta stadia. Ab æquinoctiali autem circiter triginta millia & trecenta. Nauigantibus autem in Pontum & procedentibus ad septentriones circiter mille & quadringenta stadia, dies maxima fit horarum solstitionalium quindecim cum dimidia. Absunt enim hi loci ex æquo à polo, & ab æquinoctiali circulo. Estq; is secundum uerticem septentrionalis circulus, super quo iacet is, qui est in collo Cassiopeæ, & is qui est in cubito dextro Persei paulo septentrionalior existens. In ijs uero qui distant à Byzantio ad septentrionem circiter tria millia & octingenta stadia, dies maxima est horarum solstitionalium sedecim. Fertur itaque Cassiopea in septentrionaliori. Sunt enim loci isti circa Borysthenem, & australia Mæotidis, distantq; ab æquinoctiali circiter triginta quatuor millia stadiorum & cen-
Dies continui. tum. Qui est autem secundum Vrsales locos horizontis, in omnibus ferè æstiuis
κύκλος μισθίου ἥμισυ τῷ ὅλῳ ἕκτατος, id est uno animaleulo semis & duodecima parte. noctibus illuminatur à sole, ab occasu usque ad ortum, circunuertente se luce. Abest enim æstiuus tropicus ab horizonte † inq; Zodiaco semis & duodecimo, quantum distat sol etiam ab horizonte secundum intempestam noctem, atque apud nos tantum distans ab horizonte ante diluculum, & post uesperum iam illuminat circa ortum aut circa occasum aërem. In hybernis autem diebus sol extol-

litur

litur ulnas ad plurimum nouem. Dicit autem Eratosthenes eos qui sunt Meroës, distare paulò plus quàm uiginti tribus millibus. Per Hellespontum enim esse decem & octo millia, deinde quinque millia ad Borysthenem. In his autem qui distant Byzantio stadijs fermè sex millibus trecentis, septentrionalioribus existentibus Mæotide, secundum hybernos dies sol attollitur usque ad sex plurimū ulnas, dies autem est maxima horarum solstitionalium decem & septem. Vlteriora uero propinquantia iam inhabitatæ propter frigus, non amplius usui sunt descriptori terræ. Siquis autem hæc etiam uelit discere, & quæcunq; alia cælestium, Hipparchus quidem dixit. Nos uero reliquimus, quia sunt expressiora quàm propositus nunc tractatus ab illo sumat. Expressiora autem sunt etiam de circumumbribus et biumbribus & alterumbribus ea quę Posidonius dicit. Tamen de ijs tantum commemorandum fuit, quantum satis esset ad excogitationem declarandam, & quod partim utile ad terrarum descriptionem, partimq; inutile. Ac quandoquidem sermo est de umbris à sole, sol autem ad sensum secundum parallelum fertur, secundum quem mundus quoq; omnis. A quibus quidem ex unaquaq; mundi conuersione dies fit & nox. Quando enim super terram sol fertur, ab his sanè & biumbres excogitãtur & alterumbres. Biumbres quidem quicunq; ad meridiem. quandoq; enim incidentes habent umbras, cum à meridie sol gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum, quandoq; autem in aduersum, cum sol in aduersum consistit. Hoc autem solis ijs contingit, qui inter tropicos habitant. Alterumbres uero, quibuscunq; aut semper umbra ad Vrsam cadit, sicut nobis, aut in australia, sicut eis qui in zona altera temperata habitant. Contingit autem hoc omnibus ijs, qui minorem habent tropico septentrionalem, & quando uero eundem aut maiorem, principium est circumumbrium usq; ad habitantes sub polo. Sole enim secundum omnem mundi conuersionem super terrã lato, clarum est quod umbra etiam circulariter circunfertur ad gnomonem. Quam ob causam circumumbres eos appellarunt nihil ipsos ad descriptionem terræ pertinentes. Neque enim sunt hæ partes propter frigus habitatæ, sicut in ijs qui ad Pythe-
am, sermonibus diximus, ita ut nec magnitudinis, inhabitatæ huius cura sit habenda. Quoniam percipi potest, quod qui habent septentrionalem tropicum, subaccidunt descripto circulo sub polo Zodiaci, secundum mundi conuersionem, subiacente distantia inter æquinoctialem & tropicum, quartam & sexagesimam maximi circuli partem.

ἀμφίσκιοι.

ἑτερόσκιοι.

περίσκιοι.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

IN tertio incipit singulas orbis partes describere, & primum hoc libro totius Hispaniæ continetur descriptio à columnis ad Pyrenæum usq; montem.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER TERTIVS.

VM PRIMAM describendæ terræ formam iam edideri-
mus, proprius deinceps ad singula noster hic reducẽdus
est sermo. hunc enim in modum sumus antè polliciti, &
cum recte tractatus iste diuisus hactenus esse uidetur, rur-
sus ab Europa, eiusq; partibus capiendum est initium, ab
iis inquam ipsis à quibus antea eadem ob causas. Cæte-
Hispania. rum illius prima ab occasu pars extat Hispania, hæc au-
tem maxima ex parte difficulter habitatur. Nempe ru-
*Sterilis, μὴ πηλὸν ἔχουσα γῆν. pes & saltus & loca syluestria, & campi tenuissimæ †telluris, neq; huius planè irri-
gua pars magna est. Quæ spectat in aquilonem prorsus frigida, nimiæ insuper
asperitatis, & oceano semper obnoxia, nihil aliorum commixtum habens siue
coniunctum. Quo fit ut eo ex latere habitandi malignitas excedat. Eius generis
quidem ea regio est. Quæ uero in austrum uergit, uniuersa ferè eximie fœlix est,
præsertim quæ extra columnas porrigitur. Vbi uero descripserimus & figu-
ram superius & magnitudinem, aperta erit per singula declaratio. Quoniam ab
occasu in ortum pro longitudine pellis similitudinem reddit, cuius anterior pars
ad orientem uergat, & secundum latitudinem à polo Arctico tendat in au-
strum. Habet autem ipsa longitudo stadiorum simul millia sex, latitudo autem
quinque ad maximum. Alicubi uero est minus quàm trium, maxime ad mon-
Pyrenæi montes. tes Pyrenæos, qui orientale latus efficiunt. Montes enim ipsi continenter ab
austro tendentes in Boream, ab Hispania Galliam terminant. Cum uero Gal-
liæ latitudo inæqualis prorsus existat & Hispaniæ, ubi ambarum angustissima
est latitudo, à mari nostro in oceanum spatium extenditur, Pyrenæis adhærens
maxime montibus. Ad utranque illius partem sinus quidam sunt ad oceanum,
quidam ad mare nostrum, è quibus maiores sunt Celtici quos Gallaticos ap-
pellant, angustiorem ad Hispanum pelagus tellurem habentes. Hispaniæ la-
tus ad orientem uergens Pyrene facit, Australe uero, nostrum à Pyrene usque
in Herculeas columnas mare, & exterius continenter additum usque ad promon
Hieron promõ torium, quod Hieron, id est Sacrum uocant. Tertium ab occasu est Hispaniæ
torium. latus, parallelum aliquo pacto Pyrenæ, è regione æqualiter distans à Sacro pro-
Artabrorum promontoriũ. montorio usque ad Artabrorum montem, quam & Hiernam appellant. Quan-
Hierna. tum ex hoc loco usque ad promontoria Pyrenes, quæ Boream spectant. Redeun-
tes igitur, singula explicemus, sumentes à Sacro promontorio primordium. Hoc
enim non Europæ modo, sed orbis uniuersi in occidentem remotissimũ signum
terminatur. Et enim duabus ex continentibus mundus finitur ad occasum, Euro-
pæ promontoriis atq; Africę principio, quę tum Hispani, tum Mauritani tenent.
Hispaniæ quidem extrema ad stad. mille & quingenta prominent ad ipsum quod
Cuneus, id est σφηνὼ promon torium. diximus promontoriũ. Contiguũ huic agrum Cuneum Latini uocitant, Sphena
(id est cuneũ) uolentes significare. Id autem promontorium in mare procumbens

Artemi

Artemidorus nauigio æquiparat. Sic enim eum in locum profectus, eloquitur. Quod huic figuræ tres exiguas assumat insulas, è quibus unam naualis instar rostri, alteras in modum aurium eminentia habentes tigna, eo in tractu templum quoque Herculi dedicatum monstrari. Qua in re mentitum Ephorum, nec aram illic Herculis, nec Deorum cuipiam, sed accumulatos passim lapides ternos aut quaternos, quos aduenæ de regionis consuetudine aduoluunt, eos ita migrasse mentientes. Sacrificia uero ulla facere, moris nõ esse, nec locum nocturnis inambulare temporibus, quæ tũc ab dijs possideri asserant, atqui ad spectaculum uenientes in proximo uico pernoctent. Interdiu uero aquam infundant, propter aquarum inopiam. Hæc hunc in modum se habere, constans indigenarum opinio est, quibus & credi opus est. Quæ autem uulgo & tenuioribus similiter dixit, minime. Posidonius enim uulgo dici tradidit, solem in finitimis Oceani litoribus multo maiorem occidere ingenti cum strepitu, périnde ac eo in profundum incidente, in illo restinguendo pelagus efferuescat. Hoc quoque mendacium esse, & illud, noctem post occasum è uestigio subsequi. Haud enim è uestigio, uerum sensim postea, sicut & apud alia maria magna. Nam ubi sol ad montes occidat amplius post occasum diei tempus obuenire, ob diffusam circumcirca lucis claritatem. Ibi autem neque plus neq; è uestigio assequitur, aut adiungitur obscuritas, quemadmodum & in campis solet ingentibus. Apparentem uero magnitudinis imaginem augeri in ortu similiter, & in occasu in maribus. Causa est, quia plures ex humidis sursum uapores eleuantur, per quos sicut per fistulas, fractus intuitus, latiores suscipit imagines, ueluti per aridam tenuemq; nebulam, occidentem uel orientem solem siue lunam aspiciat, quando & rubicundum sydus apparet. Falsitatem uero conuicisse inquit, cum dies xxx. Gadibus obuersatus ipsos obseruasset occasus. Artemidorus autem solem centies ampliorem occidere asserit, continuóque noctem occupare, ut ipse quidem perspexerit. Hoc in Sacro promontorio deprehendi non potest, siquis sententiæ eius mentem intendat. Ait enim noctu inambulare neminem. Ita neq; sole occidente ullus sanè inambularet, siquidem mox nox occupat. Quod quidem nullo alio in loco litoris Oceani euenit. Nam et Gades ad Oceanum sunt, & contrarium Posidonius & alij complures testantur. Continentis autem ad Sacrum promontorium maritimæ, hæc quidem principium est Hispaniæ lateris occidui, usq; ad Tagi fluminis eruptionem. Australis autẽ lateris initium ad alium usq; fluuiũ Anam & eius egressum. Ab orientalibus uero partibus uterq; defertur. Alter quidẽ retro in occasum cursu elabitur altero longe maior. Verum Anas sese flectit in Austrum, mediã inter amnes regionẽ distermi-nans, quam Celtæ maiori ex parte incolunt, & Lusitanorum pleriq;, quos ex ulteriore Tagi regiõe in Coloniã Romani traduxere. In superioribus autẽ partibus Carpetani Oretaniq; & Veitonum frequentes habitant. Ager istorum mediocrẽ feracitatem habet. Reliquus ad orientem & meridiem iacens, si ad uniuersum conferatur orbem, excellentissimus est ob eorum bonorũ uirtutem quæ terra creat & pelagus. Hic est quem flumen Bætis alluit ijsdẽ ex locis nascens ex quibus Anas et Tagus mediæ inter utrunq; magnitudinis existens ab sui primordio, sicut Anas in occasum fluitans, inde in austrũ deflectens, in idẽ litus excurrit. Regio ipsa à flumine Bætica uocitatur. Ab incolis autem Turdetania. Incolæ uero ipsi Turdetani & Turduli appellantur. Sunt qui eosdẽ arbitrãtur esse, sunt & qui diuersos, è quibus

Solis strepitus in occasu.

Nox continuo ab occasu solis

Sol quare maior oriens occidenq; appareat.

Tagus fluuius.

Anas fluuius.

Celtæ.

Carpetani.

Oretani.

Veitones.

Bætis fluuius.

Bætica.

Turdetania.

Turduli.

est Polybius qui Turdetanis Turdulos finitimos ad septentrionem esse dicit. Hoc autem in tempore nulla inter eos apparent confinia. Hi inter Hispaniæ popu
Literæ apud Hispanos. los sapientia putantur excellere, & literarum studijs utuntur, & memorandæ uetu= statis uolumina habent, poëmata, leges quoque uersibus conscriptas, è sex anno= rum millibus, ut aiunt. Cæteri etiam Hispani usum habent literarum, non uno qui dem genere, neque una illis lingua est. Hæc autem plaga intra Anam ad ortum qui dem usque ad Oretaniam protenditur. A meridie uero ab eius eruptione usque ad Anæ maritimum tractum, & usque ad Columnas. De hac uero latiore explican= dum est oratione, & de propinquioribus locis quantum ad perdiscenda regionis ingenia, feracitatemq; conducit. In quã enim maritimæ partem & Bætis & Anas
Mauritania. erumpunt, hinc nouissima Mauritaniæ plaga inter Atlanticum incidens pelagus, fretum ad columnas efficit, quo extrarium cum mediterraneo mare coniungitur.
Basistani. Bastuli. Hinc & eam Hispaniæ partem quam Basistanorum seu Bastulorum uocat. Calpe
Calpe. mons est, circuitu quidem non magnus admodum, altitudine uero ingens & arre ctus, adeo, ut longinquis insulæ formam præferat. E nostro igitur ad exterius naui gantibus mare, hic ipse dexter offertur, à cuius radicibus sita est urbs Calpe stad. quadraginta, uetusta, & haud abiecta. Id superioribus annis Hispanorum nauale fuit. Plericq; hãc ab Herculeædificatã tradidere, è quibus est Timosthenes qui eam cognomine Heracleam superiori tempore dicit. Ostentari magnum etiam mu=
Mellaria. rum in circuitu & naualia. Inde Mellaria optima habens salsamenta. Postea est Be=
Belon oppidũ & fluuius. lon & urbs, & fluuius. Hinc enauigationes sunt maxime ad Mauritaniæ Tingin,
Tingis. & mercatura & condiendorum piscium frequentia. Fuit & Zeles urbs Tingi fini=
Zeles. tima, hanc ad ulteriorem ripam Romani coloniam traduxere, quibusdam ex Tin=
Iulia Ioza. Gades. ge assumptis accolis. Et habitatoribus Roma eò dimissis, urbi ipsi Iuliæ Iozæ no= men indidere. Postea Gades angusto discreta freto insula, distans à Turdetania Calpe stad. circiter D C C. & L. seu D C C C. ut alij perhibent. Hæc ipsa insula nihil ab alijs cæteris in rebus differt. Incolarũ uero in nauigãdo strenuitate, & aduersus Ro manum populum charitate, eò fœlicitatis incrementiq; peruenit, ut licet in extre= mo sita orbe terrarum, uniuersas tamen nominis celebritate excellat. Cæterum de hac ipsa tunc dicendum erit, cum de alijs insulis commemorabimus. Déinde Me=
Menestheus portus. Astas. nesthei cognomine portus est, & ad Astan & Nabrasin æstuaria. Dicuntur autem
Nabrasis. æstuaria, refertæ marinis aquis conualles ex inundationibus pelagi, per quas in
Aestuaria ἀναχύσεις. mediterranea instar fluuiorum nauigantes ascendunt, ad uicina præsertim oppi=
Bætis fluuius. da. Paulo post Bætis bifariam partitus erumpit, inter cuius ostia intercepta insula
Menesthei ora= culum. stad. C. siue (ut plerisq; placet) pluribus à maritima separatur. Ibi Menesthei existit oraculum, & Capionis turris cõsistit in petra, quam circumcirca pelagus alluit. Ea
Capionis tur= ris. sicut Pharus mirum in modum ad nauigantium salutem ædificata est. Nam cum eiectus ab amne limus uadosum reddat profundũ & latentibus sub aqua saxis lo=
Ebûra. cus ipse promineat, conspicuo aliquo opus habebat signo. His superior est Bætis
Luciferi tẽplũ. nauigatio, & Ebûra oppidum, & Luciferi templũ, quod Lucem dubiã appellant.
Lux dubia. Deinceps sunt cæterorum æstuariorum enauigationes, & cum reliquis duo Anæ fluminis ostia, è quibus sursum nauigatio exhibetur, Inde nouissimum est Sa=
Sacrũ promon torium. crum promontorium, à Gadibus minus duobus millibus stad. distans. Nonnul=
Turdetania. li ad Anæ ostiũ ab Sacro promontorio miliaria LX. perhibẽt. Hinc ad Bætis ostiũ centũ. Déinde ad Gades LXX. Turdetaniam igitur supra litus, quod intra flumen

Anam

Anam est, iacere cõtingit. Eam autẽ Bętis fluuius diuidit, quam amnis Anas ad septentrionem & occasum terminat. Ad ortum autem nonnulli Calpetanorum & Oretani. Ad meridiem uero ex Bastetanis, qui intra Calpem & Gades litus angustum incolunt. Deinceps mare usq; ad Anam & Astytani, quos agro Turdetanorum adiacere dixi, & qui extra Anam habitant, & finitimorum complures. Huius regionis spatium in longitudinem & latitudinẽ duo stad. millia non excedit. Oppidorum ingens est numerus. nam ducenta esse prædicãt, fama quidem celeberrima, quæ super amnes ædificata sunt, aut æstuarijs mariq; proxima, propter rerum commoditatem. Corduba Marcelli ædificium eò magnitudinis creuit, ut nominis celebritate & potentia polleat. Itidem & Gaditana ciuitas, altera quidem nauigationis gratia & conciliata cum Romanis societate, altera uero agri uirtute et magnitudine opitulante magna ex parte Bætę flumine. Eam sanè initio habitauere & Romanorum & indigenarum uiri delecti. Nam prima hæc istos ad locos à Ro. populo est dimissa Colonia. Post hanc uero & Gaditanam, Ispalis quidem insignis, & ipsa Ro. Colonia. Hoc autem tempore manet emporium. Cæterum honore & deductis nuper in Coloniam Cæsarianis militibus, ciuitas Bætis excellit, tametsi nõ admodum splendide habitata. Post has Italica & Ilipa super Bæti. Longius uero est Astenas & Carmo & Bulco. Sunt & in quibus Pompei liberi debellati sunt, Munda & Apetua & Vrso & Tucis & Iulia & Aegua. Hæ autem omnes non longè distant à Corduba. Quodam autem modo eius regionis primaria urbs est, id est Munda metropolis, distatq; à Carteia Munda stad. sex mil. & cccc. Quò uictus Cneus confugit. Inde naui dilapsus cum ad incumbentem pelago rupem excessisset obtruncatus est. Eius autem frater Sextus à Corduba salutem fuga comparans, tracto paululum temporis inter Hispanos bello, demum Siciliam ad rebellandum solicitauit, postea in Asiam è Sicilia effugiens captus ab Antonianis ductoribus †militi occisus est. In Celtis Conistorsis urbs est nobilissima. Super æstuaria uero Masta est, in quam conuentus est Turgaditanorum, quæ potissimum super insulæ nauali stad. non pluribus c. imminet. Bæti† quidem plurimi assistunt incolæ, qui à mari stad. fermè mil. ac cc. usq; Cordubam, ac parum etiam ultra, flumine nauigatur aduerso. Vicina ripis arua, & in ipso flumine paruæ insulæ diligentissime coluntur. Accedit spectandi amœnitas, tum uillarum tum arborum ordine consitarum, & agrorum exquisitiore cura laboratorũ. Igitur usq; Ispalin nauigijs grauioribus, per stad. non multo minus quàm D. aduerso nauigatur amne. Ad superiora uero oppida, usq; Ilipam minoribus, usq; Cordubam autem fluuialibus scaphis iter est, hoc quidem tempore compactis, antiquioribus uero seculis cauatis arbore lintribus, id est †monoxylis, supra Clastonem uero non est nauigatu facilis. Quidamq; dorsorum instar distant à flumine montes, magis minusue admoti in Boream, metallis referti. In locis siquidẽ ad Ilipam spectantibus maxima uis est argenti, nec non ad Sisaponem. sic enim & hac & antiqua uocatur ætate. Cæterum ad Cotinas (ita enim appellant) æs unà gignitur & aurum, subuectis per amnẽ leuorsum hi montes occurrunt. Dextrorsum autẽ planities immensa & excelsa iacet, fructuosa, magnisq; consita arboribus, & ad pascua late patens. Aduersa hæc nauigatio neq; talibus scaphis, neq; ad tantũ tractum ripas habet. Superiore autẽ in plaga montes extant auri & argenti habentes indaginem, quam metalleã nuncupant, ea ad Tagum pertinent. Loca igitur metallica & aspera & tenuia esse oportet, qualia

Calpetani. Oretani. Astytani. Corduba. Gaditana ciuitas. Ispalis. Bætis ciuitas. Italica. Ilipa. Astenas. Carmo. Bulco ὁ βάλκων Munda. Apetua. Vrso. Tucis. Iulia. Aegua. Carteia. Cnei pompei cædes. Sext. põpeius. *Mileti, ἰχθυ- ικτῶ. Conistorsis. Masta. Turgaditani. *παροικοῦσι δὲ καὶ ποταμῷ ἀδῦ πλοι. Bætis fluuius. Ilipa. *μονόξυλα. Sisapo. Cotinæ. Metallica.

Bæturia. Carpitaniæ contigua sunt, & Celtiberis adhuc amplius. Talis est & Bæturia cam-
Turditaneæ feracitas. pos habens ad Ariam accedentes siccitatis immensæ. At enim ipsa Turditanea mirifica rerum copia læta est. Cumq; omnium ferax sit, tum etiam plurimam eorum copiam fert. Duplicatur autem ea fructuũ feracitas, exportatione. Superuacanea enim frugum ubertas nauigantiũ multitudine facile distrahit. Id autem & flumina & aquarum (ut dixi) efficit infusio, fluminibus perquam similis, & ex mari pariter redundans, quæ non modo paruis, sed etiam magnis nauibus eodẽ modo ad mediterraneas urbes, sursum nauigãdi facultatem suppeditant. Permultum spatium enim supra litus inter Sacrum promontorium & columnas Herculeas, uniuersa planities est. Multis quoq; hic in locis à mari ad partes mediterraneas superiores ualles sunt, fossis mediocribus & fluuialibus alueis comparandæ, & complura ad stadia extensæ. Has maris ascẽsus & æstuantes aquæ, non deterius, imò uero cõ-
Aestus maris commoditas. modius quàm flumina nauigabiles præstant. Cumq; nihil obstet, pelagusq; secundos cursus per æstum in fluminis modum exhibeat, per fluuiũ labi uidearis. Hoc in loco maiora quàm in reliquis incrementa sunt. nam cum ex ingenti pelago unda angustum agitetur in meatũ, quẽ in Hispaniã Mauritania conficit, repercussionem accipit, & ad cedentes terræ partes facile defertur. Ex huiusmodi autem uallibus pleræq; per inundationes exhauriuntur, quasdã uero non penitus aqua destituit, aliquæ etiam intra se insulas accipiunt. Huius itaq; generis effusiones sunt inter Sacrum promontorium, Herculeasq; columnas, uehementius quàm cæteris in locis excrescentes. Talis autem excrescentia ad nauigantium usus excellentẽ habet commoditatem. Plures nanq; sæpius & maiores facit excursiones, ut ad stad. octo sæpenumero aduersa augetur nauigatio. Adeo ut quodammodo totam terram & quidem nauigabilem facile præbeat, & ad exportanda, & ad importanda inuicem onera. At uero molestum quippiam in hoc habet, quod fluuiatiles nauigationes ingruente uehementius undarum excessu, & aduersus fluuiorum cursum fortius reflante, non paruum nautis discrimen important identidem, siue deferantur siue
Inundationũ pericula. referantur. In his uero accessibus siue recessibus etiam detrimenta sunt. pari enim ratione concitantur, celeriterq; mouentur. Siquidem crebro nauigia in sicca tellure destituta sunt, & pecora quæ antequam effundãtur aquæ in proximas fluuij insulas traiecerunt, interdum inundationibus merguntur, interdum relinquuntur. Redire autem coacta, cum nequeant, prorsus intereunt. Iuuencas aiunt obseruare hæc solitas, redeuntes expectare aquas, & ad continentes remeare terras. Igitur homines cum locorum natura percepta, inundationes amnibus subseruire similiter ualentes, perdidicissent, urbes in illis & alia quædam habitacula, sicuti penes fluuios con-
Asta. Nabrissa. Onoba. Sonoba. Mænoba. diderunt, è quibus est Asta, Nabrissa, Onoba, Sonoba, Mænoba, & aliæ plures. Excipiunt & fossæ nonnullis in locis confectæ, ut multis ex locis, & multos ad locos, & inter se, & ad exteros rerum comportatio suppeditari queat. Adiumento quoq; pariter confluentiæ sunt ad inundantias, quas permeare, quædam inhibẽt telluris eminentiæ, & nauigandi facultatem operantur, ut ex fluminibus in increscentes maris æstus, & ex illis in flumina ad inuehenda onera, aquarum commoditas subseruiat, uniuersa uero mercatura in Italiam atq; Romam est ad columnas usque, commodum habens nauigandi cursum, excepto dúntaxat siqua circa euripi ipsius angustias, & ad nostri maris tractum difficultas adest. Per tranquillum nanque clima cursus ipsi conficiuntur, illi præsertim qui per altum mare uersatur. Id

autem

autem onerarijs nauigijs mercatoriam factitantibus conducit admodum. Marini quoque uenti suum habent ordinem, adest & pacis ipsa tranquillitas, extinctis hac tempestate latrocinijs. Vnde ijs qui nunc uersantur in pelago, uniuersum adest otium, facilis est securitas. Peculiare sanè quiddam obseruandum est, ut Posidonius inquit, cum ex Hispania retro nauigatio habenda est, quod in eo mari usque ad sinum Sardiniensem uenti spirant subsolani, id est Euri, qui & Etesiæ dicuntur. Quapropter cum circa Gymnesias insulas, circaq; Sardiniam & alias Africæ partes contra ipsas dispulsus errasset, tandem tertio uix mense transmisit in Italiam. Exportatur autem è Turditania uinum, magna uis tritici, oleumq; non modo uberta te, sed etiam bonitate præcipuum. Euehitur insuper cæra, mel, pix, & grana purpuræ, & minium, Sinopica terra non deterius, ligna cumulant ibi naualia ex indigena materia, itidem etiam sal multus effoditur, non pauca quoque salsa sunt eodem in tractu fluenta. Non pauca etiam ad † escas salsamenta condiuntur, non solum ea ex regione, sed etiam ex alio extra columnas litore, quæ Ponticis nequaquam inferiora dixerim. Frequens inde primum uestis ueniebat, nunc uero Coraxorum amplius lanitium excellentissimæ pulchritudinis, unde admissarij arietes talento emuntur. Telarum exuperans tenuitas, atq; copia, quas Saltiate construunt. Pecorum omnis generis abundantia, nec minor uenationū, pernicioſarum beluarum raritas, præterquam † effodientium terras cuniculorum, quos plerique lepusculos appellant. Plantis enim uastitatem inferunt, & satorum radices esitant, & hoc per totam fermè obueniens Hispaniam, Massiliam usque prorogatur, quin & ipsas perturbat insulas. Nempe Gymnesiarum insularum incolæ missis aliquando Romam legatis terras petijsse dicuntur. ab istis enim eiectari bestijs, quibus propter multitudinem obsistere nequirent. Ad tantum igitur pariter bellum, quod perpetuo nequaquam ingruit, cæterum corruptionem pestilentia quadam importat, ueluti serpentum muriumq; agrestium tanti forsitan necessitas est auxilij. Vt uero mediocritas adsit, plures repertæ sunt uenationes. Itaque de industria catellas agrestes afferunt, quas educat Africa, quas quidem funiculis capistratas intra foramina dimittunt, hæ quos capiunt unguibus extrahunt, aut in summa telluris effugere cogunt, egressis autem uenatores incumbunt, capessuntq;. Quanta uero rerum ex Turditania exportandarum copia sit, maxime declarat nauigiorum magnitudo & numerus. Ingentes enim naues onerariæ istinc Puteolos nauigant, & Ostiam Romanorum nauale permeant. Insuper multitudo Africanis fermè æquiparanda, tantum est earum incrementum. Cum autem huiusmodi sit mediterranea Turditaniæ copia, æqualem † etiam maritimam ex pelagi bonis inuenies. Ostrea nanque & conchylia, omnia & multitudine & amplitudine omni ex parte, exterius maresuperat, præcipue cum fluxus ac refluxus hic augeantur, qui causa (ut par est) magnitudinis ac multitudinis propter enudationes existunt. Eundem se habet in modum circa cetaria genera, oryges, phalænas, & physiteras, quibus reflantibus, nebulosæ cuiusdam columnæ uisio, longe cernentibus offertur, & congri, & murenæ, multo nostris maiores capiuntur, aliaq; quamplura huius generis edulia, in Carteia uero cerycas, id est muríces & purpuras librarum x. In exterioribus autem locis murenam & congrum minarum supra octoginta, polypum talenti pondo, duorum autem cubitorum sepias, & similia. Frequens uero thynnus è uetusto feruore ingenti, pinguis aruina horsum impellitur, querna uero quadam glande sagi

Subsolani. *Etesiæ.* *Gymnesiæ insulæ.* *Turditaniæ ubertas.* *Grana purpuræ. i. κόκκοι.* *Minium.* *Sinopica terra* *ἡ ἐκ τῶν ὕψων* *Græce lege.* *Coraxorū lanitium.* *Arietes pretiosi.* *Saltiate.* *πρὸς τῶν γειτονούντων ὀρύττουσι καὶ ἐσθίουσι τὰς ῥίζας καὶ τοὺς σπόρους· ἔστι δὲ τοῦτο κοινὸν σχεδὸν τῆς ὅλης Ἰβηρίας πρόσοδος μέχρι καὶ τῆς Μασσαλίας. id est, præter cuniculos quos plerique leberides appellant. Sic habet Græcū exemplar.* *Cuniculorum copia.* *Turditaniæ naues.* *Aemulam ἀνάμιλλον.* *Oryges.* *Phalænæ.* *Physiteræ.* *Carteia.* *Glandes marinæ.* *Thynnorum magnitudo.* *Piscium miræ magnitudines.*

natur, quæ ad mare naſcitur humilis admodum, at fertilem ingentemq́; impendio producens fructum, quæ quidem copioſa in ipſa etiam terra generatur Hiſpana. Ingentes ſanè radices perinde ac integræ quercus habens, quæ profecto ab humili radice tollitur minus. Tantum uero fructum affert, ut poſt maturitatem litora & extra columnas & intra, glande referta ſint, quam æſtus aquarū eiectat. Cæterum intra columnas ſemper minus ac minus reperitur. Vt autem author eſt Polybius, uſq; Latinam ipſæ glandes emittuntur, niſi Sardinia quoque (inquit) & huic uicina regio ferat. Verum thynni ipſi quo magis columnis propinquant ab exteriore delati pelago, eo amplius eſca deficiente macerantur. Hæc in mari belua ſemper admorans, ſcitum illi eſt plurimum glande gaudens, cuius cibo eximie pingueſcit, cumq́; glandium fuerit ubertas, & thynnorum fit ubertas. Cum uero prædicta regio tot bonis exuberet, effodiendorum ſanè metallorū ingenium admirareris. Tota enim talibus pleniſsima eſt Hiſpania, non tota tamen procreandis fructibus facilis, nec tota ferax eundem in modum, præſertim ubi metallis abundat. † Rarum enim eſt utriuſque rei fortunari commoditate, rarius & eandē̄m, diuerſis paruo in loco abundari metallis. At Turdetania ageréq; coniunctus, nullam in hoc uirtutis genere rationem commendandi ſui abeſſe ſinit. Nam aurum, argentum, æs, ferrū nullibi terrarum, neque tantum neque tam probatū generari, hactenus compertum eſt. aurū enim non ſolum ex metallis effoditur, uerumetiam fluit. Flumina nanq; torrentesq́; aurea deferunt arenam, quæ paſsim & per loca aquarum indiga exiſtens reperitur. Cæterum cum illic quidem minus appareat, per † aquatilia quidam aurei elucent grumuli. Quod ſi quibus à natura negatæ ſint aquæ, illatis rigantes aquis mox ſplendeſcentem efficiunt grumulū. Puteos quoque effodientes & alia per ſolertiam † tractantes artificia, lauandis arenis aurum excerpūt. Pluresq́; hac ætate ſunt qui aurum eruant, quàm qui aurum effodiant. Vnde & chryſoplyſia, id eſt aurila uacra ſunt appellata. Galli quidem digniora eſſe ſua prædicāt metalla, quæ in Cemmeno monte ſunt, præſertim quæ ad Pyrenen uergunt. Verum enimuero quod his è locis educitur magis probatum eſt. Inter auri autem micas quandoq; diminutas libræ grumos, quas † pilas uocant, repertos fuiſſe memoriæ traditum eſt, qui paruæ admodum purgationis indigeant. Traditum etiam eſt ſciſsis lapidibus, glebulas quaſdam papillis mammarum ſimiles inueniri. Ex auro autem excocto, & tenaci quadam creta repurgato purgamentum electrum eſt. Rurſus hoc excoquitur, commixtionem auri atq; argenti habens, argentum quidem exuritur, cæterum aurum ipſum remanet. Forma enim fuſilis & lapidoſa, ea propter paleis aurum potius liquefit, quoniā cum flāma mollis exiſtat, ad illud ſeſe pariter metitur, quod & facile cedit, facileq́; diffunditur, carbo autem caloris uehementia liquefaciens, & in ſublime tollens magis ac magis abſumit. In Erythris uero hinc extrahitur, & prope lauatur in alueolis, uel puteus ipſe mollificatur, limusq́; hinc hauſtus eluitur. Argentareas autem fornaces excelſas efficiunt, ut fumoſa illa glebarum euaporatio tollatur in altum. grauis enim eſt & pernicioſa. Ærariæ quoq; effodinę uocantur aureæ, ex quibus per coniecturas licet agnoſcere, aurū inde prius effodi ſolitum. Poſidonius autem cum effodiendi locos multitudinemq́; laudibus extollat & eorū uirtutem, ab ſolita minime abſtinet eloquentia, uerum diuino quodam afflatus ſpiritu, per ipſos agitatur exceſſus. Haud enim fidē̄ (inquit) abnego fabulæ, quod ſyluis aliquando per incendia abſumptis, terra ipſa auri atq; argenti feraciſsima

Turdetaniæ mirandafertilitas.

Metallorum in Turditania prouentus.

** σπανίως γὰρ ἀμφοτέρου τυχαῖον, raro enim utrūq; aſſequi datur, uel rarū eſt regionē inuenire utraq; re uberem.*

**ἐν τοῖς δὲ ἐπικλύσεσι. id eſt, in ijs uero quæ fluminibus alluuntur auri ſplendeſcunt ſcobes.*

**ἐπινοοῦντες.*

Chryſoplyſia.

Cēmenus mōs Palæ.

**Palas legēdū non pilas, ſunt enim maſſulæ auri ſelibrales quarū & Plin. cōmeminit.*

Electrum.

Auri liquefaciendi purgandiq; ratio.

Poſidonius.

ciſsima

cissima per noua quædam in superficiem, & in superiorem telluris faciem germina efferbuit. Montes enim omnes, & omnem tumulum materiem esse monetæ, quam quædã fœlicitatis abundantia cumulauerit. Quod si quis regionem ipsam inspectet, inquit, effluentis ubiq; perpetuo naturæ thesauros, & imperatoriæ cuiusdam maiestatis nequaquam deficiens ærarium esse dicat. Non enim diues tantum modo, sed & diuitias sufficiens & suggerens est (inquit) regio. Penesq; illos (ut uere dicam) subterraneum locum, non infernus, sed Pluto, id est Dis ipse opulentiæ deus inhabitat. Talia quidem speciosa quadam figura de hisce locutus est, perinde ac & ipse ex metallis copiosa usus oratione. Effodientium uero solertiam commemorans, scitum illud Phalerij adiungit, qui in argenti fodinis agri Attici sic intente atq; acriter homines effodere asserit, ut in superiora Plutonem ipsum adducendum esse præstolentur. Horum igitur studium ac sedulitatem Ægyptijs æqualem esse declarat, obliquas ac profundas concidentium fistulas, in quibus sæpenumero in flumina incidunt. Hunc autem dolum non eundem esse & Atticis, sed illis quidẽ ænigmati similem esse scrutandi metalla rationem. Nam † quotcunq; (ait) assumpserunt, non sumpsere, quod autem habebant amiserunt. His uero magis atq; magis fructuosum est, quoniam æs facientes, quartam educunt terræ partem, scilicet æs ipsum, at priuatim argentum effodientes diebus tribus Euboicum talentum eximunt. Stannum in superficie nequaquam reperiri asserit, ut historici uulgant, uerum effodi. Generari autem in Barbaris supra Lusitanos, & in Cassiterijs insulis, & è Britannis Massiliam deferri. In Artabris uero, qui Lusitaniæ postremi ad septentrionem & occasum sunt terram argento, stanno, auro albicante egerminare, fama est. nam argento mixtum est. Hanc autem terram amnes ipsos deferre, quam mulieres farculis euellentes, abluere panno implicitam † ἐπὶ πίλῳ. Ipse quidem talia de metallis scripta reliquit. Polybius autem effodiendi argenti locos, qui circa nouam Carthaginem sunt memorans, maximos esse dicit, distare uero ab urbe stad. circiter xx. in circuitu stad. cccc. Quo in loco quatuor hominum † centurias operariorum manere, qui tunc populo Romano xxv. drachmarum milia per dies singulos referebant. Reliquam operationem omitto. longioris enim scrmocinationis est. Ductilem autem glebam argenteam (ut ait) conterũt, cribris indesuper aquas suspensam agitant. Rursus quæ subsistunt conterunt, quæ iterum liquata diffusis aquis conterunt, quintam deinde subsistentiam digestam effuso plumbo purum argentum educunt. Nunc etiam sunt argenti fodinæ, nõ quidem publicæ, neque hic nec alijs in locis, sed in priuatorum possessiones demigrarunt. Aurariæ uero res fisci habentur ut plurimum. Hinc autem cum alijs in locis, tum uero Castaone peculiaris est effodiendi plumbi natura & metallum, cui etiam argenti pars parua immixta est, non adeo ut eius utilis sit expurgatio. Non procul autem à Castaone mons est è quo Bætis effluit, quem argentum nominant, cum in eo sint argentariæ. Author uero est Polybius, & hunc & Anam è Celtiberia nasci, qui noningentis distant inter se stad. Cum enim Celtiberi plurimam fortunæ ac dignitatis accessionem uendicassent, finitimam totam regionem eodem nomine natam uocabulo, reddiderunt. Videtur sanè, priscos illos Bætin nominasse Tartessum, Gades uero insulas q; uicinas Erythiam. Ideo Stesichorum de Gerionis armento sic ceciniſſe existimant,

διότι γηγυήϊν ἐς δῶ ἀντιπέρας κλεινὰς ἐρυθίας

Pluto.

Phalerij dictũ.

**Græcũ significantius sonat ὅσα μὴ γὰρ ἀνέλαβον φασὶν ἐκτήσαντο, ὅσα δ' ἔχον ἀπέβαλον, id est, quæcũq; quidem receperunt, non acceperunt, quæ autem habebant abiecerũt. allusio ad ænigma illud, quod in uita Homeri refert Herodotus Artabri.*

Stannum.

**ἐπὶ πίλῳ græcẽ reliquit dictionem, forte quia nõ intellexit quãdo græcũ quoq; exemplar hic corruptum uidetur.*

**πίσσηρας μυριάδας græce est.*

Fodinæ auri & argenti.

Castaon.

Bætis.

Argentũ mons

Tartessus.

Gades.

Erythea.

Stesichorus.

ταρτησσὸν ποταμὸν παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους.

Vt è regione illustris Erythiæ progenitum fuerit
Penes argenteos immensi Tartessi fontes, occultasq; petras.

Cum autem fluuius duobus erumpat ostijs, oppidum inter ipsius cursum quondam habitatum fuisse constat, quod Tartessum, eodem quo fluuius nomine appellatum est, extiterit, agrumq; Tartesium, quem Turduli hac ætate pascuntur. Turduli. Eratosthenes quoque contiguam Calpæ terram Tartesiam uocitari perhibet, & Erythiam eximiæ fœlicitatis insulam. Aduersus quem Artemidorus scribens, & hæc ab eo falso commemorari tradit, sicut & de distantia à Gadibus ad Sacrũ promontorium, quod abesse dierum quinque nauigatione dicit, cum nõ plura quàm mille & DCC. stad. esse constet, & maris æstuaria hucusq; transmitti, cum hoc quaquauersum circum orbem terrarum eueniat, & Hispaniæ partes ad aquilonem uergentes faciliorem ad Gallias habere meatum, quàm qui per oceanum nauigationem agunt. Et quæcunque alia tradidit Pytheæ uerbis per arrogantiam inductus, *πολύφωνος. Poëta uero † grandiloquus atque peritissimus, occasiones suppeditauit ad cognoscendum, ut eorum locorum minime fuerit ignarus, quæ suas non fugerint aures, si recte quis utrunque ratiocinari uoluerit. Et quæ de ipsis deterius differantur, & quæ melius ueriusq;. Deterius quidem quod ad occasum extrema audierat istac, ubi, quemadmodum idem inquit,

εἰς ὠκεανὸν ἐμπίπτῃ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
ἔλκων νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Oceanum irrumpunt splendentia lumina solis,
Almæ telluri noctem qui ducit opacam.

Noctem uero diri ominis & inferno propinquam esse liquet, infernum autem Tartaro. unde si quis audiuerit quæ de Tartesso referuntur, coniecturam facere potest, Tartarum hinc esse denominatum, ultimum uidelicet subterraneorũ locum. Tartarus. Adiecit & fabulam, poëticum seruans officium, quemadmodũ cum Cimmerios ad septentrionem & occasum habitantes nosset in locis ad Bosphorum sitis, eos tamen ad infernum constituit. Forsan propter communem aliquem ritum Ionum ad hanc gentem. Ætate enim Homeri uel paulo ante, accessum ad Cimmerios factum fuisse cõmemorant ad Æoliam usque & Ioniam. Eodem † modo & de Cya- Cimmerij. *ταῖς δὲ κυανέαις νήσοις καὶ ραπτοῖσι πέτρῃσι τὰς πλαγκτάς. id est Cyaneis uero similes finxit. Planctas scopulum describit Homer. Odyss. lib. μ. neis insulis, quas uagas & errabundas cecinit, fabulas ex aliqua semper introducẽs historia. Difficiles nanque petras aliquas fabulose describit, sicuti has Cyaneas, unde & Symplegades, id est inuicem se concutientes, nomen assecutæ sunt, & propterea per illas Iasonem cursum tenuisse posuit, columnarumq; & Siciliæ fretum pro ipsarum ratione Cyanearum, quas errabundas † appellant, insinuatum ab eo, ex fabulamento quidem Tartari, ad locorum Tartesi mentionem obscurius quis & deterius traduxerit, melius autem ex his consyderabitur. Cum enim Herculis exercitus ad hæc usque loca Phœniciamq; profectus esset, illorum hominum diuitias otiosamq; uitam sibi descripsit. Hi nanq; sic à Phœnicibus subiugati fuere, ut plures Turdetaniæ urbes confinesq; loci ab eis his habitẽtur annis. Vlyssis etiã exercitus in istis constitutus regionibus & ab illo occasionem præstitisse mihi uidetur, ut ad describendam Odysseam sicut & Iliada, ex rerum euentu poëtico de more animum induxerit. Non solum enim Italiæ ac Siciliæ loca, & aliæ res quædam, talium signa præ se ferunt atque describunt. Sed etiam in Hispania urbs Vlyssea, &

Cyaneæ. Symplegades. *πλαγκτὰς.

Miner

Mineruæ templũ,& cætera penè uestigia infinita illius errorem & Troianum in- dicant bellum fuisse,pariterq; & expugnatorum & expugnantium calamitates ua stitatemq; commonstrant,nimirum quibus ut Cadmeam uictoriam assequeren- tur,obuenit. Vastatis enim eorum domibus, & paucis in singulos accedentibus exuuijs,cũ eis qui fuere superstites fides nulla haberetur,ex periculis ad piraticam conuersi sunt. Et Græci tum spoliati tum dedecore infamati,tandiu sine suis man sisse ignominiam putabant,tum uero ad illos inanem se redire quisq; turpe esse du cebat. Rursus error Æneæ & Anthenoris & Henetorum,similiter & Diomedis & Menelai & Vlysis memoriæ proditus est, aliorumq; complurium. Poëta igitur tot militiarum & ad ultima Hispaniæ gnarus,opesq; & alias uirtutes intelligens, (hoc enim Phœnices †indicant) eo in loco piorũ regionem & Elysium campum esse finxit,quo Proteus Menelaum transmissurum esse dicit,

Vlyssea urbs.
Cadmea uictoria,prouerb.
†indicauerũt, fortè ἰδίκασε.
Elysij.

ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηϊστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὐτέποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Odyss.δ.

Elysium in campum terrarumq; ultima tandem
Dij te transmittent,stat flauus ubi Rhadamanthus,
Existitq; uiris ubi uita facillima durans.
Non hyemis uis multa,niues,non ingruit imber,
Stridula sed semper zephyrorum flamina mittit
Ingens oceanus,senimina grata uirorum.

Aëris enim salubritas & suauis zephyri spiritus ei regioni peculiaris est, quæ in occasum uergens nunquã tepore caret. Tum uero terræ terminus,ubi poëtam in- fernum esse fabulatum diximus. Adiectus etiam Rhadamanthus,proximum Mi- noi locum describit,de quo hunc in modum loquitur,

Minos.

φὼς δ' ἤτοι μὲν ἔγωγε ἴδον διὸς ἀγλαὸν υἱὸν
χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νεκύεσσιν.

Odyss.λ.

Hic Minoa Iouis clarum de sanguine uidi,
Qui aurea sceptra tenens dat iura rigentia functis.

Posteriores inde poëtæ uulgare cœperunt & expeditionem in Gerionis boues, itidemq; in Hesperidum aurea mala. Nominatim etiam insulas quasdam fortu- natas celebrant,quas in præsentiarum commonstratas nouimus,non lege admo- dum à Mauritaniæ promontorijs disiunctas,quæ Gadibus opposita sunt,Phœni ces & Hispaniæ & Africæ nuntios affero. Optimam isti regionem ante Homeri ætatem occuparunt, locosq; tandiu in ditione tenuerunt, quoad Romani suum soluerunt imperiũ. Hispanarũ quidẽ opum hæc testimonia sunt. Carthaginenses enim ductore Barca aduersus Hispanos ductantes exercitum eos (uti scriptores prodidere) argenteis in Turditania præsepibus & dolijs utentes, in potestatem redegerunt. Coniecturam faceret quispiam è plurima eorum fœlicitate, homines eo in tractu longæuos appellari, principes maxime. Ob hanc causam Anacreon- tem hunc in modum dixisse,

Fortunatæ insulæ.

ἐγώ τ' ἂν οὔ τ' ἀμαλθίης βουλοίμην κέρας

οὔτε τὰ πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι. id est,

Longæui Tartessii. Equidem Amaltheæ cornu nolui,
Neque annorum centum & quinquaginta imperium tenuisse Tartessi.

Arganthonius. Cæterum Herodotum regem ipsum nominatim descripsisse, & Argantho-
nium uocitasse. Vel enim sic accipi potest, uel huic dicto simile illud Anacreontis,
uel communius, nolim multo tempore Tartessi tenere regnum. Nonnulli Tar-
Carteia. tessum huius temporis Carteiam appellant. Verum regionis fœlicitate mansue-
tudine simul, & urbanitate accedit proxime ad Turditanos & Gallos, propter
uicinitatem, cognationémque, ut testis est Polybius, cæterum illis minor. ut plu-
rimum enim uicatim habitant & uiuunt. Nam Turdetani, præsertim qui cir-
ca Bætim loca tenent, in Romanos penitus ritus transformati sunt. Nec pro-
priæ memoriam linguæ seruant amplius, plurimique Latini facti, secum ac-
Pezaugusta. colas accepere Romanos. Itaque parum abest, quin uniuersi Romani sint, &
Augusta emerita. nunc habitatæ urbes, & in Gallia Pezaugusta, & alia in Turdulis Augusta e-
Cæsaraugusta Celtiberi. merita, & in Celtiberis & Cæsaraugusta, & aliæ coloniæ quædam permutatos
Stolati. Togati. dictarum ciuitatum ritus demonstrant. Hispani quoque qui hoc institutionis
genus seruant, Stolati uel Togati dicuntur, in quibus sunt & Celtiberi, qui
quondam omnes immanitate superare credebantur. De his quidem hactenus.
Ab Sacro promontorio rursus ad alterum litoris latus initium capiunt, quod
Barbariũ promontorium. spectat ad Tagum, sinus est. Deinde promontorium Barbarium, & eruptiones
Tagi in quas recti nauium cursus. Sunt autem stadia decem. Hoc in loco &
maris infusiones ingruunt, quarum una ultra stadia CCCC. extenditur ab tur-
Tagus. ri iam dicta. Ea in parte aquantur † ἔαρ λάκεια. Tagus ad ostium latitudinem ha-
*Locus corruptus etiã græce. bet stad. XX. altitudinem uero permagnam, adeo ut à nauigijs millia decem ue-
ctantibus nauigari facile possit. Superioribus autem in campis, cum æstus fit duæ
inundationes diffunduntur, ut ad stad. C. & L. facies extet pelagi, reddatúrque
planities tota nauigabilis. In superiore uero inundatione insula quædam circum
plectitur, longitudinis stad. XXX. latitudinis autem paulo minoris, fertilis & ui-
tibus optimis consita. Ea in monte flumini proxima iacet, distans à mari stad.
circiter D. ager circumcirca bonitate conspicuus, habens aduersis aquis na-
uigationes admodum faciles, etiam grandioribus magnum ad spatium naui-
bus. Reliquum uero ad cursum fluuiaticis lembis. Supra Moronem etiam pro
Moro urbs. Brutus Callaicus. lixior est nauigatio. Brutus cognomento Callaicus hac urbe ad faciendas excur-
siones usus, belligerauit in Lusitanos, eósque denique expugnauit. Ad quo-
rum uastationem, fluminis inundationibus adortus est, ut liberas nauigationes
& commeatuum importationes haberet. Vicina uero Tago cæterorum opu-
lentissima sunt oppida, amnis quidem piscium feracissimus est, ostreorumq; re-
dundans, ex Celtiberis autẽ originem habens, per Vetiones & Carpetanos & Lu
sitanos in æquinoctialem labitur occasum aliquãtisper, spatio pari ab Ana & Bæti
fluuijs distans. Postea semouetur ab illis ad litus australe declinãtibus. Supra mon
Oretani. tes autem quos diximus, Oretani maxime uergunt in meridiem, peruenientes us-
Carpetani. Vetiones. que ad maritimam aliqua ex parte intra columnas. Post quos Carpetani declinant
Vaccæi. ad aquilonem, Inde Vetiones & Vaccæi, per quos Durias labitur ad Conciam
Durias fluui. urbem Vaccæorum, transitũ habens. Callaici autem nouissimi montana habitan

tes

tes ut plurimum, unde & bellacissimi & subiugatu difficillimi, etiam ei qui Lusi- Callaici.
tanos superauit cognomen præstiterunt, & per hosce annos maxima Lusita-
norum pars, ut Callaici uocitentur factum est. Excellentissima igitur Oreta-
niæ ciuitas est Cætulum & Oria. Tagi uero regio ad aquilonem spectans Lusi- Cætulum. Oria.
tania est, inter Hispanos gens amplissima, & annis plurimis Romanorum ar- Lusitania.
mis oppugnata. Huius regionis latus australe Tagus cingit, ab occasu uero &
septentrione oceanus, ab aurora Carpetani, Vetiones, Vaccæi & Callaici fa-
mæ maioris populi. Reliqui sunt indigni de quibus uerba fiant propter humi-
litatem & ignobilitatem. Contra uero nonnulli & hos Lusitanos nominant.
Ab ortu finitimi sunt Callaici quidem Asturiorum genti ac Iberis, reliqui Celti- Asturij. Iberi.
beris. Longitudo quidem stadiorum millium XIII. latitudo uero minor admo-
dum, quam ad oppositam maris ripam orientale latus efficit. Orientale quidem
est altum atque asperum, subiecta inde ora tota ad mare usque lata planities patet
paucis dúntaxat montibus exceptis, nec sanè magnis. Posidonius Aristotelem Aristoteles no-
haud recte sensisse ait, qui litus & Mauritaniam inundantium ac decrescentium a- tatus.
quarum causam esse refert. Maris enim refluxum fieri, dixisse, propter alta & rigi-
da promontoria, quæ cum undas durius accipiant in Hispaniam contra refun-
dant. Contraria enim sunt plurima, arenosa uidelicet litora atque humilia, recte di-
cens. Regio itaq; de qua sermo est, fœlicitate præstat amnibus paruis & magnis ir-
rigua, qui omneis Tago ab ortu pariter disiuncti sunt, & maiori ex parte nauigabi-
les, atq; auri grumulis abundantes. Deinceps post Tagum nobilissima flumina
sunt Muliadas, paruas habens nauigationes. Itidem Vacua fluuius, post quos Muliadas.
Durius longo fluens cursu penes Numantiam & alias complures Celtiberorum Vacua.
& Vaccæorũ habitatas terras. Magnis hi nauigijs permeabiles ad stad. ferè † CCC. Durius.
Alia porrò flumina, post quæ & Lethe quod à plerisq; Limæa uocitatur, ab alijs Belion, & hoc ex Celtiberis & Vaccæis labitur. Postea Bænis, uel (ut alij aiunt) Mi- Limæa. Lethe.
nius omneis Lusitaniæ fluuios magnitudine superans. Et hic ipse ad stad. † CCC. Belion.
nauigabilis. Posidonius & hunc è Cantabris fluere dicit, ante cuius eruptionem Bænis.
procumbit insula, & instar unguium scopuli duo, portus habentes fluuiorum. Minius.
Digne laudari potest naturæ ingenium, quoniam adeo imminentes extant ripæ, * Octingenta.
ut intra ipsorum alueos maris inundationes satis excipiant, nec excedant, nec in
campos stagnent. Hic igitur præturæ Bruti terminus est. Alia quoq; plura flumi-
na ulterius sunt prædictis æquali distantia contigua. Extremi Artabri incolunt,
circa Nerium promontorium, quod occidentalis & aquilonaris finis est lateris. Nerium.
Circumhabitant Galli, qui colentes Anam fluuium cognatione cõtingunt. Nam
cum ij pariter atque Turduli socijs eò armis peruenissent, seditionem egisse ferunt
postea quàm Lemium fluuium traiecerunt. Cæterum post seditionem eorum amis- Lemius fluui.
so duce, pallantes ac dissipati ea in regione desederunt. Hanc ob causam flumen λή- Lethes appel-
θης id est obliuionis appellatum. Habent Artabri frequentes urbes in sinu pariter latio.
habitatas, quem nautæ & qui eis in locis uersantur, Artabrorum portum appellãt.
Nostræ ætatis homines Artabros Arotrebas uocitant. Gentes igitur circiter XXX. Artabri.
tractum inter Artabros & Tagum inhabitant, cum fertilissima sit regio & fructuũ Arotrebæ.
& pecoris & auri, & argenti multorumq; similium. Ex his complures, omissis agro
rum cultibus, in marinis latrocinijs uitam agitantes, uel assiduis inter se bellis disce
ptabãt, uel traiecto Tago finitimos armis insectabantur, donec Romani eos homi

nes humiliora ſapere cogentes, repreſſerunt, et plurimis eorum redactis in uicos ur
bibus, pleraſq; manſuetius ipſi incoluerunt. Huius impietatis initium à montanis
(uti par eſt) ortum fuit. Sterilem nanq; colentes agrum & paucorum prædiorum
poſſeſſiones tenentes, alienorum auiditate trahebantur. Qui uero illos propulſare
conabãtur, operum ſuorum dominio priuati, ea in neceſſitate conſtituebantur,
ut pro agricolatione bellis implicarentur. Euenit igitur ut neglectus ager, innatis
Luſitanorum ritus. priuatus bonis, à latronibus habitaretur. Luſitanos autem inſidioſos, ſcrutatores,
ueloces, agiles, uerſatiles eſſe, fama eſt. Scutũ duũm pedum ad latitudinem geſtant,
curuum, ad anteriora proſpectans, loris dependẽs, cui neq; fibula neq; anſa ulla eſt.
Gladiolus aut pugio lateri adhæret, plurimi lineos thoraces habent, perpauci lori-
cis utuntur aut criſtatis caſſidibus, nonnulli neruatis galeis. Peditibus ocreæ ad-
ſunt unuſquiſq; plura fert iacula. Quidã utuntur & haſtilibus, quibus cuſpides
ſunt æreæ. Aliquos, Durio uicinos amni, Spartano ritu degere tradunt, duobus
utentes unguentis, & ad calefaciendum ignitis utuntur lapidibus & frigida lauan
tur. Vnicus illis eſt cibus, mundus quidem ac ſimplex, ſacrificijs dediti exta perſpi-
ciunt, nihilq; concidunt. Inſpectant autem ex lateribus fibras, & contrectantes uen
tura coniectant. Ex inteſtinis quoq; hominum maxime captiuorum, diuinatio-
nes captant, ſagis uelantes. Inde ubi plaga infligitur ab inteſtinis ſub haruſpice, pri-
mum ad hominis caſum uaticinantur. Abſciſſas captiuorum dextras diis offerũt.
Omnes montium habitatores uictu ſimplici utuntur. Aquarum potores, humi cu
bitores, longas ut fœminæ inferius diffundũt comas, mitratis frontibus pugnas in
eunt, hirco maxime ueſcuntur, quem & Marti immolant, ſicut & captiuos, & e-
quos. Faciunt etiam Hecatombas id eſt centenario numero ſacrificia, quolibet ex
Hecatombæ. genere, ritu Græcanico. Et (ut inquit Pindarus)

πάντα θύειν ἑκατόν. id eſt,

omnia centena immolant.

Gymnica etiam conficiunt certamina, armis exercent ludos, & equis, & ceſti-
ἀκροβολισμῷ. bus & curſibus, & †tumultuaria pugna, & inſtructo per cohortes prælio. Monta-
ni homines duabus anni partibus querna ueſcuntur glande, quam cum ſiccaue-
rint frangunt, molunt, panes conficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeacio
ζῦθος. Zythus. †utuntur uino. nam è uite inopia ſumma laborant. Idq; ita confectum, eueſtigio
Butyrum. abſumunt, conuiuia inter conſanguineos celebrantes. Pro oleo butyrum uſur-
pant, ſedentes cœnitant, ædificatos in pariete hemicyclos habentes. Primus ſe-
dendi locus cœnantibus in orbem ætati præſtatur, & honori. Inter potandum
Baſtetanorum mores. ducto ad tibiam uel tubam choro ſaltant, inflexis exultantes pollicibus. In Baſte-
tanis mulieres inuicem manibus promiſcuæ innectuntur, omnes ferè pullis amic-
ti ueſtibus & ſagis, in quibus inuoluti per ſtramenta cubant. Cerea illis, ut
Permutatio. Gallis, in uſu ſunt uaſa, mulieres in roſeis degunt ornamentis. Hi loco nummo-
ἀργύρου λάσμαζε. rum, graui admodũ ſarcinarum permutatione utuntur, uel extenſi † argenti lami
næ fruſtum abſciſſum exhibent. Deſtinatos neci lapidibus obruunt, parricidas
extra montium confinia uel ultra flumina eiectos ſaxis opprimunt. Coniugia de
Aegroti in plateas exponuntur. more Græcorum contrahunt, ægrotos uetuſto ritu Aegyptiorum in plateis de-
ponunt, ut qui eo morbi genere tentati ſunt, commonefacere eos ualeant. Pelliceis
uſque ad Bruti aduentum nauiculis utebantur per inundantes aquas & ſtagna.
Monoxyla. His autem annis lintres uno cauatas ex ligno (monoxyla uocant) uſurpãt, & qui
dem

dem raro. Sal illis est colore prius purpureo, simul ac teritur, albescit. Hic est montanis uiuendi ritus quem commemoraui, eis inquam qui boreale Hispaniæ latus terminant, Callaicis, Asturijs, Cantabris usque ad Vascones & Pyrenen. Cunctis enim eadem est uiuendi formula. Vereor autem explicandis abundare nominibus, ne iniucunda reddatur ipsa descriptio, nisi audiendo aliquam uoluptatem afferant, Pleutauri, Bradyetæ, Allotriges, cęteriq; deterioris & deformioris appellationis homines. Agrestis autem eorum immanitas, non solum ex ipso bellandi usu, uerum etiam ex alia locorum longinquitate prouenit. longinqua enim ad eos est nauigatio, longinqua etiam itinera. Cúmque nullis commisceantur aduenis, quæ inter homines communia sunt, abiecere, & omnem exuerunt humanitatem. Quæ tamen per hoc tempus minus minúsq; patiũtur, cum uigente pace ad illos Romani proficiscantur. Quibus uero id minus obuenit, importuniores sunt, & ritu beluarum sæuiores. Talis cum adsit illis locorum sterilitas, & quibusdam montana durities, eius generis incommoditatem intendi credibile est. Cæterum bella omnia hac tempestate desierunt, ut dixi. Nam Cantabros & uicinas illis gentes, quæ adhuc latrocinia retinent, Cæsar Augustus oppressit. Et qui Romanorum sociorum prædones erant, nunc pro Romanis rei militari seruiunt. Coniaci uidelicet, & qui Iberi amnis fontes incolunt, præter Tuisos. Cui Tiberius succedens, tribus militum ordinibus impositis, locos ipsos ex Augusti Cæsaris instituto, non modo pacatos, uerum etiam urbanis præditos moribus effecit. Reliquus Hispaniæ tractus est nostrum à columnis usq; ad Pyrenæos montes litus, & huic incumbens regio tota mediterranea. Latitudo quidem inæqualis, cæterum longitudo paulo plurium quàm stad. mille quaternũ. Spatia uero maritimæ supra stad. mille duo dicta sunt. Ferunt autem à Calpe proximo columnis montead Carthaginem nouam duo stad. mille & cc. Hoc uero litus à Bastetanis, qui & Bastuli dicuntur, & ab partim Oretanis, habitari traditur. Hinc habent aliæ fermè totidem usq; ad Iberum & Æletani. Intra Iberum autem usq; ad montem Pyreneum & Pompeiana Trophæa stad. mille & DC. habitare paruam Aeletanorum partem. Reliqua Indicetos (sic enim appellantur) quadrifariam diuisos. Inchoantibus uero à Calpe, dorsum in parte quoddam montanũ est ad Bastetaniã & Oretanos pertinens, nemorosum & proceris arboribus, maritimã oram mediterranea separans. Hoc in tractu & auri & cæterorũ effossiones, multa per loca sunt. In hoc litore primarium extat oppidum Malaca, quod tanto à Calpe quanto Gades disiungitur interuallo. In ulteriore terra emporium est, ingentia habens salsamentaria, quod nõnulli Mænacen opinantur, quam Phocensium ultimam urbem percepimus, quæ ad occasum uergat. Cæterum ea nequaquam est, quando illa longinquius distans à Calpe è fundamentis effossa iacet, græcę urbis uestigia seruans, Malaca uero Phœniciæ ciuitatis propinquiorem tenet formam. Deinde Exitanorum ciuitas est, à qua salsamentaria præcipuum nomen adepta sunt. Dehinc Abdera Phœnicũ ipsa etiam ædificium. Superiora regionis montanæ loca Vlysseam ostentãt, in qua est Mineruę templũ, ut author est Posidonius, & Artemidorus, & Asclepiades Myrlianus, qui in Turditania literarij ludi magister extitit, deq; regionis illius gentibus exponendis librũ edidit. Is monumenta quædam de Vlyssis errore in Mineruæ templo esse commemorat, parmas suspensas, aplustria rostraq; naualia. In Callaicis autem quosdam ex Teucri commilitonibus habitasse, ibiq; oppida

Pleutauri. *Bradyetæ.* *Allotriges.*
Cantabri. *Cæs. Aug.* *Coniaci.* *Tuisi.* *Tib. Cæs.*
Carthago nouatia. *Bastetani.* *Bastuli.* *Oretani.* *Aeletani.* *Indiceti.*
Malaca.
Mænace.
Exitani. *Exitana salsamenta.*
Abdera.
Asclepiades. *Myrlianus.*
Minernæ templum.

fuisse, è quibus unum Hellenes id est Græci, alterum Amphilochi nominatum est,
Iellenes opp. Amphilochi urbs. siquidem Amphilochus eo in loco diem suum obijt, & comites in mediterranea errabundi fuere. Sic etiam nonnullos Herculis socios, scriptores etiam aliquos tradidisse refert, Coloniam è Messana in Hispaniam deduxisse. Lacones etiam Cantabriæ partem tenuisse, & hic ipse & alius testis est scriptor. Illic & Obsicellam esse,
Obsicella. urbem Anthenoris & sociorum eiusq; filiorum, cum in Italiam cursum tenuerunt. In Africa quoq; credidere nonnulli Gaditanorum mercatorum fidem secuti, sicut Artemidorus scriptum reliquit, quoniam Aethiopes Mauritaniæ accolæ in occasum spectantes, Lotophagi uocitantur loti cibos carpentes, gramen ac radicem
Lotophagi. quandam, nullo indigentes potu, nec facultatem eius propter aquarum penuriam habentes. Horum natio usque in Cyrenæorum loca extenditur. Alij rursus Lotophagi nominantur, alteram inhabitantes è regione paruæ Syrtis insularum
Menynge. Menyngem. Haud sanè mirandum est, poëtam hoc pacto errorem Vlyssis fabulose descripsisse, ut multa de Vlyssis rebus memoriæ proditis extra columnas in Atlantico pelago disposuerit. Quæ enim ab historicis tradũtur, non multum absunt & de locis & de reliquis ab eo per figmenta enarratis, unde non longe à fide poëticum figmentum erat. Nec siqui hisce credentes historijs, & multimodæ uatis ipsius cognitioni, Homericam poësin ad cognatas scientiæ ac peritiæ materias conuerterunt, quemadmodum à Crate Malota, & alijs quibusdam factitatũ est.
rates Malota omeri cõtemptores. Quidam uero adeo rustice talem aggrediendi operis rationem admiserunt, ut uatem ipsum non solum cuiusdam fossoris aut messoris instar ex omni eius generis scientia extruserint, uerum etiam eos qui tale negotium attigerint, furijs agitatos fuisse censeant. Patrocinium autem castigationémue aut tale aliquid in eorum maledicta conferre, ex ijs ausus est nemo quantumuis eximius, qui grammaticam aut mathematicorum acumina tenere profiteatur. Quanquam aduersus multa eorum maledicta & patrocinium & erroris emendationem adduci posse mihi uidetur, in ijs præsertim quibus Pytheas quosdam sibi credentes frustratus est, quod per locorum occidentalium & aquilonarium ignorationem & Oceani cõtingit. Cæterum hæc in præsentiarum missa faciamus, quæ peculiari
Græcorũ errores. sermone prolixius differenda forent. Græcos autem ad barbaras nationes errabundos peragrasse hanc causam habuit, quia paruas in portiones dissipati fuerãt, cum imperia per elationem atq; contumaciam inuicem minime coalescerent, & conspirationem inter se nequaquam haberent. Vnde contra externas inuadentium uires imbecilli facti sunt, hoc uero per elatos spiritus. Quod quidem inter Hispanos maxime latius extenditur, cum ad uersutum natura ingenium, subdolam quoq; mentem adiungerent. Nam inuasores & prædones effecti uitam degebant, ad parua primum audaces, nec dum ingentia aggrediebantur facinora, cum magnas nondũ uires aut societates cõparassent. Si enim sese mutuo tutari uoluissent neq; Carthaginẽsibus neq; prius Tyrijs, plurimã eorum regionẽ per maiorẽ potentiam incursantibus destruendi fuisset occasio. Neq; Celtis, qui nunc appellantur
Celtæ. Celtiberi. Berones. Vriathus & Sertorius piratæ. Celtiberi, atq; Berones, neq; piratæ Vriatho, neque Sertorio postea, neq; si alij plerique amplificandæ potentiæ auiditate ducebantur, & Romanus populus augendę potentiæ gratia aduersus Hispanos, particulatim q; cõtra singulas ciuitates bellum multos protraxit ad annos, nunc hos nunc illos delens, donec ad annum ferè ducẽtesimũ atq; amplius, uniuersos in potestatem redegerit. Ad institutam igitur orbis

enar

enarrationem redeamus. Poſtea igitur loca Abdera eſt & Carthago noua, quam ædificauit Aſdrubal, is qui Barcæ Hannibalis genitori ſucceſſit. Ea ſanè eſt cunctarum eo in tractu urbium potentiſſima, nam & munimine & murorum ſtructura atq; pulchritudine & portuum commoditate, & lacus amœnitate ornatiſſima eſt, nec minus argenti effoſſionibus, de quibus ante diximus. Hic et in propinquis locis frequentiſſima ſunt ſalſamenta. Vnde hoc etiam ampliſſimum eſt emporiū, ſiue de rebus è mari ad mediterraneam importandis, ſiue ex ipſa regione foras ad omnes exportandis. Hæc uero pars maritima hinc uſq; ad Iberum in medio quodammodo interuallo Sucronem habet fluuium & eius excurſum, & eiuſdem nominis urbem. Labitur autem è monte, qui incumbenti contiguus eſt dorſo, & è Malaca & ex imminentibus Carthagini locis pedeſtri uadabilis, undique ab Ibero æqualiter diſtans, paululum à Carthagine atque Ibero diſiunctus. Inter Sucronem & Carthaginem tria Maſſilienſium ſunt oppidula, haud procul à flumine. Ex ijs celeberrimū eſt Hemeroſcopeum, id eſt diurna ſpecula, in extremitate Dianæ Epheſiæ ſacellum habens, frequenti religione cultum, quo Sertorius ad res maritimas uſus eſt receptaculo. Nam munitiſſimū eſt, ad rem piraticam item percōmodum, nauigantibuſq; longinquum præſtans proſpectum. Vocatur autem Artemiſium tanquam Dianium, ferrarias habens effoſſiones feraces ex propinquo, puſillas etiam inſulas Planeſiam, Plumbariam & Limnothalaſſam immi-nentem, quæ in circuitu eſt ſtadiorum cccc. Dehinc Herculis inſula eſt ad Carthaginem ſpectans, quam à ſcombrorum multitudine captorum Scombroariam uocant, ex quibus garum (optimum hoc ſalſamenti genus eſt) conditur. Abeſt autem à Carthagine ſtadijs IIII. & xx. Rurſus altero Sucronis ex latere ad Iberi exitum pergenti Saguntus occurrit, à Zacynthijs condita, quam Hannibal contra Romani populi fœdera diruens, belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Proximæ urbes ſunt Cherroneſus, Oleatrum, Cartalias. In ipſóque Iberi tranſitu Dertoſſa colonia. Labitur autem Iberus à Cantabris, è meridie ortum habens, per magnum camporum ſpatium, pari ſemper interuallo à Pyrenæis diſtans montibus. Inter Iberi uero deflexiones & extremas Pyrenæi partes, à quibus Pompei monumenta fixa cernuntur, prima eſt urbs Taraco, portu carens in ſinu quodam ſita. Cæterum in reliquis idonee comparata, non minus hac tempeſtate quàm Carthago uiris probis ornata. Ad excipiendas enim principum peregrinationes egregie nata, & non intra Iberū modo, ſed etiã extra late, metropolis, id eſt ciuitatū mater eſt. Gymneſiæ etiam inſulæ contra, non longe iacentes, & Eboſus dignitate præſtantes, opportunū urbi ſitum oſtendunt. Eratoſthenes autem ei ſtationem eſſe affirmat, iaciendis anchoris non admodum commodam, ſicuti contra diſſerens Artemidorus inquit. Vniuerſa ab columnis hucuſq; maritima importuoſa eſt, deinceps autē hoc ex loco commodis ornata portubus, ager quoq; bonitate præcellens Leetanorum & Lartolætarum aliorúmque talium uſque ad Emporium. Illud enim eſt à Maſſilienſibus ædificatum, à Pyrenæis montibus ſtad. mil. IIII. interuallo, & Hiſpaniæ finibus ad Galliam diſtans. Hic eſt autem uniuerſus tractus agrorum & portuum commoditate præſtans. Eo in loco Rhodope oppidulū eſt Emporienſium, quod pleriq; ab Rhodijs conditum fuiſſe tradunt. Et hic & in Emporio urbe Dianam Epheſiam eximia ueneratione colunt. In rebus Maſſilienſibus huius cauſam aperiemus, habitabant autem prius Emporienſes puſillã

Abdera.
Carthago noua.
Sucro.
Hemeroſcopeum.
Sertorij ſpecula.
Artemiſium.
Dianium.
Planeſia.
Plumbaria.
Limnothalaſſa.
Herculis inſula.
Scõbroaria.
Garus.
Saguntus.
Oleatrum.
Cartalias opp.
Dertoſſa.
Iberus fluuius
Pompei trophæa.
Taraco.
μήτροπολις.
Gymneſiæ inſulæ.
Eboſus.
Leetani.
Lartolætæ.
Emporiū opp.
Rhodope opp.
Dianæ ueneratio.
Emporienſes
ἐμπορεται.

Palæopolis. quandam oppositam insulam, quam nunc Palæopolin, id est urbem ueterem no-
Diopolis. minant, hoc uero tempore in continenti habitacula posuere. Diopolis est quam
murus diuidit, uicinos antea quosdam ex Indicetis habẽs inquilinos, qui & si per
se suam agerent rempublicam, communia tamen habere mœnia cum Græcis tu-
telæ gratia uoluerunt, hæc autem duplicata sunt medio dirimente muro, tempore
inde procedente in eadem ciuitatis gubernacula conuenerunt, quod & in alijs mul
tis euenit, barbaris & Græcis legibus mixtim temperatis. Præterfluit uero amnis
ex Pyrene exoriens, cuius quidem egressio Emporiensibus portum efficit. Empo-
rienses egregie circa colligenda lina opus agunt. Interiorem agrum, cum aliarum re
Spartum. rum, tum uero Sparti feracem habent. Qui uero inutilior est ac tenuis, iuncum pro
ducit, ut etiam Iuncarium campum appellent. Pleriq; ultimas Pyrenæi montis par
tes usq; ad Pompei trophæa tenent, per quæ ex Italia ad interiorẽ Hispaniam per-
gentibus, iter est maxime ad Bæticam. Hæc uia nunc quidem mari proxima, nunc
autem longinqua redditur, præsertim ubi spectat occasum. Ducitur autem Tara-
Iuncarius cãpus conem, à Pompeianis monumentis per Iuncarium campum & Betterones, & Ma
Betterones. rathronium, id est fœniculariũ, quem à nascentibus late fœniculis, sic Latina lin-
Marathronius campus. gua uocitant. Dehinc ex Taracone ad traiectum Iberi amnis per ciuitatem Dertos
Setabis. sam, hinc per Saguntũ perducta, & urbem Setabin sensim à mari discedit, & Spar-
Spartarius campus. tario campo, qui sicut & alter Iuncarius, ita & ipse Spartarius appellatur, sese appli-
cat. Hic autem & spatiosus & aquarum indigens, implicatum sparto iuncum pro-
creat, quod ad omnes oras, potissimum in Italiam deuehitur. Antea medium
Egelastæ. per campum atque Egelastas uiam ipsam & longinquam & asperam esse continge
bat. Nunc autem ad maritimam facta est, Iuncarium tantummodo attingens cam
Clasto. pum, ad idémque pertendens quò prior illa, ad Clastonem scilicet & Obul-
Obulco. conem, per quas & ad Cordubam & ad Gades uia perducitur, quæ duo ampliss
sima sunt emporia. Distat autem à Corduba Obulco stad. circiter xxx. Ab rerum
sanè scriptoribus traditum est Cæsarem è Roma Obulconem VII. ac XX. die per-
κἠνίκα ἔμελλον ueniisse in castra. Illa ibidem eo tempore fuerant, quo ad Mundam † Martem con-
συνάπτειν εἰς τὸν περὶ τὴ μοῦνδα ferturus erat. Tota quę eo tempore fuerat à columnis ad Hispaniæ Gallięq; termi-
πόλεμον. nos maritima huius generis est. Super hanc uero situs mediterraneus ager, is inq;,
Satyri montes qui inter Pyrenæos montes, latúsque septentrionale usque ad Satyros est, duobus
maxime finitur montibus. E quibus unus æqualiter à Pyrene distans, producitur
Idubeda. à Cantabris exoriens, in nostro autem finitur pelago, Idubeda uocitatus. Reliquus
à medio in occasum permeat, declinans quidem in austrum, & litus à columnis
protendens. Hic uero nudus ac tenuis ab initio est tumulus, per spartarium excur-
rens campum. Applicatur autem syluæ super Carthaginem & Malacæ regioni-
Orospeda. bus, & Orospeda nominatur. Inter Pyrenæum & Idubedam Iberus fluuius labi-
tur, ab ambobus ex ęquo disiunctus montibus, & fluentibus ex his amnibus, ac re
Augustacæsa- liquis refertur aquis. Ad Iberum urbs extat, Augustacæsaria uocitata, & colonia
ria. quædam celsa, habens pontis lapidei transitum. Ora compluribus habitatur genti
Iacetana. bus, è quibus nobilissima Iacetana dicitur. Hæc à Pyrenes radicibus inchoans, in
Ilerda. campos usq; latius extenditur & Ilerdæ ac Ileoscæ Ilergetarum locis adiungitur
Ileosca. non procul ab Ibero. Quibus in oppidis Sertorius pugnas gessit extremas, & in
Ilergetæ. Vasconum urbe Calaguri & maritima Taraconis & Hemeroscopio, cum è Celti-
Sertorij obitus beris fuisset eiectus, ubi aduersa captus ualetudine diem suum obijt. Ad Ilerdam
Calagur opp.

uero

uero posterioribus annis Afranius & Petreius, Pompeiani ductores, ab diuo Cæsare debellati fuere. Distat Ilerda ab Ibero tendentibus in occasum stad. C. & LX. à Taracone autem ad Austrũ circiter stad. CCCC. & LX. Ad Aquilonem uero Iscas stad. D. & XL. Per hosce montes ex Taracone ad postremos ad Oceanum, Vascones iuxta Pombiælonem & Idanusam uicinam Oceano urbem, uia est stad. mille duobus & CCCC. ad Aquitaniæ & Hispaniæ confinia, Iaccetani sunt in quibus ea tempestate Sertorius cum Pompeio belligerabat. Postea uero Pompeij filius Sextus aduersus Cæsaris præfectos. Supra Iaccetanos ad septentrionem gens incolit Vasconũ, in qua Pompelon sita est, ueluti Pompeiopolis, Pyrenes uero ipsius latus in Hispaniam uergens, consitum est uarijs arboribus, materiæ multitudine, & quæ semper uirens germinet, alterum autem Galliam spectans, nudum omnino. Media uero loca conualles continent, quas frequentes cultores habitant, has quàm maxima Hispaniæ nationis portio Cerretani tenent, à quibus multifariam pernæ condiuntur, Cantabricis perquàm similes, prouentum non mediocrem hominibus exhibentes. Vbi uero Indubedam transieris, è uestigio Celtiberia frequẽs dispar occurrit. Magna illius pars inculta & aspera, & fluuialibus inundatiõibus uasta, quod per hos Anas defertur, & Tagus, & deinceps flumina plurima, quæ in occasum irrumpunt oceanum, originem ex Iberis agris habentia. Quorũ Durias præter Numantiam, orámque Serguntiam currit. Cæterum Bætis ex Orospeda oriens, per agrum Oretanum fluit in Bæticam. E regione autem septentrionis Berones, Celtiberis proximi & Cantabris Conisicis habitant, & ipsi è Gallica transmigratione orti. Horum urbs est uaria, ad Iberi transitum sita. Coniuncti sunt & Bardyitis, qui nunc Bardyali uocãtur. Ab occasu Astures quidam sunt, & ex Callaicis aliqui, atque Vaccæis, Vetionibusq́, & Carpentanis. Ab Austro uero Oretani, & ex Bastetanis quicunque Orospedam incolunt, & ex Dittanis, ad orientem autẽ Idubeda. Cumq́ Celtiberi ipsi quadrifariam partiti sint, fortissimi ad ortum ac meridiem sunt, Oeuraci ad Carpentanos pertinentes, fontesq́ Tagi. Eorum nobilissima ciuitas est Numantia, quæ in bello Celtiberico, quod aduersus Ro. populum gestum est, uirtutem propriam ostentauit, quod uicesimum perdurauit ad annum. Complures enim exercitus cum Imperatoribus ad internecionem detracti, nouissime autem Numantini obsidione cincti, diuturna patientia tolerarunt. Paucis duntaxat exceptis, qui cedentes murum dediderunt. Sunt & Lusones, qui ad ortum spectantes, & ipsi ad Tagi fontes pertinent. Oppidum est Aruactorum Segida, & Pallantia. Numantia ab Augustacæsarea, quam super Iberum sitam essediximus, abest ad stad. DCCC. Celtiberorũ etiã urbes extant, Segobrida, & Bilbilis, circa quas Sertorius & Metellus prælium cõmiserunt. Polybius uero cum Vaccæorum, & Celtiberorũ populos dinumeret, cum alijs ciuitatibus & Sagesamam & Intercatiam colligit. Posidonius author est, M. Marcellum tributum ex Celtiberia exegisse talentûm DC. Ex quo coniecturam facere licet, quod Celtiberorum natio frequentissima fuerat, & auri atque argenti copia excellens, tametsi agrum incolentes sterilem. Polybius CCC. urbes illorũ à Tiberio Graccho subuersas esse, memoriæ prodidit, quod ritu Comico in Tib. Gracchi gratiam dictum est ab eo, qui turres, urbes appellat, ut in triumphalibus pompis fieri mos est. Quod ab re nequaquam dictum esse crediderim. Nam Imperatores & rerum gestarum scriptores, ut ornatiora efficiant negotia, ad hoc mentiendi genus feruntur. Cum

Afranius.
Petreius.
Iscas.
Vascones.
Pombiælon.
Idanusa.
Iaccetani.
Pompelon.
Pyrenes latera.
Cerretani.
Pernæ.
Meminit huius loci Athenæus lib. 14.
Celtiberia.
Durias.
Serguntia.
Bætis ortus.
Berones.
Conisci.
Bardyitæ.
Bardyali.
Astures.
Callaici.
Vaccæi.
Dittani.
Celtiberorum partes.
Oeuraci.
Carpentani.
Numantia op.
Celtibericum bellum.
Lusones.
Aruacti.
Segida.
Pallantia.
Segobrida.
Bilbilis.
Sagesama.
Intercatia.
Turres pro urbibus nominatæ.
Scriptorum mendacia.

etiam qui urbes Hiſpanorum ſupra mille fuiſſe prædicant, huc deduci mihi uideantur, ut ingentes uici, oppida nominentur. Haud enim agri illius ingenium tam multas capere ualet urbes, tum quod ſterilis ſit, & alienus à moribus noſtris, & immanſuetus, tum quod eorum uictus & actiones longe à litoribus noſtris, ad tale aliquid non edoceant. Nam qui per uicos habitant, agreſtes ſunt, huiuſmodi magna ex parte ſunt Hiſpani, ciuitates autem comitate & manſuetudine condiunt incolas. Neq; tamen id facile, potiſſimum, cum ad uicinorū detrimentū ſyluę materiam occaſionemq; ſuppeditent. Poſt Celtiberos, ad auſtrum ſunt montani, Oroſpedam habitantes, & ſpectantem ad Sucronem regionem, Sidetani uſque Carthaginem, & Baſtetani, & Oretani, fermè uſque Malacam. Iberos autem uniuerſos, ſicut & de Luſitanis diximus, peltas geſtaſſe conſtat, & armaturis agiles, propter latrocinia, iaculo, funda & gladio utebantur. Inter pedites equitatum immiſcere conſueuerant, equis ad conſcendendos montes edoctis, nec minus ad curuanda leuiter genua, quoties iuſsi fuerint, ubi uſus exigit. Producit capreas Hiſpania, equósque ſylueſtres affatim, quibuſdam in locis lacus incrementa ſuſcipiunt. Cygni & eius generis aues plurimæ, ſimiliter & otides aues procreant & caſtoras, & caſtoreum quidem, non eam quam Ponticum habet uim. Pontico enim proprium eſt ut uenenoſum ſit, ut & alijs permultis. Cum Poſidonius dicat, ſolum ex ære Cyprio lapidem Cadmiam gigni, & Vitreolum & Spodium. Peculiare uero Hiſpaniæ eſſe Poſidonius aſſerit, ut nigræ ibidem ſint cornices. Cumq; Celtiberorum equi ſubalbi ſint, ſi in exteriorem traducantur Hiſpaniam, colorem permutant. Sunt autem Parthicorum ſimiles. Nam & agilitate, & curendi dexteritate reliquos anteeunt. Radicum ad tincturam idonearum copia permaxima, oliua, uite, ficulnea, arboribúsque ſimilibus, Hiſpanum ad nos ſpectans litus abundat, & exterius frequens eſt. Quibus oceani pars eſt Aquilonaris maxime, propter frigus† indiget. Reliqua uero adhuc amplius, propter hominū incuriam, cum nulla educatione inſtituti, ſed ad neceſsitatem magis, & brutarū animantium affectione deprauatisq; moribus uitam agant. Niſi quiſpiam ad educationem bonam, eos uitam degere exiſtimet, qui ex lotio diutius intra cloacas ſeruato, lauacra ſibi conficiant: quíque ſibi ſuisq; uxoribus, intritis purgamentis dentes abſtergant, quemadmodum Cantabros, confinésque illis factitare fama eſt. Humi dormitare, Iberis Gallisq; commune. Callaicis deum nullum eſſe quidam aiunt. Celtiberi & uicini ſui in Boream habitantes, cuipiam deo, cuius nomen nō extat, rotunda luna, tempore nocturno ante fores, per omnes domos pernoctant, ſaltus agitantes. Vetiones cum primum Romanorum caſtra intuentes, quoſdam centuriones deambulationis cauſa, deflectere uiam cernerēt, inſanire homines ſuſpicati ſunt. Itaque eis præcedentes uiam ad tabernacula commonſtrabant, perinde ac, aut fixos per quietem manere aut pugnare, neceſſarium arbitrarentur. Quis autem mulierum nonnullarum mundum inter barbaricam non ponat formam? de quo mentionem fecit Artemidorus. Eas enim monilia ferrea, collo circundata geſtare refert, ſupra uerticem corticē coruos incuruos habentia, & ante frontem longius incumbentes. Hos uero ad coruos uelum, cum uelint attrahūt, ut extentum faciei præbeant umbraculū. Hocq; magnū ducunt ornamentum. Quadam in parte tympanulū circūducitur, ad poſterioresq; in occipite neruos capiti, uſq; ad auriculas adſtrictum in altum, latumq; paulatim ſupinatur. Alias ſinciput expi

Oroſpeda. Sidetani. Baſtetani. Oretani.

Iberorū arma.

Equi Iberorū. Equi ſyluestres.

Otides.

Caſtores. Caſtoreum.

Cadmia lapis.

Vitreolum χαλκάνθις.

Spodium.

Cornices nigræ.

*ἄμοιρῶ expers eſt horū.

Lotij lauacra. Iberorū ritus.

Humi cubātes. Callaici athei.

Deus innominatus Celtiberis.

Vetionum mores.

expilatum enudare, adeo, ut amplius quàm frons ipsa pateat. Aliquas impositum ad pedis mensuram in sublime stilum erigere, cui cæsariem circuntexunt, deinde pileo nigranti exornant. Multa re uera perspecta, sermonem de omnibus diuulgant Hispaniæ gentibus, potissimum de iacentibus ad Boream. Nec solum de illarum fortitudine, sed etiam crudelitate, & amentia, ritu beluarum. Matres in bello Cantabrico filios, priusquam in hostium manus capti peruenirent, necauerunt. Puer quidam, cum parentes ac germani captiui, uinculis adstricti iacerent, eos omnes neci tradidit. Ita enim pater iusserat, attributo in potestatem ferro. Idem fecit mulier quædam de ijs, qui secum capti fuerant. Quidam intra uinosorum conuiuium inuitatus supra rogum sese coniecit. Hæc cum Gallis Thracibusq; communia conueniunt & gente Scythica. Virorum mulierumq; communis est ad robur exercendū utilitas. Rem ipsæ rusticam exercent, puerperæq; uiris ministerium exhibent, quos illæ earum uice accumbere iubent. Interagendumq; ipsæ lauant ad aliquem fluminis alueum accumbentes, infantem pannis inuoluunt. Posidonius tradit hospitem suum Charmoleum ei commemorasse, uirum quendam genere Massilienſem, uiros ac fœminas in agro Ligustico, data mercede ad agri fossionem unà conduxisse: unam autem ut pariendi dolores eam uexare cœperunt, non procul ab opere discessisse, enixamq; confestim opus repetisse, ne mercedē amitteret. Ipse uero cum eam difficulter cum doloribus operātem intueretur, causæ prius ignarus demū edidicit. Itaq; mercedem exhibens, ipsam abire siuit. Elatum igitur tollens infantem fonticuli cuiuspiam lauit aquula & pannis quos habuit inuoluens, saluum baiulauit ad ædiculam. Nec illud Hispanis est proprium, ut duo pariter uno uehantur equo. Cæterum inter præliandum alter pedester certamen init. Nec illis est peculiaris ingens murium multitudo, unde pestilentes sæpenumero secuti sunt morbi. Hoc aduersus Romanos aduenit in Cantabria, ut essent qui accepta mercede, mures uenarentur, & quantitate designata, salutem uix assequerentur. Eos autem tum rerum aliarum, tum uero tritici deprehēderet inopia, ex Aquitania magno cum labore ac difficultate, propter locorum asperitates frumentabantur. Hoc etiam de Cantabrorum diuulgatur amentia, quod nonnulli cum in manus hostium ueniissent, crucibus deinde suffixi, lætitiæ pœna canebant. Huius quidem generis mores, agrestis cuiusdam ferocitatis exempla sint. Talia uero cum minus ciuilia sint, non tamen beluarum uitam referunt. Quemadmodū apud Cantabros, uiros uxoribus dotes relinquunt, Quod filias hæredes designantur, à quibus fratres earum uxoribus † exhibentur. Hoc quidem cum non admodum ciuile sit, muliebrem quandam habet temperantiam. Hispanum & illud est ut de more toxicū apponatur quod ex olere apio adsimili, conficiūt, nullū afferens dolorem, ut si quid afferatur inuitis, in promptu illud habeant. Illud etiam eorundem est, ut sese pro ijs, quibus concilientur, immolent, & pro eis morti se deuouerant. Quidam igitur hanc regionem duas in partes diuisam esse tradunt, sicut & ipsi diximus. Alij uero quinquepartitam asserunt. Nec certum in hisce exponi potest, & propter permutationes locorū, & ignobilitates. In notissimis enim partibus & fama celeberrimis, uarietates notitia illustrantur, & agri partitiones, & uocabulorum transformationes, & si quid eius generis est. A multis enim, & Græcis maxime, diuulgatum est qui omnium facundissimi fuere, uerum quæcunque & barbara, & longinqua & exiguos continentia locos, & dissipata sita sunt, de ijs

Matrum sæuitia.

Pueri cuiusdā ferocitas.

Puerperæ præposteræ opera.

Charmoleus.

Infantis lauatio.

Muriū copia.

Cantabrorū cantus.

Dos uxorū apud Cātabros * *Elocantur, nam ἐδλοσθαι Græce est.*

Hispanorum toxicum.

cõmentaria nec tuta nec admodũ multa fuerunt: adeo ut quæcunque à Græcis remota sunt, ignorationem intendant. Cæterum Latini quidem scriptores Græcos ipsos sanè imitantur, at uero non multum. Nam quæ illi memoriæ commendarunt, à Græcis accepta conuerterunt, ex seipsis uero non longæ suæ nationis studium dilatauere. Vnde si qua ex illis diminutio defectusq; fiat, non multa ab alijs supplementa parantur, alioquin ipsis Græcorum nominibus, claritate plurima excellentibus. Cum igitur tractus uniuersus extra Rhodanum, terramq; intra Gallicos sinus artatam, à priscis illis uocitetur Iberia, nostri seculi homines ipsius confinia Pyrenæos montes ponunt, eandemq; Iberiam & Hispaniam nominant, quæ intra Iberum continetur. Vetustiores autem hosipsos Igletas appellant, non multum pascentes agrum, sicut author est Asclepiades Myrlianus. Romani uero totam eodem modo nominant Iberiam & Hispaniam. Partem quidem unam exteriorem, alteram uero interiorem dictarunt. Alio autem in tempore alio quoque pacto pro reipublicæ magistratibus diuiserunt, cum prouinciæ nunc plebi Senatuiq; designentur, nunc duci Romano, Bætica quidem plebi attribuitur, ad quam prætor mittitur, qui legatum habet & quæstorem. Eius terminum ad ortum usque Castaonem constituerunt, reliqua Cæsaris est, qui duos mittit legatos, prætorium & consularem. Prætorius quidem secum legatum habet, qui Lusitanis ius dicit uicinis Bæticæ, extenduntur q; usque ad amnem Duriam & eius ostium. Hũc enim agrum sic appellant, proprio in hunc diem nomine. Eo in loco sita est Augusta Emerita reliqua. Hæc autem est plurima Iberiæ pars quæ prætori subdita est consulari, haud indignum habenti exercitum, tribus instructum ordinibus, ac legatis tribus. E quibus unus duos secum ducens ordines, tractum trans Duriam seruat uniuersum, ad Arctos quem antea quidam Lusitanos appellabant. Alij uero nunc Callaicos uocant. His autem spectantes ad septentrionem montes, propinqui sunt cum Asturibus, & Cantabris. Per Astures sanè defluit Melsus amnis, paulóque remotius est Nœga oppidum. Prope autem est Oceani refusio, Astures à Cantabris separans, dehinc montium sunt radices usque ad Pyrenen. Secundus legatus cum altero adest ordine, tertius autem interna custodit. Continet autem gentes dictas in pacis & mansuetudinis more, Italicaq; formula, cum togatam subinde uestem induant. Hi autem sunt Celtiberi, quique utrunque Ibero propinquam regionem usque ad maritima incolunt, ipse uero Imperator in oris maritimis maxime ad Carthaginem, & Taraconem iuris ditionem agitans, ducit hyberna. Æstiuis autem diebus aliqua semper obit, intuens quæ emendationis indigeãt. Adsunt & Cæsaris procuratores, equestris ordinis uiri, qui militibus ad uictus sui dispensationẽ pecunias distribuunt. E regione Hispaniæ insulę iacent, duæ quidẽ Pityusæ, duæ uero Gymnesiæ, quæ Baleares appellantur, quas inter Taraconis & Sucronis maritimam esse sitas contingit. Super hanc conditum est Saguntum. Pityusæ longius † in bello existentes, magis quàm Gymnesiæ, declinantur in occasum. E quibus una quidem uocatur Ebusus, urbem eiusdẽ nominis continens. Circuitus insulæ stad. cccc. Latitudo inæqualis uti etiam longitudo. Prope iacet insula Ophiusa, longe minor ac deserta. Gymnesiarũ una quidẽ maior duas habet urbes, Palamam atq; Potentiã. hæc ad ortum sita est, Palama uero ad occasum. Insulæ longitudo stad. paulo minus DC. latitudo CC. Artemidorus autem longitudinem, latitudinemq; duplicauit. Minor autem altera à Potentia stad. circiter LXX. distat,

Latinorũ cum Græcis historiographis collatio.

Iberiæ situs.

Pyrenæi montes.

Igletæ.

Bætica.

Prætor.

Legatus prætorius & consularis.

Augusta emerita.

Lusitani.

Callaici.

Melsus.

Astures.

Nœga.

Celtiberorum administratio.

Pityusæ.

Gymnesiæ.

Baleares.

Saguntum.

**in pelago leg.*

πολάγιαι μᾶλλον.

Ebusus.

Ophiusa.

Palama.

Potentia.

díſtat, multo quàm altera inferior, magnitudine minor eſt, uirtute uero ea nihilo inferior. fertiles enim ambæ, & portuum bonitate præſtantes, licet oſtia latentes ſub aquis petras frequentes habeant, ut ſubeuntibus attentiore cura opus ſit. Locorum autem uirtus paci deditos efficit incolas, quemadmodum & Ebuſi cultores. Cum autem pauci quidam improbi, aduerſus maris prædones, communis emolumenti gratia conſpiraſſent, crimine uniuerſis inſparſo, Metellus cognomento Balaricus, eos inuaſit, qui etiam ciuitates mœnibus circunſepſit, eandem ob uirtutem, aliorum inſidijs obnoxij, licet ſtudio pacis intenti, tamen funditores optimi uocitantur, quod ut fama eſt, ex quo Phœnices inſularum potiti ſunt, egregie exercuerunt. Hi primi mortales laticlauum induiſſe ferũtur, ad pugnas diſcincti erumpunt, manu ſcutum geſtantes, & peruſtum iaculum, raro ferratæ cuſpidis haſtam. Ternas circum caput fundas, è iuncis compactas geſtant, quos melancrenas appellant, è quibus funes texuntur. Vnde & Philetas in libro interpretationum, Hirta, inquit, ueſtis, ſordida, rarus limbus inuoluitur, & iunceum ornamentum, perinde ac iuncis circuncinctis, fundas uero aut iunceas, aut è ſetis aut neruis contextas geſtant, uel longioribus habenis uel breuioribus, uel mediocribus, ad remotiores iactus uel propinquiores uel medios. A puerilibus hoc pacto ad fundas exercebantur annis, ut alioqui ne panis quidem pueris exhiberetur, niſi funda quicquam prius attingerent. Quo circa Metellus propius inſulas adnauigans, pelles nauium tectis prætendit, ut aduerſus fundarum iactus tegmina eſſent, deinde ex Iberia tria Romanorum millia introduxit accolas. Præter agri uero feracitatem, & illud hiſce in locis commoditatis adeſt, ut ullum noxium animal non facile reperias. Nam cuniculos nequaquam indigenas eſſe aſſerunt. Quinimo cum ex propinqua inſula quidam marem ac fœminam attuliſſet, tanta ab initio facta eorum eſt procreatio, ut ex ſubterraneis cuniculis domicilia ſubuerterẽtur, & arbores, & (ut ſuperius cõmemoraui) homines ad implorandam populi Romani opem, confugere coacti ſint. Nunc autem cum ad tractandam eorum uenationem aptiſsimi facti ſint, nulla inualeſcere ſibi damna permittunt, uerum poſſeſſores magnam ex terræ fructibus utilitatẽ aſſequũtur. Hæ quidem intra columnas, quas Herculeas uocant, exiſtunt. Iuxta has paruæ duæ adiacent inſulæ, quarum altera Iunonis nominatur inſula, quidam ſanè & has uocauere columnas. Extra columnas Gades ſunt, de quibus tantum ſolummodo diximus, quod à Calpe ſtad. DCC. & L. interuallo diſiunguntur. Prope autem erumpentem Bætim ſitæ ſunt, de quibus prolixa diſſemi-
natur oratio. Hi etenim ſunt uiri qui & plurima, & ingentia emittentes nauigia, noſtrum & exterius mare nauigant, cum neque magnam habitent inſulam, neque multum è continente fructum legant, neque aliarum ubertate fruantur inſularum, ſed magis pelagus inhabitent. Pauci admodum rem domeſticam curant, uel Romæ moram ducunt. Nam incolarum magnitudine, nullis extra Romam poſitis, gens eſſet inferior. Igitur accepi in uno ætatis noſtræ cenſu, equeſtris ordinis Gaditanos uiros quingentos eſſe cenſos, quot in nulla Italicarum urbium, præter Patauinos obuenit. Tot autem numero cum ſint, inſulam habitant non longiorem ſtad. C. cum latitudo alibi ſtad. unum non excedat. Oppidum initio inhabitabant ſanè puſillum. Balbus uero Gaditanus uir triumphalis, aliud inſuper illis ædificauit, quod Neapolin † uocant. Ex ambabus deducta eſt Didyma, non ultra ſtad. XX. complexa, nec ea quidem anguſte habitata, quippe modici ſunt eius culto-

Metellus Balaricus.

Baleares fundi tores.

Baleariũ ritus

Laticlauus.

Melancrenæ.

Fundarum exercitium.

Cuniculorum mala.

Herculeæ columnæ.

Gades.

Gaditanorum frequẽs ſed puſilla inſula.

Balbus Gaditanus.

Neapolis.

** ἡ νέα καλὴ πόλις. id eſt, quam Neam, id eſt nouã appellãt.*

Didyma.

res, cum maiore ex parte maritimas nauigationes omnes exerceant, partim etiam continentem incolant, præsertim uicinam quandam insulam, propter ipsius fertilitatem, quam uelut æmulam Didymæ fecere ciuitatem. tanta est loci delectatio. Pauci in illius comparatione, & hic habitacula tenent, illius etiam naualis gratia, quod quidem nauale illis in opposita continente Balbus extruxit. Ciuitas ad occi-
Cronium. duas insulæ partes iacet. Ipsi quoque insulæ proximum in extremis est Cronium,
Heraclium. ad alteram partem ad ortum conuersum est Heraclium, quo ex loco maxime con-
tinenti coniungitur insula, ad stadij latitudinem, medio interiacente pelago, semo-
ta. Templum ab urbe XII. millia passuum abesse ferunt, quantum certaminum,
tantum & miliariorum numerum facientes, maius autem est fermè tanto, quanta
est insulæ longitudo. Est autem insulæ ab occasu in ortum magnitudinis spatium.
Erythia. Pherecides autem Gades Erythiam uidetur appellasse, in qua ea, quæ de Geryone
Geryonis fab. uulgantur fabulis insinuant. Alij uero adiectam huic urbi insulam, quam stad. in-
Πορθμός. teruallo † euripus interlabens segregat. Lætitiam autem pabuli uident, quod pa-
scentium ibi pecudum lac serum non efficit, caseumq; multū immiscentes aquam
conficiunt. tantum exuberat pingue. Tricesimo die animal suffocatur, nisi quic-
Gaditana pa- quam cruoris exhauriatur. Herba uero quam pascuntur oues, sicca quidem est,
scua. sed incredibilem gignit aruinam. Quibus ex rebus fabulam de Geryonis armen-
tis confictam esse, coniecturas faciunt. Litus autem uniuersum commune fre-
Gadium origo. quentibus habitatoribus est. De Gadium uero ædificatione, Gaditani talia me-
moriæ mandauere. Tyrijs datum esse oraculum, quo ad Herculis columnas colo-
niam mittere iuberentur, qui speculandi gratia missi fuerant, ubi ad fretum & ad
Calpes angustias peruenere, orbis terminos efferati, & ibi Herculeæ expeditionis
finem, & has ab oraculo columnas nominari intra angustias, quendam ad locum
Axitanorum oppidum. constiterunt, in quo nunc Axitanorum ciuitas est. Ibi facto sacrificio, cum læta
nequaquam hostiæ portenderent, retro flexere rursum. Post temporis interual-
lum missi, extra fretum stad. mille & D. progressi, in insulam Herculi consecra-
Onoba. tam peruenere, quæ ad Onobam Iberiæ urbem iacet. Existimantes hic esse colu-
mnas Herculis, deo sacrificiū instituisse, non portendentibus læta rursus hostijs,
domum repetisse. Tertio cum classe missos, Gades condidisse, & phanum ad spe-
ctantes in orientem insulæ partes ædificasse, urbem autem ad occasum. Quam-
obrem nonnullis angusti ipsius freti ultima, columnas uideri, quibusdam uero
Calpe. Gades, alijs adhuc longius à Gadibus foris iacere. Aliqui columnas Calpen, &
Abylyx. Abylycem opinati sunt, montem ex Africa procumbentem. Quem Eratosthe-
Metagonium. nes in Metagonio, Numidarum gente situm asserit. Quidam autem exiguas pro-
Meminit huius Stephanus περὶ πόλεων. pe utranq; insulas, è quibus alteram Iunonis insulam nūcupant. Cæterum Arte-
midorus, Iunonis quidem insulam, illius templum appellat, atq; aliam quandam
esse inquit. Necq; montem Abylyca, necq; Metagonium gentem esse. Errabundos
autem scopulos, atq; Symplegades, horsum nōnulli transferunt, eas esse columnas
Pindari locus. opinati, quas Pindarus portas Gaderidas uocat, ad has nouissimas Herculem
Gaditanæ portæ. profectum esse dictitans. Verumenimuero Dicæarchus, Eratosthenes, Polybius
Herculis colu- & Græcorum plurimi, ad euripi angustias, columnas esse manifeste demonstrant.
mnarū situs & appellatio. Hispani autem & Afri, apud Gades esse inquiunt. ex ijs enim quæ circa fretum il-
Columnarum lud existant, nihil esse columnis simile. At quidam alij columnas dici illas aiunt,
signa. quæ intra Herculis ædem in Gadibus existant. Sunt autem ex ære, cubitorum

octo

octo, in quibus cõstruendi tẽpli sumptus inscriptus est. Ad quas cum perueniant, qui nauigationẽ absoluerint, Herculi sacra ferentes, à deo se iuuari instruuntur, hic maris & terræ finem esse. Hunc ueri similiorem esse sermonem, etiam Posidonius arbitratur, qui de oraculo, deq; legatis dicta, mendacium Phœnicum putat esse. Delegatis sanè, quis contra fidem, aut argumentum, neutram in partem incredibile affirmare ausit? Illud autem quippiam habet intelligentiæ, non paruas quasdam insulas aut montes, pro columnis uideri dicere, sed inuestigare, quę nam proprie columnæ dicantur, qui sunt mũdi, & habitabilis terræ, uel expeditionis Herculeæ termini. Veteribus enim hic mos affuit, huius generis confinia ponere, quẽadmodum Rhegini columellam, turrim quandam exilem super freto locauerunt. Et huic columellæ turris, quam Pelori nuncupant, è regione sita est, & quæ Philænorum dicuntur aræ, in media quodammodo Syrtium tellure sunt. In ipso quoque Corinthiaco isthmo columnam quandam locatam fuisse, memoriæ proditum est, quam Iones dum Atticum, & Megarensem occupassent agrum constituêre communiter. Simul & qui eiectis illis è Peloponneso, Peloponnesum in potestatem redegerunt, è parte quæ Megaram spectat, hoc inscribentes pacto, Hâc non quidem Peloponnesus est, uerum Ionia. Ex altera autem parte, Hâc Peloponnesus, non Ionia est. Alexander uero Indicæ militiæ fines posuit, in ijs uidelicet locis aras, per quos in orientem peruenit, ad Indorum extremos, Herculem ac Liberum patrem imitatus. Iste quidem mos extitit. Cæterum locos ipsos titulos permutare credendum est, maximéque cum tempus locatos absumit terminos. Haud enim hac tempestate Philænorum perdurant aræ, sed locus alia assumpsit uocabula. Nec uero in terra Indica, ullas Herculis stantes, aut Liberi patris columnas spectatas fuisse, memoratur. At locis quibusdam indicatis, Macedones illos, columnas esse credidisse, dicimus, in quibus signum aliquod offenderunt de rebus gestis Herculis, aut Liberi patris, quas historiarum scriptores posteritati commendarunt. Hic etiam haud incredibile est, priores illos fabricatis manu finibus, usos esse, altaribus scilicet, aut turribus, aut columellis, eos apud locos, ad quorum ultima illustres uiri peruenerunt. Illustria uero sunt huiusmodi freta, incumbentes montes, minores insulæ, ut regionum primos, aut postremos designemus limites. Cum autem manu constructa, defecere monumenta, in locos ipsa traducta sunt nomina, siue insulas siue promontoria dicere malueris, à quibus fretum ipsum efficitur. Hoc uero iam definire arduum est, utris cognomentum applices, cum utrisque similes esse columnæ uideantur. Dico autem similes esse, quoniam in eius generis locis constitutæ sunt, qui aperte ultima à se denominant, pro quo & fretum os dicitur, & hoc ipsum, & alia complura. Ipsum os quidem intronauigantibus initium est, foras autem enauigantibus exitus & extremum. Itaque insulæ in ore perexiguæ, quæ descriptionem facilem & insignem habent, non tenuiter columnis æquiparari possunt. Pariter & imminentes freto montes, qui eminentiam quandam eiusmodi ostendant, sicuti columellæ uel columnæ. Recte próinde Pindarus portas dixit Gaditanas, si in ostio columnæ intelligantur. Ora nanque similia portis habentur. Gades autem talibus in locis non consistunt, ut extremitatem ostendant, sed in magni medio litoris, multis insignito finibus, iacent. Ipsas uero columnas Herculeas ad ipsum referre litus, minus profecto par est minorisq;, ut censeo, rationis. Non enim credibile dixerim huius no-

Rheginorũ columella.
Pelori turris.
Philænorum aræ.
Colũnæ in Corinthiaco isthmo, inscriptio.
Terminorum signa.
Gaditanæ portæ.

minis gloriam à negotiatoribus potius, quàm principibus atq; ductoribus, accepisse primordium, & simul inualuisse memoria, sicut & de Indicis columnis. Cui quidem rationi, alioqui testimonium ipsa affert inscriptio, quæ (ut ille inquit) non templi ædificationem, sed impensæ summam indicat. Etenim Herculis columnas, non Phœnicum impensæ, sed illius magnificentiæ monumentum extare. Polybius autem scriptum reliquit, quendam Gadibus, in Herculis templo fontem esse, gradibus modicis ad aquam descensum habentem, quæ potionibus idonea est, ei contraria maris fluxibus obuenire. Cum enim illud augetur, hic ipse deficit, cum uero refluit, completur. Causam autem allegat, quod spiritus qui è fundo in superficiem, & supernas terræ partes excurrit, dum terra ipsa operitur ab undis, secundum maris accessum, cohibetur ab proprijs huiusmodi egressibus. Ad interna uero reuersus, fontis meatus obdurat, & aquæ defectum efficit. Ea uero iterum nudata, directos meatus agens spiritus, fontis uenas liberat usqueadeo, ut facile & ubertim scateat. Artemidorus huic cõtradicens, quandam à se ipso confictam causam ponit, Silaniq; opinionem memorans historici, nulla mihi memoratu digna uidetur afferre, périnde ac ipse cum Silano prorsus ad hęc imperitus. Verum Posidonius mendacem hanc historiam esse asserens, duos in Herculis æde puteos esse ait, tertium in urbe. Exijs qui in Herculis templo sunt alterum paruum assidue aquis exhauriri, & eadem hora destitutum aspici, cumq; aquari desierint, impleri denuo, maiorem alterũ per diem uniuersum aquationem exhibere. Aliorum tamen more puteorum diminutum, noctu impleri cum aquatores destiterint. Cum autem in ipso repletionis tempore crebro recursus aquarum simul obueniat, ei esse contrarium maris refluxum, inaniter arbitrati sunt indigenæ. Quod igitur historiæ fides adhibita fuit, & hic ipse dixit, etiam nos inter admiranda uulgatum accepimus. Puteos quoq; tum ante oppidum in hortis, tum interius esse audiuimus. Verum propter aquarum uitium, cloacas per urbem, aquæ fossatilis inundare. Si tamen & horum quisquam puteorum ullam reciprocationis suspicionem ostentat, haud sanè nouimus. Quod si hęc accidant, ipsas inter difficilia causas accipi oportet. Nam eo modo, quo Polybius inquit, sese habere uerisimile est. Credibile etiam est, uenarum aliquas fontanarum exterius humectatas lassari & aquis in obliquum effusionem magis præstare, quàm per pristinum alueum in fontem retundere. Humectari autem, inundante fluctu necessarium est. Deinde sicut Athenodorus inquit, quod circa aquarum incrementum, aut decrescentiam obuenit inspirationi, aut expirationi perquàm simile uidetur, si aliquæ fluentes aquæ, per alios quidem meatus effundunt effluxionem, secundum naturam in superficiẽ, aquarũ ora, fontes appellamus. Per alios uero meatus, ad maris fundũ contrahunt, illud simul extollentes, ut inundet. Quando uero ipsa expiratio fiat ut propriũ, nunc destituat nunc repetat alueum, cum & illud reuersionem accipiat. Nescio autem quonam modo Posidonius, cum Phœnices cæteris in rebus idoneos esse demonstret, hoc loco eorum fatuitatẽ potius quàm acumen damnat. Nam dies aut nox per solis mensuratur ambitum, interdum sub tellure, interdum supra tellurem apparentis. Oceani uero motum ait syderis subire circuitum, quendam quidem diurnum, quendam menstruum, quendam annuum, ut lunæ contingit. Quo enim tempore ista Zodiaci magnitudinem excedit horizontis, mare terram ascendere incipit, sensu teste, quoad in cęli medium conscenderit. Vbi uero declinare sydus ipsum cœperit,

Gadium fons.

Herculis putei

Fontes.

Dies.

Nox.

Oceani motus.

rit, sensim rursus pelagus reuertitur, donec occidentis signum luna exuperat. Deinde tanto eadem in constantia tempore manet, quanto luna ad ipsum coniungitur occasum, & adhuc tanto magis, quanto sub terram mota, signum ab horizonte distet. Postea rursus ascendere, quousque sub tellurem in cœli medio sit. Deinde regredi quoad in ortum luna sit procedens, ac signum distat ab horizonte. Consistere uero usquequo signum supra terram eleuetur, & rursus ascendere. Hanc diurnam quidem esse circuitionem asserit. Menstruam uero quoniam maximi circa coniunctiones reflexus efficiuntur, deinde usq; ad dimidiam minuuntur, iterum augentur usq; ad rotundam lunæ formam, diminuuntur usque ad dimidiam decrescentem, postmodum usq; ad coniunctiones incrementa fiunt. Tempore autem & uelocitate crescentias abundare, annuos uero à Gaditanis perdidicisse refert. Hi quidem aiunt, ut circa tropicum æstiuum maxime crescant, & recessus & accessus, ipse autem à tropico usque ad æquinoctialem, diminui existimat, at crescere usque ad hyemalem tropicum, deinde ad uernum æquinoctium decrescere, porrò crescere ad tropicum æstiuum. Itaque cum circuitiones istæ die noctúque fiant, in utrisque simul tempore mare bis accedat, atque bis discedat, & diurni temporis atque nocturni ordo seruetur, quonam modo putei repletiones, pro maris incrementis, multoties euenire putant? Non autem sæpe aquarum defectiones, uel si multoties quidem, non autem paribus uicibus, uel si etiam paribus uicibus? Gaditanos tamen ad hæc obseruanda minime idoneos extitisse, quæ quotidiana fiant. Cæterum quæ quotidiana fiant, obseruasse ex ijs, quæ semel quotannis eueniant, per circuitiones annuas. Quibus eum tamen fidem adhibere liquet, ex quibus diminutiones & accessiones fieri suspicatus, è tropico in alterum tropicum, & inde reuersiones denuo. Atqui nec illud credibile sit, quod cum ad obseruandum accurati sint, euenientia non uiderint, non euenientibus autem credederint. Itaq; Seleucum quendam à rubro mari profectum ait, quandam in his æqualitatem inæqualitatẽq; , secundũ signorum differentias referre. Cum enim in æquinoctialibus signis luna consistat, æqualia fieri quæ accidant. In tropicis autem inæqualitatem & multitudine, & celeritate prorsus existere. Ex reliquis uero ad singula secundum appropinquationes proportionẽ effici. Ipse autẽ dicit, cum rotunda circa tropicum æstiuum luna, in Herculis templo Gadibus uersaretur dies cõplures, annuas differentias se intelligere nequiuisse. Circa mensis illius autem coniunctionem, magnam in Ilipa annotasse permutationem, præter superioris temporis fluminis Bætis refusiones, in quibus ne ad medietatem ripas irrigabat. Per id uero tempus, adeo superfusas inundasse aquas, ut eodem in loco milites aquarentur. Ilipa uero à mari stad. DCC. abest, finitimosq; pelago campos ad stad. XXX. altitudinem, ex inundatione demersos, ita ut insulæ deprehenderentur, & fundamentorũ Herculei templi sublimitas & ipsius aggeris, qui ante portũ Gadibus procumbit. Idem agger ab eo mensura quæsitus, ut asserit, decem etiam cubitis cooperiri uix possit. Quod si quis factas aliquo in tempore accessiones duplicatas adiecerit, sic magnitudinem inundationis in campis manifestissime exhiberet. Hoc communiter accidere traditur per uniuersam circumiacentẽ oceano plagam. At nouũ quiddam de Ibero amne, eiq; peculiare iste cõmemorat, siquidem eum (inquit) nonnullis in locis absq; imbribus, absq; niuibus, inundationibus late spargi, ubi ab aquilone uenti frequentes ingruant. Cuius rei causam esse asserit lacum per quem ela-

Ilipa.

Iberi inũdatio

Arboris apud Gades mirum.

bitur. Cum illo enim lacus aqua, impellentibus uentis extruditur. De arbore quoque Gadibus existente scriptis prodidit, quę ramos humũ usq; incuruatos habeat, frondes sæpissime mucronis speciem gestantes, quarum ad cubitũ longitudo est,

Arborũ telæ.

latitudo uero digitorũ quatuor. Circa nouam Carthaginem arborem esse, quæ de spina corticem emittat, ex quo telæ pulcherrimæ conficiantur. Huic quidem Gaditanæ, nos in Ægypto, in ipsa ramorum curuatura similem perspeximus, cæterum fronde dissimilem, ac infructuosam. Hanc autem fructum ferre dicit. In Cappadocia quoq; è spinis collecta texuntur. Arbor autem nulla spinas affert, è quibus cortex extet, uerum humi serpens herba. Gaditanæ uero arbori & illud innatum esse traditur, quod uno fracto ramo lac effluit, quod si radicẽ abscideris, miniũ humor exudat. De Gadibus hactenus. Cassiterides autem insulæ decem numero sunt inter se propinquæ, ad aquilonem iacentes, in pelagus expositæ ab Artabrorum portu. Earum una deserta est, reliquas habitant homines colore fusco, talares induentes tunicas, cingula pectoribus gestantes, cum baculis deambulant, tragicarum perquam similes furiarum. Victus illis ut plurimũ ex armentis nomadicῶς, id est ritu pastorali. Stanni ac plumbi metalla, id est occultas sub terra uenas habent, pro quibus simul & pro pellibus tegulas permutãt, & sales cum negotiatoribus, necmi nus ærea uasa. Hanc negotiandi uiam soli antea Phœnices è Gadibus missi aggrediebantur, cum interim cursum istum cunctos mortales ipsi celarent. At enim Romani ut emporia illa noscitarent, quendam consectati sunt nauclerũ, qui per inuidiam sponte limosos in locos illisa naui, eandem in cladem sectatores inducens, ab naufragio euasit incolumis. Quo ex facto amissi oneris pretium, publice restitutum accepit. Romani tamen facientes crebro periculum, cursum illum nauigatione frequenti perdidicere. Post uero quàm P. Crassus aduersus eos transmissus, metalla paruæ altitudinis effossa cognouit, & mortales ipsos pacis studio, maritimis omnino deditos actionibus, hanc optantibus industriam aperuit, licet amplius hoc ipsum mare sit, quàm quod inter Britanniam interiacet insulam. De Hispania quidem, & de adiacentibus insulis hactenus.

Arborum lac.
Arborum minium.
Cassiterides.
Permutatio rerum.
Emporia Cassiteridum.

ARGVMENTVM QVARTI LIBRI.

QVarto libro Gallię continetur descriptio, hoc est quicquid intra Alpes Pyrenæosq; & utrunq; mare atq; Rhenum complectitur. Obiter Britannia quoque & alię aliquot in mari propinquæ insulæ, moresq; & ritus omniũ explicantur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIBER QVARTVS.

EINCEPS transalpina Gallia existit, cuius forma prius adumbratione quadam descripta est, pariter & magnitudo, nunc singula dicenda sunt. Quidam eam treis in partes diuisere, Aquitanos, Belgas, Celtásque nominatim appellantes. Aquitanos non modo lingua, sed etiam corporibus permutatos, Hispanis magis quàm Gallis similes. Reliquos uero Gallica sanè facie, uerum eádem non usquequaque lingua omnes, sed plerisque paululum uariata. Rerum publicarū moderationes, & uiuendi formulæ paulisper immutatæ. Aquitanos & Celtas eos appellabant, quos Pyrenæ monti adiacentes, Cemmenus mons disterminat. Montes siquidem Pyrenæi hanc Galliæ partem ab occasu terminare dicuntur, mare utroque ex latere pertingentes & internum & externum. Ab ortu Rhenus, qui æquali à Pyrenæis montibus spatio, ad lineam distat. Ab aquilone & meridie sic iacet, ut ab septentrionalibus promontorijs Pyrenes inchoans oceanus ambiat, usque ad Rheni eruptiones, è regione autem Massiliense est ac Narbonense pelagus, subinde Alpes ab ora incipientes Ligustica, usque ad Rheni fontes. Cemmenus uero mons in Pyrenen, medios per campos recta perducitur, & in medio desinit prope Lugdunum ad stad. millia duo prolixus. Aquitanos igitur nuncupabant, qui ad septentrionalem Pyrenes partem, & Cemmenum habitant, usque ad oceanum & intra Garumnam fluuium. At Celtas qui ad alteram pertinent plagam, ad Massiliæ ac Narbonis mare, qui rupes Alpium aliqua ex parte attingunt. Belgas uero nominabant reliquos oceano confines usque ad ostia Rheni, & nonnullos Rheni & Alpium uicinos incolas. Sic nanque & diuus Cæsar in Commentarijs scriptum reliquit. At enim Cæsar Augustus quadrifariam partiens, Celtes quidem Narbonensis prouinciæ definit, Aquitanos uero, quos & ille sanè extollens, insuper decem adiecit gentes, ex ijs quæ inter Garumnam & Ligyrin fluuium colunt. Reliquam dupliciter partiuit, unam quidem Lugduno applicans, usque ad superiorem Rheni plagam, alteram uero Belgis. Quæcunque igitur secundum naturæ partes distincta sunt, orbis descriptori dicenda sunt, & quæ secundum gentium habitationes, & quicquid mentione dignum est. Quæcunque uero principes reipublicæ, temporibus obsequentes, uarijs modis instituunt, summatim commemorasse satis est. Diligentia † uero cæteris concedenda. Hæc igitur plaga omni ex parte fluuijs spargitur, cum alij ex Alpibus, alij ex Cemmeno, & Pyrenæo deferantur, nonnulli etiam in oceanum, aliqui in nostrum pelagus erumpant. Loca uero per quæ diffluunt, ut plurimum campestria sunt, tumulisque præditа, fluentisque nauigabilibus commoda. Sic autem naturæ bonitate, inuicem sese amnes habent, ut ab utroq; in utrunq; mare facile sarcinæ deportentur, pusillo terrestris itineris spatio, cum plurimū per amnes, aut aduersos subuehantur, aut se-

Gallia tripartita.
Aquitani.
Celtæ.
Pyrenæi.
Rhenus.
Alpes.
Cemmenus.
Lugdunum.
Aquitani.
Garumna.
Belgæ.
Cæsaris commentaria.
Ligyr.
† τῆ δ' ἀκριβεῖ ἄσμοις παραχωρητέον.

Rhodanus. cundos deuehantur, eam ad rem nonnihil excellit Rhodanus. Nam multis ex locis aquæ in illum confluunt, ueluti dictum est. Isq; nostro adiungitur mari, quod

Narbonensis ora. externo melius est, fœliciſſimos quoq; per agros huius regionis diffluens. Narbonensis enim ora, eosdem quos & Italia fructus producit. Quod si proficiscaris ad Arctos, montemq; Cemmenum oliueta ficiq; deficiunt, alia tamen procreantur. Vlterius uero progrediens, non facile uitem, uuas ad maturitatem conficere perspicies. Alia uniuersa frumenta, miliũ, glandem ubertim gignit, & omnis generis pecora. Nulla ipsius pars inculta iacet, excepto dúntaxat si quid paludes ac syluæ coli prohibeant. Atqui longe magis hominum frequentia quàm cura incolitur, aut diligentia. Etenim mulieres quidem fœcunditate, & educandi studio optimæ, uiri autem bellorum magis quàm agri colendi studiosi. Hac autem ætate terrarum culturam, depositis armis coguntur amplecti. Ista quidem de tota exteriore Gallia cõ-

Quadripartita Galliæ descriptio. munia dicimus. De quadrifaria uero sic facta diuisione, singulas repetentes partes, in figuræ modum differamus, et de Narbonensi primo. Huius forma distantibus quodammodo inter se ad Pyrenen lineis, ab occasu describitur, ab septentrione autem ad Cemmenum, ex reliquis autem, aliam sanè ad austrum mare conficit, quod inter Pyrenen, Massiliamq; iacet, ab oriente uero partim Alpes & interuallũ, quod inter Alpes per rectam intercipitur, & radices Cemmeni, ad Rhodanum usq; pertinentes, à quibus ad prædictam Alpium rectam, directus efficitur angulus. Ad au-

Massilienses. Salyes. Varus fluui. strale autem latus, ad dictam figuram deinceps maritima iacet quam tenent Massilienses, & Salyes usq; in Ligures Italiam uersus, & flumen Varum. Hic est, ut antea diximus, primus Narbonensis oræ finis & Italiæ, æstiuo quidẽ tempore sanè perexiguus, hyeme uero ad stad. usq; septem latius expanditur. Hinc igitur litus usq;

Pyrenææ Veneris templum. ad Pyrenæ Veneris templũ extenditur. Hic est & huius prouinciæ, & Hispaniensis terminus. Quidam uero tractum, in quo Pompei trophæa sunt, Hispaniæ &

Pompei trophæa. Galliæ confinia declarant. Hoc ex loco usq; Narbonẽ LXIII. miliaria sunt, a thinc

Narbo. Nemausus. Nemausum LXXXVIII, è Nemausoq; per Vrgenum atq; Tarasconẽ ad calidas a-

Vrgenum. Sextiæ aquæ. quas, quas Sextias nominãt prope Massiliã, sunt milia tria et quinquaginta. Hinc

Antipolis. uero ad Antipolin & Varum flumen milia LXXIII. Vt simul milia fiant CC-

Aphrodisium. LXXVII. Quidam sanè ab Aphrodisio, id est Venerio usque ad Varum stad. esse millia II. & DC. scripserunt, aliqui uero CC. adiecerunt. Haud enim de interuallis concordant. Per uiam autem alteram per Vocontios & Contium usq; Gernum et

Vocontij. Contium. Gernum. Tarasco. Druentia. Caballio. Taraſconem, communis est transitus ab Nemauso. Hinc ad Vocontiorum fines, ad initium conscendendarum Alpium, per Druentiam & Caballionem, miliaria LXIII. Rursus hinc ad alteros Vocontiorum fines, ad Cottium mil. C. uno minus ad uicum Epebrodunum. Inde totidem per Brigantium uicum, & ex Scingoma-

Cottium. Epebrodunum Brigantius uicus. Scingomagus. Ocelum. go, & transitione Alpium, ad Ocelum, ubi terra Cottij finem habet, & ab Scingomago iam Italia nominatur. Hinc autem ad Ocelum mil. sunt XXVII. Phocensiũ

Massiliæ origo & situs. uero ædificium est Massilia, petroso in loco sita, cui quidem portus subiacet, saxum uidelicet in theatri forma ad austrum spectans. Vrbs uniuersa pulcherrimis circũcincta mœnibus, magnitudine eximia. In cuius arce Ephesium, & Apollinis Delphici templum conditum est. Hoc quidem nomini Ionico omni commune est. Ephesium autem Ephesiæ Dianæ ædes sacra est. Nam cum Phocenses à natali solo discederent, sermo excidisse traditur nauigationis principi atq; duci, ut ab Diana Ephesia cursus initium auspicarentur, igitur Ephesum appulsos percontari, quo-

nam

nam modo ex dea imperatum assequerentur. Porro Aristarchæ matronæ admodum honoratæ, deam in somnis astitisse imperantem, ut accepto quodam à sacris simulacro, unà cum Phocensibus nauigationem Aristarcha subiret. Eo autem confecto, ut primum colonia cursum expleuit, & phanum ædificatum esse, & Aristarcham eximia ueneratione habitam, templique sacerdotem designatam. Subinde in ciuitatibus per colonias deductis, deam hanc ubique honorem in primis assecutam, & eundem diuinæ statuæ ordinem, & reliqua eodem ritu seruari, quæ in ipsa metropoli consueuere. Cæterum Massilienses rem urbanam per optimates & Aristocratiam regentes, omnes legum æquitate superant, consilium DC. ex uiris instituentes, qui quoad uita superstit, id honoris genus habent, quos † Timitos, id est honorificos appellant. Quindecim uero senatus sunt principes, quibus quæ ad manus prompta obueniunt, moderari ac regere datum est. Rursum ex hisce quindecim tres sunt præsides, quibus plurimum potestatis attribuitur. Verum ex his nemo timuchus creatur, qui liberos non habet, néue de ciuium sanguine, tertiam per generationem ortus sit. Eorum leges Ionico de more sunt publice propositæ. Ipsorum ager oliuetis ac uinetis natura cultus, ferendis autem frumentis, ob asperitatem sanè tenuior ac sterilis, ea propter mari magis quàm telluri fiduciam habentes, nauigationem pro eorum ingenio delegerunt, postmodum tamen uirorum fortitudine ualentes, quosdam uicinorum campos occuparunt, eodem sanè robore quo & urbes condiderunt nonnullas inter Hispanos, quibus & Dianæ Ephesiæ sacra, more patrio tradiderunt, ut & Græcanicis ritibus immolarent. Amnis Rhodani cursus non parũ commoditatis Barbaris affert accolis. Est & Taurentium, & Olbia, & Antipolis, & Nicea ad Salyum gentem pertinens, & ad Ligures Alpium incolas. Iis adsunt naualia, & armentaria. Superiori uero tempore, magna nauium facultas & armorum. Instrumenta quoque tum ad nauigandi usum, tum obsidendis urbibus idonea, quibus & aduersus Barbaros obsistere ualuerunt, & Romani populi amicitiam conciliarunt. Qui cum illis permultum utiles existerent, magnum ex ipsis susceperunt incrementum. Sextius potissimum redactis in potestatem Salybus, non longè à Massilia, sui nominis ædificauit oppidum, suæq; appellationis aquas dixit calidas, quarum partem in frigidas permutatam esse ferunt. Ibi Romanorum præsidium collocans, Barbaros ex eis repressit litoribus, quæ ex Massilia ducunt in Italiam, cum eos penitus cohibendi, Massiliensibus uires deessent. Nec ipse plus ualeret, quàm quantum per portuosa loca ex mari, aduersus Barbaros per stad. XII. incursaret, per Trachonem uero stad. octo. Relictam autem ab ijs regionem, Massiliensibus attribuit. Complures in oppido suspensæ ostenduntur exuuiæ, quas ab illis rapuerant, qui omni tempore maria crudeliter uexantes, bellis naualibus superati fuerant. Prioribus quidẽ annis cum cæteris in rebus, tum uero ex Romani populi amicitia, eximia fœlicitate florebant, de qua permulta quis capesseret indicia, nempe Romani, Auentinæ Dianæ simulacrum eodem modo disponentes, apud Massilienses collocauerunt. In Pompeiana uero aduersus Cæsarẽ seditione, cum uictæ parti sese addixissent, magnam sug fœlicitatis iacturã fecere. Tamen penes illos nõ pauca pristinæ beatitudinis uestigia relinquuntur, maxime circa machinarũ fabricã, & apparatus nauales. Cum autem confines iuxta Barbari, mitiorem [illegible] accipiant, & ab rerũ bel-

† In græco exemplari est, τὶς μούχος. i. honore præditos.

Aristarcha.

Massiliensium resp. & ritus.

Taurentium.
Olbia.
Antipolis.
Nicea.
Salyes.

Sextiæ aquæ ũde appellatæ.

licarum cogitatione, ad ciuiles iam institutiones, terrarumq; cultū propter Romanorum uictoriam sese conuertant, non amplius ipsis tantum circa prædicta studiū obuenit. Indicio sunt res ipsæ ut hoc tempore constitutæ sunt. Nam primores urbis ad eloquentiæ, & philosophandi artes uertuntur, adeo ut cum ciuitas ipsa paulò ante Barbaris discendi refugio remitteretur, & Gallos Græcis † familiares comparasset doctrina ingens Massiliæ, ut etiam contractus Græca oratione scriberentur. Hac sanè tempestate nobilissimos Romanos, pro Attica peregrinatione, eò ad capessendas disciplinas aduentare suasit, qui bonarum artium cupiditate capiantur. Hos igitur Galli uidentes simul in pace degentes, ad tales uiuendi ritus, eorum otia pronis disposuerunt animis, idq; non modo per uiros singulos, sed etiam per communia † commoda. Nam & priuatim & publice sapientes † suscipiunt præceptores mercede collata, ut de medicis mos est. Frugalis autem uictus atq; modestiæ Massilienſium, nō minimum quispiam illud signū poneret. dos enim illis amplissima centum aurei sunt, ad uestem quinq;, ad mundum quoq; aureum quinq;, amplius uero nullo pacto licet. Cæsar autem & succedentes porrò secundum illum Imperatores, aduersus patrata in bello delicta, modestius sese habuere, antiquæ memores amicitiæ, suoq; iure uiuendi potestatem seruauere, quā ab urbis cōditæ primordio ciuitas habuerat. Adeo ut missis in prouinciam prætoribus, non ciuitas ipsa, non subditi parere necessum habeant. Hęc quidem de Massilia. Iuxta montana Salyum regio est, ab occasu ad septentrionem amplius uergens, & paulatim absistens à mari. Maritima inclinat ad occasum, modicum à Massilienſium urbe progressa, circa stadiorum c. ad promontorium ingens admodum usq; ad quasdam lapidum excisiones, id est latomias. Hinc in sinum curuari incipit, & Gallicum sinum efficere ad Aphrodisium, hoc est Veneris promontorium Pyrenes. sunt qui Massilienſe nuncupant. Est uero sinus duplex. in eadem enim circunscriptione mons excurrit Sigius, duos disterminans sinus, & Blasconem propè sitam assumens insulam. His è finibus maior quidem proprie Gallicus iterum appellatur, in quem Rhodani ostium euomitur, minor autem ad Narbonem spectans, usq; ad Pyrenen est. Narbo nanq; amplissimum eius regionis emporium, supra exitum Atacis fluminis, Narbonensemq; lacum iacet. Rhodano autem adiacet oppidū, emporiumq; non paruum Arelatæ. Hęc ipsa pari & inter se interuallo emporia distant, et à memoratis promontorijs, Narbo quidem ab Aphrodisio, Arelatæ uero ab Massilia. Vtrinq; autem circa Narbonē labuntur amnes alij, nonnulli de Cemmenijs montibus, pleriq; autē à Pyrenęis habētes oppida, in quę non longa est aduersis fluuijs nauigatio, paruis quibusdam nauiculis. è Pyrene quidem Rhusceno, & Ilibyrrhis amnes exeunt, è quibus uterq; eiusdē nominis urbem habet. Iuxta Rhusceno nem lacus est, & ager quem alluit, exiguus † supra mare, refertus salinis. Habet & effossiles Cestrias pisces. Nam si quis duos aut treis fodiat pedes, & in limosam aquam fuscinam demiserit, piscem eximię magnitudinis fixum penetrat, limo autem instar anguillarū alitur. Hęc quidē flumina è Pyrenęo monte inter Narbonem & Aphrodisium ex utraq; Narbonis parte, ac etiam ex Cemmeno monte feruntur in mare, quo ex monte & Atax oritur, & Obris, & Rhauraris. Super altero quidem ciuitas admodum munita, apud Narbonem sita est Blittera, super altero autem Agatha, à Massilienſibus ædificata. Maritima quam dixi, regio, unum illud de effossilibus mirandum habet, de effossilibus uidelicet piscibus,

Galli Philelli-nes. * φιλέλληνες. i. græcorum studiosos.

Hæc elegātius & fidelius conuertit Budæus lib. primo de asse.

* δημοσίᾳ publice per cōmunes urbes.

* σοφισὰς ἀντὶ δήητορας. Massilienſium ueſtis, mūdus, dos.

Salyum regio.

Massilienſe promontorium.

Sigius mons.

Blasco insula.

Rhodanus.

Narbo.

Atax.

Arelatæ.

Rhusceno.

Ilibyrrhis.

* μικρὸν i. paululum.

Cestries.

Atacis ortus.

Obris.

Rhauraris.

Blittera.

Agatha.

bus, alterum longè ferè mirabilius, quod dicam. Nam in medio Massiliæ & Rhodani ubi erumpit spatio, campus est, à mari centena distans stadia. tantus enim ipsius diameter existit, cum forma constet circuli. Ab eo uero quod accidit petrosus appellatur, lapidibus qui manus impleant plenissimus, sub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur ubertas. In medio salsæ scatent aquæ, salisq; uis magna. Vniuersa circumadiacẽs ora, uentis exposita est. Egregie autẽ campum hunc Melamborius uentus uehemens, terribilis, & uiolentissimus procellis infestat. Quædam igitur saxa distrahi uersariq; tradunt, & mortales è curribus fractos euolui, ipsosq; uentorum uiolentia, & uestibus & armis nudari. Dicit igitur Aristoteles, lapides à terræ motibus, quos Brastos, id est ebullientes appellant, eiectos in plana, & ad †curua loca prolapsos fuisse. Posidonius uero lacum eum existentem, fluctuatione congelatum fuisse inquit, quapropter in plurimis dispartitum esse lapides, sicuti fluuiatilem glaream, litoreosq; lapillos, leues quidem, & magnitudine pares. Causamq; reddit uterq;, & uerisimilis amborum est sermo. Ita enim aggregatos esse lapides, non per seipsos cõsistere necesse est, uel ex humiditate compactos ingentibus è saxis per tot fragmenta discretos extitisse. Æschylus uero, difficilem redditu rationem perdiscens, uel ab alio suscipiens, in fabulę locum expo suit. Prometheus nanq; in exponendis Herculi uŋs, quæ ad Hesperidas è Caucaso ducunt, apud illum sic loquitur,

Melamborius uentus.

Brasti lapides.
†κοῖλα. i. concaua.

ἥξεις δὲ λιγύων ἐς ἀτάρβητον στρατὸν,
οἷσθ' οὐ μάχης σάφ' οἶδα κοὐ θηρὸς πόρῳ μέμψῃ,
πρέπρωται γάρ σε Βέλη λιπεῖν,
χἠταῦθ' ἑλέσθαι δ' οὔτιν' ἐκ γαίας λίθον ἕξῃς.
ἐπεὶ πᾶς χῶρος δὴ μαλθακός.
ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντα σ' ὁ Ζεὺς οἰκτροῖ
νιφέλῃ δ' ὑποσχὼν νιφάδι στροφύλῳ τὸ πρῶν ὑπόσκιον θήσει χθόνα,
οἷς ἅπαντα συμβαλὼν δ' ἡσθεὶς ῥᾳδίως λιγὺν στρατόν. id est,

Ad fortem Ligurum & timoris insciũm, aduentabis exercitum,
Vbi aperte scio, nullo de prælio, aut clypeo lamenta emittere in transeundo.
Nam ut tela te destituant, in fatorum lege datum est.
Ibi ne lapidem quidem ullum è terra captandum habebis,
Cum totus mollis locus existat.
Spectans uero te opis egentem Iuppiter miserebitur,
Et nebulam intendens, & rotundarũ imbrem petrarũ infundens solũ inundabit,
Quarum ope congressus, facile Ligusticum uastabis exercitum.

Posidonius igitur, périnde ac ipsos Liguribus iniecisse & accumulasse lapides, melius esset, quàm Herculem tot indiguisse lapidibus, dixit, tanta uero illorũ multitudo innumerabili turbæ necessaria fuit. Vnde qui fabulam cõscripsit, quàm qui fabulam abnegat, uerisimiliora dixisse uisus est. Verũ cum poëta reliqua fatorum lege data esse dixerit, de rei causa indagantem, lamentari non permittit. Nam in ipsis de prouidentia & fato sermonibus, talia rerum humanarum, & natura factarũ permulta comperies, ut de ipsis dicere liceat, hoc quàm illud longè præstantius factum est. Sicut imbribus abundare Ægyptũ, sed terram Æthiopiam non irrigare, Parin quoq; dum in Spartam nauigat, adisse naufragium, uerum cum Helenam rapuisset, uiolati iuris non luisse supplicia, cum tantam Græcorum & Barbarorum cladem ediderit, quod in Iouem retulit Euripides,

ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν τρωσί, πῆμα δ' ἑλλάδι,
θέλων γνῶναι, τὰ δ' εβούλευσε πατήρ. id est,

Pater, inquit, Iuppiter Troianis quidem mala, Græciæ uero cladem
Inferri cupiens, hæc sanè decreuit.

Rhodani ostia. De Rhodani fluminis ostijs Polybius Timæum increpat, eum non quinq;, sed duo habere dicens ostia, Artemidorus autem tria inquit. Timęus uero postea obtusa cernens ostia, accedente & accumulato limo, ingressuq; difficilia, nouam incidit fossam, qua maximam amnis partem excipiens, Massilienſibus uictoriam attri
Ambrones. buit, eo ex bello, quod aduersus Ambrones, & Toygenos gerebatur. Ex quo
Toygeni. immensas opes compararunt, dum abeuntibus & redeuntibus per fluuium, uectigalia exigunt. Nunc tamen intrandi manet importunitas propter fluminis impetum, aggeratumq; limum, & locorum humilitatem. Vnde ne propinquantes quidem, latentem sub aqua terram despiciant. Quamobrem Massilienses, ut quauis ratione locum hospitalem efficerent, pro signis turres altas ædificauerunt. Atq; ibidem Dianæ Ephesiæ templum condiderunt, sumpto loco quem fluminis ostia efficiunt insulam. Supra Rhodani uero eruptiones, lacus maris iacet, lacum autem ostium appellant. Ostrea sanè continet innumerabilia quidem, & alioquin aspectu pulchra, hunc plericq; ostijs annumerant Rhodani, præsertimq; ij qui illum septem constare ostijs asserunt, neque hoc neque illud recte dicentes. Mons nanque medius est, qui ab amne lacum arceat. A Pyrene igitur iuxta Massiliam, maritima regio talis & tanta quædam est. Alia uero ad Varum fluuium Ligu-
Turoentium. résque uicinas urbes Massilienſium habet, Turoentium, & Olbiam, & Antipo-
Olbia. lin, & Niceam, & nauale Cæsaris Augusti, quod Forum Iulij uocant. Hoc autem
Antipolis. inter Olbiam & Antipolin constructum est, distans à Massilia stad. sex † millibus. Cæterum Varus inter Antipolim & Niceam medius est. Hinc quidem xx. stad. Inde uero LX. distans. Adeo ut Nicæa secundum huius temporis terminum designatum, ad Italiam pertineat, licet in Massilienſium iure sit. Massilienses enim hæc aduersus instantes Barbaros ædificarunt oppida, liberum esse mare cupientes, cum in eorum potestate prouincia foret, quæ ualida & montana est, Quâ quidem Massiliam spectat, latitudinem campestrium locorum mediocrẽ reliquit, uersus orientem uero euntibus prȩruptam omnino ad mare uiam, uixq; permeabi
Salyes. lem habet. Prima quidem Salyes occupant, ultima uero, Italiæ coniuncti Ligures, de quibus deinceps habendus est sermo. In præsentia autem tantũ adijciam, quod cum Antipolis in Narbonenſibus iacet partibus, & Nicæa in Italicis, Nicæa quidem in Massilienſiũ iure permanet, & prouinciæ nimirum existit: Antipolis uero inter Italicas annumeratur, cum Massilienſibus iudicio contendens, ab eorũ mandatis libera facta est. Hiſce locorũ angustijs, cum Massilienſibus inchoatis, insulæ
Stœchades. Stœchades incumbũt, tres quidem digna satis amplitudine, sed duæ perexiguę. eas exercent Massilienses opere rustico. Quo in loco & impositum antiquitus præsidium contra piratarum impetum habebant, ob egregiam portuum facultatẽ. Post
Planasia. Stœchades Planasia, & Lero sunt, colonias habentes. In Lerone phanum † est Le-
Lero. ronis, è regione Antipolis hæc ipsa iacet. Sunt & aliæ perexiles insulæ, haud memo
*Ἱερῶον. ratu dignæ, partim ante Massiliam, partim ad reliquum iam dictum litus. Portus
*In græco additur, Et Massilienſium ille ὁ τῶν μασσαλιωτῶν. unus ad nauium stationem, magnitudinis eximiæ, † mediocres uero reliqui. Ex ijs unus est, quem à Liguribus Oxybijs, Oxybiũ cognomento nuncupant. Hęc quidem

dem de maritima regione. Supra illam uero loca ipsa talem habent descriptionem, & ad circumiacentes montes, & ad flumina præcipue Rhodanum. Is enim amplissimus, compluribúsque introfluentibus auctus aquis, longissimam aduerso flumine nauigationem habet. De his igitur deinceps differendum est. A Massilia itaque initio capto, & ducto per medium agrum inter Alpes, & Rhodanum cursu, usque ad Druentiam amnem, per stadia quingenta Salyes incolunt. Vbi nauigio traieceris, ad oppidum Caballionem, tota deinceps regio Quarorum est usque ad Isaris & Rhodani coitiones. Hoc in loco Cemmenus Rhodano applicatur. Hucusque à Druentia longitudo stad. quingentorum est. His in locis & campestria & montana superne Salyes habitant. Super Quaros, Vocontij, & Tricorij, & Iconij, & Pedyli mansiones habent. At inter Druentiam & Isarem alij quinque fluunt amnes ex Alpibus in Rhodanum, duo quidem Quarorum & Varorum oppida circunfluunt, communibus in Rhodanum cursibus irrumpentes, tertius uero Sulgas, ad urbem Vndalum Rhodano commiscetur, ubi Cn. Ænobarbus ingenti prælio, complura Gallorum millia uertit in fugam. Sunt medio in spatio urbes Auenio, Arausio, & Aëria, quæ sic appellata est, teste Artemidoro, quia in sublimi sit ædificata cacumine. Reliqua tota est planities, fertilémque ministrat pabulum. Trãsitus uero Aëriæ ad Durionem, nemorosas locorum habet angustias. Quo in loco Isar & Rhodanus ad Cemmenum montem confluunt, ubi Quintus Fabius Maximus Aemilianus triginta uix militum millibus, ducenta Gallorum millia ad internecionem dedit, & de lapide candido ibidem trophæum erexit, ac templa duo, Marti quidem unum, Herculi uero alterum. Ab Isare uero ad Allobrogum metropolin Viennam Rhodano adiacentem stadia sunt CCC. atque uiginti. Prope Viennam situm supra est Lugdunum, ex quo Arar unà Rhodanúsque miscentur. Ad ipsum autem pedestri per Allobroges itinere stadia sunt circiter ducenta, cæterum sursum nauigantibus, paulo plura sunt. Allobroges quidem superioribus annis militandi studio, multis mortalium millibus tenebantur, hac autem ætate, rei rusticæ dediti, campos & alpinas ualles arant. Reliqui sanè uicatim ætatem agunt, clarissim. uero Viennam, prius quidem uicum habitantes, gentis tamen metropolin appellatam, in ciuitatis formam appararunt. Sita est ad Rhodanum, qui super Alpes tantus támque impetuosus fertur, ut per magnum egressus lacum, ad multa stadia manifestum ostendat cursum, ad planos déinde Allobrogum, & Ergosiauorum descendens agros, penes Lugdunensem Ergosiauorum urbem, Ararim influit. Verum Arar quidem ex Alpibus labitur, Sequanos, & Eduos, & Lincasios discernens, & Dubin postmodum assumens, ijsdem è montibus nauigabilem delatum, uictorq; nomine factus, ex ambobusq; Arar effectus, Rhodano commiscetur. Rursus autem superans Rhodanus Viennam defertur. Tribus his fluuijs euenit ut initio in aquilonem, dehinc in occidentem deferantur. Iamq; in unum tandem amnem confluens, in austrum iterum curuatus excurrit, quoad erumpat, alijs acceptis fluminibus, & hinc reliquũ in mare cursum perficit. Ipsa igitur inter Alpes, et Rhodanũ talis est regio. Vlteriores fluuij partes Volcę, quos Aricomiscos appellant maximũ incolunt spatium, quorũ portus & nauium receptaculum Narbo dicitur. Iustius tamen & reliquæ Gallię diceretur, cum per tam multos annos tanto excellat emporio. Volcæ igitur uicini sunt Rhodano, contra Sa-

Oxybius.
Salyes.
Caballio.
Cemmenus.
Quari pop.
Isar fluuit.
Vocontij.
Tricorij.
Iconij.
Pedyli.
Sulgas.
Vndalus.
Cn. Aenobarbus.
Auenio.
Arausio.
Aëria.
Durio.
Isar.
Q. Fabius
Maximus.
Aemilianus.
Allobroges.
Vienna.
Lugdunum.
Arar.
Rhodanus.
Ergosiaui.
Sequani.
Edui.
Lincasij.
Dubis.
Volcæ.
Aricomisci
Narbo.
Salyes.

Cathyari. lyes, in altera manentes ulteriore ripa, simul & Cathyari. obtinet autem Cathyaro rum nomen. sic enim cunctos eius loci incolas appellant barbaros, qui tamen ne= quaquam amplius barbari sunt, sed ut plurimum in Romanorum ritum trans= mutantur, & lingua & uiuendi consuetudine, plericꝫ etiam rerum publicarum in= stitutione. Aliæ etiã circum Aricomiscos adiacent gentes, paruæ sanè atcꝫ ignobi= Nemausus. les, uscꝫ in Pyrenæum montem. Aricomiscorũ uero metropolis Nemausus extat, alienigena quidem plebe, & mercatorum numero, longe Narbone inferior, cæte= rum regendæ ciuitatis forma superior. Quatuor enim & uiginti eiusdem natio= nis uicos habet subditos, uirorum fortitudine excellentissimos, illi tributa con= ferentes, & Latij ius habentes, adeo ut qui ædilitatis, quæsturæcꝫ dignitatem asse= cuti sunt Romani in Nemauso adsint. Quamobrem huic nationi nullum, cum uenientibus è Roma prætoribus, negotium est. Situm autem hoc oppidum est in uia, qua ex Hispania itur in Italiam, per æstatem quidem ad permeandum fa= cili, cæterum hyberno tempore, ac uerno cœnosa, fluminibúsque demersa. Quæ= dam igitur fluenta nauigijs traijciuntur, nonnulla pontibus, partim ligneis, par= tim lapideis. Hasce autem aquarum difficultates torrentes efficiunt, uscꝫ ad æsta= tem, ex Alpibus decurrentes, cum niues calore liquuntur. Viæ prædictæ pars Vocontij. compendiosa, statim per Vocontios perducit ad Alpes (ut diximus) altera per Massilienselitus atcꝫ Ligusticum, ea prolixior quidem est, cæterum faciliores in Italiam habet ascensus, cum ibi iam humiliores facti sint montes. Abest autem à Tarasco. Rhodano Nemausus centena circiter stad. Quo in tractu ulteriore Tarasco exi= guum extat oppidum, à Narbone uero DCC. & XX. distat, prope montem Cem= menum, australe latus accipientem uscꝫ ad promontoria. Et alij quidem dicti Te= Tectosages. ctosages è Volcis, de reliquis quidem postea dicemus. Tectosages (sic enim appel= lantur) Pyrenæis propinqui sunt montibus, paululum etiam Cemmenum attin= gunt ex aquilonis latere, auriferamcꝫ colunt terram. Potentia uero & hominum ro bore quondam ualuisse uidentur, adeo ut incidente seditione, magnum è suis nu= merum domo eiecerint, ad eorum uero fortunas communicandas, alijs alijs ex gen= tibus conuenere, é quibus hi sunt, qui finitimã Cappadociæ, & Paphlagonię Phry giam occupauerũt. Huius autem rei argumentũ habemus, quod hac etiam ætate Tectosages appellantur. Nam cum ternæ gentes existant, una quidem circa urbem Ancyra. Ancyram habitans, Tectosagum dicitur gens. Reliquæ duæ sunt, Trocmi scilicet Trocmi. ac Tœlistoboscij. Hos autem è Celticis digressos fuisse, significat iuncta cum Te= Tœlistoboscij. ctosagibus cognatio. Quibus autem ex locis concitati fuerint, explicare non pos= sumus. Nunc enim Trocmos, aut Tœlistoboscios ullos, uspiam habitare nequa= quam intelleximus, nec intra Alpes, nec extra, nec ipsis in Alpibus. Eos autem loca deseruisse, propter crebras hominũ expulsiones, credendum est. Sicuti multis alijs Brennus Prau= obuenit, ut Brenno, qui Delphos incursauit, quem Prausum quidã appellant. At sus. enim neqꝫ Prausos ipsos, quas terras prius habitarint dicere possumus. Ipsos quo= Prausi. que Tectosages in expeditionis societatem, contra Delphos uenisse memorãt, the= sauros etiam penes illos ab Imperatore Ro. Scipione repertos in urbe Tolosa, de= prehensumcꝫ ex eis esse pecunijs partem, memoriæ traditur. Homines autem ipsos & ex domesticis fortunis adiecisse, quibus consecratis deum propitiũ sibi concilia Scipionis cala rent. Eas autem quia Scipio attigisse ausus fuerat, tot aduersis casibus eiectum è pa= mitosus exitus tria, uitam subuertisse creditum, périnde ac sacrilegio contaminatum & turpiter

inte

interíſſe,& in bonorum ſucceſsionem relictos filios,inter ſcorta obſcœne ea abli-
guriſſe,& turpiter interíſſe,ſicuti teſtis eſt Timagenes. Quæ à Poſidonio tradita
ſunt,ueriſimiliora dixerim,repertas Toloſæ pecunias circiter XV. milliũ talentũm *Toloſanum au-*
fuiſſe,è quibus partem in ſecretis templi ſedibus depoſitam,partem in conſecratis *rum.*
lacubus,nullos apparatus habentem,ſed aurum atq; argentum inelaboratũ. Tem
plum autem Delphicum iam per id tempus exinanitum fuiſſe,talibus ornamentis *Delphici tem-*
à Phocenſibus ante ſpoliatum,quo tempore ſacrum cõmiſſum eſt bellum. Quod *pli ſpoliatio.*
ſi quid relictum fuerat,per multos diſpartitum extitiſſet,nec incolumes domũ re-
meaſſe crediderim,tam miſerabiliter digreſſos,poſtquam è Delphis diſceſſere,&
in diuerſa diſperſos,& ſeditione diſcordes abiíſſe. Cæterũ & hoc ipſo,& aliis per-
multis ita aſſerentibus,cum regio late auro exuberet, & homines ſuperſtitioſi te-
nuem uitam agant,è Gallia paſsim theſauros habuit. Maxime uero lacus ipſi,tu-
tos à prædonibus locos exhibebant,ad quos auri & argenti pondera dimiſerant,
Romani autem locorum potiti,lacus publice uenum dederant. Plerique dehinc
emptores fabrefactas ex † argento molas inuenerunt. Erat autem Toloſæ ma- *ἡμίονος τύρον*
gnæ ſanctitatis templum,quod finitimi eximia admodum ueneratione colebant. *σφυρηλάτους ἀρ-*
Quamobrem offerentibus plurimis,pretioſis muneribus abundabat,& attinge- *γυροῦς.id eſt,*
re ea audente nullo. Sita uero Toloſa eſt ad anguſtiſsimum terræ limitem,hoc eſt *molas inuene-*
iſthmum, qui à Narbonenſi mari ſubmouet oceanum tribus ſtad. millibus mi- *runt argente-*
norem,Poſidonio teſte. Rurſum præ omnibus annotatu dignum eſt,quod etiam *as ductiles.*
in ſuperioribus diximus, regionis confeſsionem ad fluuios & mare exterius,ſi- *Toloſanum*
militer & interius ſe habere. Inſiſtens enim aliquis non minimam hanc partem *templum.*
inueniret uirtutis locorum. Dico utique uitæ facultates amplecti, cum uniuerſo- *Toloſæ ſitus.*
rum otio, ad omnes & communes utilitates refici,hac præcipue tempeſtate,cum
uacatione ab armis agentes,attentiſsima cura agrorum culturæ inuigilant, & ci-
uiles uitæ ritus inſtituunt,adeo ut in talibus ipſius prouidentiæ opus teſtari quis
poſſe uideatur, non quidem fortuito, ſed cum ratione quadam locis inſtitutis.
Rhodanus igitur permultam habet nauigationem aduerſam, & magnis one- *Rhodanus.*
ribus & ad multas regionis partes, quia qui in eum intrant fluuij nauigabiles
cum onuſtis quoque nauibus. Accipit & Ararin & Dubin,intrantem in hunc
amnem, inde uſque ad Sequanam fluuium uadatur, hinc iam defertur in ocea-
num,& Lexobios,& Hyadetos,ab his in Britanniam minor quàm diurnus eſt *Lexobij.*
curſus. Cum autem Rhodanus ſit præceps, & uix aduerſa nauigetur aqua,non- *Hyadeti.*
nulla hinc onera plauſtris pedeſtri tranſportantur itinere,quæ ad Aruernos,flu-
menq; Ligerin ferenda ſunt,licet his quadam ex parte propior ſit Rhodanus. Ve-
rum cum uia per camporum planitiem haud multo ſupra ſtad. DCCC. pandatur,
ne aduerſa nauigatione utantur,facilior terræ meatus adigit. Hoc ex loco Liger *Liger.*
uberius excipit,è Cemmenis montibus in oceanum effluens. A Narbone autem
per Atacem paululum ſurſum fit nauigatio. Longius uero terreſtre ad Garu-
mnam uſque fluuium iter agitur,& hoc ſtad. DCCC. Garumna autem excurrit in *Garumna.*
oceanum. Hæc quidem de iis,qui Narbonenſem regionem colunt commemo
remus,quos antea Celtas nominabant,à quibus uniuerſos Gallos à Græcis,Cel- *Celtæ.*
tas appellatos opinor,ob eorum claritatem,ſeu à Maſsilienſibus ad hoc ob eorum
uiciniam aſſumentibus. Deinceps de Aquitanis, & de attributis illis gentibus

Gallicis numero quatuordecim, dicendum est, quæ inter Garumnam & Ligerin habitant. Ex quibus nonnullæ Rhodani amnis assumunt regionem, camposq; Narbonenses. Vt enim simpliciter dicam, Aquitani à natione Gallica, corporis habitu & lingua differunt, magis Hispanis similes. Discernuntur autem Garumna flumine, inter hunc & Pyrenen montem habitãtes. Aquitanicæ uero gentes plures quàm xx. sunt, exiles quidem & ignobiles, ex ijs quædam oceano uicinæ, aliæ ad mediterranea & Cemmenorum montium extrema, usque ad Tectosages porriguntur, quando quidẽ pusilla tantula hæc erat portio, quicquid inter Garumnam Ligerinq; continetur, adiectum est. Hi nanque fluuij paribus à Pyrene distantes interuallis quasi diductis, & pariter distantibus inuicem lineis, duo conficiunt loca, alijs finita lateribus, oceano scilicet montibusq; Cemmenijs. Duobus autem stad. millibus utriusque fluminis est nauigatio, Garumna autem tribus amplificatus amnibus, per Bituriges quos Ioscos nominant & Santones, Gallicam utranque gentem effluit. Nanque hi Bituriges, sola inter Aquitanos gens alienigena consistit, nequaquam illis confœderata, habet autem Burdigalliam emporium, cuidam marino incumbens lacui, quem fluminis eruptiones faciunt. Liger uero inter Pictones, & Namnitas excurrit. Super hunc fluuium prius emporium aderat Corbilo, de qua Polybius mentionem fecit, cum Pytheæ fabulamentorum memoriam faceret. Quod congredientibus quidem Scipioni Massilienſibus, nemorem ullam memoratu dignam, cum à Scipione interrogaretur, referre potuit, neque de Britannia, neque de Narbone, neque de Corbilone, quæ omnium eo in tractu urbium celeberrimæ fuerant. Tanta sanè Pytheas mentiri ausus est. Vrbs est Santonum Mediolanum, ad oceanum uergens, inter Aquitanas maxima ex parte arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Hoc in loco autem sinus est in Narbonensi litore isthmum efficiens & sinum Gallicum, eodem quo ille cognomine. Sinum hunc habent Tarbelli, apud quos est fodiendi † auri summum inter omneis studium est. E scrobibus enim paululũ defossis, ad manus mensuram crustæ auri reperiuntur, paruæ interdũ purgationis indigentes, in reliquis autẽ frusta & glebulæ, haud magnũ habentes opificium. Interior autẽ, & montana tellus est longe præstantior. Nam ad Pyrenen Conuenarũ † Synclido est, ubi oppidũ Lugdunum, & Onesiorum aquæ calidæ ad potandum optimæ. Bona est etiam Pfauſciorum aqua. Inter Garumnam uero & Ligerin adiacent gentes quædam Aquitanis, Elui ab Rhodano inchoantes. Post quos Vellai aliquando Aruernis commixti, nunc sibi ipsis adstricti. Dehinc Aruerni & Lemothrices, & Petrocorij, post hos autem Nitiobriges, & Cadurci, & Bituriges, qui Cubi nuncupantur. Ad oceanum uero spectantes Santoni sunt & Pictones, hi quidem (ut diximus) Garumnæ accolæ, alij autem Ligeris. Rhutæni autem & Gabales, Narbonensi terræ proximi. In Petrocorijs igitur, & Cubis Biturigibus, ferrariæ in oppidis sunt fabricæ, in Cadurcis uero linificinæ. In Rhutænis autem argentariæ uigent artes, nec non & Gabalienſibus. Eis uero & plerisque Aquitanorum Romani ius Latij tribuerunt, sicut & Auscijs & Conuenis. Aruerni super Ligeri siti metropolin Nemosum super amne positum habent. Hic penes Acmenabum quod Carnutum empo

Aquitani.
Bituriges.
Ioſci.
Santones.
Burdigallia.
Pictones.
Namnitæ.
Corbilo.
Mediolanum.
Sinus gallicus.
Tarbellorũ auri fodinæ.
*χρυσῖτις σπουδαιοτάτη, id est auri fodinæ præstãtissimæ.
*Dormitasse hic uidetur interpres. Græce sic est, πρὸς μὲν τῇ πυρήνῃ τῶν κονιστῶν ἐστι συγκλεῖδων. id est, Nam ad Pyrenen Conuenarum est ciuitas, qui in eo ad incolendũ conuenerunt, ubi oppidũ Lugdunum &c. ubi συγκλεῖδων nõ est nomẽ oppidi ut interpres putat, sed genitiuus pluralis, quasi dicas collectitiorum alicuius loci habitatorum. Conuenæ.
Elui. Vellai. Pfauſcij. Oneſij
Aruerni.
Lemothrices.
Petrocorij.
Nitiobriges.
Cadurci.
Bituriges.
Cubi.
Rhutæni.

emporium est, labitur ad mediam nauigationem habitatum, fluitq; in Oceanum. Aruernorum uires.
Pristini uero roboris Aruerni ingens exhibent indicium, quod frequentia aduersus Romanos bella gesserunt, antea quidem millibus bellatorum ducentis, deinde duplicatis. Tot enim contra diuum Cæsarem millibus cum Vercingetorige prælium commiserunt, cum prius aduersus Maximum Æmilianum, & Domitium Ænobarbum, etiam c c. hominum millibus conflixissent. Contra Cæsarem quidem circa Gergouiam Aruernorum urbem, in excelso monte sitam, collatum est prælium. Postea Vercingetorix occurrit, & pugna ad Alesiam, Mandibulorum gentis oppidum, Aruernis finitimæ. hoc etiam in sublimi locatum est tumulo, cingentibus montibus & fluuijs duobus. Vbi redacto in potestatẽ Imperatore finitum est bellum. Aduersus maximum Æmilianum autem cõflictatum est, ubi coitus est Tisaris & Rhodani, ubi Cemmeni etiam montes Rhodano propius accedunt. At uero aduersus Domitium adhuc ad inferiora, ubi Sulga Rhodanusq; cõmiscentur. Cæterum usque Narbonem finesq; Massiliæ, Aruernorum propagabatur imperium, subiugarũtq; item usq; ad Pyrenæos montes gentes, ad Oceanũ, atque Rhenum. Bitito, qui cum Maximo & Domitio belligerauit, pater fuit Luerius, qui tantis opibus & lautitia excelluisse celebratus est, ut cum aliquando familiaribus facultatum ostentationem faceret, curru uectus per campum, nummos aureos & argenteos, huc & illuc dispergeret, quos sectantes illi colligerent. Post Aquitanicam uero partem ac Narbonensem, alia deinceps est, ab Ligere fluuio ac Rhodano, usque ad Rhenum. Eò delatus à fonte ad Lugdunum, Rhodanus Ligeri coniungitur. Huius autem regionis partes supernæ ad Rheni ac Rhodani fontes, usque ad medium fermè camporum Lugdunensium ditioni additæ sunt. Reliqua uero & quæ ad Oceanum uergunt, alteri adduntur particulæ, quam incolunt Belgæ. Nos autem singula communi magis expositione declarabimus. Lugdunum igitur in colle conditum, ubi Araramnis Rhodano commiscetur, Romano tenetur Imperio. Ampliori quoque supra reliquas, excepta Narbone, ciuitates floret uirorum ordine. Nam & usui magno est illis emporium. Monetam argenteam atq; auream, eo in loco Romani signant duces. Templũ etiam ab uniuersis Gallis communi designatum impensa, & Augusto Cæsari dicatum, ante hanc urbem ædificatum est, ubi fluuiorum est coitio. Adest & ara dignitatis eximiæ gentium LX. numero inscriptum habens titulum, earúmque singularum statua una, alia subinde ingens locata est ara. Hanc urbem genti Sægosianorum præsidere constat, quæ in Rhodani & Dubidis fluuiorum medio iacet. Reliquæ dehinc gentes, uergentes ad Rhenum, partim à Dubide, partim ab Arare discernuntur. His nanq; (ut superius dictum est) amnes ab alpibus delati, deinde unum in alueum confluentes delabuntur in Rhodanum. Alter est fluuius, similiter in alpibus ortum habens, Sequana nomine. Effluit autem in oceanum, parallela separatus à Rheno distantia, per eiusdem appellationis gentem, ab oriente quidem Rheno propinquior, ab occasu uero Arari. Quo ex loco præstantissima suillarum carnium salsamentaria Romam deportantur. Inter Dubidem atq; Ararin Eduorum gens inhabitat oppidum penes Ararin Cabyllinũ habentium, arcemq; Bibractem. Cæterũ Edui Romanis sese consanguinitate coniunctos asserunt, primiq; eius regionis homines in eorum amicitiam, societatemq; conuenerunt. Trans Ararin domicilia tenent Sequani, & Romanis & Eduis dudum aduersantes, qui Germanis

Domitius Aenobarbus.
Gergouia.
Acmenabus.
Mandibuli.
Tisaris.
Sulga.
Bititus.
Lucrius.
Lugdunum.
Belgæ.
Sægosiani.
Dubis.
Sequana.
Suillarum carnium salsamenta.
Edui.
Cabyllinum.
Bibractes.
Sequani.

sæpius adhærebant, eorumq; in Italiam impetus inuitabant, roburq; non mediocre ostentabant, adeo ut illis communiter quidem immixti eorum uires amplificarent, desistentes autem diminuerẽt. Aduersus Eduos, & hæsanè causæ, & fluminis contentio inimicitias auxit, quod gentem utranq; dirimit, quæ sibi proprium uendicat Ararin, sibiq; uectigalia pertinere certat. Hac uero tempestate cuncta Romano subiacent imperio. Rheno autem uicina omnium primi colunt Ætuatij, quibus fluminis origo uicina est, in Diaduella monte. hic Alpium pars est, à quo Aduas fluuius in contrarium fluit, ad interiorem Galliam, lacũ implens Larium, cui proximum conditum est Comum, dehinc in Padum cõfluit, de quibus postea dicemus. Rhenus quoque magnas in paludes, lacumq; magnum effunditur, quem Cereti, & Vindolici propius attingunt, Alpinorum plericq;, & Transalpinorum nonnulli. Huius loci longitudinem stad. sex millium esse, Asinius asserit. Quod non ita est, sed recto cursu paulo plus dimidio est. At enim mille propter anfractus addita, satis haberent. Nam & celerrimus est. Quo circa nec pontibus iungi licet, & à montibus defluens supinus, reliquum cursum per plana agit. Quonam igitur pacto permanere potest, celer atque uiolentus, si supinæ illius eleuationi longos multos anfractus adiunxerimus? Ei autem duo tradit ostia, eos accusans qui plura dicant. Iste quidem simul & Sequana aliquid profecto, non tamen tantundem telluris ambiunt. Vterque autem in septentrionem ab austro labitur, ipsisq; occurrit Britannia, Rheno quidem propius, adeo ut Cantiũ eius insulæ orientale promontorium aspectet. Longius autem paulisper Sequana. Hoc sanè in loco diuus Cæsar Britanniam adnauigaturus insulam, classem ædificauit. Sequanæ spatium quod nauigationi patet ad onera capienda, ex qua Arar ingreditur, paulo minus est quàm Ligeris atque Garumnæ. A Lugduno autem usq; ad Sequanam spatium est mille stad. Ab ingressu Rhodani uero usque Lugdunum, minus quàm bis tantum interest. Eluetios magnã auri uim possidere traditur, qui cum Cimbrorũ opes cernant, nihilominus ad latrocinandum studia cõuersi sunt, E quibus cum tres nationes eixsterent, duæ per militiam deletæ sunt. E reliquis tamen locis, quanta prognatorum fuerit multitudo, bellum aduersus diuum Cæsarem gestum maxime declarauit. In quo circiter hominum CCCC. millia interierũt. Reliquos ad millia VIII. saluos emisit, ne Germanis finitimis desertum agrum sineret. Post Eluetios Sequani, & Mediomatrici Rhenum incolunt. In quibus Tribocchi natione Germani, relicto natali solo, Rhenoq; traiecto sedes posuerunt. In Sequanis uero mons est Oeurasius, Eluetios Sequanosq; discernẽs. Super Eluetios, & Sequanos, & Edui & Lingones, in occasum uergentes, habitant. Super Mediomatricos Leuci, & quædam Lingonum portio. Inter Ligerin & Sequanam fluuium trans Rhodanum, atque Ararin gentes ad Septentrionem adiacent Allobrogibus, & Lugduni incolis uicini. Horum illustrissimi sunt Aruerni & Carnuti. Per utrosq; delatus Liger amnis in Oceanum effluit. A Galliæ fluminibus, ad insulam Britanniam uicenûm est ac trecentûm stadiorum. Nam qui per maris refluxum à uespera refundũtur, postridie octauam ad oram ad insulam applicant. Post Mediomatricos autem atque Tribocchos, Triuagri Rheno adiacent, apud quos Romani Imperatores contra Germanos belligerantes, hac tempestate pontem ædificant. Loca hæc trans Rhenũ incolebant Vibij, quos ad interiorem Rheni ripam traduxit Agrippa, nec inuitos quidẽ. Contigui Triuagris sunt Neruij, & hi

Aetuatij. Diaduella. Aduas. Larius. Comum. Cereti. Vindolici. Cantium. Eluetij. Mediomatrici. Tribocchi. Iurassus nunc dictus. Edui. Lingones. Leuci. Aruerni. Carnuti. Liger. Triuagri. Vibij. Neruij.

& hi quoq; natio Germanica. Nouiſsimi ad utranq; fluminis ripam habitant Menapij, his per paludes, & nemora domus ſunt, non proceræ quidem materiæ, ſed denſæ & dumoſæ. Secundum iſtos Sugambri Germani conſiſtunt. Huic fluuiatili regioni toti ſupereminent Germani alteri, quos Sueuos appellant, qui potentia & hominum frequẽtia, reliquos antecellunt, à quibus qui eiecti, in interiorem nunc Rheni partem confugerunt. Alij quoq; per alia loca, potentatu ualentes manent, bellorũ incendia excipientes, ſemper, cum primi in perniciem tracti ſint. Ex Treuiris autem, & Neruijs, Senones & Rhemi ſua in occaſum habent domicilia. Inſuper & Atrebati, & Eburones. Cæterum Menapijs ad mare proximi ſunt Morini, & Belloaci & Ambiani, & Sueſsiones, & Caleti, uſque ad Sequanæ amnis exitum. Morinorum ager & Atrebatorum, & Eburonum, & Menapiorum eſt perquàm ſimilis. Sylua enim eſt procerarum arborum, permagna quidẽ, uerum haud magnitudine tanta, quantam rerum ſcriptores tradidere, ſtad. millibus quaternis, eam uero Arduennam uocitant. At contra bellorũ impetus, ſpinoſos dumorum ramos inuicem texentes, irruptiones occludunt, nonnullis in locis etiam uallos defigentes, in interiora ſeſe ipſi excipiũt, profunda paſsim inhabitant nemora, per paludes etiam quaſdam paruas tenent inſulas. Abundantibus itaque imbribus, tutiſsima habebant receptacula, areſcentibus uero locis in ditionem facile redigebantur. Cæterum his annis omnes intra Rhenum incolentes per pacis otium, Romano obediunt imperio. Circa Sequanam fluuium ſunt & Pariſij, qui in ipſo fluuio inſulam habent, urbemq; Lucotociam, & Meldi, & Lexouij, Oceano uicini. Super omnis autem eius tractus incolas, Rhemi dignitate præcellunt, metropolim Duricortoram frequentiſsimam habent ciuitatem, Romanos accipientes ductores. Poſt iam dictos populos, reliqua Belgarum eſt natio ad Oceanum, è quibus Veneti ſunt, qui aduerſus Cæſarem nauali certamine contenderunt. ij enim emporio freti, parati erant Cæſaris curſum in Britanniam interrumpere, quos haud difficulter ſuperauit, non † utique roſtratis uſus nauibus. Eorum nanque naues lignorum craſsitudine erant confectæ, ſed uentorum impetu in ſe delatas, Romani milites excipiebant, falcatis haſtis carbaſa diuellentes. Ob uentorum enim uiolentiam, ex alutis conſuta erant, pro rudentibus quoque catenas intenderant, lata uero faciunt tabulata, proras puppésque celſas è querna materia, cuius abundans illis eſt copia. Id autem propter maris æſtuaria. Quocirca tabularum iuncturas ſtrictim non conſerunt, ſed rarius hiantes dimittunt, quas inde algis conſtipant, ne ligna caloribus inter remulcandum aperiantur. Sunt enim algæ natura humidiores, quercus autem arida omni carens pinguedine. Hos ego Venetos eſſe opinor, à quibus Veneti ſinum colentes Adriaticum in coloniam deducti ſunt. Reliqui enim ferè omnes in Italia Galli è Tranſalpina Gallia commigrarunt, ſicuti Boij & Senones. Verum propter nominis ſimilitudinem, Paphlagonas eſſe dictant. Hæc autem non affirmauerim. de huius enim generis rebus ipſa ſatis eſt coniectura. Siſmij inde ſunt, quos Pytheas Timios nominat. Hi procumbens admodum in Oceanum promontorium habitant, non tantum tamen, quantũ & ille & illius ſecuti fidem tradidere. Quæ locum autem inter Sequanam, & Ligerin gentes tenent, eæ partim Sequanis partim Aruernis propinquæ ſunt. Vniuerſa uero natio, quam hæc ætas Gallicam, uel Gallaticã nominat, Martis ſtudio, & animorũ ardet impetu, cõſerendæ pugnæ alacritate impigra, alio

Menapij.
Sicambri.
Sueui.
Treuiri.
Senones.
Atrebati.
Eburones.
Morini.
Belloaci.
Ambiani.
Sueſsiones.
Caleti.
Arduenna.
Pariſij.
Lucotocia.
Melds.
Lexouij.
Duricortora.
Belgæ.
Veneti.
Venetorum nauigia.
κοῦ κάμιστοι ἰμβόλους.
Algæ natura.
Veneti unde.
Boij.
Senones.
Paphlagones.
Siſmij.
Timij.
Gallatæ.
Gallorum mores.

qui ſimplex, & nulla morũ malignitate degens. Ea propter ſi quis eos irritet, adunati pugnas pariter ineunt. Aperti quidem, nihilque † præmeditati. Vnde † contra ſe militare uolentibus, manſueti atq; tractabiles fiunt. Nam quo in tempore, & quo in loco, quaq; ex occaſione, quiſpiam illos laceſſierit, eos in diſcrimen paratos habuit, præter uim & audaciam, nullum ad prælia ferentes adiumẽtum. At enim † perſuaſione adducti, utilitati facile cedunt, unde ad ſtudia & diſciplinas animos applicant. Ex corporum autem magnitudine, ipſa uis ineſt. Ex gentiũ uero multitudine, in unum ex facili frequentes conueniunt, ſimplicitate atq; rigore attracti, propinquis maxime condolentes, quos per iniuriam uiolatos uiderint. Hoc uero tempore cuncti pacem agitant, ſubiecti & ad Romanorum edicta uiuentes, à quibus in poteſtatem redacti ſunt. Cæterum antiquis ex temporibus hæc de Gallis accepimus, ex permanentibus adhuc confinium Germanorum legibus. Natura enim & ciuilibus inſtitutis, ij perſimiles, & cognatione inter ſe coniũcti, uicinum colunt agrum, quem Rhenus amnis ſeparat, paria † maxima ex parte cuncta ferentem, ſed Germania magis ad Arctum exponitur, ſi auſtrales ad auſtrales partes, & ſeptentrionales ad ſeptentrionales iudicaueris. Quamobrem eorum facilius deſolationes contingit euenire, cum gregatim inferantur, & totus ſimul exercitus, & uniuerſis potius excitetur habitaculis, cum ab alijs ualidioribus eijciantur. Hos Romani minori negotio, quàm Hiſpanos ſubiugarunt. His enim antea bellum inferre incipientes, nouiſsime finierunt, illos autem medio in tempore cunctos debellauere penitus, qui intra Rhenum, Pyrenæosq; montes iacent. Nam qui gregatim totis copijs irruebant, gregatim ſimul debellabantur. Hiſpani uero prælia partiti, uires uti depoſitum ſeruabant, alij alio tempore alijsq; in partibus, latrocinandi more belligerantes. Sunt igitur omnes natura bellaces, equitatu quàm peditatu longe præſtãtiores. Ab hiſce Romanis optimus adeſt equitatus, ſemperq; ſpectantes in Boream, atque Oceano propiores, cõſerendis pugnis audaciores. E quibus ſummos Belgas aſſerunt eſſe, per gentes quindecim diuiſos, intra Rhenum ac Ligerin uergentes, ad Oceanum domos habentes. Solos tamen aduerſus Cimbrorum, & Teutonum Germanorũ impetum obſiſtere nequeuntes. Belgarum fortiſſimos Belloacos eſſe dicunt, poſt iſtos Sueſsiones. Quàm uero numeroſa horum mortalium frequentia ſit, uel eo patet indicio, quod ex Belgis qui ferre arma prius poterant, CCC. millia cenſeri dicebantur. Dicta eſt & Eluetiorum, & Aruernorum & ſociorum multitudo. E quibus ingens mortalium uis apparet, & mulierum uirtus ad procreandos, educandósque filios. Sagis ueſtiuntur, comásque nutriunt, prolixis utuntur feminalibus, pro tunicis uero ſciſſos gerunt cum manicis amictus, uix pudenda natésque uelantes. Lana quidem aſpera, cæterum oblongis uillis, unde & hirſuta texunt ſagula, quæ lænæ uocantur. Veruntamen Romani ſpectantibus ad ſeptentrionem regionibus, greges urbanis admodum lanis in pelle nutriunt. Armatura pro corporũ proceritate æqualis. Gladius longus à dextro dependens latere, clypeus longus, haſtæ ad proportionem, & Meris peltæ genus eſt, id eſt iaculi. Arcubus etiam plerique utuntur, & fundis. Eſt & illis ſparo † ſimilis fuſtis, qui non è falarica, ſed è manu iaculatur, cum telo certiorem infligat ictum, quo in aucupijs potiſsimum utuntur. Hanc etiam in ætatem uulgo humi cubant, cœnitantes in ſtramentis aſsident, plurima cum lacte illis eſca, carnibusq; multifariam, præſertim ſuillis, & recentibus & ſalitis. Sues autẽ in agris uerſantur, & proce-

rita

κοὐ μετὰ περισκέψεως, id eſt, citra periculi obeundi reſpectum.

ᾗδέ πῃ εὐμετάθετοι γίγνονται τοῖς καταστῆσαι ἐθέλουσι. id eſt, unde ſe tractabiles moderatúq; faciles præbẽt primo cuiq; ducẽ ſe eorũ imperatorẽq; profiteti.

παραπεσόντες id eſt, temere perſuaſi.

Belgæ.

Belloaci.

Sueſsiones.

Gallorum habitus, arma.

Læna.

Meris.

μῆρις

Suillæ carnes ſalſæ.

ceritate & robore & celeritate præstantes, adeo ut insueto cuipiam accedenti, non minus quàm luporum periculum ingruat. Domicilia & pluteis & cratibus, ad testudinem habent, & quidem permagna, multis impositis lacunaribus. Tam copiosi illis, & ouium & porcorum greges sunt, ut hinc & sagorum & salsamentorum abundantia, non solum Romæ, sed etiam pluribus Italiæ partibus suppeditetur. Plurimas ciuitatum primores gubernant, ducem unum primis temporibus, ad annum deligentes, sicut & in bello unus à multitudine designabatur Imperator. Nunc uero ut plurimum Romanorum edictis parent. Illud in eorum conciliis peculiare obuenit, Siquis alio concionante, uel tumultuetur, uel obstrepat, minister stricto occurrit ense, & minitabundus silentium imperat, qui si non desierit, secundo ac tertio idem factitat, denique tantum abscindit è sagulo, ut quod residuum est, reddatur inutile. Cum alijs quoque permultis hoc est commune barbaris, ut uirorum ac mulierum, contraria nostris permutent opera. Apud omnes tres passim nationes eximio in honore sunt, Bardi, Vates, Druidæ. Bardi quidem laudationibus rebúsque poëticis student: Vates autem sacrificiorum naturalium'q; causarum curæ dediti: Druidæ præter causarum naturalium studia, moralem disciplinam exercent. Iustissimi autem omnium opinione, ideo & priuata & publica iudicia eorum fidei mandantur, adeo ut rem etiam bellicam antea iudicarent, & Martem collaturi, illis iubentibus desisterent. Capitis quoque iudicia horum sententiæ permittebantur, cúmque horum est abundantia, & agri fertilitatem fore existimant. Immortales animas & mundum, & hi & alij esse asserunt, ignem & aquam aliquando superaturos. Simplicitati atque animositati eorum multum inest imprudentiæ simul, & superbiæ & ornamentorum studium. Etenim aurea illis sunt gestamina, collo quidem torques, manibus autem & lacertis armillæ, dignitatis † honores tinctas gestant uestes, & auro pictas, qua ex leuitate uictores quidem intolerabiles sunt, uicti autem stupidi uidentur. Amentiæ quoque Barbarici mores adsunt, & quod Borealibus plurimum gentibus accidit, suaptæ nationis ignoratio. E prælio decedentes ceruicibus equorum, hostium capita suspendunt, eaq; domum delata, ut sint spectaculo, postibus affigunt. Posidonius autem scriptum reliquit, cum hæc primum multis spectaret in locis, ob rerum insolentiam obriguisse, postmodum ex assuetudine, æquiore tulisse animo. Illustrium autem uirorum capita cedrinis condientes odoribus, peregrinis ostentant. Nec tantidem auri redimi dignabantur. Ab hisce uero rerum obscœnitatibus, fœdisq; sacrificiorum & diuinationum ritibus, mori nostro contrarijs Romani prorsus eos auerterunt. Nam hominem † diuinationi destinatũ in tergo ferientes, ex ipso impatientiæ afflictandiq; modo, uaticinium capiebant. Immolabant autem Druidis nequaquam absentibus. Alia quoque humanorum sacrificiorum genera traduntur. Quosdam enim sagittis configebant, & intra sacras ædes patibulo suffigebant. Magnam etiam è fœno chorto statuam apparantes, eiq; lignum iniectantes, pecoraq; & uarias immittentes beluas atque homines holocaustum faciebant. In Oceano autem insulam paruam non longe in pelago exitu Ligeris amnis præiacentem esse inquit, eam inhabitare Samnitarum mulieres, Bacchi numine afflatas, ipsas quidem deum istum propitiantes, & festis ritibus & alijs sacrorum formis exorantes. Virum nullum insulam ingredi, cæterum mulieres ipsas traijcientes uiris commisceri, rursusq; reuerti. Annui moris esse, ut templum eodem die dete-

Suũ ferocitas.

Gallorum audiendi studiũ.

Bardi.
Vates.
Druidæ.

† ἀξιώματα τι, id est qui in dignitate constituti sunt.

† ἀπονενοημένῳ τινὶ.

Samnitarum mulieres.

gant, denuoq; tegant ante solis occasum, unaquaque pondus afferente, cuius uero pondus exciderit, eam ab reliquis dilacerari. Particulas autem baiulantes, non ante cessare, quàm rabies ipsa cessauerit. Semper autem euenire, ut aliqua id passura cadat. Multo autem fabulosius id, quod Artemidorus asserit, de coruis accidere. Portum enim quendam in Oceani litoribus esse scribit, quem duorum coruorum uulgo nominant, in eo quidem duos apparere coruos, dextris albicantes alis. Qui igitur ulla de re controuersantur, illuc accedere, in sublimi loco posita tabella, utrinque seorsum in ipsa lagana collocare. Ipsas dehinc aduolantes alites, partim commanducare, partim dissipare, cuius autem lagana dissipentur, illum uictorem euadere. Hæc quidem fabulosius memorat. De Cerere uero atque Proserpina uerisimiliora dicit. Insulam Britanniæ proximam in qua similia Samothracibus, Cereri & Proserpinæ sacrificia fiunt. Huic etiam fides est adhibenda, Arborem in Gallia nasci, fico simillimam, fructum autem corno similem gignere, unde pharetræ fabricantur. Eam si incidas, lætalem succum effundere, ad inungendas sagittas utilem. Illud etiam diuulgatum est, Gallos omnes contentionis auidos esse. Penes eos dedecus non esse putatur, cum adolescentes uigentibus † annis minime parcunt. Ephorus tam late Galliæ magnitudinem excedere tradit, ut quam nunc uocamus Iberiam, plurima illius spatia Gallis, usque Gades attribuat. Homines ipsos Græci nominis amatores declarat. Multa præterea de illis peculiariter asserit, quæ huius tempestatis hominibus haud sanè respondent. Hoc etiam illorum est proprium ut laboribus agitentur, ut macilenti sint, uentréque minime propendeant. Quisquis item iuuenis zonæ mensuram excedat multari. Hæc quidem de Transalpina Gallia. Britanniæ forma triangula est. eius latus ubi ad longitudinem maximum est, Galliæ è regione opponitur, neque minus neque productius. Est enim stad. circiter quatuor millium & CCC. aut CCCC. Latus utrunque & Gallicum, ab Rheni eruptione, usque ad Arctica Pyrenæi montis excurrentia saxa ad Aquitaniam, & Cantij & Rheni ostijs oppositum. Quod quidem orientem maxime solem prospectans Britanniæ signum, usque ad extremas insulæ rupes, in occasum contra Aquitaniam, montemq; Pyrenæum est. Hæc quidem à Pyrenæis montibus ad Rhenum minima distantia est, quãdoquidem maxima dicta est stad. V. milliũ. At acclinationem quandam esse à parallela flumini locatione credẽdum est, ex utraq; ad montem parte inflexione quadam facta, ad extrema in Oceanum uergentia. Quatuor uero quibus ex continenti assidue in insulam utuntur, interualla sunt, quæ ab egressibus amnium extant, Rheni uidelicet ac Sequanæ, Ligerisq; & Garumnæ. Illis autem qui uicina loca tenent, ascensuris ex Morinis confinibus Menapijs non autem ab eius ostio enauigatio est. Quibus quidem Itium uicinum est, quo nauali usus est diuus Cæsar, cum in insulam cursum solueret. Intendentibus autem iam tenebris ascendens, postridie eius diei, horam circiter quartam, applicuit stad. CCC. ac XX. cursum conficiens. Frumenta uero deprehendit per rura. Maxima planè pars insulæ campis constat & arbustis. Sunt etiam nonnulli per agrum tumuli, tellus frugifera, pecore abundãs, auro, argento, & ferro. Hæc ex ipsa efferũtur insula, pelles quoque atque mancipia, canes etiam ad uenandum aptissimi. Galli his quidem indigenis ad belligerandum plurimum utuntur. Virorum quidem statura supra Gallos procera, sed non adeo flauente coma, corpora uero laxiora, quod proceritatis in

dicium

Coruorũ portus.

Arboris mirũ.

**τῆς ἀκμῆς. Galliæ magnitudo.*

Galli philelleni.

Britanniæ forma, & situs.

Itium.

Britannorum mores, statura

dicium est. Vidimus nos Romæ puberes longissimi corporis, indigenis semipe- de celsiores, lingua balbutientes. In cæteris non pulchris admodum † lineamentis in consistendo. Moribúsque partim Gallis similes, partim simpliciores magis barbaris. Quidam lactis abundantes, conficiendi casei, per imperitiam prorsus sunt ignari, colendorum hortorum & ruris operum imperiti. Potentatus habent inter se, & instar Gallorum quorundam, in gerendis bellis immanes ut plurimum. Eorum urbes sunt nemora. latissimos enim cyrcos deiectis obstruunt arboribus, ubi constructis tugurijs, & ipsi pariter & armenta stabulãtur, nec multum quidem ad tempus imbriferum aërem magis quàm niualem esse cõstat. Per serenitates autem nebulis late occupantur, adeo ut die tota, tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem ipsum solem aspiciant. Hoc idem Morinis & Menapijs, eorumq; finitimis contingit. Diuum Cæsarem bis in Britanniam transisse constat, unde re nulla quidem magnifice gesta, è uestigio reuenit. Nec longius introgressus insulã, cum inter Barbaros in Gallia milites q; suos ortæ seditiones essent. Accessit etiam magna classis amissio, uehementibus aquarum inundationibus, & decrementis plena luna. Duabus autem uictorijs cõtra Britannos re bene gesta potitus, cum duos tantum militum ordines traiecisset, acceptis obsidibus, magnum seruorũ numerum, ingentemq; prædam reportauit. Hoc tamen tempore quidam eius loci principes legationibus & obseruantijs, Augusti Cæsaris amicitiam comparantes, in Capitolio dona deis obtulerunt, & uniuersam ferè insulam Romanis propriam, familiaremq; instruxerũt. Vectigalia grauia tolerant, siue hinc res in Galliam importent, siue illinc exportent. Hæc autem sunt eburnea uasa, forfices, monilia, & ex electro, & uitrea supellex, & alia huius generis mercimonia. Adeo ut ad insulæ custodiam, nullo iam opus sit præsidio. Non enim plus ordine uno militum, uel equitatu aliquo indiget, ut ab ipsis tributa exigantur. æqualiter † enim est impositum uectigal. Vniuersa uero impensa, collectis inde pecunijs, pars exercitui constituitur. Tributorum nanq; solutionem impositorum comminui necesse est. Simul & periculis occurrendum est nonnullis, si adacta sit uiolentia. Sunt & aliæ circa Britanniam insulæ quædã paruæ, cæterum ei annexa magna est Ibernia, ad Septẽtrionem exposita, prolixa, sed amplissimam latitudinem habens, de qua nihil dicere manifestum habemus, hoc duntaxat excepto, quod longe magis quàm Britanni syluestres, illius sunt incolæ, Andropophagi, id est hominum carne uescentes, manduconesq; magni. Defunctos etiam parentes esse, in eximia honestatis parte ponunt. Nec minus alienis in propatulo uxoribus immisceri, matribus etiam atq; sororibus. Horum etiam quæ cõmemoramus, dignos fide testes, non sanè habemus. Atqui commanducandorum hominum morem, Scytharũ esse traditur. In obsidionalibus quoq; necessitatibus idem factitasse, Galli & Hispani, aliíq; complures dicuntur. De Thule item obscura est historia, propter eius in ultima loca remotionem, hanc siquidem super omnes fama uulgatas, magis atq; magis ad Septentrionem exposi- tam locãt. Cæterũ ea quæ de hac ipsa deq; uicinis illis locis Pytheas scripta reliquit, figmenta esse, per celeberrimas regiones nobisq; notissimas, constat. Verum cum de his plurima (ut superius diximus) mentitus sit, & de remotioribus magis mentitus apparet. Veruntamen ijs, quæ ad cæli rationem, & mathematicam speculationem attinent, satis commode usus uidetur, de rebus potissimũ frigidæ zonæ pro-

† ἔτ' ἄπα οὐκ ἐυγράμμους τὴν συσάσιν. id est, cætera dispositione non perinde composita.

Morini. Cæs. in Britannia.

Britanni Romanis subiecti

* Græce legitur hũc in modum, ἐς ἴσον δὲ καθίσαῖο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν, ἀνάγκη γὰρ μεταδοῦναι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλομένων, ἅμα δὲ τὴ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας βίας ἐπαγομένης. id est, Constituta autem fuerat impensæ ratio pro modo tributorũ, alioqui minui uectigalia necesse, si tributa insuper imperarentur, quod si uis inferretur periculum foret ne ad defectionem solicitarentur.

Ibernia.

Andropophagi.

Polyphagi.

Thule.

Parentum uoratores.

pinquis, de fructibus, deq; animalibus manſuetis, partim omnimodã ſterilitatem, partim raritatem exponens, milio reliquisq; caulibus, & fructibus, atq; radicibus ali, apud aliquos frumenta naſci, melq; produci, & hinc potum ſumere. Triticum autem, quia ſoles puros non habent, intra laxas domos, congeſtis eò ſpicis, tritura- re. Areas cum ſole careant, & pluuiæ inundent, reddit prorſus inutiles. Poſtquam de Tranſalpina Gallia, deq; tenentibus eam regionem gentibus, ſcriptũ eſt, de ipſis iam Alpibus, deq; earũ habitatoribus, deinde de uniuerſa dicendũ eſt Italia. Eun- dem igitur in deſcribendo ſeruant ordinem, quem ipſa locorum natura ſuppedi- tat. Alpes profecto ipſæ, non quidem à Monœci portu (ut plerique referunt) ſed ĩſ- dem ex locis, à quibus Apennini montes, incipiunt. Ad Genuam Liguſticũ em- poriũ, & Sabatia, uada nuncupata, quæ paludes ſunt, Apenninus quidẽ à Genua, Alpes uero à Sabatijs initium capiunt. Inter Genuam uero & Sabatios ducenta ac ſexaginta ſtad. interſunt. Inde poſt CCC. & LXX. ſtad. Albigaunus eſt oppidũ, cu- ius incolæ Ligures Ingauni appellantur. Ex hoc loco ad Monœci portum ſtad. CCCC. & LXXX. Quo in medio urbs ingens eſt Albion Intemelium, cuius habita- tores Intemelij uocãtur. Ab hiſce nominibus indiciũ ponunt, quod à Sabatijs Al- pes primordium habent. Alpia enim prioribus ſeculis, uocabatur Albia, quemad- modum & Alpionia. Nanq; hoc tempore in Iapodes, mons excelſus horum ulti- ma attingens & Alpes ipſas, Albium nominãt, perinde ac eouſq; extendantur Al- pes. Cum igitur Ligures, partim Ingauni, partim Intemelij ſint, eorum coloniæ ad mare deductæ, una quidem Albium Intemelium, quaſi Alpium, altera uero diuiſę magis Albigaunum uocantur. Hiſce duabus nationibus Ligurum, quas ante di- xi, Polybius unam Oxybiorum, & alteram Decietarũ adiungit. Hoc litus uniuer- ſum à Monœci portu, uſq; Thuſciam continuum, omnino ſine portubus eſt, ex- ceptis paruis quibuſdã ſtationibus ad iactãdas anchoras minus ineptis. Imminẽt immanes rupes atq; præcipites, quæ iuxta mare anguſtos relinquũt tranſitus. Qui Liguriam habitant, ut plurimum ex pecore uictum agitant, lacte ordeacea q; potio ne, maritimis ex locis, ac montanis paſtum quæritantes. Materiam uero ædifican- dis nauibus frequentiſsimam hic montes habent, arboresq; maximas, adeo ut in quibuſdam craſsitudinis diameter octonis inueniatur pedibus. Plurima etiam ad uarios uſus, & fabricanda mortaria, nec ad conficiendas menſas deteriora, quæ o- mnia ad emporium Genuam cõportantur, pecora item pelles q; & mella. Cõtra ue ro oleum & uinum Italicũ exportant, quod quidem illis modicũ, ac picatum & au ſterum eſt. Hic equi & muli naſcuntur, quos gegenios uocitant, hinc Liguſticæ tu- nicę, hinc ſagula. Abundat etiam apud eos Linguriũ, quod electrum quidã appel- lant. Non multi admodum equo militant, pedites uero, in tumultuarijs præſertim pugnis, optimi, æreis autem utentes parmis, unde coniecturam dedere, ſeſe origine Græcos eſſe. Monœcus præterea portus ſtatio quædã eſt, non magnarũ non mul- tarum capax nauiũ, templũ habens Herculis, cognomento Monœci, quoniã is in eo habitet ſolus. Porrò Maſsilienſis adnauigatio, ipſo ex nomine hucuſq; uidetur extendi. Ab antipoli uero, pauloplus ſtad. CC. abeſt, hoc ex loco Maſsiliam uſq;, & paulo ulterius gens Sallyum incumbentes tenet Alpes, & nonnullas ipſius litoris rupes, cum Græcis promiſcue. Priſci autem Græci Sallyes ipſos Ligures uocant, regionémque Liguſticam, quam Maſsilienſes habitant. Poſteri uero Galli, Li- gures uocauerunt planitiem ipſam uſque Luerionem atque Rhodanum. Ex

Alpes.
Apenninus.
Genua.
Sabatia uada.
Sabatij.
Albigaunus.
Albion.
Alpia.
Iapodes.
Ingauni.
Intemelij.
Albium.
Ligures.
Oxybij.
Decietæ.
Arborum craſſitudo.
Gegenij.
Lingurium.
Monœcus.
Herculis Monœci templũ.
Sallyes.
Ligures.

qua

qua ipſi incolæ,non modo peditatum,uerum etiam equitatum mittere ſolebant, in denas diuiſi partes. Priores hos ex tranſalpinis Gallis in poteſtatē redegere Romani contra iſtos, contraq; Ligures bellum diuturnum protrahentes, cum ipſis tranſitum in Hiſpaniam occludere conarentur,qui per litus habendus eſſet. Nam terra mariq;, frequentiſsima illorum fuere latrocinia,tantoq; ualebant robore,ut uix adductis etiam magnis exercitibus,tutum tranſeuntibus iter extiterit. Octogeſimum uero cum eis belligerantes ad annum, difficulter effecerunt,ut publice permeantibus,uia ad ſtad. XII. latitudinem laxaretur. Tamen poſtea fractis uniuerſis,ipſi terrore incuſſo,gubernandi formulas impoſuere. Poſt Sallyes tenent Albienſes,& Albœci,& Vocuntij montana in Septentrionem uergentia. Vocuntiorum regio ad Allobrogas uſque protenditur. Ii profundas in montanis ualles habent, memorabiles quidem,neque ulla ex parte uallibus quas tenent illi,deteriores. Allobroges itaque & Ligures ſub Prætoribus in Narbonenſem proficiſcentibus agrum inſtruuntur. Vocuntij autem,uti Volcas diximus,ad Nemauſum iure ſuo inſtructi tenentur. Cæterum qui inter Varum,& Genuam incolunt,Ligures,ijdem in Italicorum numero ſunt,ad mare pertinentes. Ad montanos autem quidam præfectus equitum ſicut & ad reliquos omnino Barbaros,mittitur. Poſt Vocuntios Siconij ſunt,& Tricorij,deinde Medualli,excelſos habentes uertices. Eorum igitur rectiſsimum in ſublime cacumen ſtad. centum aſcenſum habere traditur, rurſum hinc ad Italiæ terminos,deſcenſum patere aiunt. Supra uero nonnullis in locis admodum cauis,lacus eſt ingens,& fontes duo nō multum inter ſe diſtantes,è quorum altero amnis effunditur Daruentius nomine,per confragoſa ſeſe in Rhodanum loca præcipitans. Contraria uero de parte Durias, ſeſe immiſcet Pado,per Salaſſos, intra Alpes illabens Galliæ. Ex altero longe humilior ipſe Padus per hos locos editur,multus ac celer,progreſſus autē maior,molliorq; efficitur. Nam multis ex amnibus incrementum excipit,potiſsimū ubi modo ad plana accedit,& latius extenditur, diffuſus circunflectitur,& curſum ſegnem reddit. Iámque ampliſsimus,Adriaticū irrumpit pelagus,cunctos Europæ fluuios, præter Iſtrum,magnitudine exuperans. Adiacent Medualli,maxime ubi Rhodanus,& Iſar cōfluunt. Ad alteram uero uergentem in Italiam partem,ex montibus dictis, Thaurini,gens Liguſtica reliquiq; Ligures habitant. Horū ager eſt,quem Ideonni,& Cottij dicunt. Poſt iſtos & Padum Salaſsi ſunt. Super quos quidem in cacumine Ceutrones,& Catoriges,& Varagri, & Nantuatæ,lacusq; Palamena, per quem Rhodanus effertur,& fluminis ipſius fontes. Non longe autem ab iſtis ſunt Rheni fontes,& mons Aduallas ex quo in ſeptentrionem Rhenus excurrit. Et diuerſa ex parte Aduas,in lacum Larium iuxta Comū intrans. Supra Comum ad Alpium radicem,Rhæti iacent,& Vennones,ad orientem uerſi. Alia ex parte Lepontij,& Tridentini,& Stoni,& alij complures populi parui,Italiam tenentes, qui ſuperioribus annis inopes latrocinabantur. Hac autem ætate,aut deleti ſunt, aut manſuetiores facti penitus,ut cum antea tranſcenſus per eorum montes pauci & difficiles eſſent,nunc multis ex locis per eos mortales,& tuti & tranſitu faciles, propter eorum apparatum habeantur. Auguſtus enim Cæſar,ad latronum delendas inſidias,magnum quantum licuit,uiarum apparatum appoſuit. Non enim propter uaſtiſsima petrarum ingentium præcipitia,ubiq; naturam uiolare fas fuerat,cum hinc quidem ſupra uias imminerent,hinc autem irruerent. Adeo ut per

Luerio.

Sallyum Liguſtum latrocinia.

Albienſes.
Albiœci.
Vocuntij.
Allobroges.
Ligures.

Siconij.
Tricorij.
Medualli.

Daruentius.

Durias.

Padi ortus.

Thaurini.
Ideonni ager.
Cottij ager.
Salaſsi.
Ceutrones.
Catoriges.
Varagri.
Nantuatæ.
Palamena lac.
Rheni fontes.
Aduallas.
Aduas.
Rhæti.
Vennones.
Lepontij.
Tridentini.
Stoni.

parua ab ingredientibus euitari discrimina nequeant, incumbentibus in tam profundas fauces casibus. Ibi uero aliquas ad partes, adeo limes angustus est, ut & uiatoribus, & iumentis, præsertim insuetis, uertiginem oculorum afferat. Sinu autem indigenæ tuto gestentur. His igitur nulla præstare licet remedia, neque glacialibus crustis, quæ superne & quidē lubricæ illabentes, uniuersam occupant semitam, & in subiacentes extrudūt ualles. Frequens enim super glaciem glacies, inuicē incumbit ingruentibus maxime niuibus, antequā in superficie omnino solibus dissoluā
Salassi. tur. Salassorū quidē regio magna est, profundā utrinq; uallem, agrumq; claudentibus rupibus, eorum etiam pars in superiora extenditur cacumina. Illis itaq; qui ex Italia supra montes positi sunt, una per uallem iam memoratam uia est. Inde bifa-
Pœninus. riam diuiditur, una quidem per Pœninū (sic enim dicitur) ducit per Alpium summitates, iumentis inaccessibilis. Altera per Ceutrones prolixior. Tellus Salassorū
Aurifodinæ Salassorum. aurifodinas habet, quas Salassi cum olim potentia ualerent possidebant, sicut & ingrediendi dominium obtinebant. Magnam quidē illis opem ad effossiones ærarias aurumq; diluendum Durias fluuius afferebat. Quocirca multis in locis aquæ ductus partientes cōmunem alueum exinanibant, quod cum ipsis ad auri uenandi conquisitionem conduceret, reliquos sua colentes arua, rigationibus destitutos contristabat, cum fluuius tantis suppeditare terris potum nequiret, quia super dextrum haberet alueum. Eam ob causam assidua inuicem prælia gens utraq; conserebat. Potitis inde rerum Romanis, Salassi quidem & aurificium simul, & agrum a-
Salassorum latrocinia. miserunt. Verum montium iura tenentes, adhuc aquam publicanis, & aurifodinas capessentibus uenundabant. Aduersus istos uero propter publicorum uectigalium auaritiā, assiduæ disceptationes gerebantur. Hoc pacto Romanis qui prætores aut locorum præfecti mittebantur, occasiones semper abunde præstabantur, quibus bella susciperent. Postremo ad hæc usq; tempora nunc impugnati, nunc soluto bello Romanis conciliati, potentes tamen erant, & multis damnis ab ipsis la-
D. Brutus. trocinantibus affecti sunt, qui per eorum montes traiecerunt. Quippe à quibus
Messala. Decimus Brutus, ex Mutina fugiens, data uiritim drachma, sese redemerit. Messa-
οἱ ἄνδρες οὗτοι πρὸ πολλοῦ χρόνου ὑπὸ βάλον σταδιοδρόμους, πρόφασιν ὡς ὁδοποιοῦντες ἀγυμνάζοντες στρατιώτας. la quoq; cum iuxta illos hyemaret, pro raptis ad comburendum lignis, itemq; ad hastilia tyronibus exercendis, ulmis, pretiū pendere, coactus est. Hi quoq; mortales quandoq; Cæsaris pecunias diripuerunt. Factisq; † semitis, aut iunctis ponte fluuijs, præcipites exercitibus rupes commoditatem apponebant. Posterius Cæ-
Eporædia. sar Augustus eos funditus deleuit, & uniuersos sub corona uenundedit, ad Eporēdiam, Romanorum coloniam deportatos. Quam ideo inhabitandam curauerūt, ut Salassis præsidium esset. Paulisper autem obsistere ibidē potuere, quoad extincta eorum natio est. Cæterorū quidem corporum millia sex & triginta censa sunt, qui autem ferre arma poterant, octo millia impleuere. Terentius Varro Imperator cunctos illos acie uictos, sub hasta uendidit. Tribus Romanorum millibus Cæ-
Augusta urbs. sar Augustus missis, urbem Augustam habitandam tradidit, quo in loco Varro castra iam habuerat. Nunc autem finitima regio, usque ad summa montium cacumina pacata uiuit. Vniuersa deinceps montana pars, in Orientem & in Au-
Rhæti. Vindelici. strum uergens, à Rhætis Vindelicisq; tenetur, Boijs, Eluetijsq; confinibus. nam
Boij. eorum campis imminent. Cæterum Rhæti ad Italiam usque pertinent quæ supra
Eluetij. Veronam & Comum est. Vinū Rhæticū inter Italica egregie cōmendata non sanè inferius, in montanis illorum radicibus nascitur. Ipsi autem ad ea usq; loca quæ

Rhe

Rhenus ſecat extenduntur. Huius autem nationis ſunt Lepuntij, & Camuli, atq; Vindelici, & Norici, & montana exteriora tenent maiori ex parte cum Brencis & Tenauis, his iam Illyricis. Iſti finitimas Italiæ partes omni tempore, & Eluetiorum, & Sequanorum & Boiorum, & Germanorum incurſabant. Etenim ferociſſimi inter Vindelicos Licattij, Clautenatij, & Vennones cenſebantur. Rhætorum autẽ Rhucantij, & Cotuantij. Eſtiones uero & Brigantij ad Vindelicos pertinent. Eorum oppidum eſt Secantium, & Candobunum, & Licantiorum, ueluti arx quædam Damaſia. De horum ipſorum fæuitia latronum in Italos, tale quiddam memoriæ proditur. Cum uicum aut urbem quandam in ditionem traxerint, non modo puberes, uerum etiam infantes mares trucidant, nec in hiſce conquieſcunt, uerum etiam prægnantes mactant mulieres, quaſcunque illorum uates marem concepiſſe dicerent. Poſt iſtos propiores ſinum Adriaticum ad Aquileiam nõnulli Norici, Carniq; tenent. In Noricis & Tauriſci ſunt. Horum omnium impudentiſſimas incurſationes repreſſit Tiberius & eius frater Druſus æſtate una. Vnde annus agitur tertius & triceſimus, ex quo quieti ordinatim tributa pendũt. Per tota Alpium ipſarum montana, quidam terrarum extant tumuli, qui commode coli ualeant, uallesq; bene conditæ, maiorem tamen partem, præſertim ad uerticeſ, ubi latrones conſiſtebant, incultam & infructuoſam fuiſſe conſtat. Idque tum propter illorum artes, cum propter telluris aſperitatem. Ex uictus igitur, & rerum cæterarũ inopia, illis interdum parcebant hominibus, qui campos habitabant, ut qui eis cibum ſuppeditarent, haberent. E contra illi reſinam, picem, tædam, ceram, caſeum, mel retribuebant, quorũ quidem eis copia ſupererat. Super Carnos uero Apenninus mons incumbit, lacum habens, in amnem Iſaram confluentem, qui rapto ſecum Atage altero flumine effertur in Adriaticum ſinum. Eodem autem ex lacu fluuius alter in Iſtrum labitur, quem Ateſinum uocant. Iſter enim ab hiſce montibus in multa diuiſus capita ſumit originem. Excelſa enim Alpium capita continua hactenus extenduntur, & unius montis faciem exhibuerunt, remiſſa inde & inclinata, plures in partes & plures in uertices attolluntur. Primum eſt horum trans Rhenum & lacum in orientem uergens, mediocriter ſublime dorſum, quo in loco Iſtri fontes iuxta Sueuos, & Herciniam ſyluam ſunt. Alia ſunt cacumina in Illyricum atque Adriaticum ſinum conuerſa. E quibus eſt iam dictus mons Apenninus, & Tullum, & Phlygadia & ſubiacentes Vindelici, à quibus Dura Claneſq; & alij complures, per ualles excurrentes fluuij in Iſtri alueum intrant. Porro Iapodes circa hos habitant locos, gens Illyricis Galliſq; commixta, & penes iſtos eſt ſublimitas. Iapodes igitur uirorum florentes robore antea, & utroq; ex montis latere domicilia habentes, ab Auguſto tandem Cæſare, ſummo cum labore debellati ſunt, cum late latrociniijs inualeſcerent. Ipſorum autem oppida Metulum, Arupenum, Monettiũ, Vendum, poſt hos urbs Segeſtica, in plano ſita, iuxta quam Rhenus ipſe præterlabitur, in Iſtrum influens. Vrbs ipſa aduerſus Dacarum bellũ opportune ſita eſt. Ocra uero humillima prorſus Alpiũ pars eſt, ubi Carnis adiungitur, quâ ex Aquileia onera plauſtris, ad Pamportum (ſic enim appellant) deuehuntur, ſtad. non ultra cccc. iter eſt. Inde per fluuios ad Iſtrum uſq; uectantur locaq; huic uicina. Pamportus enim amnis ex Illyrijs nauigabilis defertur. Intrat autem Saum, ut facile in Segeſtanam oram, & Pannoniam, & Tauriſcos delabatur. At uero in Saum irrumpit Ogdolapis ad urbem, am-

Lepuntij. *Camuli.* *Brenci.* *Tenaui.* *Licattij.* *Clautenatij.* *Vennones.* *Rhucantij.* *Cotuantij.* *Eſtiones.* *Brigantij.* *Secantium.* *Candobunum* *Damaſia.* *Norici.* *Carni.* *Tauriſci.* *Tiberius.* *Druſus.* *Apenninus.* *Atax.* *Ateſinus.* *Iſtri fontes.* *Tullum.* *Phlygadia.* *Dura.* *Clanes.* *Iapodes.* *Metulum.* *Arupenum.* *Monettium.* *Vendum.* *Segeſtica urbs* *Ocra.* *Pamportus fl.* *Saus.* *Ogdolapis flu.*

bo ſane nauigabiles, ex Alpibus fluentes. Habent autem Alpes equos agreſtes, & boues, utq; memoriæ tradidit Polybius, peculiaris formæ beluam gignunt, habitu quidem ad cerui ſtaturam, collo dúntaxat excepto & uillis, in quibus capro perquàm ſimilis eſt, geritq; ſub mento carnis globum ad palmæ magnitudinem capillo ſum, craſſitudinem pro equini pulli cauda habentem. Vbi uero ex Italia ſupra conſcenderis, uia in exteriorem Galliam, & ad Septentriones eſt, per Salaſſos ducit Lugdunum. Ea uero bifariam eſt, altera quidem prolixior plauſtro permeabilis per Ceutrones, altera uero recta, & anguſta, compendiariaq; per Pœninum. Cæterum Lugdunum in medio, inſtar arcis, ſitum eſt, cum ibi amnes confluant, & partibus omnibus propinquum ſit. Ea propter Agrippa hoc ex loco partitus eſt uias, unam quæ per Cemmenos montes, uſq; ad Antones, & Aquitaniam, aliam ad Rhenum, tertiam ad Oceanum, & Belloacos, & Amianos, quarta ducit in agrum Narbonenſem, litusq; Maſſilienſe. Omiſſa autem ſiniſtra in parte Lugduno, terrisq; in ipſo imminentibus Pœnino rurſus eſt conuerſio, cum Rhodanum traiecceris, lacúmue Lemannum in Eluetiorum campos. Hincq; tranſitus eſt ad Sequanos, per Iuram montem, & ad Lingones, perq; hos ad utrunq;, & ad Rhenum, & ad Oceanum biuium ſcinditur. Polybius ſcriptum reliquit, ſuis temporibus auri fodinas in Tauriſcis Noricis, maximeq; penes Aquileiam inueniri, adeo natura optimas, ut cum à ſuperficie terræ duos ad pedes ſolum detraxeris, foſſile confeſtim aurum inuenias. Foſſam autem non ultra pedes XV. eſſe. Aurum ipſum per ſe partim purum eſſe, ad fabæ aut lupini magnitudinem, octaua tantum parte decocta, partim uero maioris indigere † digeſtionis, ualdeq; utiliſſimę. Adiutantibus autem Barbaros Italis, bimeſtri tempore, è ueſtigio auri pretium tertia parte † carius uenijſe totam per Italiam. Quod quidem ubi Tauriſci ſenſerunt, eiectis adiutoribus ſoli uenundedere. Hac uero tempeſtate, uniuerſas aurifodinas in Romanorũ eſſe potęſtate. Cæterum hoc in tractu, ſicut & in Hiſpania, fluuij aurea ferunt † grana, ultra foſſile, haud tamen tantum. Hic idem uir cum de Alpium magnitudine & ſublimitate diſſereret, maximos Græciæ montes comparat, Taygetum, Lycæum, Parnaſſum, Olympum, Pelion, Oſſam, Thraciæ uero Aemum, Rhodopen, Dunacem, quorum ſingulos inquit, diei unius itinere, expeditis facile uiatoribus aſcendi poſſe, & uno circuiri die, Alpes autem ne die quinto quidem aſcendi poſſe. Longitudo autem eſt ſtad. millibus duobus & CC. quod ad campos attinet. Tranſitiones uero tantum quatuor nominat, unam quidem per Ligures, Tyrrheno mari proximam, aliam deinde per Taurinos, quâ tranſmiſit Annibal, tertiam deinde per Salaſſos, quartam per Rhætos, omnes præruptas atq; præcipites. Lacus cum alios permultos in montibus eſſe, tum uero treis ingentes exponit, ex quibus Benacus ſtadiorum quingentûm longitudinem habet, latitudinem uero XXX. de quo Mintius amnis effluit. Súbinde alter Verbanus, longitudinis quidem ſtad. CCCC. latitudo uero anguſtior quàm prioris, emittitq; fluuiũ Aduam. Tertius eſt Larius, longitudinis, ferè ſtad. CCC. latitudinis XXX. amnem eijcit Ticinum ſanè grandem, omnes autem in Padum influunt. Hæc quidẽ de montibus Alpinis dicenda tantum habemus. Ex radicibus autem Alpium iam incipit Italia.

Alpiũ belua.

Lugdunum.

Agrippa.

Lemannus lacus.

Iura mons.

Lingones.

Aurifodinæ præſtãtiſſimæ Tauriſcorum.

† ἢ δ' ὕδωρ χωνίας πλείονος, σφόδρα δὲ νοσιμωδες, &c. partim pluſcula in digere excocti one, alioquin ualde utile.

* ἀνωνότερον. i. uilius.

* ψῆγμα. i. auri ſcobem uel auri ramentum, quod ſic etiam ab Herodoto appellatur.

Alpiũ cũ Græciæ montibus comparatio.

Benacus.

Mintius.

Verbanus.

Adua.

Larius.

Ticinus.

ARGV-

ARGVMENTVM QVINTI LIBRI.

QVinto uolumine describuntur, quæ ab Alpium radicibus sunt usq; ad fretũ Siculum, sinumq; Tarentinũ, ac Posidoniatem, atq; Pæstanum. In his hæ regiones sũt, Venetia, Liguria, Picenũ, Lucania, Thuscia, Roma, Cãpania, Apulia. Insulę etiam quotquot in Italico mari à Genua ad Siciliam sitę sunt, enumerantur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER QVINTVS.

POST infimas Alpium radices, eius quam hac ætate Italiam uocant, initiũ est. Nanq; maiores Italiam, quę ab Siculo freto, usq; in sinum Tarentinũ & Posidoniatẽ progressa est, Oenotriã appellabant. Nomen autem obtinens usq; ad Alpiũ radices processit. Assumpsit etiã ab ora Ligustica, Vari fluminis confinia, marisq; proximi à Thuscię finibus, Istrięq; usq; Polam. Opinari uero cuipiã licet, priscos Italos fœlicitate florentes, in cõmunionẽ deuocasse finitimos, atq; hunc in modũ auctis deinde uiribus, in Romanorũ imperiũ peruenisse. Tandẽ uero atq; ex quo Romani in regni societatẽ & in ciuitatẽ Italos uocauere, decretũ est & Gallis Cisalpinis, et Venetis idem honoris impartire, uniuersosq; Italos Romanos uocare. Permultas insuper colonias partim prioribus annis, partim posterioribus emittere, quibus meliores alias nõ facile dixerim. Vna igitur forma Italiam omnẽ geometrica ratione complecti, haud in procliui est. † Atqui extremitates illius in austrũ, & Hibernos ortus excurrentes, triangulas esse commemorant, eius uerticem ad euripum Siculum produci, basin autem Alpes habere. Concedere uero latus alterũ in freto finiri Siculo, et Tyrrheno allui pelago, cæterũ formã rectis descriptam lineis, proprie triangulam appellant. Hic autem bases, & latera rotunda sunt. Quod si concedendũ esse dixerim, lineæ circularis formã esse ponendũ est, basim inquã & latera. Concedatur & lateris huius obliquitas, quæ uergit in ortũ. Reliqua minus apte dixerunt, cum latus unum à sinu Adriatico usq; in fretũ prę supponant, latus autẽ absq; angulo lineã appellamus. Absq; angulo uero est, cum partes aut inuicem non uergunt, aut non multũ. Verũ ab Arimino ad Iapygiam extremitatẽ, & ab Siculo freto ipso, ad extremitatẽ eãdem permultum inclinantur. Eundem in modũ se habere arbitror & sinus Adriatici latus, & Iapygiæ. Cum enim inuicem concidant ad Arimini & Rhauennæ locos, angulũ efficiunt, sin autem nequaquam angulũ efficiunt, circunferentiam saltem efficiunt non exilem. Quapropter si hoc unum latus existit, haud sanè recta est è sinu ad Iapygiã nauigatio. Reliquum uero his ex locis ad fretũ latus alterũ describit. Ne hoc quidẽ rectũ. Sic quadrangulam potius, q̃ triangulam figurã esse diceres, cæterũ nullo pacto triangulã nisi uelis abuti. Verũ confiteri præstat quod figuræ quæ geometrica ratione mensurari nequeat, nõ facile circunscribi traditio potest. Particulatim uero hunc in modum dicere possumus, quo inferior Alpium pars curua & sinuosa est, concauitates

Italia.

Oenotria.

Itali.

Italiæ forma.

**καίτοι, quanquàm.*

Latus.

Alpes.

in Italiam uersas habens. Ipsius autē sinus partes mediæ ad Salassos existunt. Extremitates uero conuersionē habent, hinc quidē usq; ad sinus Adriatici ultimas oras, hinc uero ad maritimā Ligurū regionem usq; ad Genuam, Ligusticū emporium, ubi rupes Apēnini Alpibus copulantur. Cōtinuo autē subiacet nō mediocris quidē campus, latitudine ac longitudine sanè per stad. c. duumq; milliū. Latus eius in meridiem spectans, et Venetorū litore clauditur, & montibus Apenninis usq; ad Ariminū & Anconem perueniētibus. Ii enim à Liguria inchoantes, in Thusciam irrumpunt, angusta dimittentes litora. Dehinc ubi paulatim mediterraneam in regionē secesserint, cum ad Pisanū consistat agrum, in ortū & Adriaticū sinum conuertuntur, usq; ad Arimini & Anconis loca, per lineā rectam, Venetorū sese litoribus applicantes. Cisalpina igitur Gallia hisce terminis includitur. Litoris quidem longitudo ad ccc. stad. & millia sex habet ipsis cum mōtibus, latitudo uero paulò minus stad. mille. Reliqua Italia angusta quidem et oblonga, in duos excurrit uerti ces. Hinc quidē in Siculū fretū, hinc autē ad Iapygiā, utrinq; uero stringitur, & ab Adriatico sinu, et à Tyrrheno mari. Est autē Adriatici sinus forma ipsi Italiæ perq; similis magnitudine. Quam Apennini montes terminant, et utrunq; mare usq; ad Iapygiā, terramq; sinu Tarentino, & Posidoniate circundatā. Maxima enim utriusq; latitudo stad. est circiter mille ac ccc. longitudo uero nō multò minus sex millibus, reliquū est quantū Brutij, & plericq; Lucanorū obtinēt. Polybius refert maritimam ipsam ex Iapygia usq; in fretū, itinere quidem pedestri, stad. tribus millibus esse, & Siculo pelago allui, cursu uero maritimo quingentis stad. minus, montes autem Apennini, ubi Arimini & Anconis loca attigerunt, Iapygiæ latitudinē à mari ad mare terminare, rursus deflexionē accipientes, totam in longum regionē secare. Iam usq; in Picentes & Lucanos, non multū ab Adriatico sinu distare. Cum uero Lucanis propinquant, ad alterū mare inclinantur. Dehinc uero per Lucanos & Brutios excurrunt ad Leucopetram agri Rhegini terminantes. Hæc igitur de uniuersa huius ætatis Italia, talem in formā dicta sunt, denuo autē singula suscipientes, dicere de singulis particulatim conabimur, & ante omnia de subiecta Alpibus regione, dicemus. Est autem fœlix admodū campus, & fructuosus collibus uarius, hunc mediū ferè Padus diuidit, eaq; regio, hinc Cispadana, hinc Transpadana dicitur. Cispadana quidem montibus adiacet atq; Liguriæ, reliqua uero Transpadana est. Ea uero loca hic Ligurū atq; Gallorū gentes inhabitant, tum in montibus, tum in campis commorantium, hinc Gallorum, Venetorumq;. Galli quidem hi Transalpinis cognati et consanguinei sunt. Cęterum de Venetis duplex est sermo. Quidā enim eos à Gallis eiusdem appellationis, oceani accolis colonos esse memoriæ prodiderunt. Nonnulli è Venetis, qui post bellum Troianum, cum Antenore salutem assecuti, cursum huc è Paphlagonia tenuere, descendisse affirmant, hoc usi testimonio, sua in alendis equis industria quæ hoc omnino tempore defecit. Antea uero summo apud illos in honore fuerat, ab illorum imitatione, qui ad creandos ex equabus mulos studium agitabant. Cuius rei meminit Homerus,

ὧν ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Mularum genus è Venetis quæ robore præstant.

Dionysius quoq; Siciliæ tyrannus, hinc alendorū semen equorum † constituio quos ad equestre certamen tollebat. Adeo ut per Græcos equinæ prolis Venetę nobilitas maneret, & ad longa tempora propago ipsa famam uendicaret. Tota itaq; regio

Gallia cisalpina.

Adriaticus sinus.

Iapygia.

Leucopetra.

Cispadana regio.

Veneti unde.

Muli præstantes.

Iliad. β.

συνίστατο.

Equæ Venetæ.

regio fluminibus atque paludibus maxime Venetia referta est. Huic adest & maritima conditio. Nam solæ partes istæ ex nostro ferè mari similes † oceano casus habent, & pares illi crescendi & decrescendi uices gerunt. Vnde maior campi pars marinis aquis plena stagnat, fossisq; & aggeribus, sicut Aegyptus inferior, deductis irrigatur riuis, ac partim exiccatur, & rusticorum cultu fructuosa est, partim nauigationibus cõmoda. Vrbium uero plerq; insularum modo cinguntur, aliq; quadam ex parte alluuntur. Quę supra stagna mediterraneæ iacent, mirificam ex fluuijs nauigandi cõmoditatem sursum habent. Ex quibus in primis Padus est. Maximus enim sæpenumero imbribus crescit ac niuibus. Is multas diffusus in partes, eruptionibus occultũ efficit ostium, haud ingressu facilis, at peritia mortalium uel difficillima superat. Priscis igitur, ut dixi, temporibus plurimæ Gallorũ gentes fluuium incolebãt, è quibus amplissimi fuerant Boij, Insubres, et qui olim cum Gęsatis, Senones, Romana perimpetũ potiti sunt urbe. Hos Romani posterioribus annis funditus deletos perdiderunt, Boios uero è finibus eiecerũt. Inde migrantes circumiacentes Istro locos cum Tauriscis habitarũt, bellũ assidue cõtra Dacos gerentes, donec ea gens funditus extincta est. Agrum uero qui ad Illyrium pertinet, pascendis ouibus idoneũ, uicinis reliquerunt. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolin habuere, ea quidem pridem uicus erat. omnes enim uicatim habitabant, hac uero tempestate eximię dignitatis trans Padum ciuitas est, quodã modo Alpibus finitima. Et propinqua Verona est, amplissima & hæc ciuitas. His inferiores Brixia, ac Mantua, & Regium, & Comũ. Hæc mediocris erat colonia, cæterum Pompeius Strabo Pompeij magni pater colonos in eam restituit. Quam incumbentes Rhæti uastauerant. Inde C. Scipio tria hominum millia insuper adiecit, postmodũ diuus Cæsar quinq; inquilinorũ millia ad inhabitãdum deduxit, è qbus quingenti illustrissimi fuere Greci. Hos etiã ciuitate donatos, in habitatorũ numero descripsit. Haud tamen ibidem domiciliũ habuere, sed oppido nomen relinquentes, & Nouumcomum appellãtes, Nouocomenses oppidanos uocauere. Huic finitimus loco Larius lacus est, quẽ Aduas fluuius auget, indeamnẽ Padũ ingrediens. Fontem uero in Adula monte habet, ubi & Rhenus. hæc supra paludes longè habitata sunt. Patauiũ autẽ propinquũ est, cunctas eius regionis urbes excellens. Nuper quidẽ in ea censi sunt quingenti equestris ordinis uiri, antiquis autẽ annis c. & xx. militũ millia misisse cõstat. Quàm uero ciuitas ipsa & uirorũ probitate et artiũ bonitate floruerit, magnitudo cum aliarũ rerũ maximo apparatu Romã missarũ, tum uero pannorũ & uestimentorũ omnifariã mercatura declarat. A mari sursum habet nauigationem, fluuio per paludes delato cc. & l. à magno portu stad. portus autẽ ipse, eodẽ quo fluuius nomine, uocatur Medoacus. Intra paludes urbs maxima Rhauenna posita est, tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffusa, pontibusq; ac lembis peragrata. Cum à mari fiunt inundationes, non mediocrẽ accipit maris partem, adeo ut uniuersa cœnositas, hinc fluctu marino, hinc fluminibus alluentibus tetrum medicetur odorem. Hoc pacto igitur saluberrimus cõperitur locus. Vnde gladiatoribus educandis, ac exercitatione erudiendis, hunc idoneum magistri locũ designauerunt. Inter cætera eius loci mirabilia illud est, quod palustribus in locis aër innoxius est, quemadmodũ ad Alexandriam Aegypti paludis uitium æstate propulsatur, propter amnis incrementũ, simul etiam euanescente cœno. Quid quod uitibus euenit cẽ admirabile? eas palus creat, celeriter perficit,

† κόμοτοπαθῆ τῷ ὠκεανῷ.

Padus.

Boij.
Insubres.
Gæsatæ.
Senones.

Mediolanum.

Verona.
Brixia.
Mantua.
Regium.
Comum.
Pomp. Strabo.

Nouocomẽses.
Aduas flu.
Adula mons.

Patauium.

Medoacus.
Rhauenna.

Altinum. & multum fructum edit, annis uero quatuor aut quinq; corrumpuntur. Altinum
Butrium. quoq; in palude est, similem Rhauennæ situm habens, quo interuallo Butrium
Spina. Rhauennæ castellum est, & Spina, hoc quidem tempore uiculus, at quondam Gre
Spinensiũ thesaurus. ca ciuitas, & quidem celebris in Delphis Spinensiũ thesaurus cõmostratur, aliaq;
de ipsis memoriæ mandata sunt, nempe apud quos maris erat imperium. Eam (ut
traditur) unda maris alluerat, nunc locus LXXXX. à mari stad. distans, in mediter-
Rhauennæ cõditores. ranea iacet. Rhauenna à Thessalis cõdita perhibetur. Cum autem Thuscorum in-
iurias ferre nequirent, Vmbros quosdam ultro assumpserunt, qui & hoc tempore
urbem inhabitãt, ipsi uero domum rediere. Hæc autem maiori ex parte paludibus
Epiterpum. ita continentur, ut inundationes habeant, Epiterpum, Ordia, Adria, & Vcetia, &
Ordia. alia huius generis oppidula. Quæ cum minus à paludibus uexentur, modicis sur-
Adria. sum nauigationibus mari uicina sunt. Adriam quidem inclytam ciuitatem fuisse
Vcetia. memoriæ proditum est, à cuius nomine modica transpositione sumpta, & sinus
Adriaticus sinus. appellatus est Adriaticus. Aquileia sinui proxima à Romanis condita est, incum-
Aquileia. bentibus imposita barbaris. Ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur naui-
Natiso. bus, per Natisonem fluuium plus stad. LX. Gentes ad Istrum Illyricæ ad ipsum
subuehuntur emporium. Conuectant autem res hi sanè maritimas, uinum li-
gneis dolijs, quæ plaustris imponunt, oleum præterea, illi autem mancipia, pecora,
pelles. Extra Venetiæ quidem fines Aquileia est, quæ flumine ab Alpibus descen-
dente disterminatur, per quod sursum nauigatur stad. mille & CC. ad urbem usq;
Noreia. Noreiam, ubi Cn. Carbo, collatis aduersus Cimbros signis, re infecta discessit. Lo-
Cn. Carbo. cus autem est ad purgandum aurum natura idoneus, nec minus ad ferri fabricas.
Diomedis templum. In ipsoq; sinu Diomedis est templum, opus sanè memorabile, et Timauus portus,
Timauus. & lucus miro decore, septemq; adsunt fluuiatilis aquæ fontes, mare mox irrumpen
tes, lato & profundo sanè fluuio, è quibus reliquos uno duntaxat excepto, salsas
Maris fons & mater. habere aquas, Polybius author est, locumq; ipsum maris fontem, & matrem ab in-
digenis uocari. Timauus (ut ait Posidonius) è montibus delatus, decidit in pro-
fundum, deinde infra terram absorptus stad. circiter C. & XXX. erumpit in mare.
De Diomedis autem potentatu hoc in mari, & Diomedeæ testantur insulæ, &
quæ in Daunia gente, & circa equestre Argos memoriæ prodita sunt, de quibus
quoad historiæ utile futurum est, scriptis aperiemus. Reliqua uero permulta fabu-
lis uulgata, uel ficta alium in modum absint. Sicuti quæ ad Phaëthontem & soro-
Heliades. res Heliades, in populos conuersas arbores, circa amnem Eridanũ, qui nullibi ter-
Eridanus. rarum existit, cum uicinus Pado dicatur. Itemq; ferentes electra insulas, ante amnẽ
Electrides insulæ. Padum iacentes, in quibus & Meleagrides sint. Horum enim nihil in locis ipsis
Meleagrides. extat. In Venetis sane quidam Diomedi insignes existunt honores. Nam candi-
Diomedis equus. dus illi immolatur equus, duo præterea luci monstrantur, alter Iunoni Argiuæ, al-
Ferarum mansuetudo. ter Dianæ Aetoliæ dicatus. Insuper fabulantur, in hisce lucis feras ita mansuescere,
ut cerui lupis aggregentur, aduentantiumq; hominum eas manus demulcentes pa
ti. Quod si quas canes insectentur, ubi huc confugerint, ab insectatione cessare. Fa
ma uero est, celebrem admodum fuisse quempiam, qui in faciendis uadimonijs,
studio non mediocri teneretur, qua ex re, & hominum iocis carperetur. Is igitur in
uenatores fertur incidisse, qui irretitum haberent lupum, & illis per iocum rogitan
tibus, uellét ne pro lupo uadem se constituere? ut illata ab eo damna persolueret, sic
Fideiussor pro lupo. è retibus beluam dimissuros. Fideiubere sese confessus est. Emissum deinde lupũ

magnum

magnum equarum armentum agitantem, nullo notatum cauterio ad fideiussoris stabulum adduxisse. Eum recepta gratia, equabus lupi notam inusisse, & inde lupiferas nominasse, uelocitate magis quàm pulchritudine præstantes. Cuius successores & signum & nomen, equarum generi seruasse, utq; solis eis stirps ipsa legitime perduraret, fœminam nullam alienare consuesse. Equinam hinc præcipue celebritatis progeniem extitisse. Hac uero tempestate (ut diximus) omnis huiusmodi rei defecit exercitatio. Post Timauum, Istrorum usque Polam, litus est, quæ Italiæ adiacet, in medioq; Tergeste castellum est ab Aquileia C. LXXX. distans stadijs. Cęterum Pola in sinu, portus formam habente sita est, paruas quidem uerum fructuosas & portuosas præ se ferente insulas. Priscum autem est id Colchorũ ædificium, qui aduersus Medeam immissi fuerant. Ii uotorum impotes, & fugæ desperatione soliciti,

τῶ μὲν φυγάδων κ' ξένιστοι γραικὸς,
ἀτὰρ κείνων γλώσσαις ξύμβλωσε πόλας. id est,

Græcorum quidem lingua exulum,
Colchorum uero sermone Polam appellauere locum,

Vti Callimachus commemorat. Regionem igitur Transpadanam incolũt Veneti & alij usq; Polam, super Venetos Carni & Cenomani & Medoaci et Symbri, è quibus nomini Romano hostes extiterunt aliqui. Verum Cenomani, Venetiq; socia iunxerunt arma, & ante Annibalis expeditionem, quo tempore Boios & Insubres bello persequebantur, & annis posterioribus. Cispadanam uero obtinent plagam uniuersam alij, quantam montes Apennini ad Alpes circundant usq; Genuam & Sabatios. Plurimum autem Boij & Ligures & Senones & Gæsatæ possidebant, at eiectis inde Boijs deletisq; Gæsatis atq; Senonibus, Ligurum natio restat, & Romanorum coloniæ. Romanis autem & Vmbrorum immixta gens est, & aliquibus in locis Thuscorum. Vtraq; enim horum gens, prius quàm Romanorum amplificaretur imperium, inuicem de prioris loci dignitate decertabant. Et medium inter utrosq; Tiberim fluuium, in † seipsos facile trajiciebant. Quod sicubi ullas bellorum incursiones alteri in alteros gerebant, reliquis certamen erat, ne eadem ad loca egredientes desisterent. Igitur Thuscis aduersus incolas Padi barbaros exercitum emittentibus, acre bene gesta, cum non longe quidem post per quandam mollitiem rursus fusi effugissent, alteri aduersus eiectores exercitum ductitarunt. Postea de locorum imperio per successionem quandam propugnantes, multas colonias partim Thuscorum partim Vmbrorũ effecerunt. Plures tamen Vmbrorum. nam ij propiores erant. Rem inde Romani suscipientes, missis passim colonijs, & priora coloniarum genera conseruarunt, & nunc uniuersi Romani sunt. Nec minus autem Vmbri quidam dicuntur & Thusci, quemadmodum Veneti, Ligures, & Insubres. Cis Padum uero, circumq; Padum celeberrimæ sunt ciuitates, Placentia, & Cremona, media in regione propinquissimæ, inter has & Ariminum sunt Parma, Mutina, Bononia. Prope Rhauennam in harum medio exigua quædam iacent oppida, per quæ iter est Romam, Acara, Rhegium Lepidi, Nacri, Campi, ubi quotannis forum conficitur. Cliterna, Forum Cornelium, Fauentia, Sina, Isapi fluuio propinqua & Rhubiconi. Hæc proxima sunt Arimino. Est autem Ariminum Vmbrorum colonia, sicut & Rhauenna. Verum utraque Romanos accepit inquilinos. Habet autem Ariminum portum, & eiusdem nominis

Lupi insolita fides. Lupiferæ equæ

Istri pop. Tergeste. Pola.

Veneti. Carni. Cenomani. Modoaci. Symbri.

Gæsatæ. Vmbri. Thusci.

* gadíus ἐπὶ διίβωνον ἀπὸ λίμνοις, id est, citra negotium utriq; ad alteros trajiciebãt

Placentia. Cremona. Parma. Mutina. Bononia. Acara. Rhegium Lepidi. Nacria. Campi. Cliterna. Forũ Corneliũ Fauentia. Sina. Isapis fluu. Rhubico. Ariminum.

amnem. E Placentia Ariminũ ſtad. ſunt mille & ccc. Supra Placentiam uero ad
Ticinum. Cottutæ confinia, intra miliaria ſex & xxx. urbs Ticinum eſt, & ſimili uocabulo
Claſtidium. præterfluens amnis Padum ingrediens. Habet & tractus ille Claſtidium, atque
ἀκονόλισα τὰ ἀπὸ τῶν ἀστέρων, Aquæ diſtantes, Plinius eandem appellat Aquæ Statyellorum. Derthonem & aquæ † diſtanti, puſillum in tranſitu. Recta uero ad Ocelum uia
Aquæ ſtadellæ præter Padum, ad Duriam flumen eſt, magna ex parte limoſa, complurimos alios
Duria flu. habens fluuios, quorum Druentia miliaria circiter LX. habens. Hinc Alpes iam,
Druentia. & ager Gallicus. Ad montes autem Lunæ incumbentes urbs eſt Luca, ubi pleri-
Luca. que uicatim habitant, regio tamen probitate uirorum floret, & robur militare
Dertho. hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus ſenatus militares capit
Cuſtodia. ordines. Eſt autem Dertho ciuitas inſignis, & mentione digna, medio inter Pla-
Iellia. centiam & Genuam itinere iacens, ab utraque cccc. diſtans ſtad. Hac in uia eſt
Annibal. Cuſtodia & Iellia. Ex Placentia uero Ariminum diſtantia dicta eſt. Sed Rhauen-
nam per Padum nauigatio eſt dierum duorum, noctiumq; totidem. Magna intra
Padum pars paludibus obtinebatur, per quas Annibal magnis difficultatibus
iter fecit in Thuſciam. Cæterum Scaurus deductis ex Pado uſque in Parmenſium
agrum foſsis, nauigationibus commodis paludes ipſas exiccauit è campis. Per
Scaurus. Placentina ſiquidem arua Trebia Padum influens, alijq; item complures ante flu
Trebia uij ultra modum plenius ſtagnant. Hic ille Scaurus eſt, qui per Piſas & Lunam uſ-
Aemilia uia. que Sabatios uiam ſtrauit Æmiliam, & hinc per Derthonem. Alia uero eſt Æmi-
Flaminia uia. lia, quæ Flaminiam excipit. Eodem enim in conſulatu M. Lepidus, & C. Flami-
M. Lepidus. nius collegæ fuerunt, uictores autem Ligurum ſtrauere, hic quidem Flaminiam è
C. Flaminius. Roma per Thuſciam & Vmbriam, uſque Ariminum, alter reliquam porrò uſque
Bononiam, & ex ea in Aquileiam, prope Alpium radices, ducto per gyrum cir-
ca paludes opere. Huius regionis terminus monſtratus eſt, quam Ciſalpinam
nuncupamus Galliam. Ad reliquam Italiam & montes Apennini Thuſciæ im-
Aeſis fluu. minentes, & Æſis amnis, & poſtremo Rhubico, utrique Adriaticum intran-
tes pelagus. Horum uirtutem locorum, tum ipſa hominum probitas teſtatur,
tum oppidorum magnitudo, tum uero diuitiarum amplitudo. Quibus omni-
bus huius regionis habitatores Romani, cæteris antecellunt Italis. Nanque tellu-
ris iſtius cultura immodicos ac diuerſos inducit fructus, & nemora tantum ha-
bent glandium, ut educandis hinc porcorum gregibus, maxima ex parte Roma-
Milij uſus. nus alatur populus. Egregie uero ferendo milio, ob feracium aquarum abundan-
tiam frugifera eſt, quod famis remedium eſt permaximum. Contra tempeſtates
enim uniuerſas, aëriſq; malignitatem reſiſtit, & nullo deficere poteſt in tempore,
licet frugum cæterarum ſterilitas inualeſcat. Quid de pice, quàm admiranda pro-
ductio? Quanta uero uini ſit ubertas, uaſa ipſa pronuntiant. è lignis nanq; fabri-
Vaſorum magnitudo. cata, domiciliorum magnitudinem excedunt. Suppeditat enim ingens illa picis
copia. Loci autem Mutinenſes & Scutanæ adiacentes fluuio, mollia & longe
Gauſapia. alijs omnibus præſtantiora ferunt uellera. Ligures autem & Inſubres aſpera, è qui-
bus magna Italiæ pars domeſticis indumenta conficit. Mediocria uero Patauí-
Vellera pretioſa. ni, è quibus pretioſi tapetes & gauſapia texuntur, & hoc ſtragulæ ueſtis genus
utrinque uillos eminentes habens, uel una tantum è ſuperficie. Hiſce in locis, nõ ea-
dem nunc quæ olim metallorum ſtudia & cura, forte quia in maius ex Tranſalpi-
nis Gallis & Hiſpanis lucra proueniunt. Superioribus uero annis opera dabatur,
Vercellæ. Ictumuli. cum Vercellæ aurifodinam haberent, & in Ictumulorum uico, & alio huic uicino.

Vter

Vterq; uero Placentiæ finitimus est. Hæc quidem prima Italiæ particula. Hactenus circuitus dictus est. Secunda exponatur Liguria, in ipsis Apenninis montibus, inter Galliam (sic enim uocatur hoc tempore) atq; Etruriam sita, nihil descriptione dignum habens, nisi quod uicatim uitam agunt, terram arantes asperrimam, fatigantesq; ligonibus, imo uero saxa incidentes, ut Posidonius inquit. Tertij sunt hisce continentes Thusci, campos usq; ad amnem Tiberim possidentes, quos ad solis ortum maxime fluuius alluit, donec pelagus intret. Parte autem altera, Tyrrheno atque Sardonico mari sunt confines. Ex Apenninis montibus Tiberis effluit, atque pluribus augetur amnibus, partimq; per ipsam excurrit Etruriam, deinceps autem ipsam disterminans, primum quidem ab ea diuidit Vmbriam, postea uero Sabinos & Latinos, Romæ ad litus usque finitimos. Adiacent autem modo quodam ipsi fluuio, & Thuscis in longitudine & latitudine inter se pares. Ad Apenninum uero Adriatico uicinum pelago sese habent, primi quidem Vmbri, post eos Sabini, postremi Latium habitantes, cum omnes à flumine initiũ capiant. Latinus igitur tractus inter Ostiæ litus et Sinuessam urbem & Sabiniam iacet. Est autẽ Ostia urbis Romanę nauale, quo Tiberis erumpit, eam præter labens, extenditur autem in longum, usque in Campanum agrum & Samnitum montes. Sabinia uero inter Latinos, Vmbrosq; iacet, extenditur & ipsa ad Samnitum montes, propinquior Apennino ad Vestinos, Pelignos, & Marsos. Cæterũ in Sabiniæ ac Thusciæ medio Vmbri iacent, montesq; transgressi usque Ariminũ Rhauennamq; procedunt. Thuscorum finis sub ipsis est montibus, qui ex Liguria in Adriaticum sinum eos quaquâ uersum includunt, à proprio autem mari capiunt initium, atque Tiberi. Ab his igitur ipsis sumpto primordio, uniuersa sigillatim percurramus. Tyrrhenos itaque Romani Etruscos appellant atq; Thuscos. Græci uero hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem, sicuti traditur, dimisit. Atys enim ex prognatis Herculis, & Omphales unus, cum sterilitate ac fame populum emittere cogeretur, è duobus filijs sorte iacta, Lydum quidem regni successorem tenuit, Tyrrheno autem maiorem applicans populum, foras abire iussit. Hanc ille tandẽ ingressus oram, de suo uocauit nomine Tyrrheniam. Cumq; ædificandis urbibus Tarcontem præfecisset, à quo Tarquinij cognomen accepit, ciuitates XII. condidit. Hunc ab ineunte pueritia indolis gratia, canescentem fuisse fabulantur, tanta iam tum in eo efflorescebat sapiẽtia. Ea igitur tempestate, cum uno sub duce instructi essent, magna ipsorum erat potentia. Postremis inde temporibus concordem illum regendi statum dissolutum fuisse, quis non suspicetur? & ciuitates ipsas diuulsas, sic finitimorum uiribus cessisse. Haud enim tantam agrorum beatitudinem omittentes, maritimas latrocinando artes inuasissent, alius ad alia conuersi maria. Quandoquidem si concorditer conspirassent, non modo incursantes propulsare hostes satis ualuissent, sed etiam ultro inferre impetus, & longinquas expeditiones factitare. Post urbem Romam uero cõditam, Demaratus aduentat, frequentem è Corintho adducens populũ, qui à Tarquiniẽsibus acceptus, ex indigena uxore Lucumonẽ procreat. Is dehinc Anco Marco regi Romano, amicitia deuinctus, adeptus est imperium, et mutato nomine L. Tarquinius Priscus uocatus est. Hic igitur & pater prius Thusciam magnis insigniuerunt ornamentis, ille quidem artificum facultate & copia, qui hominem domo subsecuti sunt, hic autem præstitis à Romana ciuitate oppor

Liguriæ descriptio.

Thusciæ fines.

Tiberis ortus.

Latinus tractus.
Ostia.
Sabinia.
Vestini.
Peligni.
Marsi.
Vmbri.
Thusci.

Tyrrheni.
Hetrusci.
Thuscorum origo.
Vide Herod. Clio.
Atys.
Lydus.
Tarcon.
Tarquinius.

Demaratus.
Lucumon.
Tarquinius Priscus.

tunitatibus. Nanque memoriæ proditum est, ut triumphalia ornamenta, insi-
Triumphalia ornamenta. gniaq; consularia, & simpliciter magistratuum decora in Romanam urbem à Tar
quiniis translata sunt, & uirgæ & secures & tubæ & sacrorum faciendorum ritus,
ut auguria & musica, quam Romani ad res publ. usurpant. Huius filius Tarqui-
Tarquinius Superbus. Clusium. Porsena. nius secundus extitit, cognomento Superbus, qui regum extremus, eiectus est è re
gno, & quem Clusij rex Porsena (ea Thusca erat ciuitas) armis reducere conatus
est. Quod ubi efficere fas non fuit, pace facta, in amicitiam populi Rom. summis
receptus honoribus, donisq; magnificentissimis, abscesit. Hæc quidem de Thu-
Cæretani. Cæres origo. scorum claritate. Quid insuper Cæretanorum gesta? Nam & capta urbe Roma re-
deuntes Gallos in Sabinis aggressi, bello armisq; fuderunt ac debellarunt, & quæ
illi ab libentibus acceperant spolia Romanis, ab inuitis ipsi diripuerunt. Præterea
eos qui ad se capta Roma confugerant, saluos protexerunt, simul & æternum, ac
inextinctum ignem, sacerdotesque Vestales. Romani autem propter malignos
reipub. gubernatores non satis illis gratiæ memoriam tenuisse uidentur. Nam da-
ta ciuitate minime illos inter ciues scriptos retulere, alios quinimo quibus ius ip-
sum æquabile communicatum non erat, ad Cæretanorum exterminabant tabu-
las. Hæc autem ciuitas magna inter Græcos gloria, cum hominum fortitudine,
tum uero iustitia claruit. Nam cum potentissima esset, ab latrociniis prorsus absti-
nuit. In Pythij Apollinis templo Agylleorum nominato, positus est thesaurus.
Agylla. Lydi. Tyrrheni. Nam quæ nunc Cære dicitur, quondam nominabatur Agylla, eaq; à pelasgis è
Thessalia profectis condita fertur. Cæterum Lydis quos mutato uocabulo Tyr-
rhenos nominabant, aduersus Agylleos belligerantibus, murum subiens quidam
urbis nomen percontabatur, cui è muro Thessalus quidam pro responso salutem
renuntians, χαῖρε, id est salue, inquit. Thusci bonum hoc accipientes omen, captam
urbem submutato uocauere nomine. Verum tam splendida, tamq; glorioſa quon
dam ciuitas, uix dum hac ætate urbis uestigia seruat. Vicina sanè magis fulgent
Cæretana balnea. balnea, meliorum probitate hominũ, quæ uulgo Cæretana uocantur, propter eos
Pelasgorũ origo. qui ad ea, curandæ ualetudinis gratia proficiscuntur. Enimuero Pelasgos gentem
uetustissimam per uniuersam Græciam, præsertim Æolicam Thessaliæ excelluis-
se, cuncti fermè confitentur. Eos originem ab Arcadibus ducentes, uitam milita-
rem delegisse, author est Ephorus. Ad quam uitæ institutionem, cum permul-
tos conuertissent, idem omnibus uocabulum impertisse. Vnde & apud Græcos
& apud alios quoscunque adiisse contigit, ingentem cõsecuti sunt gloriam. Nam
& Homero teste Cretæ coloni fuere. Vlysses enim Penelopen alloquens,

Odyss. τ. ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη, ἐν μὲν ἀχαιοί,
ἐν δ' ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ κύδωνες,
δωριέες τε τριχάϊκες δῖοί τε πελασγοί. id est,

Alia, inquit, aliorum permixta lingua est, sunt Achæi,
Sunt Cretenses magnanimi, sunt Cydones,
Trifariam genus Doricum, diuiq; Pelasgi.

Argos Pelasgicum. Dodonæus Iupiter. Iliad. π. Argos quoque Pelasgicum, Thessalia dicitur, inter eruptiones Penæi, & Ther-
mopylas usque ad montanum Pindi tractum. Quoniam & istorum locorum
Pelasgi existunt. Iouem Dodonæum quoque ipse poëta Pelasgicum nominat,

ζεῦ ἄνα δωδωναῖε πελασγικέ.

Rex

Rex ô Iuppiter Dodonæe Pelasgice. *Pelasgicus Iupiter.*

Plericq; & gentes Epiroticas appellauere Pelasgicas, tanquam illuc usq; extantes. Heroum quoq; nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes, ab illis frequentia gentibus indidere uocabula. Nam & Lesbon appellauere Pelasgiam. Et habitantibus Troadem Cilicibus, finitimos Pelasgos nuncupauit Homerus,

ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἐγχεσιμώρων,
τῶν οἱ λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον. *Iliad. β.*

Egit Hippothous sæuos per tela Pelasgos,
Qui Lariſſæ habitant lætas nimis ubere glebas.

Ephoro autem author initio fuit Hesiodus, gentem hanc ex Arcadia originem duxisse. Qui diuino è Lycaone gnatos extitisse ait, quem olim Pelasgus procreauit. Æschylus autem in † ancillis siue Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum extitisse prodidit. Peloponnesum etiam Pelasgiam uocitatam fuisse, testis est Ephorus, Euripidesq; in Archelao, Danaum illum filiarum quinquaginta genitorem Argos uenientem, Inachi urbem inhabitasse commemorat. Quiq; antea Pelasgi nominarentur, ut Danai dehinc uocarentur, lege Græca sanxisse. Anticlides quoque scriptum reliquit, primos eos Lemnum, Imbrumq; condidisse, eorumq; nonnullos cum Tyrrheno Atydis filio, in Italiam comites annauigasse. Rerum quoque Atticarum scriptores de Pelasgis tradidere, Athenis fuisse Pelasgos, qui cum instar auium, quò fors uocaret, huc atque illuc errabundi commearent, pro Pelasgi pelargi, id est ciconiæ uocarentur ab Athenienſibus. Cæterum Thusciæ longitudinem maximam, à Luna usque Ostiam, per litus stad. millibus duobus & quingentis esse dicit, latitudinem per montana minus dimidio. E Luna uero Pisas ultra stad. cccc. esse. Hinc Volaterras stad. cc. lxxx. Rursus hinc Populonium stad. cc. lxx. è Populonio ad Cossam fermè dccc. alij dc. dicunt. Polybius uero non omnia mille cccc. xxx. inquit. Horum Luna quidem ciuitas & portus est. Græci autem & portum & urbem σελήνης, id est lunæ appellant. Vrbs quidem haud sanè magna. Maximus uero & pulcherrimus portus est, multos intra se portus amplectens magnæ profunditatis uniuersos, usqueadeo ut omnium, qui maris teneant imperium, facile fieret receptaculum, tam late patentis pelagi multos per annos. Celsis uero montibus portus ipse circunclauditur, qui prospectum longè pelagi præbeant. Nam & Sardiniæ, & magna litoris utriusq; pars cernitur. Tanta uero candidi & uarij lapidis lucidissimi ac talis effossio est, ut unico integræ saxo tabulæ, atq; columnæ præbeãtur. Vtq; insignia Romanæ ciuitatis opera, urbiumq; reliquarum, maxima ex parte his ex locis copiam habeant. Nam cum mari uicina incumbat effossio, facile lapides euehuntur, quos è pelago subuehendos, Tiberis excipit. Ædificijs quoque materiam, laquearia scilicet directa, & procera Thuscia abunde suppeditat, quam confestim è montibus fluuius deducit. Inter Lunam & Pisas, Macræ tractus est, quo Thusciæ atque Liguriæ termino, plericq; scriptores usi sunt. Pisæ ab ijs conditæ sunt Pisanis, qui è Peloponneso cum Nestore aduersus Ilium militarunt. Renauigantes autem errore disiecti, hi quidẽ Metapontum, alij uero Pisanum tenuerunt agrum, cuncti Pylij uocati. Duos autem inter amnes siti sunt, in ipsorum † congressione, Arni scilicet atque Æsaris, quorum alter ex Arretio multus delabitur, nõ tamen integer, sed trifariam diuisus, alius ex Apennino. Confluentibus autem illis unum in alueum, adeo mutuo tolluntur altius impetu,

Lycaon.
Pelasgus.
πλησιόχθονες, hoc est suppliscatricibus potius, Tragœdia est Aeschyli, quæ etiamnum hodie extat.
Pelasgia.
Danai.
Lemnos.
Imbros.
Pelargi.
Thusciæ longitudo.
Luna urbs.
Volaterræ.
Populonium.
Cossa.
Selene.
Lunense marmor.
Macra flu.
Pisæ.
Metapontum.
Pylij.
συμβολή. id est cõfluente.
Arnus.
Aesaris.

ut qui in amborum ripis extent, inuicem inſpicere ſeſe nequeant. Quo fit, ut è mari aduerſis nauigari fluminibus neceſſario non poſsint. Spatium autem aduerſæ nauigationis ſtad. eſt circiter XX. Traditum eſt in fabulis, cum primum hi amnes è montibus ferri cœperunt, atq; ab indigenis uetitos, ne in unum confluentes agros demergerent, pollicitos eſſe regionem minime demerſuros, fidemq; ſeruaſſe. Ciuitas autem ipſa fœlix quondã fuiſſe uidetur, neq; hoc tempore ſanè ignobilis, aut obſcura eſt, propter frugum copiam, ſaxorum opera, naualem materiam, qua priſcis annis ad maritima utebantur diſcrimina. Etenim inter Etruſcos belli gloria excellebãt, irritabant eos improbi uicini Ligures, lateri ſemper inhærentes. Nũc uero plus in ædificandis Romæ domibus, uillarumq; magnificentijs conſumitur, quibus regiæ ritu Perſarum apparantur. Volaterranus ager mari alluitur, hoc autem modo ædificatum eſt oppidum, in profunda ualle ſublimis & præceps undique collis extat, cuius in uertice planities eſt, in hac ſita ipſius ſunt urbis mœnia, ad quam ſtad. XV. aſcenſus eſt ex baſi, rupes tota ardua atque difficilis eſt. Hic è Tyrrhenis plerique conſtiterunt, & ex proſcriptis à Sylla, qui quatuor militum complentes ordines, biennio per obſidionem preſsi, tandem per inducias diſcedentes, locum illum reliquerunt. At Populonium in ſublimi locatum promontorio in mare prærupto, & Cherroneſi faciem habet. Iiſdem temporibus & ipſa obſidionem accipiens, oppidulum ipſum totum, præter ſacras ædes deſertum, & domos modicas. Verum nauale ipſum frequentiores habet incolas, ad ipſius montis radicem exiguum portum habens, & nauigiorum domicilia. Quocirca ſola hæc Thuſcis ex urbibus, antiquitus ad mare fundata mihi uidetur. Cuius rei cauſa eſt, quia tractus regionis eius importuoſus eſt, eam ob rem conditores urbium maritimas fugitabant oras, uel ante illas, tuta iaciebant propugnacula, ne illi incurſantibus prædonum nauigijs in promptu iacerent, exuuiæq; illorum fierent. Sub uertice quoque† Thyrno annotantium ſpecula eſt. Ex urbe autem procul, ægre tamen Sardinia cernitur, propius uero Corſica, quæ à Sardinia LX. ſtad. abeſt, litoriq; propinquior eſt Æthalia, quæ trecentis abeſt ſtadijs, quantum etiam diſtat à Corſica. Hic autem commodiſsimus ad ſoluendum in mare, in tres iam dictas inſulas, locus eſt. Has & ipſi uidimus, cum Populonium conſcenderemus nauigaturi, ubi nonnullas adhuc effoſsiones reſtare perſpeximus. Ferrum quoque laborari uidimus, quod ex ipſa deuehebatur Æthalia, quod ſi in eius inſulæ fornacibus concoquatur, in maſſam compingi non poteſt. Mox igitur ab effoſſoribus defertur in continentem. Hoc admiratione dignũ habet inſula, ut exhauſta effoſsionibus loca, temporibus rurſus repleta cernantur. Sicut de Rhodi Platamonibus, & de Pari inſulæ marmore proditum eſt. Idem apud Indos de ſale Clitarchus aſſerit. Nõ ergo recte dixit Eratoſthenes, qui è continente neq; Corſicam, neq; Sardiniam cerni poſſe ait. Neque Artemidorus, qui eas longè in pelago, utranq; mille ac ducenta abeſſe ſtadia inquit. Quoniam ſi quibus alijs, ne nobis ſanè ſpectabiles extitiſſent, quæ tam procul abeſſent, ut manifeſte cernerentur, & præſertim Corſica. Extat autem in Æthalia portus nomine Argous, ab Argo naui dictus ut perhibent. Nam cum Medea Circen uiſere concupiſſet, Iaſonem illius domicilia quæritaſſe ferunt. Permanere adhuc etiam quaſdam minutiarum abraſarum uarietates, quas Argonautæ fecerant, & in unum compacti calculi ſunt in ripa. Huiuſmodi uero fabulamentorũ fictiones

eorum

Volaterræ.

Populonij ſitus.

* θυννοσκοπεῖον id eſt thunnos piſces obſeruãtium ſpecula. de hoc multa eleganter commentarius in Ariſtoph. Equites.

Sardinia.

Corſica.

Aethalia.

Strabonis nauigatio.

Ferrum æthalicum.

Platamones.

Parium marmor.

Argous portus.

eorum quæ à nobis narrantur indicia sunt, ut Homerus ipse non omnia per se fin- *Homeri figmẽ-*
xerit, sed cum talium uulgatos rumores audiret, ijs longas addebat distantias, *ta.*
locorúmque digressiones, sicut Vlyssem in oceanum exisse fecit, similiter & Iaso-
nem, cum huic & illi errores obuenerint, uelut & Menelao. De Aethalia quidem
tantum dixerim. Corsica uero, quam Græci Curnum appellant, maligne coli- *Corsicæ appel-*
tur, aspera, & plurimis in partibus prorsus inaccessibilis. Adeo ut qui eius mon- *latio et cultus.*
tes habitant, ex latrocinijs uitam degentes, superent ipsas immanitate beluas. Cum *Cyrnos.*
ergo Romani imperatores in eos irruant, ipsorúmque castella irrumpant, ma-
gnúmque seruorum gregem captum aduehant, Romæ cernere est simul & mira-
ri, quàm agrestis uideatur effigies, quámque bestiarum appareat diritas, faciesq; truculentæ. Aut enim uitam tolerare non possunt, aut per socordiam, & igna-
uiam insensati dominos conterunt. Itaque licet pro eis paululum exponant pre-
tij, tamen pœnitentia torquentur. Habitabilia tamen nonnulla sunt eorum ca- *Blesini.*
stella, Blesini, Carax, Eniconiæ, Vapanes. Locorum scriptores insulæ huius lon- *Carax.*
gitudinem asserunt miliaria centum, & LX. esse, latitudinem uero LXX. Sardiniæ *Eniconiæ.*
autem longitudo CC. & uiginti, latitudo XCVIII. Secundum alios ambitus Cor- *Vapanes.*
sicæ circiter tria millia & CC. stad. Sardiniæ autem quatuor millia est. Eius pars non *Sardinia.*
modica est aspera minimeq; tranquilla. Magna quoque pars agrum habet rebus
omnibus fœlicem, præcipue tritico. Plerasq; etiam urbes continet, ex quibus di-
gniores sunt Caralis & Sulchi. Locorum quoq; uirtuti malignitas quædam ob- *Caralis.*
stat. Insula enim æstiuo tempore morbosa est in locis maxime fœcundis, & quod *Sulchi.*
hæc ipsa montani populantur incolæ, & quidem frequenter, qui Diatesbes uocan- *Diatesbes.*
tur, qui antea Iolenses nominarentur. Memoriæ enim proditum est, Iolaum plero- *Iolenses.*
sque adducentem Herculis filios huc applicuisse, & cum insulæ accolis Barbaris co- *Iolaus.*
habitasse, qui natione Thusci erant. Pœni postmodum è Carthagine delati, impe-
rium obtinuerunt, cumq; ijs aduersum Romanos bellum gerebant. His autem de-
letis, rerum omnium potiti sunt Romani. Montanorum uero quaterni sunt popu- *Tarati.*
li, Tarati, Sossinati, Balari, Aconites, speluncasq; inhabitant. Necq; agri quippiam *Sossinati.*
habent seminarij, & quem habent, tamen segniter serunt, atq; alios accurate colen- *Balari.*
tes spoliant, partim indigenas, partim trans æquora nauibus inuadentes, præser- *Aconites.*
tim Pisanos. Missi eò prætores quædam cohibent, alia fessi omittunt, cum pestilen
tibus in locis exercitum assidue nutrire minime conducat. Reliquum est autem il-
lis imperatoribus, ut exercitum ductent artibus quibuspiam, & quidem Barba-
rorum morem obseruantes. Nam ij post latrocinandum, dies complurimos præ-
dænundinas celebrant, tunc incursant, multósque mortales in manus retrahunt.
His in insulis nascuntur arietes, qui pro lana pilum caprinum procreant, quos
Musmones uocitant, eorum sese pellibus, thoracis modo muniunt, pelta utun- *Musmones.*
tur & pugione. A media inter Populonium & Pisas regione satis cernuntur in-
sulæ, oblongæ autem sunt, pariterq; à seipsis distantes, omnes tres in austrum A-
fricamq; conuersæ. Aethalia multò cæteris minor est. Ex Africa uero in Sardini- *Aethalia.*
am, ubi propius est, distantiam milliarium CCC. esse, locorum descriptores prodi-
dere. Post Populonium, Cossæ paulo supra mare oppidum extat. In sinu tumu- *Cossæ.*
lus sublimis est, in quo ædificatum est oppidum, sub quo Herculis portus iacet &
lacus ex mari salsus, propinquus. Ad sinusq; ipsius ultima Thynnorum †prospe *†θυννοσκοπεῖον*
ctus est. Thynnus enim non modo glandes, uerũ etiam purpuras prosequitur pro

pe terram, ab exteriore pelago, uſq; in Siciliam inchoans. A Coſſis Oſtiam nauigantibus exiguæ occurrũt urbes, Trauiſcium, Pyrgi, Halium, Fregenia. ad Trauiſcos CCC. ſunt ſtad. Inter hæc locus eſt quem Regis uillam uocant. Hanc Malæoti Pelaſgi regiam fuiſſe, ſcriptis mandatum eſt, quem, cum finitimis Pelaſgis in his locis magna excellentem potentia, inde digreſſum, Athenas petiiſſe. Ex hac natione ſunt etiam ij, qui Angyalam habitauere. A Trauiſcis uero ad Pyrgos paulominus C. & octoginta ſtad. A ſtad. inde XXX. Cæretanorum eſt emporium, habetq; Lucinæ templum Pelaſgis conſtructum, quondam opulentiſſimum, id quod Sicilię tyrannus Dionyſius depeculatus eſt, in curſu ad Corſicã. A Pyrgis Oſtiam CC.LX. ſtad. In medio eſt Halium & Fregenia. Et de Tyrrheni quidem maris litore hæc dicenda uiſa ſunt. Cęterum in mediterranea, præter iam dictas urbes extant, Arretiũ, Peruſia, Vulſinij, Sutrium. Ad hæc oppidula cõplura. Blerati, Ferentenum, Falerij, Faliſcum, Nepita, Statonia, aliáque complura. Nonnulla ab initio quidem conſiſtebant, alia uel Romanorum ſunt coloniæ, uel depreſſa ſicut ſæpius finitimi expugnati ſunt, ut Fidenæ. Aliqui ſanè Falerios in Thuſciæ regione minime locandos eſſe aiunt, ſed Faliſcos per ſe gentem. Quidam etiam Faliſcos proprij idiomatis ciuitatem poſuere. Aliqui Oeaci Symphaliſcum appellant, in uia Flaminia iacentem, inter Ocheclos & Romam. Sub monte autem Soractæ urbs eſt Feronia, quo nomine & dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipſius templum eſt mirificum ſacri genus habens. Nam qui eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, & copioſum inambulant ſub hac dæmone, nulla læſione, cinerem. Eò ingens mortalium multitudo conuenit, & celebritatis ipſius, quæ quotannis celebratur, gratia pariter & ſpectaculi huius quod dixi. In mediterranea uero, maxime ad montana extat Arretiũ, mille ac CC. à Roma diſtans ſtad. Cluſium uero DCCC. prope eſt, & Peruſia. Ad agri beatitudinem accedunt & lacus magni & permulti, qui & nauigationibus patent, & permultis menſis nutriũt opſonia, & paluſtres auiculas. Non modicũ etiam cremium, papyruſq; & ulua copioſa Romam per fluuios conuectatur, qui uſq; in Tiberim è lacubus effluunt. E quibus eſt Ciminius, & quæ circa Velſinios & Cluſiũ & prope Romã, admodum ad mare Sabata. Longiſſime autem terra Paſumena Arretio uicina, per quam ex Gallia in Thuſciam exercitus incurſant. Qua uſus eſt Annibal, cum duæ paterent uiæ, hæc ſcilicet & Arimini per Vmbriam, melior autem quæ Arimini. Ibi enim ſatis humiles montes fiunt. Cæterum cum hic ipſe tranſitus ſtationem teneretur accuratius, aſperiorem deligere coactus eſt. Et tamen compos euaſit, ſuperato magnas per pugnas Flaminio. Thuſcia quoq; ubi Romę propinquior eſt, ubertatem calidarum habet aquarum, nec minus abundant quàm Baiæ, quæ reliquas omnes nobilitate præcellunt. Thuſciæ applicatur ex parte orientis Vmbria, quæ ab Apenninis incipit, & ultra etiam uſq; ad ſinum Adriaticum. Hic enim à Rhauenna inchoantes, propiora deinceps tenent, Sarſinam, Ariminum, Senam, Camarinum. Ibi & Æſis fluuius eſt, & mons Gingunus & Sentinum, amniſq; Metaurus, & fanũ Fortunæ. In hiſce nanq; locis priores fuere Italiæ termini atq; Galliæ, ad quandã maris eius partem, licet Imperatores ſæpenumero tranſpoſuerint. Antea quidem Æſin flumen terminum faciebant, rurſus Rhubiconem fluuium. Æſis inter Anconem labitur & Senegalliam, at Rhubicon inter Ariminum & Rhauennam, uterq; in Adriaticum excurrit pelagus. Nunc uniuerſa uſque Al-

Trauiſcium. Pyrgi. Regis uilla. Halium. Fregenia. Malæotus. Angyala. Peruſia. Vulſinij. Sutrium. Blerati. Ferentenum. Falerij. Faliſcum. Nepita. Statonia. Fidenæ. Symphaliſcũ. Ocheclı. Lucinæ tẽplũ. Soractes mons Feronia. Feroniæ miri-fica ſacra. Arretium. Cluſium. Ciminius. Velſiniorum lacus. Sabata. Paſumena. Annibalis per alpes traiectus Vmbria. Baiæ thermæ. Sarſina. Ariminum. Sena. Camarinum. Aeſis. Gingunus. Galliæ termini priſci. Rhubico. Senegallia.

pes Italia demonstrata est. His igitur omissis terminis, redeamus ad Vmbriam, quam usque Rhauennam extendi consentiunt omnes. Hinc enim usque Ariminum CCC. esse asserunt, ex Arimino autem iter Romam per Flaminiam uiam facienti per Vmbriam, usq; Ocriculos & Tiberim, stad. L. & CCC. supra mille. Hęc quidem longitudo est. Cęterum latitudo impar. Intra montes uero Apenninos hę sunt urbes dignitate præcellentes. Ad ipsam quidem uiam Flaminiam Ocriculi, Tiberi propinqui, Larolum, Narna, per quam Nar amnis labitur, Tiberim influens paulo super Ocriculum, exiguis nauigabilis nauigijs. Dehinc Carsuli & Meouania, præter quam labitur Teneas, & hic paruulis scaphis collectos ex agro fructus deuehit in Tiberim. Sunt & alię uicanę habitationes, potius uię gratia, quàm ullo ciuili cœtu congregatę. Forum Flaminij, Nucería, ubi uasa lignea fabricantur. Forum Sempronij, ex Ocriculis autem Ariminum permeanti, uia dextera Interamna occurrit, & Spoletium & Æsium, & in ipsis montibus Picentinorum confinibus, ad montana Camerte. Altera ex parte Ameria, & †Tuder clara ciuitas, & Ispellum & Iturum. Prope hoc sanè montis excessus est. Vniuersa regio fertilissima est, montana aliquanto magis, quæ siligine potius quàm tritico, mortalibus uictum suppeditat. Et montana Sabinia est, ordine huic adiecta, sicut illa Thusciæ. Et quæ his propinqua sunt & Apennino longe magis quàm Latium sunt asperiora. Hæ quidem gentes decem initium à Tiberi, ac Thuscia ducētes, ad Apenninum & Adriaticum mare protrahuntur, ex obliquo insectę, at Vmbria usq; ad mare uarians (ut dictum est) porrigitur. De qua satis expositum sit. Sabini angustum incolunt agrum, in longitudinē protensum à Tiberi usq; Nomentum oppidum, stad. mille, usq; ad Vestinos, paucas quidem ac tenues habent urbes, bellorū assiduitate uastatas, Amiternum, & Interocream uicum Reato finitimum. In Cotiscolijs frigidæ aquæ sunt, quarum potus & insessio morbos curant. Sabinorum quoq; sunt Foruli, petræ ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiores. Curis urbs quondam insignis, nunc autem uiculus, è qua exciti sunt T. Tatius, & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes. Hinc Quirites appellare solent Romanos, qui orationem habent ad populum. Treburaq; & Eratum, & tales habitandi sedes aliæ, uici potius quàm urbes censeri debent. Ager eorum egregie oliuetis, et uinetis prędit⁹ est, glandesq; passim producit, maxime gregibus & armentis studet. Rheatinorū uero mulorū genus mirum in modum nobile. Vt autem summatim dicam, Italia cuncta pecorum & frugū prestantissima nutrix est, quanquam alię partes aliis atq; aliis in rebus principatū adipiscūtur. Sabini uero gens antiquissima est, indigenæ & aborigines. Ab his Picentini, Samnitesq; in colonias deducti, horū autem Lucani, horum uero Brutij. Ex eorū uetustate fortitudinis documentū quis fecerit, cętereq; uirtutis, cuius ope aduersarijs in hanc usq; ętatē obstitere. Rerum scriptor Fabius author est, Romanos tum primū diuitiarū sensum accepisse, cum huius potiti sunt gentis. Per ipsos uia Salaria, non magnæ longitudinis strata est. In quam & Nomentana incidit, apud Heretum Sabinorum uicum, supra Tiberim iacentem, ex eadem Collina porta inchoans. Dehinc Latium iacet, in quo et urbs Roma, quę etiā multas ex nō Latina prius collegit. Æqui enim, Volsci, Hernici, Aborigines q; Romę appositi. Et Rutuli priscam habentes Ardeā, aliq; cōuentus maiores & minores, circa priscam illam Romā habitantes, cum initio urbs cōdita fuit. E quibus nonnullos uicatim suis legibus ętatē ducere obueniebat, cum nulla sub gente cen-

Ocriculi.
Larolum.
Narna.
Nar flu.
Carsuli.
Meouania.
Teneas.
Forū Flaminij.
Nuceria.
Forū Sępronij.
Interamna.
Spoletium.
Aesium.
Camarte.
Ameria.
Tuder τοῦδερ ὄνομα græce est. Nisi malis τοῦδερ ὄνκας.
Ispellum.
Iturum.
Sabini.
Nomentum.
Vestini.
Interocrea.
Reatum.
Cotiscoliæ.
Foruli.
Curis.
T. Tatius.
Numa Pompil.
Quirites.
Trebura.
Eratum.
Rheatinorum mulæ.
Italiæ laus.
Sabini aborigines. ἀυτόχθονες.
Picentini.
Samnites.
Lucani.
Brutij.
Salaria uia.
Heretus.
Latium.
Aequi.
Volsci.
Hernici.
Aborigines.
Rutuli.
Ardea.

Aeneas. Ascanius. Laurentum. Latinus rex. Romæ origo. Laumium.

serẽtur. Æneam unà cum Anchisæ patre, et Ascanio filio Laurentũ applicuisse, memoriæ proditũ est, ad litus prope Ostiam ac Tiberim, paulum à mari supra, circiter quatuor & xx. stad. oppidulũ ædificasse. Aduentantẽ deinde Latinũ regem Aborigínum, qui tunc loca, ubi nunc Roma est incolebant, cum Ænea societatẽ iniisse aduersus finitimos Rutulos, qui Ardeã per id temporis tenebant. Distat autem ab Ardea Roma stad. c. & lx. Victor uero à Lauinia filia, proxime urbẽ cognomine ędificauit. Denuo cõserentibus pugnam Rutulis, Latinus cecidit, at Æneas, refœliciter gesta imperiũ adeptus, suos etiam Latinos appellauit. Hoc etiam & genitore humanis ex rebus excedente, Ascanius in Albano monte, qui quantũ & Ardea, tantum distat à Roma, Albam posuit. Eo in loco Romani pariter ac Latini, ex uniuerso regno Ioui immolant, instante autem sacri tempore præfectus instituitur è nobilioribus unus iuuenibus. Post autẽ annis cccc. Amulij ac fratris Numitoris facta memoriæ mandata sunt, partim fabulose, partim propius fidem. Ambo enim ab Ascanij prognatis per successionem Albæ regnum acceperunt, quod usq; ad Tiberim dilatatũ erat. Cæterũ iunior Amulius natu, maiore supplantato, regnũ inuaserat. Verum cum Numitori filius adesset, ac filia, filiũ quidem inter uenandũ insidijs obtruncat, filiam uero (ut spem prolis interciperet) Vestæ sacerdotẽ constituit, seruandę uirginitatis gratia. eam Rheam Syluiam uocitãt. Corruptã postea deprehendens, gemellis partu editis, Syluiam quidẽ coniecit in carcerẽ, fratri gratiam tribuens, puellos uero ritu patrio exposuit in Tiberim, quos Marte genitos fabulãtur. Ii cum à lupa catulorũ instar, lactari inspectarentur, Faustulus loci illius subulcus sublatos enutrijt infantes. Coniectari licet, subditũ quendã Amulio locupletẽ, acceptos educasse, & alterum quidem Romulum, alterum autem Remũ nominasse. Hi ergo cum adoleuissent, impetu in Amulium facto, eum stirpemq; eius deleuerunt. Quibus extinctis & restituto in regnum Numitore domũ reuersi, Romam condiderunt in locis, non quidẽ arbitrio delectis & idoneis, sed necessitate oblatis. Solum enim neq; munitum, neq; agrũ circumadiacentẽ alendæ ciuitatis satis fertilem habet, neq; mortales ad habitandũ abunde conuenientes. Qui enim aderant, seorsum habitabant, urbis ædificandę mœnibus propinqui, nec Albanorum imperio subiecti, erant autem Collatia, Antennæ, Fidenæ, Lauinium, aliæq; huius generis urbes, tunc quidẽ oppidula, nunc autem uici, priuataq; quorundam ædificia, longe à Roma stad. xxx. distantia. Intra quintũ igitur & sextum lapidem (sic enim miliaria designabantur) locus erat Festi appellatus, ubi Romani tunc terminus monstrabatur agri. Sacrorum præsules, & hic & alijs in locis, perinde ac in finibus, eadem die sacrificium absoluunt, quod Ambaruale uocant. Orta igitur inter eos seditione, inter ædificanda mœnia, Remum occisum fuisse traditur. Vrbe deinde condita, Romulus mortales conuenas aggregat, sacrum quendam locum Asylũ aperiens, inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate donatos designat. Eis cum adipisci cõnubia nequiret, Neptuno cõsecratum equestre uulgat certamẽ, quod & hac ipsa conficitur ætate. Cõuenientibus permultis, maxima ex parte Sabinis, edicit, ut cælibes cuncti uirgines eò profectas rapiant. Rex ergo Curiũ T. Tatius iniuriã uindicaturus armis, in regni societatẽ, & ciuitatis cum Romulo cõuenit. Cęso autẽ per dolũ Tatio †Lauinij, solus nõ inuitis Quiritibus, Romulus tenuit imperiũ. Post Romulũ Numa Pompilius, T. Tatio cõterraneus regnũ suscepit, ita iubentibus subditis. Hęc quidẽ urbis Romę creatio est quę maxime

Latini troiani. Alba. Amulius. Numitor. Syluia Rhea. Romulus. Remus. Faustulus. Collatia. Antennæ. Fidenæ. Lauinium. Miliariorũ lapides. Festi. Ambaruale sacrum. Asylum. Sabinarũ raptus. T. Tatius. κὴρ παστνία. Numa Pomp.

xime fidem uendicat. Prior quædam ac fabulosa altera, coloniam ex Arcadibus deductam ab Euandro esse commemorat. Huic enim hospitio iunctum Herculem, fama est Geryonis boues agitantem. Euander à Nicostrata matre, quæ uaticinandi notitia pollebat, intellexerat, in fatis esse, Herculem post cõsummata certamina, deorum numero adscitum iri. Quibus Herculi renuntiatis, sacram ædem aperte posuisse, & Græcanico ritu immolasse, quem & hæc ætas Herculi seruat. Qua ex causa Cęcilius rerum Romanorum scriptor signum ponit, Romam origine Græcam esse urbem, quod penes eam more patrio sacrificium græcum, Herculi dicatum existat, & Romanus populus Euandri matrem nympharũ unam existimantes præcipuis u=nerentur honoribus, transmutato pro Nicostrata nomine, eam Carmentam appellantes. Itaq; Latini, cum à primordio pauci essent, nec Romano subessent imperio, postea uirtutis admirationem obstupescentes, & Romulo & cęteris dehinc regibus subiecti fuere omnes. Fusisq; Aequis & Volscis & Hernicis, priusq; Rutulis & Aboriginibus, insuper & Ræsis & Argyruscis & Priuernatibus, cuncta istorum plaga Latinorum uocitata est, Volscorũ autem Pometiorum agri finitimi Latinis erant. Sic etiam oppidum est Epiola, quod Tarquinius Priscus à fundamentis diruit. Aequorum quoq; Curibus uicinorum, hic idem urbes direptas extinxit. Eius filius Volscorum Metropolin Suessam in potestatem redegit. Hernici uero & Lauinio, & Albæ uicini erant, ac ipsi Romæ. Non longe autẽ distat Aricia, Tellenæ & Antium. Cæterum Albani cum Romanis initio in unum conspirabant, cum & Latini, & eiusdẽ linguę simul essent. Vtriq; uero per se suum obtinebant imperium. Nec minus tamen connubia, sacraq; communia erant, & reliqua iura ciuilia. Posteriori deinde tempore, conflato inter eos bello, Alba diruta est, templo duntaxat excepto, Albani uero Ro. ciuitate donati sunt. Aliæ uero circunstantes ciuitates, partim deletæ, partim cum rebelles essent, depressæ sunt, nonnullę pro Romanorum amicitia in ampliorem statum floruere. Nunc quidem maritima ipsa, ad urbem usq; Sinuessam, ab Ostia, Latina dicitur. Antea quippe, usq; Circæium extendebatur, & in mediterraneam quidẽ prius, non sanè multa. Posteа uero usq; in Campaniam & Sanniũ, & Pelignos, & alios incolas Apẽnini porrecta est, tota opulentissima et fertilissima, pręter litoralia pauca, quæ palustria sunt atq; morbosa, ueluti Ardeates, & qui inter Antium Lauiniumq; usq; Pometiam, et Setinæ quædam loca, & Terracinam atq; Circæium, & siqua montana, & petrosa sunt, quæ tamen ipsa neq; omnino inculta, uel infructuosa sunt, sed lęta pabula prę stant, uel materiã uel palustres montanosq; prouentus. Cæcubũ quidem licet palu=dibus adiaceat, uineta tamen uini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Extant autem maritimę Latinorũ urbes, Ostia importuosa quidẽ propter limum, quẽ Tiberis multis refertus amnibus aggregat. Non paruo igitur discrimine agitata salo stant in anchoris nauigia. Attamẽ uincit utilitas, nempe ministrantiũ copia scapharum, quibus eximuntur & imponuntur onera, impigram efficit enauigãdi facultatem ante quàm flumen attingant. Sunt & quæ ex parte leuatis oneribus, amnem intrant, & penes Romam stad. c. & LXXXX. aduersa producantur aqua. Ostiam, quæ tale oppidum est Ancus Marcus cõdidit. Dehinc Antium est, et ipsa quidem portu carens ciuitas, sita est in rupe, longe ab Ostia ad stad. CC. et LX. Nunc ad otiũ rerumq; urbanarum uacationẽ principibus concessa est ubi tẽpus nacti sunt. Quo circa frequentes & quidem magnificę in ea urbe ad huiuscemodi perigrinationes,

Euander.
Nicostrata.
Herculis sacra
Carmenta fatidica.
Volsci.
Pometij.
Epiola.
Aequi populi.
Suessa.
Hernici.
Aricia.
Tellenæ.
Antium.
Alba.
Latina.
Cæcubum.
Ostia.
Antium.

Antiatium latrocinia. Demetrij cum Ro. expostulatio.

ædificatæ sunt ædes. Superioribus annis naues habebant, quibus cum Etruscis latrocinandi societatem inibant, licet iam Romano subiecti imperio. Eas ob causas & Alexander antea, & Demetrius postea, missis qui prædones in potestatem redigerent, eos Romanis reddidit, incusatione simul adiuncta, gratis quidem, inquiens, eis se donare corpora, propter antiquam cum Græcis necessitudinem, indignum autem esse, ipsos uiros qui regnum Italiæ uendicarent, latrocinia simul emittere. Cúmq; in foro Castoris & Pollucis templum ædificatum tantis uenerentur honoribus, quos uniuersi conseruatores appellant, ipsos qui Græciam illorum patriam populentur immittere. Romani deinde illos, ab eius generis exercitatione represserunt. In harum urbium medio locatum est Lauinium, Latino nomini commune Veneris templũ habens. Eius curam à maioribus acceptam, Ardeates tuentur. Inde Laurentum, super hæc extat Ardea, Rutulorum colonia stad. LXX. à mari distans, cui propinqua est Veneris ædes, ubi Latinorum celebritas est atq; conuentus. Populantibus uero loca Samnitibus, uetustissimorũ reliqua extant oppidorum uestigia illustria sanè propter aduentantem eódem Aeneam, et eius sacra ex illa tempestate posteris commendata. Post Antium Circæium est stad. CC. distans & LXXXX. mons mari & paludibus, instar insulæ, quem copiosis germinare radicibus fama est, ob ea fortasse, quæ Circæ conuenientia fabulę uulgant. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, & Mineruæ aram. Monstrant autem & quandam Vlyssis pateram. In medioq; Storas est fluuius, & prope illum Hyphormus, dehinc contiguum litus, portubus destitutum, uicinus tantummodo Circæio perexiguus partes adiacet. In mediterranea uero Pometius ager imminet, huic proximi Ausonij prius incolebant, qui quidem & Campaniam tenebant. Post eos Osci, qui & ipsi Campanię partem obtinebant. Hoc autem tempore, cuncta usq; Sinuessam Latini tenent, ut diximus. Quippiam uero Oscis, & Ausonię genti proprium obtigit. nam cum Oscorum gens defecerit, eorum lingua Romanis salua manet, ut more quodam patrio scripta poëtica in scenicum certamen perueniant, histrionesq; pronuntient. Cæterum cum Ausonij mare Siculum ne semel quidem incoluerint, Siculum tamen pelagus Ausonium appellatur. Deinceps Circæio proxima intra stad. C. Taracina est, antea Trachina, id est, aspera uocata ex eo quod ei obtigit, eidemq; obiecta palus ingens est, quam duo amnes efficiunt, è quibus maiorem Auphidum appellant. Hoc in loco mari adiungitur Appia uia, strata à Roma usque Brundusium, ac plurimum peragrata, è maritimis urbibus hæ solum attingunt, Taracina & quæ deinceps Formij, Minturnæ, Sinuessa, & extrema Tarentũ & Brundusium. Penes Taracinam uero Romam iter facienti, fossa ad Appiam uiam apponitur, & quidem multis in locis, quam et palustres & fluuiatiles implent aquæ. Per eam nocturna maxime fit nauigatio, ut qui primis inscendant tenebris, oriente sole egressi, uiæ Appiæ reliquum euadant, & interdiu trahentibus mulis remulco perambulent. Súbinde Formij, quos condidere Lacones, quas prius Hormias à stationis, id est hormi bonitate appellabant. In medio positum sinum illi Caietam nominarunt. curua enim omnia Caiattas appellauere Lacones. Plerique sinum ipsum ex Aeneæ nutrice cognomen duxisse ferunt. Stad. autem centum longitudinem habet, à Taracina usq; in eiusdem nominis promontorium inchoans. Ingentes hic speluncæ panduntur, domicilia magna sumptuosaq; continentes. Hoc ex loco Formios usq; stad. sunt CCCC. Inter hanc & Sinuessam Minturnæ sunt,

Castoris & Pollucis templũ.

Lauinium. Veneris templũ. Laurentum. Ardea.

Circæium.

Storas. Hyphormus.

Pometia. Ausonij. Osci.

Auſoniũ mare

Taracina. Trachina. Auphidus. Appia uia. Formij. Minturnæ. Sinuessa. Tarentum. Brundusium.

Hormiæ.

Caiatta.

sunt, utrinq; ad stad. LXXX. distantes. Interfluit autem Eris amnis, quē antea Cleanin uocauere, labiturq; superne de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter ui cum Fregellas, clarissimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum sacrum, quem magnis honoribus Minturnenses celebrant, oppido incumbentem. In ipso speluncarum prospectu iacent insulæ duæ procul in pelago, Pandaria & Pantia, exiguæ quidem, cæterum habitaculis frequentes, inter se non admodum disiunctę, uerum à litore stadijs CC. & L. semotæ. Sinui Caietano contiguum est Cæcubum, cui adiecit urbs Fundi in Appia uia. Tota hæc ora, præcipua adeo uina generat, uerum Cæcubum & Fundanum & Setinum, sicuti Falernum & Albanum & Staganum, inter nobilia numeratur. Sinuessa in Setano sita est sinu, à quo nomen uendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ. Hæ quidem urbes Latinorum maritimæ. At prima supra Ostiam in mediterranea Roma est, & sola super Tiberim iacet, de qua iam dictum est, eam non delectu, sed necessitate conditam esse. Addamus & illud, quod qui etiam deinde ædificia, quadam ex parte addiderunt, non sanè potiora sua in potestate habuere, uerum iactis antea fundamentis seruierunt. Prisci nanque Capitolium & palatium, collemq; Quirinalem, sic muniere muris, ut uenientibus aliunde, exterius facilis foret ascensu. Adeo ut T. Tatius primo aduentans incursu; locorum potitus sit, cum raptarum uirginum ulciscereturiniuriam. Ancus etiam Marcus montem Cælium, & Auentinum, & iacentem inter hos campum assumens, inuicem disiunctos, & ab alijs ante muro cinctis ædificijs, urgente necessitate prioribus copulauit. Colles enim adeo munitos extra muros illis permittere, qui incumbentia superne castella cuperent, nequaquam recte se habebat, totum etiam explere circuitum, usq; in Quirinalem minime ualuit. Quem quidem locorum defectū Seruius redarguit. nam suppleuit ipse, adiecto Esquilino colle & Viminali. Ea uero loca aduentantibus hostibus leuiter captari poterant. Quo circa profundiore exterius ducta fossa, & accepto solo, stad. VI. aggerem porrexerunt, super fossæ supercilio interiore, murumq; cum turribus, è Collina porta, usq; ad Esquilinam imposuerunt. In aggere autem medio tertia est porta, eiusdem nominis cum Colle Viminali. Vrbis igitur ipsius munimentum alijs indigens munimentis, huius generis est. Priscos sanè illos eandem, & de seipsis, & de posteris cogitationem suscepisse arbitror. Quoniam non à locorum munitionibus, sed ab armis, innataq; uirtute, tutelam & cæterarum rerum facultatem habere Romanorum erat. Non uiris quidem mœnia, sed uiros mœnibus propugnacula fore putabant. Cum igitur solum ipsum in circuitu bonum, ac permultum esset initio, urbis autem sedes ad hostiles facile pateret incursus, nulla profecto sors locorum beata futura fuit. Cúmque uirtute atque labore terram propriam uendicassent, quidam bonorum incursus affluxisse uisus est, qui omnem naturæ bonitatem antecelleret, quam ob causam adeo ciuitas creuit, ut cum commeatu, tum lignis & lapidibus ad ædificia perduret, quæ sine fine factitant, cum tot casus, tot incendia, tot permutationes incidant, nullo deficientes tempore. Nam permutatæ ædificiorum figuræ, spontanei quidam casus existunt, cum alius alia, ex alijs transponit, & ædificium ex ædificio pro cupiditate nouat. Quas quidem ad res, & ipsa metallorum copia & materia, & deuectantes amnes, mirificam quandam præstant abundantiam. Primus quidem Anio ex Alba decurrens, prę̄ter Latinam Marsorum

Eris. Cleanis. Fregellæ.

Pandaria. Pantia.

Cæcubum. Fundi. Vina optima.

Sinuessa unde appellata.

Romani colles

Ciuitatis uera munimenta.

Anio. Latina opp.

Nar. Tenas. Cleanis. urbem, & propinquũ illi campum, quouſq; Tiberim intret, inde Nar & Tenas & alij, qui per Vmbriã labuntur fluuij, eidem miſcentur Tiberi. Verum per Thuſciam, agrumq; Cluſinum Cleanis. Auguſtus igitur Cæſar, ad urbanos eius generis defectus, præcipuam curam adhibuit, inſtitutis è Libertinorũ numero militibus, qui aduerſus incendia ferrent opem. Contra ruinas uero nouorum altitudines ædificiorũ depoſuit, & ne quis ſupra pedes ſeptuaginta ſublimius ædificaret, inhibuit in publicarũ uicinitate uiarum. Attamen niſi & metalla, & materia, & portoriũ recte inſtitutum obſiſteret, recte introducta præceptio defeciſſet. Hosquidem proſperos rerum euentus ipſa regionis natura præbet. Adiecit ei Romanus populus quicquid ex prouidentia conſultandum erat. Nam cum in condendis ædificijs Græci acuti maxime, ac ſolertes fuiſſe uideantur, cum pulchritudinem & munimentum ingenioſe proſpicerent, portusq; & agri feracitatem, hi ea maxime animaduerterunt, quæ illi paruifecerunt, ſtrata uidelicet uiarum, aquæductus, cloacas, quibus ciuitatis ſordes in Tiberim eluerentur. Cernere licet ſtratas in agro uias, exciſis ad hæc collibus, exaggeratis uallibus, unde nauigiorum onera plauſtris exciperentur. Cloacæ duro cameratæ lapide, peruias carris ſtramentorum ſemitas reliquerunt. Tanta autem per aquæductus aquarum ubertas influit, ut per urbem, atq; cloacas amnes inundare uideantur, & uniuerſæ propè modum ædes ſubterraneos meatus, ſiphones ac fiſtulas undoſas habeant. Quorum accuratiſſimam diligentiam M. Agrippa egit, qui urbem pluribus alijs monumentis adornauit. Vt autem ſic dixerim, ueteres illi Romani urbis pulchritudinem contempſere, cum maioribus magisq; neceſſarijs animum adieciſſent. Poſteri uero & ij præſertim, qui noſtris fuere temporibus, haud quaquam illis hac in re ceſſiſſe uidentur. Sed innumerabilibus & præclariſſimis urbem Romanam impleuerunt inſignibus. Pompeius nanq; & diuus Cæſar & †Octauius & eius filij & familiares & uxor & ſoror, cunctorum ſtudium ſimul & impenſas ad apparanda decora ſuperarunt. Maximam autem horum partem Martius campus habet, præter natiuam locorum amœnitatem, artis & ſolertię exornationes admittens. Campi enim admirabilis magnitudo, ſimul et curules pariter curſus, & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat, nec minus tam multis, pilam, circulum, palæſtram, exercitatione tractantibus, aliaq; incumbentia ſimul opera. Quid perennes ſolo herbas, coronatósque uſq; ad fluminis alueum colles? ſcenicarum oſtentatio picturarum, eiuſq; generis ſpectacula præſtant, ut difficulter & inuitus abſcedas. Huic proximus campo, & alter adiacet campus, & innumerabiles circumcirca porticus, horti nemoroſi, theatra tria, ſimul & amphitheatrum, templa magnificentiſſima, inter ſe contigua, ut quaſi aliud agentia, reliquam urbis uenuſtatem oſtentare uideantur. Ea propter cum locum iſtum religioſiſſimum eſſe cogitaſſent, clariſſimorũ uirorum, ac fœminarũ monumenta in eo conſtruxerunt. Cõmemoratione digniſſimũ eſt, quod Mauſoleum appellant, in excelſis fundatũ collibus, lapide niueo & perpetuę uiriditatis arboribus coopertũ in ſummum uſq; uerticem, ad fluminis ripam exaggeratũ. In ſummo autem poſitũ eſt Cæſaris Auguſti ſimulacrũ, ex ære fabricatum. Sub aggere ipſo ſunt eius loculi & cognatorum & neceſſariorũ. A tergo uero lucus eſt, mirifica continens ambulacra. In medio autem campi ſpatio, ſui buſti extat ambitus, & hic ipſe niueo perfectus lapide, ferreos in circuitu cancellos habens, & plantatas interius per ſe ferens populos. Rurſus ſi priſcum ingrediaris forum, aliud ex alio ſpectabis appoſitum. Quid regales porticus,

Aquæ ductus. Agrippa. Κοσίβασος, Græce legitur i. Auguſtus. Martius campus. Mauſoleum.

eus, ædesq; sacras: quid Capitolium: & in ipso, & in palatio opera, & in Liuię por
ticu: quę singula contemplans, alia facile exteriora obliuione delebis. Talis est Ro=
ma. Aliarum uero in Latina ciuitatum, quædam alijs insignibus, quędam nobilis=
simis discernuntur uijs, quę per Latinam stratę uisuntur. Præclarissimæ sunt uiæ, Appia uia.
Appia, Latina, Valeria. Vna quidem ad mare Latinæ partes separans, usq; Sinues Latina uia.
sam protenditur. Altera in Sabinam, usq; ad Marsos. Inter has media Latina est, Valeria uia.
quæ ad Casinum oppidum coniungitur Appiæ, ab Capua XIX. distans stad. Ap=
piæ uiæ principium ex ipsa sinistrorsum est, prope Romã deflectens, dehinc per
Thusculanos transiens montes, inter oppidum Thusculum & Albanos ducitur Thusculum.
montes, ad oppidulum descendens Algidum, & Pictas, per Pandochiã. Porrò in Algidum.
unum cadit Labicana, à porta quidem Esquilina incipiens, à qua & Prenestina. A Pandochia.
sinistra uero, & hanc & Esquilinum omittens campum, ultra C. & XX. stad. pergit. Pictæ opp.
Cum autem Labico, uetusto sanè oppido cęterũ disiecto, & in sublimi sito propin Labicum.
quat, & hoc & Thusculũ relinquit à dextra, ad Pictas uero & Latinam finem acci= Ferentium.
pit. Hic locus stad. CC. & X. distat à Roma. Postmodũ deinceps in ipsa Latina insi= Frusinum.
gnes sunt ędes, urbesq; Ferentium, & Frusinum, iuxta quam Cosas labitur flumẽ. Cosas flu.
Fabrateria iuxta quam Trerus amnis fluit. Acuenũ magna ciuitas est, iuxta quam Fabrateria.
Melpis flumen labitur, ingens ad Interamnium, inter duos confluentes in unum Trerus.
fluuios, iacentem, Lirin et alterum Casinum, prędara & hęc ciuitas est Latinorum Acuenum.
nouissima. Teanum enim quod Sidicenum uocant, ordine deinde situm, ex impo Melpis.
sito uocabulo, Sidicenorũ esse demonstratur, qui quidẽ ex Oscorũ gente Campa= Casinum.
na restant. Adeo ut & hæc Campaniæ ciuitas diceretur, maxima inter Latinas ur= Teanum.
bes. Inde Calenũ, urbs in primis eximia adiuncta & ipsa Casilino. Vtroq; autẽ ex Sidicenum.
Latinę latere dextrorsum inter illam & Appiam, Setia & Signia sunt, uini feraces, Calenum.
altera quidẽ pretiosissimi, alterius uinum est quod aluum sistit, quod Signinũ uoci Casilinum.
tant. Ante hanc Priuernum est, & Cora, et Syes & pusilla quędam prefectura, Ve= Setia.
litręq;, & Alatriũ. Sunt & Fregellę, quas pręterfluit Liris, qui ad Minturnas erum= Signia.
pit, qui hoc quidẽ tempore uicus est, & olim urbs magnifacienda, & quę complu= Signinũ uinũ.
res ex iam dictis circumhabitationes adiacentes contineret. His autẽ annis conue= Priuernum.
niunt, ut ludos & sacrificia in ea perficiant. Ea uero cum à Romanis defeciisset, fun= Cora.
ditus est diruta. Plurimę autem sunt & horum, & eorum qui in Latina, & eorũ qui Syes.
post illos sunt in Æquis & Hernicis, & Volscis, ciuitates constructæ. Sunt & Ro= Velitræ.
manorum oppida à sinistra Latinæ, inter eam & Valeriam, Gabij sanè extant in Alatrium.
Prenestina uia siti, ubi latomię sunt, plus quàm reliquę, lapides Romę suppeditan= Fregellæ.
tes, distantes à Roma & Preneste ex æquo ad stadia centum. Inde Prenestę, de quo Liris flu.
mox uerba faciemus. Dehinc supra montes Prenestinos, Hernicorum oppidu=
lum & Pitulum & Anagnia urbs insignis, & Cerate, & Sora. Apud quam elabens Hernici.
Liris Fregellas affluit atq; Minturnas. Dehinc alię quædam & Venafrum, unde Gabij.
oleum optimum. Oppidulum quidem ipsum in uertice situm est, præter cuius ra= Pitulum.
dicem Vulturnus excurrit, qui iuxta Casilinum delatus, in eiusdem nominis urbẽ Anagnia.
erumpit. Æsernia porrò & Allife, Samnitica iam sunt oppida, alterum bello Marsi= Cerate.
co deletum, alterum superstes adhuc. Cæterũ Valeria à Tiburtinis capiens initiũ, Sora.
& Marsos & Corfinium Pelignorum metropolin ducit. In ea Latinæ urbes sunt, Venafrum.
Valeria & Carseoli & Alba, propeest Cuculum oppidulum. In Romę uero cõspe Oleũ uenafrũ.
ctu sunt Tibur, Prenestę et Thusculũ. Tibur quidẽ Herculeũ est et Cataracta, id est Vulturnus fl.
Æsernia.
Allife.
Valeria uia.
Valeriæ opp.
Corfinium.
Carseoli.
Alba.
Cuculum.
Tibur.
Prænestę.

Anio fluuius. descensus est, quam facit Anio, ubi nauigabilis esse incipit, cum è sublimi profun-
Tiburtinus la- dam in uallē pręceps defertur, & per urbi ipsi uicina nemora. Hoc ex loco mira est
pis. fructuum abundantia, pręter lapidis effossiones, qui Tiburtinus dicitur, et alterius
Rubeus lapis. Gabiorum, & eius qui Rubeus dicitur. Adeo ut eorum ex metallis exportatio, &
subuectio facillima fiat, ad plurima opera Romę conficienda. In hac planitie Anio
Albulæ aquæ. fluit, & quas nuncupant Albulas, aquas frigidas multis è fontibus edentes, uarios
ad morbos salutares cum potu tum insessionibus admissas. Talia sunt etiam La-
Labanæ aquæ. bana, non longe ab istis, in agro Nomentano, & circa Ereti locos. Habet Prænestę
Fortunæ tēplū Fortunæ templum illustre, unde certa eduntur oracula. Istæ duæ urbes in eadem
montana regione sitæ sunt, distantes inuicem stad. c. è Roma uero bis tot Pręneste,
Prænestę poly- at minus Tibur abest. Græcam uero utrancq; esse commemorant. Prænestę enim
stephanum. quondam polystephanum, id est multarum coronarum appellatam, ualida autem
nunc est utraq;, sed Prænestę amplius. Nam super urbem quidem montem habet
excelsum, à tergoq; continui montis collo disiunctum, duobus stad. arduum ascen
su. Ad tam ualidam uero munitionem etiam foueis occultis quaquauersum usq;
ad plana perforata est, & aquationis gratia, & clandestinę fugę. In quarū una Ma-
Marij mors. rius obsidione oppressus oppetijt. Reliquis sanè urbibus commoditati sunt muro
rum munimina, Prænestinis autem cladi, propter Romanorum seditiones. Con-
fugientibus enim eò seditiosis, & per obsidionē deprehensis, et urbem uastari, & a-
Vereſtis flu. grum alienari contigit, ad insontes culpa relata. Fluit autem per agrum Vereſtis flu
uius. Ex orientali Romę regione dictę urbes extant. Interius uero ad montanum il
larum tractum, alterum tergum est, uallem in medio relinquens ad Alginum, subli
Thusculum. me sanè ad Albanum usq; collem, super eo quidem situm est Thusculū, ciuitas egre
gijs ornamentis insignis, quam uineta coronant, tectaq; magnifica, ex ea pręsertim
regione, quę in Romanū descendit aspectū. Isto in loco Thusculanū est iugum, ir-
riguum & terris fertile, quieto surgens ascensu, ubi uidere licet uillas, uarijs decora-
tas apparatibus. Contigua est Albano proxima monti ora, eiusdem uirtutis, appa-
ratusq; pulchros habens. Dehinc planities est, pleraq; Romæ proxima, suburba-
nisq; eius pleraq; mari uicina, minus uero salubris. Relíqua ductu facilis, paribusq;
Aritia. spectabilis ornamentis, post Albanum montem urbs est Aritia in Appia uia, stad.
*Λανούιον ἢ. centum & sexaginta à Roma distans. †Curuus autem cum sit locus, habet tamen
Lanuuium. munitam summitatem. Cui quidem superinsidet Lanuuium, Romanorum ciui-
tas in Appiæ uiæ dextera, à qua prospectus est maris & Antij. Est & Dianæ lucus
Artemisium. id est, Artemisium (sic enim uocant) è sinistra uiæ regione, ex Aritia ad Areci-
Arecina tēplū nam, uiam conscendentibus, quod templum nominant, ædificium † Tauricæ.
*ἀφιδρύματα † Nam Barbaricus quidam, Scytharumq; circa templum mos obtinet. qui enim ui-
ταυροπόλου. ctimæ mactator prius extiterit, sacerdos instituitur, fugitiuus quidam uir gladium
tenens ad insultus semper circunspectans, ad tutandum strenue est paratus. Tem-
Lacus Dianæ. plum autem sylua circundat, cui lacus instar pelagi fluctuans adiacet. Circumcirca
montanum imminet supercilium continenter, unumq; prælatum, caua inde regio
templum, aquamq; excipit. Fontes spectare licet, è quibus lacus expletur. Horum
sacra sub cuiusdam dæmonis appellatione habentur. Scaturigines autem hoc in
loco obscuræ sunt, longius uero exterius ad superficiem eminentes ostenduntur.
Albanus mōs. Hisce locis proximus est mons Albanus multum ultra Artemisium porrectus &
Albanus lacus illius supercilia, licet in rectum sufficienter ardua. Continet autem hic lacum

longe

longe ampliorem alio, qui ad Artemisium montem iacet. Vltra hæc dictæ prius urbes Latinæ uię sunt, è quibus in mediterranea maxime Latinas inter urbes, sita est Alba Marsis finitima, in excelso locata saxo. Prope Fucinus est lacus, longitudine par pelago, is Marsis & uicinis maxime omnibus usui fit. Memoriæ proditum est, illum nonnunquam usq; ad montana crescere, interdū autem rursus decrescere, ut mersa prius lacu loca desiccentur, & agricolationē rusticis exhibeant, quę subterranei humoris transitione occulta quadam ratione, sparsim efficiuntur. Denuo autē in unum fontes confluunt, aut omnino deficiunt, aut rursum confligunt, quemadmodum de Amenano per Catanam defluente traditur. Qui quidem annos cōplures euanescens iterum excurrit. Cęterum de Fucino lacu Martiæ aquæ fontes emanare scriptis mandatū est, quę rigationes Romę propinant, quę́q; reliquas super aquas probentur. Alba uero multoties ad noxiorū custodiā usi sunt Romani, cum excubias tempus postulat, quod ager ipse in profundo locatus sit, & quasi uallo circunseptus, in ea carcerandos includentes. Quandoquidē à uicinis Alpium, & Apennini gentibus exordiū sumpsimus, & inde transgressi, omnem intra mare Tyrrhenum, & Apenninos montes, regionē peruagati sumus, ad Adriaticū sinum declinatā, usq; ad Samnites atq; Cāpanos. Nunc regredientes montanos aperiamus incolas, ad radices habitantes, et qui exterius ad litus usq; Adriaticū, & qui interius immorantur. A Gallicis autem inchoandum est rursus montibus. Picenum igitur post Vmbrię ciuitates, quę inter Ariminum Anconemq; iacent extenditur. Profecti sunt autem Piceni à Sabinorum terra, qui ductu et auspicio Pici, iter ineuntibus authoribus proficiscerentur, nomen deinde nacti fuere, ab aue quam Marti dicatā, uetus opinio est. E montibus autem usq; in plana, & pelagus, eorum incipiunt domicilia, quorum ager in longum, magis quàm in latum excrescit, bonus ad omnia. Cæterum lignarijs quàm frumentarijs fructibus longe præstantior. Eius latitudo ex montibus ad mare patet, spatijs inęqualibus. Longitudo autē ab Æsi fluuio nauigabilis usq; ad Leastrum stad. DCCC. Vrbes uero habet ex quibus Ancon Grę́ca ciuitas est, à Syracusanis condita, Dionysij tyrannidem fugitantibus. Sitaq; est in promontorio, inclusum cōplectente portū, dum ad Septētriones circunflectitur. Vini autem ac frugum uberrima. Prope illam uero paululū supra mare Auxumū est, inde Septempeda, & Pneuentia, et Potentia, & Firmum Piceni, eius emporium Catellum est. Porrò uero Cyprę templum situm est, Thuscorum ædificium. Nam illi Iunonem Cypram nominant. Deinceps Druentum flumen, & eiusdem nominis oppidum. Dehinc Trunoum & Matrinus fluuius, ab Adrianorum urbe fluens, emporium Adriæ eiusdem appellationis habens. In mediterranea uero & ipsa est, & Asculū Picenum. Locus munimine prævalidus, cui & murus & circunstanteis montes supereminent, nullis penetrabiles exercitibus. Vltra Picenum autem Vestini sunt, & Marsi, & Peligni, & Marrhycini, & Feretani Samnites populi, regionem montanam possidentes, & mari non admodum proximi. Hæc autem natio exigua est quidem, cęterū fortitudine conspicua, ostentata Romanis eorum sæpissime uirtute. Primum quidem, cum aduersus eos bellum gerebant, secundo uero, cum ipsorum militiæ societatem inibant, tertio cum & libertatem, & ciuitatis communionem assequi uolentes, repulsam passi desciuerunt, unde Marsicum exarsit bellum, Corfinium Pelignorum metropolin, communem uniuersis Italis ciuitatem demonstrantes, eamq; translato nomine Italicam appellantes, con-

Alba opp.
Fucinus lacus.
Amenanus.
Martia aqua.
Alba.
Picenum.
Picenorum appellatio.
Aesis.
Leastrum.
Ancon.
Auxumum.
Septempeda.
Pneuentia.
Potentia.
Firmum.
Catellum.
Cyprę templū.
Druentum.
Trunoum.
Matrinus flu.
Asculum.
Vestini.
Marsi.
Peligni.
Marrhycini.
Feretani.
Marsicū bellū.
Corfinium Italicum.

tra populum Romanum receptaculum, propugnaculumq; constituerunt. Adunatisque complicibus, Imperatores & consules creauere. Biennio igitur bellum protraxere, donec perfectum est, ut in ciuitatem communiter uocarentur, cuius rei gratia tantum belli conflatum fuerat incendium. Marsicum autem ideo nominatum est bellum, quoniam à Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium, præsertim à Pompedio. Cum autem alioqui per uicos ætatem degant, habent tamen urbes supra mare Corfinium, atque Sulmonem, & Maruuium & Tegeatem, Marrhucinorum metropolin. Ad ipsum autem mare & Auternum Piceno conterminum, quo nomine & fluuius est Vestinos Marrhucinósque distermi-nans. Per Amiterninũ enim fluens agrum Vestinosq;, à dextera relinquens Marrhucinos, supra Pelignos iacentes ponte trajicitur. Oppidulum uero pari uocatum nomine, Vestinorum est, cæterum & Peligni, & Marrhucini eo communi emporio pariter utuntur. Abest pons ipse à Corfinio, stadijs IIII. & XX. Post Amiternum quod & Ferentanorum emporium est, Buca, & Ferentanum ipsum Theano Apulo propinquum manet. Orthium est in Ferentanis, petra piratarum, qui domicilia sua ex naufragijs construunt, & in reliqua uita immanitate beluas imitari feruntur. Inter Orthium autem & Amiternum, medius Sagrus excurrit amnis, Ferentanos à Pelignis separans. Ex Piceno in Apuliã, quam Græci Dauniam uocant, maritimus cursus est stad. CCCC. & L. Deinceps post Latinam Campania est, ad mare pertinens. Supra quam in mediterranea Samnium est, usque ad Ferentanos & Apulos. Deinde & ipsi Apuli, & gentes & aliæ usq; ad fretum Siculũ. Primũ autẽ de Campania dicendum est. E Sinuessa quidem ad reliquum deinceps litus usq; Misenum quidã non exiguæ magnitudinis sinus est. Alterq; ab eo, multo quàm prior ille maior est, quem Cratera uocant, à Miseno usque ad Athenæum, cum duobus coëuntibus promontorijs sinuatur. Super has ripas tota est sita Campania, campus, omnes fœlicitate superans. In eius circuitu uero iacent tumuli mirifica fructuum ubertate conspicui, montesq; Samnitum pariter & Oscorum. Antiochus sanè reliquit scriptũ, hanc olim ab Opicis regionem habitatam fuisse, istos autem Ausonios appellatos. Cæterum Polybius duos hos fuisse populos ostendit, falsa ductus opinione. Nam Opicos & Ausonios agrum circa Cratera incoluisse, memoriæ prodidit. Alij uero asserunt Opicos prius, & Ausones habitasse. Quidam gentem Oscam illos posteriore tempore subiugasse, hanc ipsam à Cumanis eiectam, illos ab Thuscis expulsos. Campestria enim illa, propter loci uirtutem bella concitasse, nempe, cum urbes duodecim populosæ forent, Capuam, perinde ac illarum caput, nominarunt. Cum autem per uoluptatem ad lautitiam emolliti sese conuertissent, sicut ex circumpadana fugati demigrarant, sic & ex hoc agro cessere Samnitibus, quos ipsos eiecere Romani. Quódque magnæ ubertatis documentum est, far omni oriza præstantius, paruo in tempore triticeam superat alimoniam. Scriptis sanè mandatũ est, in nonnullis eorum aruis, bis anno zeam seri, & tertio panicum. Aliquo semine uero quarto oleribus seminari. Atqui uina optima hinc Romam aduehuntur, Falerna, Setina, †atq; Calena, cum quibus Surentina contendunt, facto nuper eorum periculo, quoniam longam accipiunt uetustatem. Pari modo laudem habet olei, totus maxime Venafranus ager, planis finitimis aruis. Prope mare post Sinuessam Liternum est oppidum, ubi prioris Scipionis cognomento Africani sepulchrum iacet. Ibi enim extre

Pompedius.
Sulmo.
Maruuium.
Tegeates.
Auternum.
Amiternum.
Ferentanum.
Buca.
Orthium.
Sagrus.
Apulia.
Daunia.
Campaniæ descriptio.
Samnium.
Sinuessa.
Misenum.
Crater.
Athenæum.
Oſci.
Opici.
Ausonij.
Capua.
Zea.
Panicum.
Falerna uina.
*Statanum.
Calena.
Surentina.
Liternum.
Scipionis Africani sepulchrũ

extremam consumpsit ætatem, omissis (propter aliquorum simultatem) reipubli cæ negotijs. Præterfluit autem eodem quo ciuitas nomine flumen. Sic & Vultur= nus, pari cum urbe deinceps sita appellatione. Labitur q̃ iste per Venafrum, me= diamq; Campaniam. Dehinc ordine post has Cumæ sunt, uetustissimum Chalci= densium, & Cumærorum ædificium. Antiquitate enim cunctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit. Ipsius autem classis ductores Hippocles Cumæus, & Megasthe= nes Chalcidensis, inter se pepigere, ut horum quidem colonia fieret, horum autem appellatione nominaretur, qua ex re hac sanè ætate Cumæ nuncupãtur, à Chalci= densibus tamen conditum putatur oppidũ. Superioribus annis fortunatus erat et campus nomine Phlegræus, in quo res à gigantibus gestas fabulæ diuulgant, nul lam aliam ob causam (ut credi fas est) quàm quod terra ipsa suapte uirtute prælio= rum concitatrix esset. Posterius uero potiti urbis Campani, multis per contume= liam homines iniurijs afficientes, etiam eorum sese uxoribus commiscebant. Ta= men adhuc multa Græci ritus, & ornamenti uestigia seruantur, tum legum, tum sa crorum. Nonnulli Cumas ob κύματα, id est fluctus nomen duxisse memorant. Li= tus enim proximum frequentibus abundat tergoribus, quibus illæsæ ferunt un= dæ. Præstantissima uero sunt & ipsis ostrea. Hoc q̃ in sinu fruticosis uirgultis fre quens, & arboribus sylua est, multis porrecta stadijs aquarum indiga, cæterum sa buloſa, quam Gallinariam uocant syluam. Hic Sex. Pompeij classis præfecti, pi= ratica struxere nauigia, qua tempestate Siciliam ab Romano desciscere fecit Impe rio. Proximum Cumis est Misenum promontorium, in medioq; palus Acheru= sia, quædam à mari refusio alto cœno referta. Vbi Misenum circunflectenti, sta= tim sub rupe lacus obuiat. Deinde reductum profundum litus in sinum Baias aperit, aquásque calidas & ad uoluptatem, & ad sanandos morbos accommo= dissimas. Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est, qui comprehensam usque Misenum tellurem, † Cherronesum, à maris spatio, inter ipsum atque Cumas. Exiguus enim est reliquus † isthmus, paucorum sanè sta= diorum solum, per fossam quâ Cumas itur, & ad mare ipsum. In Auerno au= tem maiores nostri Homerica defunctorum uaticinia fuisse, fabulis edidere. Ibiq; cum oraculum extitisse traditum sit, Vlyssem eò nauigasse. Est autem Auernus, & fundo & ostio sinus commodus, & magnitudine & natura portum continens, usum tamen portus nequaquam præbens, quod ante illum Lucrinus portus ia= ceat. Supercilia quædam ardua Auernum undiq; circuncludunt, præter ostium. Hoc quidem in tempore, amœnis culta modis, olim autem agrestibus referta ne= moribus, & proceris arboribus in uia, quæ superstitione quadam umbris ob= scurum sinum reddebant. Rumor erat indigenarum, superuolantes aues, quas te= ter exhalans odor exanimaret, in ipsas aquas decidere, sicut in locis ad Plutonem deferentibus. Hanc autem locorum partem, Plutoni dicatam opinabantur. Hic etiam Cimmerios dici, placatisq; prius per sacrificia dijs Manibus, illuc intraba= tur. Aderant enim, qui talibus exponendis ductores essent sacerdotes, locorũ fru= ctus percipientes. Fons uero ibi fluuialibus scatens aquis excurrit in mare, ab eius usu abstinebant omnes, Stygias opinantes esse aquas. Eodem in loco cõstructum est oraculum, ex aquarumq; feruore uicinarum Phlegethontem esse, coniecturam factitabant, & ex Acherusia. Ephorus autem quidam uicinus Cimmerijs habitãs, in subterraneis eos habitare domicilijs, quas Argillas appellant, commemorauit,

Cumæ.
Vulturnus.
Venaphrum.
Hippocles Cumæus.
Megasthenes Chalcidensis.
Phlegræus campus.
Cumarum appellatio.
Gallinaria sylua.
Misenum.
Acherusia.
Baiæ.
Lucrinus sinus.
Auernus.
* χερρόνησον, *id est peninsula.*
ἰσθμον, *id est, collum, uel terra inter duo maria.*
Defunctorum uaticinia.
Cimmerij.
Styx.
Phlegethon.
Argillæ.

eosq; per fossas quasdam inter sese cõmeare, & aduenas intra oraculum uenientes excipere, quod maxima ex parte sub terra erat conditum. Victum uero ex metallorum effossione quæritare, & ex diuinationũ mercede, atq; prouentibus ab rege designatis, patriũ esse latrocinantibus morem, ut nemo solem aspiciat, noctu autem extra telluris hiatus egredi. Quocirca de ipsis dixisse poëtam,

Mos non conuendi solem.

Odyss. λ. οὐδέποτε αὐτὸς ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται. id est,

Eos sol Phaëthon nullo intuetur in tempore.

Homines ipsos postea quodam à rege deletos, cum illi nequaquam successerit oraculi fides. Nunc autem ædes ipsa diuina in alium translata locum permanet. Huius generis apud maiores nostros extitere fabulamenta. Atqui hisce annis, cum Auernum lucum succiderit Agrippa, locis perpulchra adornatis ædificia, consciss aq; deinde usque Cumas subterranea fossa, omnia illa fabulæ apparuerunt. Coceium eam quidem condidisse fossam, memoriæ proditum est, & eam quæ ex Dicæarchia, id est Puteolis extat Neapolin ad Baias, quodammodo eum secutus sermonem, qui proxime de Cimmerijs explicatus est. Forsan & huic loco morem patrium esse cogitauit, uias fieri per fossas. Lucrinus uero sinus usque Baias latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago, per aggerem longitudinis stad. VIII. latitudinis autem unius † orbitæ arcetur. Illum autem ab Hercule, traducendarum Geryone boum causa, aggeratum fuisse perhibent. Qui cum pedibus perambulari, propter fluctus ingruentes per hyemes superne uix posset, Agrippa exornatum melius construxit. Leuioribus enim lembis præstat ingressum, stantibus in ancho ra prorsus incommodus, captandis uero ostreis uberrimus. Quidam hunc Acherusiæ stagnum esse asserunt, at Artemidorus ipsum Auernum. Baias autem ab Vlysis socio, Baia nomine, uocabulum traxisse ferunt atque Misenorum. Deinceps Puteolanum litus extat, & oppidum ipsum, quod antea quidem Cumanorum fuerat emporium, quodam in supercilio constructum, bello autem quod ductu & auspicio gerebatur Annibalis, Romani frequentibus accolis habitatum reddiderunt, & nomine è Dicæarchia permutato, à puteorum frequentia Puteolos appellauere. Sunt etiam qui ab aquarum putore, qui per totum illum & Baiarum & Cumarum tractum existit, ubi & sulphuris & ignis, & aquarum calidarum plena sunt omnia. Quidam autem Phlegram ob eam causam Cumanum agrum uocatum opinantur, talibusq; ignis & aquæ profluuijs, Gigantum uulnera, fulminibus deiectorum attribuunt. Vrbs autem amplissimum factum est emporium, manufactos cotones & stationes habens. Quas ad res commodum conducit arenarum ingenium, quæ calcis quàm simillime compacte ualidissimũ conglutinantur in modum. Vnde commixta sabulo glarea, aggeres proiectantur in pelagus, ripasq; patentes sinuosos in recessus redigunt, sic ingentes onerariæ naues iactis ibi conquiescunt anchoris. Super urbem uero statim Vulcanium forum imminet, campus ardentibus inclusus supercilijs, quæ uelut à fornacibus exhalationes, magno cum fremitu passim habent. Campus autem tracto plenus est sulphure. Post Dicæarchiam quidem Neapolis est Cumanorũ, postea uero & Chalcidenses incoluerunt, & ex Pithecusis Athenisq; uenientes, unde & noua ciuitas, id est Neapolis appellata fuit, ubi Parthenopes unius è Sirenibus sepulchrum ostenditur, & gymnicum agonem, iubente oracculo celebrant. Orta deinde seditione, quosdam inquilinos admisere Campanos, & inimicissimis perinde ac

Auerni lucus Agrippa. Cocceius.

Dicæarchia.

Lucrinus sinus

**ἁμαξιτὸν πλατεῖαν.*

Baiæ unde appellatæ.

Puteolorum appellatio.

Phlegra.

Stationes factitiæ.

Vulcanium forum.

Neapolis.

Parthenope.

con

coniunctiſsimis uti coacti ſunt, quandoquidem coniũctos alienatos haberent. Res quidem Campanorum initio Græcas fuiſſe, deinde Græcis permixtas, documento ſunt præfectorum urbis nomina. Ritus & educationis Græcorum hoc in loco plurima ſeruantur adhuc ueſtigia, gymnaſia ſcilicet, puberum cœtus, & Græca uocabula, tametſi Romana ibidem adſit multitudo. Apud eos uero nunc quinquennalis ſacer ille muſicus, & gymnicus complures per dies celebratur agon, illorum æmulus, qui per Græciam clariſsima celebritate geruntur. Extat & his in locis intra montem effoſſa ſpelunca, in Dicæarchiæ Neapolisq; medio, ſicut altera Cumas tendens facta, in qua uia obuijs curribus peruia, multis panditur ſtadijs, è ſuperna autem montis parte, exciſis multifariam feneſtris, lumen in profunditatem infunditur. Habet & Neapolis calidarum aquarum ſcatebras, & apparatiſsima balnea, nulla ex parte Baianis inferiora, numero autem & multitudine cedentia. Alia enim ibi urbs condita eſt, imperatore alio ſuper alium magnificentius, quàm Puteolis ædificante. Plurimum uero è Roma Neapolin ſeceſſum facientes, uictum Græcanico ritu perducunt, aut quietis atque otij gratia, præſertim qui eruditioni dant operam, aut remiſſioris uitæ deſyderio, & quos ſenectus affligit, uel aduerſa ualetudo. Plericq; etiam Romani eodem uiuendi genere delectati, cum tantam mortalium multitudinem in ſimili degentem inſtituto, ipſa in ciuitate uerſari contemplentur, ſtudioſe ac libenter urbem incolunt, ibi ducentes ætatem. Proximum eſt oppidum Heraclium, incumbens mari, promontorium habens, mirum in modum uento afflatum Africo, adeo ut ſaluberrima ipſa addatur habitatio. Hanc quoque tenuerunt Oſci, & deinceps Pompæam, quam Sarnus amnis alluit, poſtmodum Thuſci & Pelaſgi, deinde Samnites, qui etiam his è locis eiecti fuere. Nolæ uero & Nuceriæ & Ancherarum emporium eſt, eiuſdem nominis coloniæ, quæ circa Creonem eſt, quod ad Sarnum flumen eſt, onera excipientem & emittentem. Hiſce locis incumbit mons Veſuuius, amœniſsimis habitatus agris, excepto cacumine. Id magna ex parte planitiem habet, fructum nullum omnino ferentem, & cineres in proſpectu habens, cauernoſaq; monſtrat antra, combuſtis expetris, ut color indicat, utpote quas ignis abroſerit, quare coniecturis aſſequare plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam, & ignis habere crateras, reſtinctam autem eſſe, ceſſante materia. Forte hanc fertilitatis, quæ circa locum eſt, cauſam dixeris, ſicut de Catana proditum eſt, eiectum ab Etnæis ignibus cinerem ea ex parte lætam uinetis tellurem effeciſſe. Excoctas enim igne glebas, pingue aliquid habere, quod uberiores fructus afferat. Vapore nanque ipſo magis uliginis abundante, commodiores fieri, quemadmodum & ſulphureæ omnes. Humectatæ deinde, & exuſtis cineribus reſtinctæ, ad frugum procreationem, permutationem induerunt. Pompeijs contiguum eſt Campanorum Syræum, unde Athenæum, id eſt Mineruium imminet, quod quidam Prenuſſum nominant promontoriũ. Extat autem in extremo eius Mineruæ ſacellum, quod Vlyſſes ædificauit. Hinc ad Capreas inſulam curſus eſt undis breuiſsimus, circunflectenti uero promontorium, exiguæ quædam occurrunt inſulæ, ſaxoſæ quidem atque deſertæ, quas Sirenas appellant. Ex ea quæ Surrentum aſpicit, regione, quædam ſacra monſtratur ædes, uetuſtiſsima oſtendens munera, quæ accolæ loci ueneratione, frequentes obtulerant. Hactenus terminatur ſinus, quem Craterem appellant, duobus diuiſus promontorijs, meridiem ſpectantibus, Miſeno uidelicet & Athenæo. Totus

Spelunca quædam.

Neapolis ſtudioſorum ſeceſſus.

Heraclium.
Oſci.
Pompæa.
Sarnus fluu.
Nolæ.
Nuceria.

Veſuuius.

Syræum.
Athenæum.
Prenuſſum.

Sirenæ inſulæ.

Craterſinus.

uero ornamentis insignitur, tum iam dictis urbibus, tum ædificijs arbustisq; conspicuus, quæ cum intermedia continenter porrigantur, unius ciuitatis aspectum offerunt. Ante Misenum Prochyta iacet insula, à Pithecusis quādoq; diuulsa. Erethrienses autem simul & Chalcidenses Pithecusas habitarunt, qui cum terræ frugibus, & auri fossionibus beatissimi forent, coorta seditione insulā reliquere. Postremoq; terræmotibus expulsi, & exhalantibus ignibus & inualescente mari & aquarum feruoribus, excessere. Huius enim generis eructationes habet insula, ob quas missi ab Hierone tyranno Syracusanorum, paratū iam à se murum deserere coacti sunt, simul & insulam, accedentes postea Neapolitani locum occupauere. Quam ob causam nata est fabula, quæ Typhonem ea in insula sepultum asserat, cumq; his latus uertat, euaporare flammas & aquas, quandoque autem contingit, ut minores insulæ efferuescentem aquam habeant. Verisimiliora quidem sunt, quæ Pindarus dixit, ex ijs quæ cernuntur commotus, quod omnis iste tractus, si à Cumis incipias, usque in Siciliam ignitus est, & profundas quasdam in unum coëuntes habet cauernas, & in Græciam & continentes terras exporrectas. Ideoq; Ætna & Liparenses insulæ, & Puteolanus ager, & Neapolitanus & Baianus, & Pithecusæ talem habent, qualem cuncti scriptum reliquere naturam. Quæ cum intelligeret Pindarus, cunctis sub his locis sepultum iacere Typhonem cecinit. Timæus quoque, priscos illos, multas de Pithecusis fabulas edidisse, ait. Paulo ante illū collem Epomeum in insulæ medio situm, per quosdam terræmotus incendia euomuisse, tradit, & terram intermediam in pelagus ignes non paucos eiectasse. Quodq; telluris redactum est in cinerem, cum sublimius exhalet Typhonis, id est ardoris in morem, rursus ut fulmen recidit in insulam. Quæ cum in pelagus ad tria excurrisset stadia non multo post regressa est, inde recursum maris insulam immersisse, & ita insulæ ignem restinctum esse. Quo ex fragore, qui continentem habitant, relicto litore in superiorem effugisse Campaniam. Calidæ locorum istorum aquæ, laborantes † lapide sanare creduntur. Caprearum duo antiquitus fuerant oppidula, nunc uero unum, quod Neapolitani occupauere. Ii amissas bello Pithecusas recepere, denuo Augusto Cæsare illis donante. Capreas uero magnificentissimis ibi structis ædificijs, peculiare sibi fecit receptaculum. Hæ quidē sunt maritimæ Campanorum ciuitates, & adiacentes huiusmodi insulæ. Intra mediterraneam autem urbium mater, id est metropolis, & pro uocabuli etymologia, uere caput est Capua. Reliquas enim si ei compares, castella quædam censeas, præter Teanum & Sidicinum. hæc enim dignitate præstans, in Appia uia iacet, & quæ ab ea Brundusium ducunt, Callateria & Calydium & Beneuentum. Romam uersus autem Casilinum situm est ad flumen Vulturnum, in quo Prænestini milites XL. & quingenti aduersus Annibalem, uarijs instructum copijs, tandiu obsidionem pertulere, ut inualescente fame, modius drachmis C C. uenundaretur, & uenditor quidem mortem oppetierit, emptor autem incolumis euaserit. Cum autem Annibal eos rapas prope murum seminasse conspiceret, tantam animorum tolerantiam admiratione prosecutus est, quod homines tandiu obsistere posse sperarent, quoad rapæ matureſcerent. Itaque paucis exceptis, mortales illi uictores extitere omnes, ni si quos aut fames confecit, aut prælia. Vltra iam dictas, sunt hæ quoque Campaniæ ciuitates, quarū mentionem superius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum, quas duæ Fortunæ ædes separant, utroque ex latere constructæ Latinæ uiæ. Item

Sueſſula

Prochyta. Pithecuſæ.

Hiero Syracuſanus.

Typhonis ſepulchrum.

Ignita loca. Aetna. Liparenſes.

Epomeum.

* κεκαυμένας. id eſt calculo laborantes.

Capreæ.

Capuæ appellatio.

Teanum. Sidicinum. Callateria. Calydium. Beneuentum. Caſilinum.

Referūtur hæc à Liuio lib. bel li punici.

Calce.

Sueſſula, & Atella, & Nola, & Nuceria, & Acerræ, & Auella, & aliæ his minores habitatæ, è quibus aliquas Samniticas eſſe aiunt. Siquidē prioribus annis Samnites uſque ad Latinam & Ardeam excurſiones facientes, poſtmodum & Campaniam populantes, late imperium obtinebant. Alioquin etenim imperioſe dominantibus, parere diſcentes, ſtatim edictis obtemperabāt. Nunc autem cum ab aliis, tum uero à Sylla dominatu Romanos obtinente, peracta res eſt. Qui poſtquam Italorum rebelliones multis diſsipauit prælijs, hos fermè ſolos conſiſtentes, & in unum aduerſus Romam conſpirantes conſpicatus, ante illorum mœnia caſtris locatis, partim in pugna obtruncauit, nullis uitam impartiens captis, partim uero qui arma proiecerant, ad millia tria, uel ut alij, quatuor, in campo Martio ad Ouilia coactos, immiſsis militibus, triduo iugulauit. Factis inde proſcriptionibus, nō antea deſtitit, quàm Samnitum nomen deleuerit, aut ex Italiæ finibus omnes eiecerit. Cum autem de tanta incuſaretur iracundia, reſpondebat, magiſtra ſeſe experientia didiciſſe, ne unum quidem Romanum pacem producturum, quoad per ſe Samnites ipſi conſiſterent. Itaque per uices factæ fuere ciuitates, aliquæ uero radicitus extinctæ. Boianum, Eſernina, Pauna, Teleſia, Venafro coniuncta, & aliæ tales, quarum ne unam quidem pro dignitate cenſueris ciuitatem. Nos autem pro Italiæ potentia & claritate, quantum ſatis eſt percurrimus, tamen Beneuentum & Venuſia probè ac fœliciter conſiſtebant. De Samnitibus huiuſmodi uulgatus eſt ſermo, Sabinos quidem aduerſus Vmbros diutino certantes bello, quorundam more Græcorum uotum feciſſe, ut eo anno nata immolarent. Re igitur bene geſta reuerſi, nata partim ſacrificarunt, partim conſecrarunt. Cæterum facta ſterilitate, uulgatum eſt à quibuſdam, oportere & liberos cōſecrari, quod & patrauerunt. Siquidem editos in lucem pueros Marti conſecratos acclamauerunt, eos tamen uirilem ingreſſos ætatem, in coloniam emiſerunt, quibus dux factus eſt Taurus. In Opicorum autem agro cubantes, qui uicatim uitam agebant, eos eijciunt, eiectisq; illis, ſedes ibi locarunt, & de augurum ſententia, Marti taurum mactauerunt, qui ducem illis Taurum exhibuerat. Quam ob rem eos diminutiuo uocabulo à parentibus, Sabellos appellatos fuiſſe crediderim, Sabinos autem ob aliam cauſam, quos Græci Samnitas nuncupant. Aliqui uero, Laconas, eos ſibi ſocios habitandi feciſſe, memoriæ tradidere. Ea propter illos Græcos † beneuolentia complexos fuiſſe, plericq; illos Pitanitas appellant. Exiſtimant autem ex Tarentinis eos originem ducere, qui finitimos, & homines potentia præualidos, blandimentis alliciant & charitate deuinciant. Quippe qui pedeſtris exercitus LXXX. millia, & equites octo millia aliquādo domo emiſerunt. Legem honeſtam quidem, & quæ ad uirtutem uehementer excitet, Samnitibus extare ferunt. Haud enim filias ſuas, quibus collibuerit, nuptum dare fas eſt. Verum quotannis decem præſtantes decerni uirgines, ac optimos totidem adoleſcentes, ex ijs primam primo locari, ſecundam ſecundo, & ita deinceps. Hoc pacto, quod ſi is, qui primam accepit, honeſtam̄ inſtitutionē mutauerit in deterius, habitus contemptui per ignominiam eſt, & ei locata adimitur. Ordine dehinc ſunt Hirpini, & ipſi Samniticæ gentis. Qui quidem ex Lupo nomen adepti fuerunt, qui eis in deducenda colonia dux oblatus eſt. Samnites enim lupum uocant Hirpum. Confines ij autem Lucanis adiunguntur, qui in mediterraneis habitant. De Samnitibus quidem hæc, at Campanis, ob loci ubertatem, idem bonorum ac malorum uſus euenit. Eò enim de-

Sueſſula.
Atella.
Nola.
Nuceria.
Acerræ.
Auella.
Samnites.
Sylla.
Ouilia.
Samnites deleti.
Boianum.
Eſernina.
Pauna.
Teleſia.
Beneuentum.
Venuſia.
Samnites unde Sabini.
Taurus dux.
Opici.
Sabelli unde.
* φιλίαλωτε ὑπάρξαι.
Pitanites forte ἀπὸ τῆς πιτάνης vnde πόλεως, alius thor Steph.
Samnitū lex.
Hirpini.
Hirpus.
Campani.

liciarum prouecti sunt, ut ad gladiatorū paria depugnaturorum, conuiuas inuitarent ad cœnam, numerum quidem eorum pro cœnarum dignitate definientes. Cum uero Annibali sese dedidissent, exercitum eius ad hyberna suscipientes, adeo uoluptatum illecebris homines demolitos effœminarunt, ut Annibal ipse dixerit, uictor ipse periclitor, ne hostilis præda fiam, quippe qui milites uiros dederim, fœminas recipiam. Illis autem potiti nouissime Romani, permultis eos calamitatibus castigatos reddidere, ad extremumq; agrum eorum sorte diuiserunt. Veruntamen hoc tempore fœlicem ducunt ætatem, cum finitimis concordiam habentes, priscamq; seruantes dignitatem, & ciuitatis amplitudine, & flore uirorū. Post Campaniam uero, & terram Samnitum usque ad Ferentanos, ad mare Tyrrhenum, Picentinorum natio colit, pars modica eorum Picentinorum, qui Adriam habitant, quos quidem Romani Posidoniatem in sinum colonos traduxere. Hoc uero tempore sinus ipse Pæstanus nuncupatur. Verum urbs ipsa Posidonia, Pæstus uocatur, medio in sinu locata. Porrò Sybaritæ ad mare urbem posuere, quippe qui ante se habitantes alios extruserūt, quos uicissim posteriori tempore Lucani eiecerunt. Lucanis inde Romani oppidum intercepere, quod insalubre facit amnis, diffusus in paludes, uicinus oppido. Inter Sirenussas uero & Pæstum Marcinna est, Thuscorum ædificium, cæterum ab Samnitibus habitatū. Hinc ad Pompeios per Ceriam isthmus iacet, non ultra stadia centum & uiginti. Picentes autem usque Sylarin perueniunt flumen, qui ab hoc agro ueterem separat Campaniam. Cui quidem fluuio proprium illud inesse traditur, ut in eius aquas demissa uirgulta †saxificentur, forma tamen colorecq; seruato. Picentum uero metropolis erat quondam Picentia, nunc uero per uicos uitā agunt, ab Romanis expulsi, propter initam cum Annibale societatem. Quo quidem in tempore, pro militari officio ut uiatoris publici, aut tabellariꝝ operam explerent, assignati sunt, quemadmodum & Lucani & Brutiꝝ easdem ob causas. Paulum autem supra mare, Romani Salernum custodiæ gratia in eos munierunt. Cæterum è Sirenusis ad Sylarin, stad. ducenta & sexaginta intersunt.

Idem refert Athenæus lib. di pnosoph. d. περὶ ἡδονῆς. Annibal apud Capuam emollitus. Liuius lib. Bel. Punic. Picentini. Posidoniates. Pæstanus sinus Posidonia. Pæstus. Sybaritæ. Marcinna. Picentes. Sylaris flu. & eius natura. Campania uetus. πὰπολιθῶσθη. id est in lapidem rigentur. Picentia. Salernum. Syrenussæ.

LIBRI QVINTI FINIS.

ARGVMENTVM SEXTI LIBRI.

SExto libro reliqua Italiæ pars, ab Adriatico ad Macedoniam usq; describitur, in quibus sunt Apulia, Calabria, & quæcunq; ad Ionium sinum unà cum adiacentibus insulis usq; ad Ceraunios montes sita sunt, & rursum quæ ex alia parte, quæ usq; ad Carthaginem, atq; interiacenteis illic insulas, referuntur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER SEXTVS.

POST Silaris autem ostium Lucania est, & Iunonis Argiuæ templum, quod ab Iasone constructum fuit, proximáque ad stadia quinquaginta Posidonia. Hinc cum enauigaueris, Leucosia occurrit insula, paruum ad continentem habens cursum, nomen è Sirenum una sortita, quæ hoc in loco iniecta perijt, cum in profundum (ut fabulæ tradunt) sese abiecissent. E regione Sirenussarum promontorium adiacet, Posidoniatem sinum efficiens. Alius item flectenti contiguus sinus offertur, ubi urbs ab ædificatoribus Phocensibus Hyela nominata est, cum eam quidem Helam à fonte quodam nominarint, nostra uero ætas Eleam dicit, è qua Parmenides, atque Zeno ducunt originem, Pythagoricæ sectæ uiri. Eam per illos prioribus etiam annis, legibus & institutis bene formatam extitisse abitror. Quocirca & aduersum Lucanos obsistere, contráque Posidoniates ualidiores euasere, licet & agro & hominum multitudine cederent. Igitur ob sterilis terræ tenuitatem, magnam rebus marinis operam dare coguntur, & piscium condimenta conficere, & operationes eiusmodi reliquas. Antiochus scriptum edidit, capta Phocide ab ductore Cyri Harpago, qui naues cum familia ipsorum tota conscendere potuere, primum eos ad Cyronem cursum tenuisse, atque Massiliam Creontiada duce, inde reiectos Eleam condidisse. Quidam ab Eleete fluuio nomen inditum esse tradunt. Ciuitas autem à Posidonia stadia ad ducenta distat, post illámque promontorium extat Palinurus. Ante agrum uero Eleæ duæ cum statione iacent insulæ, Oenotriæ dictæ. Dehinc post Palinurum Pyxuntis promontorium prominet, & portus & amnis. tria enim uno contenta sunt nomine. Eò habitatores induxit Micythus Messenæ Siculæ princeps, qui rursus inde, paucis relictis, commigrarunt. Secundum Pyxuntem sinus est Talaus, & amnis Talaus & urbs Lucaniæ postrema, paulum à mari semota Sybaritarum colonia. Ad quam ab Hela CCCC. intersunt stadia. Vniuersus Lucaniæ nauigationis tractus, stad. DC. & quinquaginta est. Iuxtaq; sacellum Draconis est, qui comitum Vlyssis unus extitit. De quo illud Italis uulgatum est oraculum,

λαΐον ἀμφὶ δράκοντα πολλὰ πότε λαὸν ὀλέσθαι.

Olim Laio cadet heu plebs multa Draconi.

Ibi enim Græci qui in Italia erant populi, adunato exercitu, re male gesta, à Lucanis deleti sunt, ab isto decepti oraculo. Hęc sunt ad Tyrrhenũ litus Lucanorũ loca, quę initio quidem alterum nequaquam attigerant mare, uerum omnia Græcorum tenebantur imperio, qui Tarentinũ habent sinum, necdum ulli ante Gręcorũ aduentum usquam Lucani uersabantur, cęterum Chones & Oenotri loca ipsa colebant. Cum autem res Samnitica eò magnitudinis creuisset, ut & Chones & Oenotros eiecissent, Lucanos eam in partem colonos Samnites deduxerunt. Cumq; Gręci utrunq; simul litus, ad fretum usq; tenerent, inter Græcos & Barbaros diu-

Lucania.
Posidonia.
Leucosia.
Sirenussarum promontorium.
Hyela.
Hela.
Elea.
Parmenidis patria.
Zenonis pat.
Harpagus dux
Eleæ conditores.
Eleetes fluu.
Palinurus.
Oenotriæ.
Pyxus Prom.
Micythus.
Talaus.
Lucania.
Hela.
Draconis sacellum.
Chones.
Oenotri.

tinum conflatum est bellum. Siciliæ uero tyranni, & postea Carthaginenses nunc quidem contra Romanos de Siciliæ imperio decertantes, nunc autem de Italiæ regno, omnes eorum locorum incolas uastarunt, post Græcos etiam magnam mediterraneæ partem interceperunt, à Troianis orsi temporibus. Iam enim tantopere res Græca amplificata fuerat, ut & hanc & Siciliam magnam Græciam appellarent. Hoc autem tempore præter Tarentum Rhegiumq; & Neapolin, omnes in Barbaros transisse mores obuenit, & alia sub Lucanorum, alia sub Brutiorum ditione teneri, aut Campanorum. Campanos quidem nomine, uere autem Romanos dico. nam ipsi Romani facti sunt. Sed terræ ambitum tractanti, & quæ hoc tempore sint, & nonnulla superioris ætatis dicenda sunt, præsertim cum gloria nobilitata fuerint. De Lucanis quidem qui Thuscum litus attingunt, dictum est. Qui uero mediterraneam plagam tenent, supra Tarentinum sinum incolunt. Adeo autem funditus ipsi & Brutij, & Samnites, eorum generis authores deleti sunt, ut eorum domicilia distinguere ac terminare difficillimum sit. Quorum quidem causa est, quoniam nulla gentium singularum, ulla in sede communis existit multitudo, non sermonis proprij ritus, non armaturę, non indumentorum, non similium rerum consuetudo, quę omnino defecerunt. Alioqui singulorum habitacula penitus ignobilia sunt. Quæ uero de illis accepimus, ipsorum communem sermonem faciemus, neq; eos qui interius incolunt, ad hoc tagimus, Lucanos scilicet, & ijs propinquos Samnites. Petelia quidem Lucanorum metropolis putatur, satis ad hoc tempus incolarum habens. Hanc Philoctetes è Meliboea per seditionem profugus ædificauit, egregijs munimentis ualidam, adeo ut Samnites eam quandoq; castellis exædificatis corroborarint. Circa loca ipsa Philoctetes & uetustam condidit Crimissam. Apollodorus quidem in expositione nauium, Philoctæ mentionem inserens, nonnullos dixisse ait, quod Philoctetes ad Crotoniatarũ agrum profectus, promontorium Crimissam habitari fecerit, & supra illud oppidum Chonin, à quo Chones incolæ dicti. Ab eo uero quidam in Siciliam ad Ericen missi, unà cum Troiano Ægesta, Ægestæ mœnia fecisse & Pumentum item, at Vertinæ interius & Calaserna, & exigui quidam alij uici usq; Venusiam urbem celebrem extant. Hanc sanè & reliquas ordine deinde sitas, quâ Campaniam petes, Samnitias esse arbitror. Super Thurios autẽ & regio patet, quam Thurianã uocant. Lucani quidem ab Samnitibus genus ducunt, qui superatis bello Posidoniatis, & eorum socijs, eorum potiti sunt urbium. Hi autem cum alio tempore populari statu regerentur, ingruentibus bellis, regẽ magistratus ipsi deligebant, nunc gens tota Romana est. Positam deinde maritimam plagam, ad euripum usq; Siculum, Brutij possident, stad. spatio mille trecentorũ & quinquaginta. Antiochus in conscripto ab eo de Italia uolumine, hanc uocari solitam Italiam asserit, decq; illa sese conscribere, quam prisci Oenotriam appellauere. Eius terminũ ostendit, quem è Tyrrheno quidem mari, Brutiæ terræ diximus Laum flumen, è Siculo autem Metapontinum. Tarentinam uero, quæ Metapontino confinis est, terram extra Italiam nominatim explicat, quam Iapygiam uocat. Item antiquius Oenotros, & Italos solos appellatos fuisse dicit, qui intra isthmum ad fretum uergunt Siculum. Est autem isthmus ipse, id est, incluśa terra pelago stad. centum & sexaginta intra sinus geminos, Hipponiatem scilicet, quem Antiochus Napitinum dixit, & Scyllaticum alterum. Nauigationis autem ipsius ambitus, & spatium terræ comprehensum, ad

Magna Græcia.

Lucani.

Brutij. Samnites.

Κοινὴν παρὰ τὸ τοὺς μὴ τὸν τῶν μεσόγαιαν οἰκοῦντας. id est Non habita ratione eorũ qui mediterraneã habitãt, Vel relictis ijs q, &c.

Petelia.

Philoctetes.

Crimissa.

Chones unde.

Aegesta.

Pumentum.

Vertinæ.

Calaserna.

Thurij.

Lucanorũ origo.

Brutij.

Italia uetus.

Oenotria.

Laus flu.

Iapygia.

Hipponiates sinus.

Napitinus sinus.

Scyllates sinus.

inter

interiorem euripum, duûm millium ſtad. eſt. Hucuſq; uero, inquit, Italiæ, & Oenotriæ nomen extenditur, ad Metapontinos & Sirenitides, uidelicet Hanc regionem Chones, gentem Oenotriam, & quidem inſignem habitaſſe, & terram nominaſſe Choniam. Atqui hic modo quodam ſimpliciore atq; uetuſtiore differuit, nulla Lucanorum ac Brutiorum facta diſtinctione. Eſt uero Lucania inter Tyrrhenum Siculumq; litus interiacens, hinc quidem à Sylari uſq; Laum, hinc à Metaponto uſque ad Thurios, ad ipſam uero continentem, è Samnitibus uſque ad iſthmum, qui à Thuriis in Cerillos extenditur prope Laum. Stadia autem ſunt ipſius iſthmi ccc. Supraq; hos Brutij Cherroneſum habitant. Etin hoc ſanè alia comprehenditur Cherroneſus, iſthmum habens, qui à Scyllatio ad Hipponiatem ſinum porrigitur. Eis autem hoc à Lucanis nomen inditum eſt. Brutios enim Lucani rebelles, fugitiuósque uocant. Antea nanque Brutij Lucanorum paſtores fuerant, à quibus transfugerunt, atque dehinc remiſsi in libertate uitam exegerunt, qua tempeſtate Dion aduerſus Dionyſium exercitu ducto, cuncta in cunctos perturbata effecit. Hæc quidem tam de Lucanis, quàm de Brutijs in uniuerſum dicta conſcribimus. Ab Lao ſanè prima urbs Brutiæ extat Temeſa, quam Ausonij condiderunt. Noſtræ autem ætatis homines Tempſam eam uocitant. Poſt illos eam habuerant Thoantis comites Ætoli, quos eiecere Brutij, Brutios dehinc et Annibal & Romani fundítus extinxere. Prope Temeſam ſacellum eſt, oleaſtris circunſeptum, Politæ Vlyſſis ſocio dicatum, quem Barbarorum fraude trucidatum, graues excitaſſe iras tradunt. Ad eosq; extare prouerbium, Heroëm † Temeſæ ingruere ſibi dicat nemo. Locrenſibus autem Epizephyrijs ipſa urbe potitis, Euthymum fabulantur pugilem, poſtquam ad eum deſcendiſſet, uictorem euaſiſſe pugnæ, atq; ut finitimos ab eo tributo abſolueret, coëgiſſe. Huiusq; Temeſæ poëtam meminiſſe aiunt, non autem illius, quæ in Cypro eſt Temeſæ. Nam utroque modo dicitur, ἐς τεμέσ ἰων μετάχαλκον.

Quod ad Temeſam æraríam eſt, & ærifodinarûm locus oſtenditur, quæ hiſce defecere annis. Huic proxima Terina eſt, quam cum Annibal tutari poſſe deſperaret, ſolo æquauit, qua tempeſtate in ipſam confugerat terram Brutiam. Poſtea Brutiorum metropolis eſt Coſentia. Supra illam paululum Pandoſia eſt, ualidum propugnaculum, ubi Moloſſorum rex Alexander trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, Acherontem atque Pandoſiam cauere iubente, cum ſimilis appellationis loca in Theſprotio monſtrentur agro. Triuertex autem ipſum eſt propugnaculum, cui Acheron amnis præterfluit. Aliud inſuper fraudauit oraculum,

πανδοσία πρικόλωνε πολλῶ ποτελαόν ὀλέσας.

Pandoſia perdes populum quandoq; triuertex.

Credidit enim hoſtium non ſuorũ cladem oſtentari. Oenotriorũ quoq; regum regiam fuiſſe Pandoſiam, memoriæ proditũ eſt. Poſt Coſentiam Hipponium eſt, Locrorum ædificiũ, quod Brutijs obtinentibus eripuere Romani, & mutato deinde uocabulo, Vibonam Valentiam appellauere. Ad hæc uero loca Proſerpinam è Sicilia aduentaſſe legendos ad flores, credidere ueteres, quoniam florentiſſimæ regionis amœniſſima prata eſſe conſtat. Hinc matronis uſus inualuit, ut collectis ex floribus coronas texant, cum per dies feſtos empta geſtare ſerta, uitio illis detur. Habet emporium, quod olim Agathocles Siciliæ tyrannus, ea potitus urbe inſtituit.

Sirenitides.
Chonia.
Lucaniæ ſitus.
Cerilli.
Brutiorum appellatio.
Dionis aduerſus Dionyſiũ expeditio.
Temeſa.
Tempſa.
Polytes.
Prouerbium.
* Cauendũ ne Temeſſeus ingruat genius.
Epizephyrij Locrenſes.
Homeri locus explicatus Odyſſ. α.
Terina.
Coſentia.
Pandoſia.
Alexãder Moloſſorum rex.
Acheron.
Hipponium.
Vibona.
Valentia.
Proſerpina floret.
Mos geſtandi corollas.

Herculis portus. Inde cum ad Herculis portum nauiges, extrema Italiæ circunflectis, quę ad fretum
Medama. iacentia, in occasum spectant. In quo nauigationis tractu Locrorum ciuitas Meda
Metaurus flu. ma est. Neclonge eiusdem nominis fons magnus, cum emporio nobili, propeq; fluuius est Metaurus, & eiusdem nominis statio. Ante litus hoc Liparensium ia-
Liparenses. Aeoliæ. cent insulæ, longè ab Euripo stad. cc. Quidam Æolias uocant ab Æolo, cuius in
Homerus Odyss. x. Odyss. poëta meminit. Sunt autem numero septem, cunctorum prospectui paten
tes, siue à Sicilia, siue à continente prope Medamam aspectent, de quibus tunc dis-
seremus, cum de Sicilia sermonem habebimus. Post fluuium Metaurum, Metau-
Scyllæũ saxũ. rus alter occurrit. Inde Scyllæum excipit sublime saxum, quod humilem à tergo
tellurem, alluentibus undis habeat, in Cherronesi faciem, quam Rheginorum ty-
Anaxilaus. rannus Anaxilaus ædificato muniuit muro, ut Thuscis nauale strueretur, & præ-
Cenys. donibus nauigandi per euripum facultatem interciperet. Finitima enim Cenys
est, à Medama stadijs cc. & l. distans, ea ultimas conficit oras, & angustias freti,
Pelorũ prom. ad prominens Siciliæ promontorium Pelorum. Hoc è tribus unum est, quæ tri-
angulam efficiunt insulam, quod in æstiuos uergit ortus, sicut Cenys in occa-
sum, cum mutuam inter sese faciant inflexionem. A Cenyde usq; in Posidoni-
um recessum, & Rheginam columellam ad Euripum, angustus prouenit mea-
tus ad stadia sex, ubi minimus traiectus paulò maior est. Ab ipsa uero columella
ad Rhegium stadia centum cum prodeuntibus in exterius & orientale pelagus,
quod Siculum appellatur, latior extendatur euripus. Cæterum Chalcidenses con-
Rhegij conditores. didere Rhegium, siquidem cum ex oracuło Apollini, propter sterilitatem decu-
matim oblati fuissent, postremo è Delphis eò coloniam deduxisse traduntur, &
alijs secum assumptis è domo. Vt autem author est Antiochus, Zanclæi Chal-
cidenses ad se accersiuere, & struendę colonię principem Antimnestum constitue-
runt, in cuius coloniæ parte, & Messeniorum è Peloponneso exules fuerunt, qui
per seditionem ab ijs qui dare pœnas recusabant, expulsi erant. Missas enim à La-
cedæmonijs, ad facienda sacra, uirgines per uim corruperant ad Limnas, & au-
xilio subeuntes, occiderant. Exules igitur ad Macistum sese recipientes, ad A-
pollinem querimoniam facturos, legatos mittunt, & ad Dianam, si eius gene-
ris mercedem assequantur, pro allato dijs ipsis subsidio, subinde rogitantes, quo-
nam pacto ex eorum ærumna salutem compararent? Quibus respondit Apol-
lo, ut unà cum Chalcidensibus Rhegium commigrarent, suæ que sorori gratias
haberent, non per ærumnam perijsse, sed conseruatos esse. neque enim unà cum
patria deletum iri, quæ non longè post in Spartiatarum captiuitatem trahenda
foret. Illi autem paruerunt. Quocirca Rheginorum principes usque ad Anaxi-
lai tempora, semper è Messeniorum stirpe constituti fuere. Verum Antiochus
locum hunc uniuersum ab Siculis antiquitus habitatum, simul & à Morgan-
Morgantium. tijs fuisse tradit, qui deinde ab Oenotrijs eiecti in Siciliam traiecere. Sunt qui
Morgantium ab hisce nomen duxisse scribant. Ingens uero olim Rheginæ ciuita-
tis potentia fuit, ualidis quaquauersum castellis munita, propugnaculum assiduæ
Rhegiũ unde. Sicilia. imminens habens insulæ, & priscis annis, & ætate nostra, cum solicitante Sext.
Pompeio Sicilia desciuit à Romanis. Cæterum casu quodam Rhegio nomen in-
ditum est, qui huic obuenit regioni Æschylo teste, nimirum Siciliam ab continen-
te ui terræmotus auulsam fuisse, & ille & alij memoriæ prodiderunt. Ex quo ἀπὸ τοῦ
ῥαγλῦσαι, id est à frangendo, nomen assecutum. Ex ijs autem quæ circa Ætnam, &

alias

alias Siciliæ partes & Liparam, & circumiacentes insulas acciderunt, coniectura facta. Quid de Pithecusis, & translocatis terris uniuersis? haud sanè longe à uerisimili fuisset, si hoc obtigisse quis dixerit. Nunc hisce reseratis oribus, per quæ ignis respirat, & igniti lapides, & aquæ effluunt, raro uicinam freto tellurem motibus quassari. Eo autem tempore, cum omnes ad superficiem meatus occluderentur, in subterraneis cõcauitatibus, ardentes ignes, & spiritus uehementes, terræmotus efficiebant. Agitati uero uentorum uiolentia loci cessere, & absciſſi utrinque mare, & hoc & aliud inter insulas iacens admiserunt. Nam Prochyta & Pithecusæ auulsæ de terra partes sunt, eodem modo & Capreæ & Leucosia & Sirenes & Oenotriæ. Nonnullæ quidem ex ipso emergentes exiliere pelago, sicuti complurib⁹ in locis, hoc etiam in tempore euenire constat. Nam quæ in medio iacent mari, è fundo in altum elatas esse credibilius est. Quæ uero ante promontoria iacent, per anguſtum disiunctas esse fretum, & illinc auulsas uideri, rationabilius censeri habet. Veruntamen siue ob eam causam nomen ciuitati factum est, siue propter illius claritatem consyderari licet, utro ueritas se modo habeat, cum Samnites Latino sermone, Regiam illam appellarint, prisci eorum authores, regendis ciuitatibus, communia cum Romanis instituta seruarint, ac plurimum Latinam linguam usurparint. Illustrem autem urbem extitisse, & in pleraque oppida colonias constat deduxisse, & permultos celeberrimos edidisse uiros, seu gubernandæ reipublicæ uirtutem, seu doctrinæ magnitudinem spectes. Eam Dionysius solo æquauit, hac commotus causa. Nam cum ex ea ciuitate puellam in matrimonium petisset, Rhegini serui publici siue lictoris filiam ei protenderunt. Eius filius quandam urbis partem acceptam instaurans, Pyrrhi ætate, Phœbiam nominauit. Inde Campanorum præsidium, Rheginos, qui fidifragi apparuerant, maxima parte deleuit. Terræmotibus quoque paulo ante bellum Marsicum, urbis pars magna corruit. Postea Cæsar Augustus fugato ex Sicilia Pompeio, cum desolatam hominibus urbem cerneret, acceptos è classe permultos ei dedit accolas, nunc autem bona satis est ciuitas. E Rhegio ad orientem nauiganti, promontorium occurrit, quod à colore Leucopetram, id est saxum album appellant, per stadia quinquaginta, ubi montis Apennini finem adesse aiunt. Hinc Herculeum promontorium extremum ad meridiem inclinatur. Nam cum deflexeris statim uento nauigandum est Africo, usque in Iapygiam, postea in Septentrionem semper, & magis in occasum uergit in sinum Ionium. Post Herculeum, Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens uenientibus ab occasu uentis commodum, qua ex causa & nomen assequitur. Deinceps Locri Epizephyrij, urbs insignis. Quoniam à Locris Crisæum habitantibus sinum, coloni huc profecti sunt, Euanthe ductore, paulo post conditam Crotonem atq; Syracusas. Qua in re fallitur Ephorus, eos ab Locris Opontijs descendisse inquiens, triennio aut quadriennio cum Zephyrium incolerent. Postmodum urbem transtulerunt, opem ferentibus Syracusanis unà cum ijs, apud quos est lacus Lucrinus, ubi Locri in expeditionem profecti fuerant. Nam è Rhegio usque Locros D C. intersunt stadia. Situm est autem oppidum in quodam montis supercilio, quod Esopis uocatur. Eos autem primos legibus scriptis usos esse opinio est, & plurimum temporis rempublicam optimis rexisse institutis. At Dionysius eiectis à Syracusis flagitio-

Prochyta. *Pithecusæ.* *Capreæ.* *Leucosia.* *Sirenes.* *Oenotriæ.*

Rhegium quondam Regia.

Dionysij contẽptus.

Phœbia.

Leucopetra. *Apennini terminus.* *Herculeũ promontorium.*

Zephyriũ promontorium Locri. *Epizephyrij Locri.*

Lucrinus.

Esopis. *Legib. scriptis qui primũ usi.* *Dionysij tyrãnis in Locros.*

sissimè omnium abusus est, quippe ornatis sponsalibus puellas, cubicula & thalamos irrumpens, uitiabat. Formosas uero & maturas uiro uirgines in unum congregabat, dehinc dimissas integris alis columbas, in conuiuio, illas nudas in circuitu quæritare & captare uidebat. Nonnullásque sandalia soluta calciantes, partim superne partim infime sectari dicebat, dedecoris causa. De quibus pœnas dedit postmodum, cum recuperaturus imperium rursus in Siciliam regressus esset. Locri enim cæso Dionysij præsidio, primo quidem in libertatem sese uendicarunt, dehinc uxorem illius ac liberos in potestatem suam redegerunt. Erant autem filiæ quidem duæ, filius unus minor natu, sed iam ad adolescentiam perueniens. Alter enim Apollocrates nomine unà cum patre in expeditionem comes reuersionis in regnum causa, profectus fuerat. Cum autem Dionysius pariter ac pro eo Tarentini multis eos fatigarent precibus ut corpora redderent redemptione, quæcunque collibuisset accepta nullo pacto restituerunt, at obsidionis incommoda, agrorúmque populationem potius tolerarunt & iracundiam furoremq; omnem, in filias euomuerunt. eas nanq; passim constupratas demum strangularunt, corpora deinde concremauerunt, ossaq; cum molendo attriuissent in mare dissipauerunt. Ephorus de scribendis Locrorum legibus memoriam faciens, quas ex Cretensibus & Spartanis & Areopagitarum institutis, Zaleucus conscripsit, Inquit illud in primis nouum induxisse Zaleucum, ut cum pristinæ leges definiendarum condemnationum in singulis delictis modum iudicibus ipsis concederent, ille per leges ipsas terminauit. Putauit enim iudices ipsos haud eandem eadem de re habituros esse sententiam, oportere autem easdem approbare, & de contractibus ijsdem simpliciori quodam modo instituere. Thurios postea cum præter Locros acutius explicare uoluissent, celebriores quidem, cæterum deteriores euasisse. Bonos quippe legumlatores esse, non qui omnia accusatorum acta cauerint, sed qui in simpliciter latis persistant. Hoc & à Platone dictum est, quibus leges adsunt plurimæ ac pœnæ plurimæ, ijs & uiuendi ritus deprauatos esse. Sicut quibus plures adsunt medici, ijs & ægritudines permultas adesse, probabile est. Cum fluuius Alex Rheginum à Locrensi disterminet agro, qui per uallem profundam cursum habet, peculiare quoddam hic de cicadis obuenit. quę enim in Locrorum ripa uersantur sonantius strident, illis alijs uox nulla contingit. Eius rei hanc causam suspicantur esse. nam cum ijs omnino umbrosa regio sit, unde roscidas alarum pelliculas minime pandant, illis sole feruida est, ut aridas & ueluti corneas habeant, unde apte stridor emittitur. Apud Locros Eunomi citharœdi statua ostenditur, quæ insidentem citharæ cicadam habet. Timæus posteris scriptum reliquit, in Pythiorum quondam certamine Eunomum, & Rheginum Aristonem aliquando in contentionem uenisse, uter præmium sortiretur, Aristonem fusis precibus Apollinem inuocasse Delphicum, ut sibi adiutor adesset. maiores enim suos deo ipsi consecratos fuisse, & à Delphis Rhegium missam esse coloniam. Eunomum autem dixisse, illis nunquam de musica ab eorum primordio fuisse certamina, cum quidem apud eos cicadæ cunctorum animalium cantu suauissimæ, omni sono destitutæ sint. Nihilominus Aristonem ad laudem comparandam fuisse impigrum, spemq; uictoriam iam complecti. Tamen Eunomũ uictorem declaratũ, statuam quam diximus, in patria posuisse. Nam cum inter certandum chorda una fracta defecisset, cicada superuolans adstitit, quæ supplemẽta uocis

Apollocrates.

Locrorũ uindicatio de Dionysio.

Zaleuci institutum.

Thurij.

Legum modus habendus.

Medicorũ multitudo fugiẽda

Alex fluuius.

Cicadæ locrenses.

Eunomi statua

Aristonis & Eunomi certamen.

Cicadæ cãtus suauissimus.

uocis faceret. Super has urbes Brutij mediterraneam occupant, ubi Mamertiũ situm est oppidum nobile, & sylua picis ferax optimæ, quam Brutianam uocant, proceris arboribus & aquis referta, ad stad. DCC. longitudinis. Post Locros Sagra fluuius labitur, quem † fœminine nominant. In cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt, ad quas decem Locrorũ millia, unà cum Rheginis aduersus Crotoniatas, numero centum & triginta millia, Marte collato uictores euaserunt. Quo ex negotio, ortum est aduersus incredulos prouerbium, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ, id est, Veriora ijs quæ apud Sagram acciderunt. Addidere plerique, quo die certamen initum est, ad Olympia existentibus ille nuntiatus est euentus belli, & tanta celeritate nuntiatæ pugnæ ueritas comperta est. Hanc ipsam uero cladem Crotoniatis, ne magno ulterius perdurarent tempore, causam extitisse, memoriæ proditum est, tanta quidem mortalium occisorum fuerat multitudo. Post Sagram Caulonia extat, prius Aulonia, quasi Vallonia, à uicina conualle nominata, ab Achiuis ædificata, nunc autem uacua est. Qui enim eam habitabant, è Sicilia à Barbaris eiecti, illam ædificauere Cauloniam. Post hanc est Scylletium Atheniensium colonia, eorum qui Mnestei comites fuere, hoc tempore Scylacium uocatur. Tenentibus autem Crotoniatis, Dionysius Locris terminum statuit, ab urbéque sinus ipse Scylleticus nomen accepit, qui ad Hipponiatem sinum, isthmum quem diximus efficit. Conatus est autem Dionysius isthmum illum mœnibus munire, in ea expeditione, quam contra Lucanos suscepit, uerbo quidem, ut intra isthmum habitantes redderẽt aduersus Barbaros tutiores, re autem uera, ut communem Græcorum inuicem concordiam dissolueret, & securius interiores suo subderet imperio. Verum exteriores incursatione facta uetuerunt. Post Scylletium Crotoniatarum fines sunt, & Iapygum terna promontoria. Deinde Lacinium Iunonis templum, superiori ætate locupletissimum, donisq; frequentissimis plenum, interualla quidem non iudicatu neque dictu facilia. Veruntamen à freto usque Lacinium templum, interuallum esse stad. duûm millium & trecentorum, Polybius tradidit. Hinc item spatium ad Iapygiæ ultima, stad. DCC. quod Tarentini sinus os esse ferunt. Sinus autem ipse nauigationis circuitum ita ratione comprehensum habet, ad milliaria ducenta & quadraginta. Vt autem regionis descriptor Artemidorus ait, CCC. & LXXX. expedito uiatori. Tot autem stadijs latitudo ipsius ostij sinus omissa est. Ad hybernos uero ortus eius aspectus uergit, ipsius autem initium est Lacinium. Statim enim ubi flexeris ibi urbes Græcæ fuerant quæ nunc nullæ sunt, excepto Tarento. Cæterum propter quarundam claritatem, amplius de illis repetenda memoria est. Prima Croto est, à Lacinio C. & L. distans stad. Est & Æsarus fluuius & portus, & fluuius alter Neæthus nomine, quorum cognomina casu proueniisse dicuntur. Nam in Achiuorum errore, quosdam ab Iliaca classe applicuisse, ad locorum explorationem egressos. Troianas uero mulieres nauigationis comites tam longi pertæsas pelagi cursus, naues incendisse, quas uiris desertas esse nouerant. Qua ex causa illi mansisse coacti sunt, præsertim cum terrarum uirtutem cernerent. Euestigioq; plurimos alios aduentantes & pro sanguinis necessitudine ipsos imitantes, multas habitandi effecisse sedes. E quibus plures Troianorum similem appellationem assecuti sunt. Neæthos etiam amnis ex malorum euentu uocabulum uendicauit. Vt uero author est Antiochus, cum Achiui à deo oraculum cepissent, ut

Brutiorum sedes.
Mamertium.
Brutiana sylua picifera.
Pix Brutiana.
Sagra fluu.
Διαφωνῶν.
Dissensit de hoc occisorum numero Iustinus.
Caulonia.
Aulonia.
Scylletium.
Scylacium.
Scylleticus sinus.
Crotoniatarũ fines.
Iapyges.
Lacinium.
Tarentinus sinus.
Troianæ naues exustæ.
Neæthi appellatio.

Myscellus. Sybaris. Crotonem conderent, Myscellus ad cõsyderandum locum accesit. Qui cum iam ædificatam cerneret Sybarin, à uicino flumine cognomen habentem, hanc præstantiorem esse iudicauit. Ea propter reuersum ad oraculum, denuo rogasse, Num quid hanc pro illa condere datum esset. Cui deus has reddidit uoces. Erat autem gibbus Myscellus,

μόσκελε βραιώτερ ὄπαρες σέθεν ἄλλο μαντεύων,
κλάσματα θηρεύεις ὀρθὸν λ' ὅ,τι νῶϊν ἐπαίνει.

Terga breuis Myscelle, tuo de pectore omitte,
Cætera perquirens frustra, en uenaris iniqua,
At rectum quodcunq; datur, tu laude probato.

Archias. Syracusarum conditor. Iapyges. Crotoniatarũ præstantia. Reuersus igitur Crotonem construxit, Archiæ auxilio, qui Syracusas condidit, cum forte annauigasset, quo tempore Syracusas ædificare constituebant. Antea sanè Iapyges Crotonem, Ephoro teste, incolebant. Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritissima, nec paruam exercendis athletis operam dedit. In uno igitur Olympiaco certamine, septem uiri qui cæteros studio superarunt, Crotoniatæ fuere omnes. Iure itaque dici uisum est, qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Vetus quoque prouerbium alterum, Crotone salubrius. Quod inde ortum esse aiunt, quia locus ipse ad salubritatem, & bonas habitudines, propter athletarum multitudinem, plurimum conferat. Plurimos enim ad Olympia uictores, id est, olympionicas habuit, licet haud tempore multo habita, cum tantus uirorum numerus ad Sagram ad internecionem ceciderit. Ad eius gloriam accesit ingens Pythagoreorum cœtus. Nec non athletarum celeberrimus Milo, Pythagoræ discipulus, qui ea in urbe multum contriuit temporis. Fama est columna quandoque in philosophorum contubernio laborante, Milonem subeuntem, saluos reddidisse uniuersos, deindeque seipsum extraxisse. Quo membrorum robore fretum, uitæ subuersionem offendisse, haud incredibile dixerim, de qua scriptores quidam tradidere. Ferunt igitur cum profundam densamq; per syluam iter faceret, longe à tramite deuiasse. Truncum deinde ingentem, adactis cuneis, inueniens, insertis manibus pariter ac pedibus in scissuram eius hiantem, ut penitus discinderet, esse conatum. Tantum autem solummodo ualuisse, ut exilirent cunei, ligni uero partibus statim in se coëuntibus, derelictum in eius generis laqueo à feris deuoratum fuisse. Deinceps ab Achiuis conditum oppidum Sybaris est ducentis distans stad. inter duos situm fluuios, Crathidem & Sybaridem. Eius autem condendæ author est Iseliceus. Eò autem excellentiæ & fœlicitatis ea ciuitas excreuit, ut quaternas proximas rexerit gentes, & quinque ac uiginti urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecentorum hominum millium exercitum duxerit. Super Crathide uero domicilia habentes L. in circuitu stad. Totam autem hanc fœlicitatem intra dies LXX. Crotoniatæ illis interceperunt, adeo delicijs & luxuria intemperantes defluebant. Vrbe enim potiti, inducto fluuio cuncta demersẽrũt. Pauci ea ex clade superstites aduna ti cohabitabant, quos temporis interuallo Athenienses, alijq; Græci prorsus extinxerunt. Nam in societatem ciuitatis peruenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt. Et urbem alium in locum prope transpositam ædificarunt, & eos Thurios, ducto de fonte uocabulo, nuncuparunt. Si equi de Sybaride biberint, sternutamentis agitari constat, quamobrem ab eius potu greges amouent.

Pythagoreorũ turba apud Crotonem. Milo. De hoc admirando Milonis interitu scribit Gel. li. 15. c. 16. Sybaris. Crathis. Iseliceus. Sybaritarum interitus. Thurij. Sybaridis natura.

uent. Crathis autem homines in eo lotos cæsarie candidos & flauos efficit, ac multis medetur morbis. Thurij cum diutius beatam duxissent ætatem, tandem in Lucanorum seruitutem tracti sunt. Cumq; illos Tarentini destruerent, ad Romanorum tutelam confugerunt. Qui quidem mittentes, pro uirorum paucitate accolas, mutato nomine ciuitatem Copias appellauere. Post Thurios Lagaria est, castellum ab Epeo & Phocensibus ędificatum. Vnde et Lagaritanum uinum dulce ac molle, & à medicis mirifice commendatum. Thurinum quoque inter uina nobilissimum est. Postea Heracleopolis supra mare paululum & nauigabiles amnes duo Aciris & Siris, super quo eiusdem nominis est ciuitas Troiana, à qua procedente tempore deducti à Tarentinis coloni, Heracleam tenuerunt. hæc ipsa Heraclienſium fuit emporium. Distabat autem ab Heraclea quatuor & uiginti stad. à Thuris autem trecentis, & triginta. Troianæ uero ciuitatis coniecturam faciunt, Iliacæ Palladis simulacrum ibidem collocatum, quod cum capta ab Ioni bus urbe, confugientes ad illud supplices auulsissent, labra & palpebras agitasse, rumor est. Hos enim cum Lydorum dominatum fugerent, eò habitatores aduentasse, captóque per uim oppido quod indigenarum erat Aboriginum, illud eos appellasse Polium, nocturno etiam tempore mouentem labra & palpebras, Palladis imaginem commonstrari. Inuerecundi fortasis, & confidentis est huiusmodi iactare sermones, cum quibusdam id minime factum esse appareat, sicut & in Ilio, cum Cassandra uiolaretur, sese auertisse Palladium, oculosq; & ora aperuisse, monstrari. At enim longe inuerecundius est, talia facere delatas ex Ilio imagines, quot & quanta posteris rerum scriptores prodidere. Nam & Romæ & Lauinij & Lucerię & Siritide, Troiana Pallas uocatur, perinde ac inde portata. Et audax ipsum mulierum factum Troianarum, passim disseminatum uulgatur, & incredibile uidetur, licet factu possibile sit. Plerique autem & Siritin, & sitam super Theuthante Sybarin, Rhodiorum opus esse affirmant. Antiochus inquit, Tarentinos bellum Thuris & Cleandriæ Imperatori, è Sparta profugo, inferentes, de Siritidis uendicatione conuenisse, & communiter habitasse, tamen Tarentinorum coloniam iudicari, postea uero Heracleam uocari, & nomine & loco transmutato. Deinceps quidem est Metapontus, ad quam ab emporio Heracleę stad. sunt centum & quadraginta. Id oppidum à Pylijs, qui à Troia cum Nestore nauigarant, ædificatum esse dicitur. Eos tantum fœlicitatis è re rustica & agricolatione consecutos fuisse, fama est, ut Delphis donum obtulerint auream æstatem. Ædificationis autem signum faciunt in ferias, quas Neleidas appellant. Cæterũ à Samnitibus deleta fuit. Locum uero ipsum destitutum habitauere quidam Achæi, quos ad Sybaridis cultores Achæi transmiserunt, ut author est Antiochus, trãsmisisse autem propter simultatem, quam ipsi eiecti è Lacedæmonia Achæi, aduersus Tarentinos exercebant, ne uicini Tarentini loco insultarent. Cum uero duæ Metaponti ciuitates essent, Tarento propiores, Sybaritæ aduenis suaserunt, ut Metapontum occuparent. Nam cum hunc tenerent facile & Siritin habituros, qui si Siritin uerterentur, Metapontum Tarentinis adiuncturos, qui à latere consisterent. Implicitos deinde bello cum Tarentinis, & impositis sibi Oenotrijs, in parte altera dissiũctos, ubi tũc Italiæ terminus erat & Iapygiæ. Hic sanè de Metaponto & Menalippa in uinculis coniecta, & eius nato Bœoto multa fabulantur. Antiochus ciuitatẽ Metapontum prius dictum, postea in Metabum nomen trãsmutasse existimat. Et Menalippam,

Crathidis aq. quæ mirum.
Copiæ opp.
Lagaria.
Lagaritanum uinum.
Thurinũ uinũ.
Heracleopolis.
Aciris fluu.
Siris fluu.
Palladij mirũ.
Polium.
Cassandræ ra- ptus.
Pallas troiana
Sybaris.
Cleandrias.
Heraclea.
Metapontus.
Aestas aurea.
Neleidæ.
Metapũti duæ.
Menalippa.
Bœotus.
Metabus.

non ad hunc sed ad Dium deportatam, argumento esse, & sacram ædem Metabi, & poëtam Asium, qui Bœotum, inquit, speciosa Menalippa in Dij regia peperit. Author est Ephorus, Daulium Crisæ Delphis finitimæ tyrannum Metapontum condidisse. Rumor etiam est, Leucippum ab Achæis ad ciuitatem habitandam so cium legatum fuisse, Qui cum locum à Terentinis in usum ad diem noctemq; petitum repetentibus nõ redderet, interdiu reposcentibus respondebat, si ad sequentem noctem repeterent, se redditurum, at noctu ad diem sequentem, referebat. Deinceps quidem Tarentum est & Iapygia, de quibus explicabimus, cum antea prono stro ab exordio instituto, adiacentes Italiæ insulas lustrauerimus. Nam cum hactenus semper singulis gentibus uicinas dinumerauerimus insulas, & nunc tandem usq; in finem ad Oenotriam peruenerimus, quam solam Italiam nominauere prisci, iure eundem seruabimus ordinem & ad Siciliam et proximas Siciliæ insulas accedemus. Est autẽ Sicilia tribus formata angulis, idcircoq; primis seculis Trinacria, posterius Trinacris appellata est, translato consonantiorem in uocem uocabulo. Figuram uero eius tria terminant promontoria, ora quidem Pelori ad faucem, & Columellam, & Rheginos agros, angustum † facit euripum, Pachynum ad orientem uergit, Siculoq; alluitur pelago, in Peloponnesum cursumq; Cretensem spectans. Tertius est in Libyam extentus angulus, Lilybæum scilicet, hanc simul & hybernũ prospectãs occasum. E lateribus autem, quæ his tribus finiuntur promontorijs, duo quidem paulisper concaua sunt, tertium uero à Lilybæo in Pelorum proueniens † curuum, quod quidem magnitudine superans, mille ac septingentorum, ac xx. stad. est, ut ait Posidonius. Reliquorum autem, id quod est è Lilybæo in Pachynum, altero maius est. At enim latus freto & Italiæ proximum, minimum est. è Peloro ad Pachynũ, quod stadijs mille & c. & xxx. numeratur. Ipsa in circuitu nauigatio, Posidonio teste, stadijs, quater mil. & cccc. definitur. Apud ipsum uero loci descriptorem interualla particulatim diuisa per milliaria, maiora traduntur. à Peloro sanè ad Mylas, quinque ac xx. Ex Mylis ad Tyndaridem, totidem. Inde ad Agathyrsum xxx. Paria sunt ad Alæsam. Et rursum totidem ad Cephaledium. Hæc quidem sunt oppidula. Ad amnem uero Himeram per mediam fluentem Siciliam decem & octo. Postmodum ad Panormum quinque & triginta. Duo autem atque triginta ad Ægestanorum emporium. At reliqua ad Lilybæum octo & triginta. Hinc cum ad contiguum latus deflexeris, ad Heracleam quidem septuaginta quinque. Ad Agrigentinum uero emporium uiginti, & alia uiginti ad Camarinam. Postea ad Pachynum quinquaginta. Hinc denuo per tertium latus ad Syracusas sex & triginta. Ad Catanam sexaginta. Ad Taurominium triginta tria. Inde ad Messenam triginta. Terrestre uero iter facienti, à Pachyno ad Pelorum centum sexaginta octo, è Messenaq; ad Lilybæum per Valeriam uiam quinque ac triginta. Plerique in quibus Ephorus, simplicius prodidere. nauigandi enim circuitionem dierum ac noctium quinque. Posidonius à climatum aspectu insulam definiens, Pelorum quidem ad septentrionem locat, Lilybæum autem ad austrum, ad ortum uero Pachynum. Necesse est autem, cum climata in parallelarum linearum forma diuiseris, maximeque quæcunque scalena, id est tribus lateribus imparia, & quorum latus nullum de figura per parallelæ lineas ducta conueniat, discrepanter se habere ad climata, propter ipsam obliquitatem. Tamen in Siciliæ situ ad Italiam, ad Austrum uergentem bene diceretur, quod

Leucippi callidũ responsum.
Tarentum.
Iapygia.
Sicilia.
Trinacria & Trinacris.
Pelorum.
* πορθμὸν.
Pachynum.
Lilybæum.
* κυρτὸν.
Mylæ.
Tyndaris.
Agathyrsum.
Alæsa.
Cephaledium.
Himera flu.
Panormus.
Aegestani.
Agrigentum.
Camarina.
Syracusæ.
Catana.
Tauromínium
Messena.
Pelorum.

quod Pelorum magis quàm alij anguli, ad ſeptentrionem ſpectat. Adiunctum igitur ab eo ad Pachynum ad orientem latus excurrere dicimus, ad arcton ſpectans. Latus autem etiam ad †euripum efficiet. Capienda uero quædam parua eſt inflexio ad ortus hybernos. Sic enim litus illud inclinat, ſi à Catana Syracuſas uerſus, ad Pachynum proceſſeris. Interuallum eſt autem à Pachyno ad Alphei oſtium, ſtad. quatuor milliũ. Cæterum Artemidorus à Pachyno ad Tænarum quatuor mil. & D C. eſſe dicit. Ab Alpheo uero ad Amiſum mil. C. XXX. Qua ex re rationem mihi adhibere uidetur, ut ab eo diſcrepet, qui quatuor mil. ad Alpheum à Pachyno eſſe dixerit. Quid à Pachyno ad Lilybæum? Is enim magis quàm Pelorus ad occaſum expoſitus ſatis eſt. Idem etiam à meridionali ſigno ad occaſum ſatis appareret, ſpectaret & pariter ad ortum & ad Auſtrum. Hinc à mari Siculo aſperſus, hinc à Libyco, quod à Carthaginenſi pelago peruenit ad Syrtes. Eſt autem à Lilybæo ad Africam circa Carthaginem minimum interuallum mille & quinquaginta ſtad. Quam quidem ad rem quiddam memoratur inſigne, Nempe quendam proſpectus acuti, cum in ſpeculam aſcendiſſet, naues Carthaginis portum egredientes Lilybætanis numero renuntiaſſe. A Lilybæo autem in Pelorum, latus in ortum obliquari neceſſe eſt, & inter occaſum & ſeptentrionem ſpectare. Ad ſeptentrionem quidem habens Italiam, at in occaſum mare Tyrrhenum, & Aeolias inſulas. Vrbes uero extant, ad latus euripum efficiens, primum Meſſena, deinde Taurominium & Catana & Syracuſæ. Quæ autem inter Catanam & Syracuſas fuerant defecere Naxus & Megara, ubi cunctorum eruptiones amnium occurrunt, qui in oſtia portuoſa ex Aetna delabantur. Hoc ſanè in loco Xiphoniæ promontorium eſt. Has primas in Sicilia urbes, origine Græcas conſtitutas fuiſſe, Ephorus cõmemorat, poſt res Troianas. priſcos enim illos Thuſcorum & ea inhabitantium loca, latrocinia formidantes crudelitatemq; Barbarorum, ne ad mercaturam quidẽ eò nauigare auſos fuiſſe, Theoclem uero Athenienſem uentis agitatum, Siciliam contemplatum fuiſſe, intellectaq; mortalium ſolitudine, & terræ uirtute, remeaſſe. Is cum Athenienſes inducere nequiret, acceptis Chalcidenſibus Eubœæ, magno numero, Ionibúsque nonnullis, & Dorienſibus, magna ex parte Megarenſibus, eò nauigauit. Ex his igitur Chalcidenſes Naxum condiderunt, Dorienſes uero Megarã, cum prius Hybla uocaretur. Et eæ profecto ciuitates euanuere, Hyblæ uero nomen, propter Hyblei nominis præſtantiam remanet. Ex remanentibus quidem adhuc urbibus, in eo quod diximus latere, Meſſena in Pelori ſinu iacet, ubi is ad orientem magis magisque flectitur, & faucem quandam efficit. Diſtat autem à Rhegio ſtad. LX. interuallo, à Columella uero multo minus. Eam condidere Meſſenij, qui Peloponneſum habitant, à quibus & nomen mutuauit. nanq; prius Zancle uocabatur, cũ curua eſſent loca. nam curua zanclia uocitabant. Antea Naxiorũ ædificium fuerat, qui Catanæ finitimi ſunt. Poſterius autem Mamertini natio Campana, habitatores induxerunt. Eo Romani aduerſus Carthaginenſes, in bello Siculo uſi ſunt receptaculo. Poſt hæc Sex. Pompeius eo in loco claſſem, Cæſari Auguſto bellum inferens, continuit, hinc etiam fugam faciens, cum ab inſula fugatus abiiſſet. Ante urbem paululum in traiectu Charybdis oſtenditur, profundum quidem immenſum, quo inundationes freti mirum in modum nauigia detrahunt, magnas per circunductiones & uortices præcipitata. Quibus abſorptis ac diſſolutis, naufra-

†πορθμὸν.

Alpheus fluu.
Amiſum.
Lilybæum.
Aeoliæ.
Naxus.
Megara.
Xiphonia.
Theocles.
Naxi conditores.
Megaræ conditores.
Hyblæ condit.
Meſſenæ cõdi.
Rhegium.
Zancle appellatio
Mamertini.
Charybdis.

giorum fragmenta ad Taurominitanum litus attrahũtur, quod ab huiusmodi ca-
Copria. sibus coprian, id est, fimum appellant. Tantum autem in Messenis inualuere Ma-
mertini, ut in eorum manu ciuitas consisteret, potiusq; Mamertinos, quàm Messe-
nos uocant omnes. Cumq; feracissimus uini ager ipse sit, uinũ ipsum non quidem
Mamertinum uinum. Messenum, sed Mamertinum nuncupant, quod contra Italica cuncta, & quidem
præstantissima æmulatione certat. Ciuitas autem frequentiores, quàm Catana ha-
bet accolas. nam & habitatores admisit Romanos plurimos, pauciores tamen q̃
Tauromínium utraq; habet Tauromínium. Cumq; Catana sit Naxiorum ædificium, Tauromi-
Catana. nium condiderũt ex Hybla Zanclæi. Catana sanè priscos illos amisit incolas, cum
Hiero Syracu- Syracusanorum tyrannus Hiero alios habitatores adduxerit, eamq; pro Catana
sanus. Aetna. appellauit Ætnam. Huius conditorem Hieronem Pindarus fuisse inquit,

E Pythijs. Ξαθέων ἱέρων ὁμώνυμε πατὴρ
κτίσορ Αἴτνης. id est,

Hospes tibi dico diuinorum sacrorumq; par nomen gestans pater
Conditor Ætnæ.

Post Hieronis obitum redeuntes Catanenses, inquilinos expulerunt, & ipsius
Inuesa. tyranni tumulum solo æquarunt. Ætnæi uero excedentes Inuesam (sic enim mon-
tanam Ætnæ oram uocant) habitandam tenuerunt, & locum Ætnam appellarũt,
quæ à Catana LXXX. stad. abest. Et eius authorem habitandæ Hieronem diuulga-
runt. Super Catanam uero Ætna imminet, & plurima quæ Crateres habent, com
munia illi obueniunt. Nam & riui in agrum Catanensium proxime deferuntur.
Amphinomus Quæq; de filiorum in parentes pietate fama disseminat, Amphinomi & Anapiæ,
Anapias. hic gesta sunt. Hi cum clades ipsa † portaretur (sic enim Neptuno uisum erat) pa-
*ὑπιφερομένου τὸ κακὸ, cum periculum im- rentes humeris baiulantes, illos incolumes & saluos eduxerunt. Proni Catanen-
mineret. sium colles alto exundant cinere, qui aliquando magno illos afficiens mœrore, po
Catanensiũ a- sterioribus annis magnum terris attulit beneficium. Quippe tam læta reddidit il-
gri fertilitas. lis uineta, & singulari bonitate fructuosa, ut reliqua nulla uini nobilitate eis compa
rabilis existat, loca ipsa cinere permixta radices educunt. Inde pecudes tanta exube-
rare pinguedine tradunt, ut inde suffocentur, nisi cruor quatuor aut quinque per
Soli mira natu- dies ab auribus eximatur. Hocidem & in Erythia prouenire diximus. Fluxus au-
ra. tem ille ad soliditatem permutans terræ superficiem, ad magnam profunditatem sa
xificat, adeo ut pristinam uolentibus detegere superficiem, lapides excindere sit ne-
cesse. Liquescente enim in ipsis crateribus petra, deinde sparsa, humor super uerti-
cem diffusus nigrescit in limum, è monte defluens, deinde duritiem assumens, lapis
*λίθος μυλίας. † molarius efficitur, quemq; defluens colorem habebat, eundem deinde cõseruat.
Fitq; cinis crematis ex lapidibus, quemadmodum combustis ex lignis fieri solet. Si
cut igitur ex lignorum cinere ruta fouetur, sic Ætneum cinerem quandam affinita
Syracusæ. tem cum uitibus habere, ueri simile dixerim. Syracusas quidẽ Archias è Corintho
nauigans condidit, quibus temporibus & Naxus & Megara habitari cœperunt.
Myscelli & Ar- Simulq; Myscellum & Archiam, Delphos ut deum consulerent petisse, illum inter
chiæ uota. rogasse, utrum opes an salubritatem deligerent, Archiam itaq; opes, Myscellum ue
Croto. ro salubritatem elegisse. Concessumq; alteri, ut Syracusas, alteri ut Crotonem con-
derent. Euenit igitur Crotoniatas urbem tam salubrem coluisse ut diximus, Syra-
Prouerb. cusas uero ad tantum diuitiarum cumulum euasisse, ut iam in prouerbio dissemi-
netur, cum ad locupletes ac sumptuosos loquimur, Vobis ne decima quidem Sy-

racusa

racusanorum adest. Cæterum cum Archias in Siciliam nauigaret, Cherſicratem ex Heraclidarum genere procreatum, cum parte copiarum reliquit, ad deducendos Corcyram accolas (ſic enim nunc appellatur, quæ prius Scherea eſſet.) Is igitur expulſis Liburnis locum habitantibus, inſulam habitatorum frequentia refersit. Archias uero potitus inſulæ, Zephyrium ſpectantes Dorienſes, aliquos nactus, eò profectos è Sicilia, eos ab Megarorum conditoribus accepit, & eorum pariter ope Syracuſas ædificauit. Itaque ciuitas & agri fœlicitate, & naturali portuum commoditate, tantum accepit incrementi, uiri quoq; principali dignitate inſignes extiterunt, obuenitq; Syracuſano populo, ut ſub dominatu conſtituti, reliquos ſuę ditioni ſubiugarent, ac libertatem adepti, alios Barbarorum ſeruitute oppreſſos in libertatem uendicarent. Erant autem Barbari quidam inquilini, quidam uero è tranſmarinis terris aduecti, uerum maritimas nulli ripas, prohibentibus Græcis, attingere audebant. A mediterraneis uero locis prorſus excludere, minime ualebant. Hactenus facile cultores perdurarunt, Siculi, Sicani, Morgetes, aliiq; nonnulli, è quibus & Iberi ſunt, qui primi Siciliam habitaſſe dicuntur è Barbaris, ſicut author eſt Ephorus. Enimuero Morgantium è Morgetibus habitari cœptam, ueriſimile fit. Ea urbs quondam fuit, quæ nunc nulla eſt. Aduentantes uero inde Carthaginenſes, & hos & Græcos cladibus afficere nunquam deſtiterunt, Syracuſani tamen obſtitere. Poſtea Romani Carthaginenſes eiecerunt, & Syracuſarum per obſidionem potiti ſunt. Cum autem Pompeius ætate noſtra & reliquas ciuitates, & Syracuſas uaſtaſſet, Cæſar Auguſtus eò miſſa colonia, magnam uetuſti oppidi partem reſtituit. Nam quinq; conſtabat urbibus olim, mœnia ſtad. C. & LXXX. continens. Totum quidem ambitum explere non oportuit, partem uero quæ inſulam aſpectans Ortygiam colitur, habitatoribus implere ſatius eſſe cenſuit, cum haud contemnendū haberet urbis ſpatium. Ortygiam pons terræ coniungit, ea fontem habet Arethuſam, in pelagus fluuium ſtatim emittentem. Huncipſum Alpheum eſſe, traditum eſt in fabulis, qui cum in Pelopōneſo ſumat originem, per mare ſub terram, uſq; ad Arethuſam fluenta perducat, deinde hoc ex loco emergentem, rurſus excurrere in pelagus. Talibus autem de rebus coniecturam faciunt, poculum quoddam Olympiæ in amnem ipſum decidens, hoc in fonte demum emerſiſſe, ſacrorumq; in Olympia factorum ſordibus, turbulentum fieri fluuium. Hæc ſecutus Pindarus

Corcyra.
Scherea.

Syracuſarum ædificatio.

Morgetes.
Iberi.

Morgantium.

Syracuſarum ruina.

Ortygia.

Arethuſa.

Alphei curſus mirus.

ὸ δὲ ἕδυμα σεμνὸν ἀλφειοῦ πρώας
συγκουσᾶν θάλῳ ὀρτυγίας.

Sic legitur qdē conſtanter in Græco exēplari, uerum apud Pindarū in Nemeis paulo aliter legitur, unde poterit hic peti locus.

Venerabile (inquit) flumen Alphei fontes,
Syracuſarum germen Ortygiæ.

Eadem Timæus philoſophus Pindaro aſtipulatur. Siquidē Alpheus antequam pelagus attingat, in quempiam dilaberetur hiatum, credi poſſet hinc ſubter humū uſq; in Siciliam, nequaquam marinis fluctibus admixtas perferre aquas †potuiq; placidas. Poſtquàm uero os ipſum fluminis palàm mare manifeſtum irrumpit, nihil autē alueo uicinū eſt, quod fluminis aquas abſorbeat. Licet nec ſic dulcis permaneret aqua, ſi fluxus ipſe ſuperne innatans, ut infra terrā intret, quod prorſus eſt impoſſibile. Contra enim Arethuſæ teſtatur aqua, potioni cōmoda & ipſius Alphei fluentū, nequaquā mari cōfuſum, tanto incurſu permanens, quod in alueum fictū incidat. At res omnino fabuloſa eſt. Vix enim hoc de Rhodano credimus, cuius a-

†ποῖμεν ὕδωρ, potabiles aquas.

Rhodāi fluxus

qua per lacum diffluens adeo permaneat, ut manifestam oculis seruet excursionẽ. Cæterum id quidem exiguum interuallum est, nec undas agitante lacu. Hic autem cum ingentes tempestates & inundationes fiant, nullius persuasionis aut credulitatis affinem permittunt esse sermonem. Appositum uero poculum magis ac magis mendaciũ augetur. id enim haud credibile est, cum eo modo & talibus terminis delatum esse dicatur. Verũ enimuero multi subterranei labuntur amnes, uariosq; per locos, at non tantum per spatium. Quod si possibile sit, ea quæ diximus omnino sunt impossibilia, quæq; de Inacho traduntur, fabulis perquam simillima. Fluit enim de Pindi uertice, ut author est Sophocles, & Lachmo de Perrhebis in Amphilochos & Acarnanes & Acheloi commiscetur aquis. Et hinc gradiens ad Argos, undas abscindens ad Ici populum peruenit Lyrcij. Dilatant autem monstrosum hunc sermonem, nonnulli qui Choninopum ex Nilo Delum transmittunt. Zoilus orator in Tenediorum collaudatione, Alpheum è Tenedo effluere dicit. Is est qui Homerum, uti fabularunt, scriptorem uituperat. Ibicus uero Sicyoniorum amnem Asopum è Phrygia labentem asserit. Melius autem Hecatæus, qui Inachum Amphilochorum flumen ex Lachmo fluens scribit, à quo & Æas erumpit, alterum ab Argolico esse, & ab Amphilocho nomen assumpsit, qui & urbem Argos Amphilochicum appellauit. Iste illum quidem in Acheloum irrumpentem affirmat, Aeantem uero in occasum Apolloniam uersus fluere. Ex utroque autem insulæ latere, portus sunt magni, è quibus maior est stadiorũ LXXX. Hanc urbem uero & Catanam refecit Cæsar Augustus, sicut & Centoripa, cum illa ad Pompeij destructionem plurimum attulisset adiumenti. Supra Catanam etenim Centoripa iacent, Aetneis propinqua montibus fluminiq; Symætho agrum Cataneum influenti. E reliquis Siciliæ lateribus ora ipsa, quæ à Pachyno in Lilybæum extenditur, tota relicta est, priscarum tantum habitationum uestigia seruans, è quibus Camarina Syracusanorum colonia fuit. Verum Agrigentum Ionicum & emporium, & Lilybæum adhuc permanet. Nam cum hæ partes agro subiaceant Carthaginensi, longa & diutius perdurantia bella, maxima ex parte plagam hanc extinxerunt. Reliquum uero latus, ingens sanè, licet raris teneatur mortalibus, satis tamen accolarum habet. Nam & Alesa & Tindaris & Ægestanorum emporium, & Cephalœdium exigua sanè sunt oppidula. At Panormus Romanam habet coloniam. Aegesteam ab Amphiloctetæ comitibus conditam esse, memoriæ proditum est, qui Crotonem commigrarant, quos Philocteta unà cum Aegesta Troiano transmiserat in Siciliam, sicuti in rebus Italicis à me explicatum est. Intra insulam est Enna, modicis quidem possessa inquilinis, super collem iacens, in qua sacra Cereris ædes est, ea montanas amplectitur planities totas arabiles. Eunus cum fugitiuis obsidione pressus, illam præcipuis affecit cladibus, uixq; tandem à Romanis euulsi sunt. Eadem mala perpessi Catanenses, & Tauromenitani aliiq; quàm plures. Eryx quoque collis excelsus habitatur, in quo Veneris templum locatum est, quod singulari ueneratione colitur, antiquitus mulierum frequentia refertum, illius ministerio dicatarum, quas & è Sicilia & externis ex regionibus multi locarant. Hac uero tempestate, sicut & ipsa colonia uiduata colonis est, sic & templum desolatum, & sanctarum hominum copia defecit. Est & Romæ ante portam Collinam, deæ huius ædificium, quod Veneris Erycinæ templum dictant, cui cum æde sacra insignis adiacet

Inachus fluuius Pindi mõtis

Lachmus uertex.

Lyrcium.

Zoilus orator.

Alphei fons.

Asopus.

Aeas flu.

Argos Amphilochicum.

Centoripa.

Symæthus.

Camarina.

Agrigentum.

Alesa.

Tyndaris.

Panormus.

Aegestea.

Enna.

Eunus.

Eryx.

Veneris tẽplũ.

Erycinæ Veneris sacrum.

iacet porticus. Reliquam uero coloniam, maioremque mediterraneæ plagam pastores possident. Haud enim Himeram habitari amplius nouimus, non Gelam, non Callipolin, non Selenuntem, non Eubœam, neque alias plures. Ex his Zanclæi Mylarum incolæ, Himeram condiderunt, Naxij uero Callipolin, Selenuntem Megarenses indigenæ, Eubœam Leontini. Barbaricorum quoque permultæ sunt deletæ, sicut comici memorant, Cocali regiam apud quam Minos dolose necatus traditur. Itaq; Romani loci potiti, cognita solitudine, montes & campestria plurima equorum pastoribus, bubulcis & opilionibus fruenda præbuerunt, à quibus insula sæpenumero in maxima rerum discrimina constituta fuit. Primum quidem pastores ipsi ad latrocinia sparsim uertebantur, inde coadunatis in unum copijs, uicos populabantur. Quomodo quando Eunus † Aetnam occupauit. Nuper etiam ætate nostra Selurus quidam, qui sese Aetnæ filium prędicabat, exercitus ductor, cum diutius circumcirca Aetnam loca prædator discursaret, missus est Romam, ubi in foro gladiatorum certamine constituto, beluarum eum morsibus discerpi, laniarique spectauimus. In sublimi nanq; ad id compacto, positus ędificio perinde ac in Aetna, cum derepente dissolutum unà concidisset, is in solutiles beluarum caueas, ad hoc ipsum pręparatas, præcipitatus est. Quid uulgatam ab omnibus locorum uirtutem prædicem? quam nulla ex parte inferiorem Italia demonstrant, superiorem uero diceres frumento, melle, croco alijsq; permultis. Adde locorum propinquitatem. Insula enim ueluti quædam Italiæ pars est. Romæ quoque singula, tanquàm ex ipsis Italiæ prædijs facile, nulloq; cum labore suppeditat. Itaq; Romæ horreum Siciliam uocauere. huc enim omnia ibidem nata cõportantur, paucis exceptis, quæ incolarum usus absumit, quæ sunt, non fructus modo, sed etiam pecora, pelles, lanæ, cæteraq; eius generis. Duas autem perinde, ac maris arces, Posidonius sitas esse describit, Syracusas uidelicet, & Erycem, mediam uero inter utrunque † Aetnam imminere circunstantibus campis. Vastatus uero est Leontinorum ager uniuersus quos Naxij, & quidem indigenæ condiderunt. Eos etenim res Syracusanorum aduersas communes semper suscepisse constat, secundas autem non semper. Centoripis autem propinquum est exile sanè oppidum, uocatum Aetna, ea montem conscensuros accipit atque transmittit. Hic enim primus montis ascensus inchoat. Loca superiora tum nuda, tum cineroſa sunt, & per hyemem niuibus referta, cæterum inferiora syluis & uarijs arborum consitionibus partita. Ipsa uero montis cacumina multas suscipiunt mutationes, uescentibus incendijs, nunc quidem unum in craterem collabente igne, nunc diuiso effluente, nunc igniti emittuntur riui, nunc flammæ fumosæúe fuligines, nunc ardentes exhalat lapides. Necesse nanq; est meatus ipsos subterraneos cum his pariter accedentibus uariari, & ora ipsa quandoq; secundum circunstantem superficiem plura esse. Plericq; nuper qui eò ascenderant nobis enarrabant, campum sese deprehendisse superne planissimum ad stadia XX. in ambitu, qui cineroso quodam includebatur supercilio, parietis altitudinem habente, ut qui intra campum illum penetrare uellent, eis transilire fuerit opus. In medio cineroſum fuisse tumulũ eo colore, quo campi superficies cernebatur, supra tumulum, rectam in sublime consurrexisse nebulam, ad pedes uero CC. quiescentem. Fuisse enim malaciam quę instar erat fumi. Duos autem in campũ progredi ausos, cum feruentiores, altioresq; calcassent pedibus arenas, retulisse gradum, cum nil amplius expli-

Himera. *Gela.* *Callipolis.* *Selenuntes.* *Eubœa.* *Zanclæi.* *Mylæ.* *Cocalus.* *Minos ubi necatus.* *Pastorum tyrannis.* *Ennam.* *Aetna.* *Selurus pastor.* *Siciliæ laus.* *Sicilia Romanorũ horreum* *Syracusæ.* *Eryx.* *Ennam, al.* *Centoriporũ situs.* *Aetna.*

candū haberent, quàm quod longe intuentibus apparuisset, quo ex aspectu uideri, ut multarum fabulationum nascatur occasio. Qualia præsertim de Empedocle dixere quidam, quod in craterem insiluit, & illius casus reliquit uestigia, è calceis alterum quos ferreos gestabat, quem quidē paulo à crateris labro longius repertum, ipsa ignis uiolentia eiecisset. Nam locum ipsum neq; aditu, neque aspectu facilem. Suspicandumq; nihil in eo deiici posse, cum contrarij è profundo spirantes uenti ac uapores obsistant, quos nimirum longe prius occurrere uerisimile fit, quàm ad crateris os applicetur. Quod si deiectum sit, prius corrumpatur quàm eiectum rursus existat, qualecunq; relinquatur antea. Deficere autem & spiritus ipsos & ignem, cum materia deficiat, non ratione caret, non tamen usqueadeo, ut pro tanta uiolentia appropinquare liceat homini. Imminet autem Ætna magis euripo & litori Catanensi, quin Tyrrheno pelago quoque, & Liparitanis insulis. Per noctem quidem lucet & splendens apparet è cacumine, interdiu autem fumo & caligine obsidetur. Aetnæ quidem è regione montes neruosi obsistunt, humiliores sanè, cæterum latitudine admodū prętereuntes. Insula tota cauernosa sub terra est fluuijs & igne plenissima, sicuti de mari Tyrrheno usque Cumas diximus. Calidarum igitur aquarum scaturigines habet insula multis in locis, è quibus Selenuntiæ ad Himeram salsæ sunt, Aegestanæ uero potabiles. Ad Agrigentum uero lacus sunt, gustum quidem maris habentes, naturam autem discrepantem. Iis enim quæ nequaquam natabilia sunt, nullo pacto demergi contingit, quinimò in lignorum modum superne fluitant. Italici sanè quosdam habent crateras, qui turbulentam exhalantem eiectant aquam, ac rursum eundem in sinum recipiunt. Spelunca uero penes Metaurum est, amplissimā intus habens fistulam, per quā occultus elabitur amnis, & magno quidem interuallo, dehinc in superficiem emergens sicut Horontes in Syria, hiatum inter Apameam & Antiochiam irrumpens, quem Charybdin appellant, & intra quadraginta rursum excurrens stadia. Similiter & Tigris in Mesopotamia, & Nilus in Africa, paululum ante fontes. Ad Stymphalum uero aqua ducentis sub terra stadijs delata, in Argiuo dehinc agro Erasinum effundit amnem. Penesq; Abiam Arcadiæ, rursus aqua ut sub terram impulsa, tarde postea emittit Eurotam & Alpheum, adeo ut uulgatum fabulosum quiddam fidem assequatur. Nam siquis coronas in communem proiectas aquam, utrique dictas † commendauerit, prout dixerit uterque proprio in flumine suam ostendit. Illud etiam de Timæo uerbum dictum est, † fororia ijs sunt quæ ad Siciliam & quæ ad Liparæas insulas accidere feruntur, & ad ipsam Liparam ostenduntur. Sunt autem numero septem è quibus maxima Liparis, in quam Gnidij coloniam deduxere, Sicilię proxima iacens, post Thermissam, eam prisci quidem Melignim appellabant. Duces classibus habuit, diutius aduersus Thuscorum incursiones obsistens. Subiectas imperio suo habuit Liparęorū nunc insulas appellatas, quas plerique Æolias uocant, Apollinisq; oraculum Delphici multoties suis primitijs adorauit. Fertilissimam tellurem habet, & magni prouentus aluminis effossionem. Calidas etiam aquas & euaporantes ignes. Inter hanc Siciliámque ea iacet, quam Vulcano sacrā uocant, saxosa tota, & deserta, & ignita, trifariamq; quasi terris ex crateribus efflat. è quorum sanè maximo laminas flammę eructant, quę magna ex parte meatum referunt. E longa uero creditum est obseruatione flammas ipsas flatibus concitari, tum hic tum in Ætna, quibus cessantibus, cessant & flam-

mæ.

Empedocles.

Selenuntiæ aquæ.

Aegestanæ aquæ.

Spelunca Metauri.

Metaurus.

Horontes.

Apamea.

Charybdis.

Tigris.

Stymphalus.

Erasinus.

Abia.

Eurotas flu.

Alpheus.

Κιτιφχμιοθγόντας.

Κσιγγρῆ.

Aeoliæ insulæ.

Thermissa.

Liparis.

Meligunis.

Vulcani insula.

mæ. Nec uero id ratione caret. Venti enim è marinis exhalationibus captantes ori= Venti in ætna
ginem & generantur, & nutriuntur, adeo ut de cognata materia accidentiq; ignis
incensus, spectatores ipsos mirari non sinit, alio quodam modo talia fieri. Ex tri=
bus illis crateribus unum partim effluxisse, Polybius asserit, alios uero permane=
re, at maximo labrum adesse rotundum, ad stadia quinque, in magnitudinemq;
paulatim conduci, ad pedum L. diametrum. Cuius quidem profunditatem, usq;
ad mare stadij spatio esse, sicut in uentorum languore licet intueri. Quod si hæc i=
psa credibilia censueris, forte fidem non abrogaueris ijs quæ de Empedocle uul=
go fabulantur. Igitur si spiraturus est Auster, nebulosam circum insulam ef= Auster.
fundi caliginem dicit, adeo ut longe Sicilia cerni nequeat, flante uero Borea, pu= Boreas.
ras flammas ex eo, quem dixi, cratere altius extolli, ac maiores emitti strepitus.
Zephyrum autem medium quendam tenere ordinem, reliquósque crateras e= Zephyrus.
iusdem quidem esse generis. Exhalationum uero minores habere impetus, ex=
que fragorum differentia, & quo ex loco exhalationes inchoënt, & flammæ &
fumus annotari, & tertium rursus in diem quis spiraturus sit uentus. Omni i=
gitur languente spiritu, alios ex Liparitanis saltem futurum prædicere uentum ait,
nec id quidem falsó. Qua ex re quod à Poëta fabulosissimum dici uisum est, haud
inaniter dictum apparet, sed occulta quadam ratione ueritatem insinuasse, cum
dicat Aeolum uentorum esse custodem. De quo in superioribus facta à nobis est Aeolus apud Homerum.
mentio. Quoniam satis expressa est notitia euidentiæ huius, dicat quispiam (utra=
que enim æquali adsunt dispositione, & euidentia, atque amborum communis
est uoluptas.) Redeamus ad earum rerum, à quibus regressi sumus, ordinem.
De Lipara nempe, & de Thermissa dictum à nobis est. Aliam Strongylam à fi= Strongyla.
gura, id est rotundam uocant. Est & hæc ipsa ignibus scatens, flammarum qui=
dem ui minor, lumine uero maior. In hac Aeoli domicilium fuisse, memoriæ prodi
tum est. Quarta est quam à forma quoq; Didymam, id est gemellam uocarunt, è Didyma.
ceteris Ericusam, et Phœnicusam ab arbustis uocauere, quę ad pascua prorsus omis= Ericusa. Phœnicusa.
sæ fuere. Septima uero in mare magis exposita est, Euonyma, id est, sinistra uocata, Euonyma.
& solitaria est. Sic autem appellata est, quoniam è Lipara in Siciliam nauigantibus
sinistra maxime offertur. Multoties sanè in insulis maris propinqui, superficie ex=
currentes flāmę conspectæ sunt, cum è profundis concauitatibus reclusus quidam
ignium meatus est, & ille ad exteriora uiolentior erumpit. Posidonius se meminisse
inquit, æstiuo solstitio, illucescente aurora, inter Hieram, & Euonymā pelagus mi=
randum in modum in sublime conscendens apparuisse, & aliquo temporis spatio
permansisse assiduis erectum flatibus, déin desijsse. Quosdam autem annauigasse
illuc ausos exanimatos uidisse pisces, quos fluxus ageret. Quosdam uero uapore, et
odore malo percussos fugam captasse. Vnamq; è nauiculis propius admotam nō=
nullis amissis, reliquos Liparam uix incolumes reportasse. Qui nunc quidem in=
star eorum qui comitiali morbo captantur desiperent, nunc ad proprios sensus resi
piscerent. Pluribus post diebus uisum esse cœnum mari superne germinans, et mul
tis etiam ex locis flammas & fumum & caliginem erumpentes, postremo congela=
tum, & molaribus lapidibus similem glaciem extitisse. Quam quidem rem cum Si= T. Flaminius.
ciliæ Prętor T. Flaminius senatui declarasset, senatus quidem mandauit, ut & in i=
psa insula, & in Lipara, dijs manibus, et marinis, facto sacrificio litaretur. Ipse loco=
rum descriptor ab Ericusa, ad Phœnicusā x. millia ait esse, hinc ad Didymā xxx.

Aeoliarũ distãtia inter se. Ab ea ad Liparam, ad septentrionem IX. ac XX. Ab hac in Siciliam XIX. Ab Strongyla uero XVI. Imminet autẽ Pachyno Melita (de qua catelli portantur, quos Melitæos uocant) & Gaudos. Absunt inter se ambæ millibus passuum VIII. & LXXX. Ante Lilybæum iacet Cossura & ante Aspidem, id est, clypeũ, ea uero Carthaginensium ciuitas est, quam Clypeam uocant, inter ambas sita, & eo quod diximus ab utraq; interuallo disiuncta. Est & ante Siciliam & Africam Aegimurus & aliæ quædam exiles insulæ. De insulis quidem hactenus. Quando antiquæ Italiæ usque Metapontum loca sumus emensi, continenter adiuncta deinde explicemus. Contigua uero est Iapygia, quam & Messapiam Græci uocant, indigenę autem partim Salentinos ultimam Iapygiam nominant, partim Calabros. Post hos ad Boream sunt Peucetij & Audanij sermone Græco nominati, accolæ uero tractum omnem post Calabros Apuliam uocant. Eorum plerique Pœdicli dicuntur, & Peucetij maxime. Est uero Messapia in peninsulæ forma à Brundusio usq; Tarentum isthmo inclusa, stad. X. atque CCC. Annauigatio uero circa ultimam Iapygiam stad. est CCCC. distat à Metaponto stad. circa CC. Et ad eum quidem maris iter ad orientem est. Tarentini sinus pars maxima importuosa est, ubi maximus atque pulcherrimus magno includitur ponte. Circuitus uero est stad. centum, éque sinus interioris parte isthmum efficit, exterius prospectantẽ pelagus, adeo ut urbs ipsa in Cherroneso iaceat, ùt per ipsam facile nauigia protrahantur, cum utroq; ex litore humile collum existat. Cumq; oppidi depressum solum sit, quâ tamen arx ædificata est, paululum altius attollitur. Antiquus sanè murus ingentem circuitum habet, nùnc autem qui prospectat isthmum, plurima defecit ex parte. At pars, quæ portus ori uicinior applicatur, qua arx perdurat, non mediocris urbis magnitudinem explet, stadium habet ornatissimũ, & forum amplissimum, ubi situs est Iouis colossus, ex ære fabrefactus, eximiæ post Rhodium magnitudinis. Inter forum autem atq; ipsius portus os, arx ipsa extollitur perpaucas ueterum ornamentorum & statuarum reliquias continens, quorũ cum magna copia foret, urbe potiti Carthaginenses, pleraq; uastauere. Aliqua etiam Romani capto per uim oppido, ut spolia uendicarunt, è quibus Herculis imago sublimis ex ære, in Capitolio fixa est, opus Lysippi, quod à Fabio Maximo oblatũ est donum, qui urbem ceperat. De huius urbis origine hæc ab Antiocho mandata sunt literis. Quod conflato inter Lacedæmonios, & Messenios bello, qui Lacedæmoniorum in eius communicationem uocati non sunt, serui sunt iudicati, quos Elotes nominabant. Ea quoq; durante militia, quotcunq; in lucem producti sunt pueri, infames ignobilesq; iudicatos, Partheonias uocarunt. Quod cum minime ferrent æquo animo (erant autem plurimi) insidias struxere popularibus. Qui cum intellexissent, clam aliquos submisere qui amicitiæ simulatione modum insidiarum renuntiarent. Horum è numero & Phalanthus erat qui præfectus eorum uidebatur esse, minime uero simpliciter ijs, qui participes erant uocati, placebat. Conuenerat autem ut in Hyacinthiorum celebritate, quando certamen in Amyclæo conficeretur (is locus est) cum Phalanthus capiti pileum imponeret, fieret insultus. Populares autem à cęsarie noscitabantur, Phalanthi uero sodales cum signum renuntiassent, consistente certamine, pręco in mediũ procedens, Phalantho ne pileum capiti imponeret, inhibuit. Quod coniurati sentientes, apertis iam palàm insidijs, partim fugitant, partim supplices aduentant. Iussi autem bene sperare conijciuntur in uincula. Phalanthus uero ad Apollinem

de

Melita.
Melitæi catuli.
Gaudos.
Cossura.
Clypea.
Aegimurus.
Iapygia.
Messapia.
Salentini.
Calabri.
Peucetij.
Audanij.
Apulia.
Pœdicli.
Tarẽtini sinus.
Iouis colossus.
Hercules æreus in Capitolio.
Tarenti origo.
Ἕλοτες, ἱπωνται.
Partheniæ.
Phalantus.
Amicłæus.

de colonia deducenda consulturus mittitur, cui deus huiusmodi infit oracu- *Oraculum.*
lum,

σαςυρέον τι δῶκα, τάρανταπε ϖίονα δ'ημον
οἰκεῖαι, καὶ τῆμ' ἰαπυγεσι γενιαδ'.

Saltyreum & pinguem populum tibi trado Tarenti
Incolere, & late cædem per Iapygas ædes.

Vnà igitur cum Phalantho Partheniæ profecti sunt. Quos Barbari & Cretenses, qui prius locum occupauerant, hospitaliter accepere. Eos fuisse tradũt, qui unà cum Minoë in Siciliam nauigarunt, post cuius letum in Camicis apud Cocalum in Sicilia pelagus intrantes huc appulsi fuerunt, è quibus posterius quidam pedestri itinere sinum Adriaticum, usque in Macedoniam peragrantes, Bugei sunt appellati, Iapyges autem uniuersos usque ad Dauniam cognomen è quodam duxisse Iapyge, quem Dædalus è Cretensi muliere susceptisse dicitur, ducemq; Cretensibus extitisse. Tarentum autem ab heroë quodam nomen accepisse, literis proditum est. At enim Ephorus de ipsius ædificatione, hunc in modum scriptum reliquit. Lacedæmonij aduersus Messenios belligerabant. Ii nanq; regem Teleclum eò sacrorum causa profectum necauere. Illi uero iuramento sese obstrinxere, nõ antè domum reuersuros, quàm Messenam solo adæquassent, aut omnes certe occumbere morti, urbis uero suæ custodiam & iunioribus, & natu grandioribus in militiam profecti, reliquere. Decimo postmodum belli anno, Lacedæmoniorum matronas concilium ineuntes, nuntios ad uiros emisisse, querentes haud pari sanè conditione contra Messenios bellum illud geri. Hos nanque commorantes in patria, in dies sobolem procreare, Lacedæmonios uero positis in hostili terra castris, uxores dimisisse uiduas, qua ex re periculum impendere, ne patria uirili destituta stirpe deleatur. At illi simul sacramenti fide seruata, & mulierũ uerba figentes animo, eos ab exercitu mittunt, qui robore firmissimi & iuuenta florentissimi fuerant. Eos nanq; minime iuramenti communione teneri nouerant, cum pueribus adhuc consistentes in annis cum natu grandioribus ad bellum exierant, iusseruntq; ut cuncti uirginibus cunctis commiscerentur, rati hoc pacto copiosiorem procreatum iri sobolem. Quæ cum ita facta fuissent, nati ipsi Partheniæ nomi nati sunt. Messena tandem anno XIX. expugnata, in potestatemq; redacta est, sicut Tyrtæus ipse cecinit,

Camici. *Bugei.* *Iapyges.* *Tarentũ unde.* *Teleclus.* *Lacedæmoniorum aduersus Messenios bellum.* *Partheniarum origo.* *Messena expugnata.*

ἄμφω τὼ δὲ μάχοντε γενεαιδίσλεπα ἔτη
νωλεμέως ἀεὶ θαλασιφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἀίχμητὰς πατέρων ἠ μητέρων πατίρες
εἴκοσῶ, οἱ μὲν κατὰ ϖίονα ἔργα λιποντες
φεῦγον ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων. id est,

Nos duo magnanimos animis armisq; uigentes,
Perpetuo nonusdecimus quoq; uiderat annus,
Consertos bello, uicenus uenerat hostis,
Pingue solum fugitans, montisq; reliquit Ithome.

Itaq; cum Messenium diuisissent agrum, reuenientes in patriam, Parthenias nequaquam cum alijs pari honore dignabantur, perinde ac matrimonio minime progenitos. Itaq; ipsi cum seruis conspirantes Elotibus, Spartanis insidias ordiebantur. Conuenit autem ut signum in foro, cum adoriendũ esset, tollerent pileum Laconicum. Qua re per seruos quosdã Elotes patefacta, contra impetũ ferre factu

difficile esse cognouerunt. Magna enim erat hominum multitudo, & quod maximum erat, una eademq; mens omnibus, quippe qui sese inuicem germanos esse cogitarent. Qui autem signum tollere debuerant, è foro concedere iussi fuere, qui uero rem gerendam indicatam esse senserant, sese continebant. Alij per eorum patres persuadebant, ut foras in coloniam excederent, quod si satis idoneum cepissent locum, permanerent, sin contrà, redirent, quintam Messeniæ terræ partem sortituros. Tum missi Achiuos contra Barbaros bellum gerentes offenderunt, in partem igitur periculorum assumpti, Tarentum ædificãt. Cæterum amplissimæ Tarentinorum opes aliquando fuere, rem suam ciuilem populari potestate gerentes, hoc est democratia. Nam classe maxima cunctos superauerunt accolas, peditesq; ad millia XXX. in expeditiones emisere, equitum uero tria millia. Ductores autem equitum mille, Pythagoricam quoque philosophiam amplexati sunt, in primis Archytas singulariter, qui diutius eius ciuitatis princeps eminuit. Inde posterioribus annis illecebrosæ inualuere deliciæ propter fortunas nimium secũdas, adeo ut plures totius † populi ludos, festasq; celebritates quotannis agerent, quàm reliquos anni dies. Eam ob rem in deterius urbanum regimen ferebatur. Cuius flagitiorum unum illud documẽtum est, quod externis uti Imperatoribus coacti sunt. Contra Messapios enim & Lucanos, Alexandrum Molossorum regem accersierunt, antea quoque Archidamum Agesilai filium, & postea Cleonymum & Agatoclem, dein Pyrrhum, quo tempore aduersus Romanos bellum conflauere. Nec uero illis obtemperare ualuerunt, quos inuocarant, quin eis infensi inimicitiam contraxere. Alexander itaq; publicum Græcorum conuentum tractus illius, eorum compulsus odio, ad Thuriorum agrum traducere conatus est, cum in Herculea Tarentinæ telluris æde illum celebrari, mos esset, iubebátque ad Acalandrum amnem locum ædificari, ubi concilia forent. Vnde & rem illi male gestam, propter ingratos eorum mores obuenisse fertur. In eosq; Annibalis tempestate redundasse, libertate spoliatos. Posterius uero admissa Ro. colonia, solito melius, tranquillo degunt in otio. Bellum autem cõtra Messapios, Heracliæ causa suscepere Dauniorum & Peucetiorum reges socios & adiutores habentes. Terra deinceps Iapygia, non sine admiratione cõmoda oppido est. Nam cum in superno tergo aspera uideatur, ubi aratris panditur, altioris fertilitatis glebas inuenies. Cumq; aquarũ indiga est, nihilominus læta suppeditat pascua, & arboribus referta spectatur. Hæc etiã omnis regio aliquando copiosa admodum mortalium multitudine floruit, & tredecim urbes habuit. Nunc autem excepto Tarento atque Brundusio, cætera exigua sunt oppidula, adeo absumptæ sunt eorũ uires. Salentinos Cretensiũ fuisse coloniam, memoriæ proditũ est. Hoc in loco Mineruæ fanum est, quod aliquãdo locupletissimũ extitisse constat. Extat & scopulus, quem ultimã Iapygiam appellãt, multus in pelagus & ortum hybernum prominens, paulatimq; sese conuertens ad Laciniũ flectitur. In quo ab occasu se attollit, & ad ipsum, Tarentini sinus os claudit. Similiter ad ipsum, sinus Ionij ora Ceraunijs claudũtur à montibus. Ab eo ad montes Ceraunios, & ad Lacinium stad. circiter DCC. interuallum est. è Tarento autem ad Brundusium nauigationis circuitio est, ad Barin seu Baretũ, ut nunc uocant, ut autem antea, Baretem urbem exiguam stad. sexcentorum est. Iacet uero in Salentinorum finibus, ad quam pedestri magis, quàm maritimo itinere, à Tarento facile peruenitur. Hinc ad Leuca (ea enim urbs non grandis est) stad. DCCC.

Tarenti potentia.

Archytas Tarentinus.

Ἀναβλύσεις ἱερὰι.

Alexander Molossorum rex.

Cleonymus.

Agatocles.

Pyrrhus.

Cõuentus Græcorum.

Alexãder flu.

Iapygiæ ager.

Mineruæ fanũ.

Salentini.

Iapygia ultima.

Baris.

Leuca.

sunt

sunt,ibi odoris fœtidi aquam fons effundens aspicitur. Fabulæ tradunt,reliquos Gigantes è uicina Campaniæ Phlegra,cum Hercules pulsos exagitaret,uocabanturautem Leuternij,ad ea fugitasse loca,contractosq; subijsse terram,& ex eorum cruore talem effluxionem cõtinere fontem,eam ob rem & litus illud Leuternium appellari. Ex Leucis quidem ad Hydruntem urbeculam stad. CL. Hinc Brundusium XL. stad. sunt. Totidem ad Saſonem insulam,quæ ipsius interualli, quod inter Epirum & Brundusium interiacet,media sita est. Ea propter qui rectum nauigando tenere cursum nequeunt,à Saſone ad Hydruntem, leuorsum iter faciunt. Hinc obseruato ferente uento,Brundusinis propinquãt portubus,& egressi Rhodæos urbem Græcam,pedestres ocyus aduentant,†cuius oriundus Ennius poëta fuit. Locus igitur nauigatione circundandus è Tarento Brundusium,Cherroneso perquam similis est. E Brundusio autem Tarentum uia expedito uiatori,uno perficitur nauata die,eius quam dixi Cherronesi isthmũ efficit,eam & Messapiam, & Iapygiam & Calabriam & Salentinam complures communi appellatione nuncupant, at quidam (ut antea diximus) diuidunt. Exigua quæ præternauigantibus obuiant oppida,commemorata sunt. Cæterum in mediterranea regione Rhodæi sunt,& Lupiæ. Et paululum à mari semota Salepia. At medio in isthmo Thyræi,ubi potentium cuiusdam regiæ monstrantur ædes. Cum autem dicat Herodotus,Vriam in Iapygia esse,quam Cretenses ædificauere,è Minois classe,in Siciliam nauigantis errabundi,aut hanc ipsam accipiamus,oportet,aut Veretum. Brundusium Cretenses habitasse,memoriæ proditum est,qui è Cnosso cum Theseo discesserunt. Postea alios è Sicilia cum Iapyge digressos. nam utroq; modo fama est,cum unà permanere nollent,in Bottiæam discessisse,tempore autem posteriori,ciuitas regia potestate gubernata,non paruam agri portionem ab Phalanto ac Lacedæmoniorum uiolentia perdidit, eum tamen eiectum à Tarento Brundusini acceperunt,ac deinde uita functum,eximiæ honore sepulturæ decorauerunt. Terram autem Tarentinis meliorem habent. Illa enim tenuis quidem,cæterum fructuum bonitate præcellens. nam & mel eius,& uellera uehementer laudantur. In primis etiam Brundusij portus sua excellentia præstat. Multi enim ore uno portus includuntur,qui nulla fluctuum agitatione turbantur,cum interni sinus excipiant,ut forma ipsa cerui cornibus simillima sit, unde & nomen inditum sit. Locus enim cum urbe ceruino capiti maxime est cõparandus. nam lingua Messapiorũ Brundusium cerui caput nominatur. Cæterum Tarentinis portus non omnino undarum motibus caret,cum sese pandat & interius occulta sub undis saxa quædam contineat. E Græcia præterea nauigantibus atque Asia longe rectior Brundusium est nauigatio. Itaque omnes quibus propositum est iter Romam, huc applicant. Duæ autem uiæ sunt,una quidem mulis uectabilis per Peucetios,qui Pœdicli uocantur,& Daunios & Samnites usque Beneuentũ,in qua uia est Egnatia ciuitas. Post eam Celia & Netiũ et Canusiũ & Cerdonia. Altera per Tarentũ pauliſper ad leuam,& si quanta est diei unius circuitionem feceris,uia Appia offertur plaustris commodior. In ea urbs est Vria & Venusia,hæc quidem Tarenti atque Brundusij media, illa uero in Samnitum & Lucanorum confinibus, coëuntq; ambæ ad Beneuentum atque Campaniam ex Brundusio. Hinc iam usque Romam uia uocatur Appia,per Claudium, per Galitiam, per Capuam & Casilinum usque Venusiam. Quæ dehinc sunt diximus. Tota uero ex Roma Brundu-

Leuternij.
Leuternium litus.
Leuci.
Hydrus.
Brundusium.
Saſon inſ.
Rhodæi.
Ennius poëta.
*ἰῆκς.
Messapia.
Iapygia.
Calabria.
Salentina.
Lupiæ.
Thyræi.
Vria.
Phalantus.
Brundusiorum portus.
Brundusio unde nomen.
Tarẽti portus.
Viæ Romam è Græcia.
Pœdicli.
Egnatia.
Celia.
Netium.
Canusium.
Cerdonia.
Vria.
Venusia.
Appia uia.

sium CCC. & LX. milliaria continet. Tertia, è Rhegio per Brutios & Lucanos & Samnitim ad Campaniam Appiæ iungitur. Cæterum longior quàm è Brundusio tribus diebus aut quatuor per Appianos montes. At enim Brundusio in transmarinam ripam nauigatio est, una quidem ad Ceraunia, litusq; deinceps reliquum Epiri & Græciæ, altera ad Epidamnū quàm prima longior. Nam mille & DCCC. stad. est. Trita & hæc est, cum urbs ipsa commode & ad gentes Illyricas & Macedonicas sita est. E Brundusio uero litus Adriaticum præternauiganti Stegnatia occurrit ciuitas, commune & nauigantibus, & terrestre iter facientibus ad Barium diuersorium. At usq; Peucetium mare uento nauigatur austro, per terram autem usque Siluium. Tota uero & montana & aspera, magnam Apenninorū montium communicationem habens, eaq; colonos Arcadas accepisse putatur. E Brundusio Barium DCC. stad. spatium est. Pariter ferè distat ab utraque. Contiguum quidem pascuntur agrum Cauni, dehinc Apuli usque ad Ferentanos, ut necesitudo sit usque ad Peucetios & Daunios, quos nec accolæ omnino ita uocitant, præterquam antiquioribus annis. Omnis quidem huius regionis, quam Apuliam nuncupant, haud accurate sanè terminos explicemus harum gentiū, quocirca nec nobis ualde affirmandum est. E Bario ad amnem Aufidium, ad quem Cannusiorū est emporium, stad. sunt CCCC. Ad emporium autem superior nauigatio stad. LXXXX. Proxima est Salapia, Argyripenorum emporium. Haud enim multum à mari, duæ Italicarum urbium, maxime quondam in plano sitæ sunt, sicut documento sunt circuitus earum, Canusium uidelicet & Argyrippa, cæterum his annis minores sunt. A primordio quidē uocabatur Argyrohippium, deinde Argyrippa, porrò autem Arpi nunc uocata est. Vtraq; in præsentia sanè deletæ, à Diomede conditę dicūtur. His in locis & campus, & alia complura, Diomedis potentatum ostentāt. In Mineruæ quidem fano, quæ Luceriæ est, prisca dona, & ipsum uetus oppidum Dauniorum extitit, nunc uero depressa iacet. In propinquo mari iacent duæ insulæ quas Diomedeas appellant. Ex quibus habitatores habet altera, reliquam desertam esse dicunt, in qua Diomedem disparuisse, quidam fabulātur, comitesq; in aues conuersos esse. Eas etiam hac ætate mansuescere, & humanam quodammodo uitam agere, & uiuendi ordine, & erga benignos mansuetudine, à malignis autē & sceleratis, fuga & euitatione. De hoc ipso heroë, cum alia permulta per Venetos, tum soliti uulgantur honores. Creditur & Sypuntem ædificium esse Diomedis, à Salapia stad. C. & L. interuallo distātem. Græci uero eam Sepiuntem nūcupant, ab eiectis è fluctu sepijs. Inter Salapiam atq; Sypuntem, fluuius est nauigationi satis accōmodus, & lacus ingentis ostium, per utroq; autem nascentes è Sypunte fructus deuehuntur, frumenta præcipue. In agro Saunio circa tumulum, quem Drion nominant, basilicę monstrantur, una quidē Calchantis in summo uertice, & cui petentes oracula nigrantem immolant arietem, & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirij in infima montis radice posita, abest à mari stad. circiter C. Ex ea riuulus manat, ad omneis pecorū morbos salutaris. Ante sinum hunc promontorium procumbens, ad stad. CCC. protenditur in pelagus, orientem prospectans, Garganū appellant. Cumq; ultima circūflexeris, urbs ex illis offertur nomine Vreū, è regione promontorij Diomedeæ iacent insulæ. Ager iste cum omnis generis fructus, tū uero copiosos producit, equis & ouibus aptissimus, lana quàm Tarentina longè mollior, minus uero candida, regio ipsa propter camporum con-

Ceraunia. Epidamnus. Stegnatia. Barium. Cauni. Apuli. Ferentani. Peucetij. Apulia. Aufidius. Salapia. Canusium. Argyrippa. Arpi. Luceria. Diomedeæ insulæ. Aues Diomedeæ. Sypus unde appellata. Drion. Calchantis sacellum. Podalirij phanum. Garganum. Vreum.

ualles tranquilla. Plericq; Diomedem foſſam ad mare uſque proſcindere aggreſſum memorant, cæterum cum domum accerſitus eſſet, & hanc & alias res imperfectas omiſiſſe, & ibi è uita exceſſiſſe. Hic quidem de illo unus uulgatus eſt ſermo: ſecundus autem eſt, eis eum in locis tandiu permanſiſſe, donec † uitam conuertit: tertius fabuloſus quem ante dixi, in ipſa inſula dicens eum diſparuiſſe: quartus poni poſſet, quem Veneti diſſeminant. Illi enim uitæ illius cõuerſionem, neſcio quo pacto penes ſe factam eſſe aſſerunt, quam in deorum numerum relationem uocant. Hæc igitur ſecundum Artemidorum interualla iacent, ſecundum uero Icorum deſcriptorem, è Brunduſio ad Garganũ milliaria C. & LXV. Ea uero Artemidorus auget. Cæterum hoc ex loco Anconem uſq; mil. CC. LIIII. ille ait. at Artemidorus ad mille CC. & XC. ferè, Anconis diſtantias ſtad. mil. paſ. CC. L. eſſe refert, multo minus cũ ille. Polybius uero illa ab Iapygia emenſa fuiſſe tradit, & mil. paſſ. D. LXII. ad urbem Sylam ediſſerit. Hinc autem Aquileiam C. LXXVIII. Haud ſanè concordant cum eo quod litoris Illyrici affertur, interuallo, è montibus Ceraunijs ad ſinum Adriatici maris intimum, cum hunc ſupra ſex mil. eſſe demonſtrent, & eum maiorem illo eſſe conſtituant, qui minor multò ſit. Et omnes cum omnibus inter ſeſe de interuallis diſſentiunt, ſicuti ſæpenumero à nobis dicitur. At nos ubi dijudicari licet, noſtram efferimus ſententiam, ubi ſanè illorum dicta in medio ponere oportere minime putamus. Quod ſi nec ab illis habemus, haud mirandũ eſt, ſi nos etiam in huiuſmodi materia aliquid omiſimus. Ex magnis quidem rebus nullam profecto omitteremus, at parua ſi cognita fuerint, parum utilitatis afferũt, ſin omiſſa latuerint, toto ex opere, aut nihil, aut nõ multum abſciderint. Statim uero à Gargano ſinus medius profundus quidem excipit, cui adiacentes accolæ, Appuli propriè nominãtur. Ipſiq; & Daunij & Peucetij eandem uſurpant linguam, nec in cæteris in hoc uſq; tempus diſcrepant. Antiquis uero temporibus diſcrepaſſe, ſimile ueri eſt, unde & diuerſa in omnibus inualuiſſe nomina. Priori tẽpore uniuerſæ huius terræ ſecunda fortuna florebat, poſtea uero & Annibal & ſequẽtia bella deſertam illam reddiderunt. His in locis clades illa Cannenſis obtigit, in qua tot & Romanorum & ſociorum corpora occidioni data ſunt. In ipſo ſinu lacus eſt, ſupra quem in mediterranea Teanum eſt Appulum, eodem quo Sidicinum nomine. Qua in parte Italiæ latitudo non parum contrahi uidetur. Vbi ſunt Puteoli à mari ad mare, minus ſtad. mille iſthmus relinquitur. Poſt lacum autem ad Ferentanos & Bucanum præternauigandi commoditas eſt. Vtraque ex lacus ripa ad Bucanum & Garganum ſtad. ſunt ducenta. Quæ deinde Bucano coniuncta ſint, in ſuperioribus dictum eſt. Huius generis huiuſq; magnitudinis Italia eſt. Cum multa à nobis diſputata ſint, nunc ampliſsima ſignificabimus, quibus hoc tempore ad tantum maieſtatis faſtigium res Romana conſcenderit. Vnum quidem, quod inſtar inſulæ tutam in circuitu maria cuſtodiant, paucis exceptis partibus, quæ tamen inacceſsis, uti muro, montibus uallatæ ſunt. Secundum eſt maxima ex parte ipſius importuoſitas. Et quod ſicubi portus exiſtunt, magnitudine & excellentia mirabiles, adſtant aduerſus externorum impetus commodi. Nec minus ad inferendas incurſiones, quàm ad ipſam mercaturæ commoditatem & abundantiam. Tertium aëris uniuerſi temperies, cui ſubiacet. Ad quam uarietatem animalia, arbores & (ut paucis ſimpliciter dicam) cuncta quibus utiliſſimus mortalibus uictus ſuppeditatur, plurimam diuerſitatem habent, ſiue

Diomedes.

*μίχρι καταφορᾶς τοῦ βίου, i. ad finem uſque uitæ, rectius mea ſententia. Quanquã interpres mauult ubiq; conuerſionem τλὸ καταφορλὸ uertere Ancon.

Syla.

Appuli. Daunij. Peucetij.

Cannenſis clades.

Teanum appulum.

Bucanus.

Italiæ maximè ta.

bonum siue malum dixeris. Ipsius longitudo à septentrione in meridiem ut plurimum extenditur. Cuius longitudini additamẽtum est Sicilia, talis & tanta perinde ac eius pars esset. Aëris temperies & intemperantia, pro caloris & frigoris, & horum mediocritatis conditione dijudicatur. Itaq; cum tanta longitudine, qua nunc est Italia, eam in amborum excessuum medio iacentem, plurimam temperatæ conditionẽ continere necesse est, modisq; plurimis. Id etiã alio illi pacto contigit. Nam cum montes Apennini perpetua longitudine porrigantur, cumq; latus utrunq; campos & colles frugiferos emittat, nulla pars extat, cui non montanis & campestribus bonis frui contingat. Adde fluuiorum & lacuum magnitudinem & copiam. Ad hæc & frigidarum & calidarum scaturigines aquarum, quas ad mortalium salutem parens natura compluribus in locis comparauit. Quid diuersorum facultates metallorum? quid materiam atq; escas hominibus ac pecoribus attributas? Quis fructuum ubertatem atq; bonitatem pro dignitate differat? Inter gentes quidem amplissimas, & Græciam ipsam, & excellentissimas Asiæ partes, media consistens, uirtutis præstantia & amplitudine, ad circunstantibus imperandum nata est, ex uicinitate subiugandorum facultatem nacta. Quod si ad susceptam de Italia orationẽ, & de Romano populo, cuius ditioni subiecta est, summatim quædam adijcienda sit ratio, quando uidelicet ipsam Romani ad uniuersi orbis imperium perfugium ac propugnaculum struxerint, assumãtur & hæc, quod post Romam conditam Romani perpetuo multas hominum ętates sub regio principatu, integre, casteq; duxerunt. Postea cum Tarquinium, qui regum ultimus, improbe flagitioseq; imperitabat, eiecissent, atq; † urbanam sic mixtam constituere, ut singulares principatus & optimates regerent, accersitis in regni communicationem atq; usum Sabinis Latinisq;. Quos cum ingratos, sicut & alios finitimos assidue deprehendissent, eorum strage suum amplificare quodammodo coacti sunt Imperium. Hoc pacto paulatim ad incrementum progredientibus illis euenit, ut ciuitatem repente præter spem omnium amitterẽt, præterq; spem reciperent. Hoc autem nono ac decimo post commissam naualem pugnam ad Capræ fluuium anno gestum est, sicuti Polybius memoriæ prodidit, post factã cum Antalcide pacem. Romani cum istos propulsassent, Latinos primũ omnes subiugarunt, deinde Thuscos & Gallos Circumpadanos, ab inuerecundia, quadam licentia repressĕrunt, postea Samnites, post quos Tarentinos ac Pyrrhum debellarunt, reliquumq; nostræ ætatis Italiæ, præter Circumpadanam regionem. Ea nanq; adhuc belligerante, in Siciliam transmigrarunt, qua exclusis Carthaginensibus, Padum Gallosq; repetierunt. Vbi consistente adhuc bello, ecce Annibal irrupit Italiam, hocq; secundum bellum incidit Punicũ, nec longè post tertiũ, in quo deleta Carthago fuit, & Romani potiti sunt Africa et Hispania, quan tũ Carthaginensibus eripuere. Græci uero & Macedones, & Asiæ intra Taurum & Alin fluuium incolæ, nouandis rebus cum Carthaginensibus conspirarunt. Hos etiam, ut simul in potestatem redigerent, progressi sunt, è quibus Antiochum regem, & Philippum, & Persen, & Illyrios, Thracesq; finitimos, Græcisq; ac Macedonibus aduersus Romanos belligerandi primordia eripuere. Et donec uniuersos in stragem darent, qui intra Istrũ atq; Alin incolunt, perpetuo dimicare perrexerũt. Eadem & Hispani & Galli sunt perpessi, cæteriq; omnes qui Romano parent Imperio. Ab subiuganda enim Hispania, nunquam ab armis cessatum est, donec uniuersam illatis stragibus occupa-

rent.

Italiæ longitudo.

Italiæ laus.

Romanorũ uires quo pacto creuerint.

* πολιτείαν δὲ συνεστήσαντο μικτὴν ἔκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας. id est, rempublicam constituerũt è regio optimatumq; imperio mixtam.

Romanarũ rerum cõpendiaria descriptio.

rent. Captis deinde Numantinis & Vreetho, nouissimeq; Sertorio mactato, ultimisq; uastatis Cantabris ab Cæsare Augusto, exteriorem & interiorem Galliam totam cum Liguria, primum quidem particulatim adepti sunt, postea diuus Cæsar, dehinc Augustus communi bello pariter ceperunt. Hoc uero tempore aduersus Germanos belligerant, ab hisce propinquis incitati locis, unde quibusdã iam triumphis decoratam fecere patriã. Oram Africę, nisi quæ Carthaginensibus subiecta est, regibus & illis quidem subditis cõmiserunt, qui cũ desciuere extincti sunt. Nunc sub Iubæ regno consistit, & Mauritania & cætera Libyæ partes plurimæ, propter illius in Romanum populum beneuolentiam & amicitiam. Similia & de Asia contigere. Siquidẽ initio per reges Romanis obedientes gubernabatur, postmodum cum illi defecissent, ut reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces & Ægyptij rebellantes, ac postea destructi, quemadmodum & de Mithridate Eupatore casus tulit, & de Ægypti regina Cleopatra. Cuncta sanè intra Phasin & Euphratem præter Arabes aliquos, Romanum possidet imperium, & ab eis reges designati. Armenij uero & ultra Colchos iacentes Albani & Iberi sola ducum præsentia indigentes, bene quidem sese continent. Cæterum cum Romani uarijs implicentur negotijs, rebus studeant nouis, qualiter & ij, qui trans Istrum & Euxinum pontum accolunt, præter Bosphoranos & Nomades ritu pastorũ uagos, qui partim obtemperant, partim ad omnem uitæ cõmunionem sunt prorsus inutiles, præsidijs tantũ indigentes. Reliquã plagam tenent pastores, & qui sub tentorijs uitam agitant longe seorsum habitãtes. Parthi uero finitimi tam immensis ualentes opibus, Romanis tamen & ætatis nostræ principibus subdidere colla, & Imperatorũ maiestati cessere. Itaq; non modo trophæa, quæ quondam de Romanorum cladibus erexerant, Romam transmisere, sed etiam Phraates rex Cæsari Augusto filios credidit, & natorum natos obsides exhibuit, ut obseruandam coleret amicitiam. Illis enim his annis ambiunt, quempiam qui eis imperet à Roma sæpenumero flagitantes. Et fermè propius adsunt, ut uniuersum eorum potentatũ Romano subijciant imperio, & ipsam quoq; Italiam seditionibus sępius agitatam, ex quo in Romanam ditionem redacta est. Quin & Romam ipsam ciuilis moderationis & Imperatorum uirtus continuit, & ne ad maiorem delictorũ & uastationis cumulum prolaberetur, inhibuit. Arduũ sanè atq; difficile est alio pacto tale regere imperiũ, quàm si uni perinde ac parenti procuratio demandetur. Nunquam igitur tanta pacis facultas, tantaq; bonorum copia Romanis, & eis societate fœderatis affuit, quantam Cæsar suppeditauit Augustus, ex quo perfectam & absolutam dignitatis potestatem accepit, & hoc tempore successor eius filius præstat Tiberius, illum sibi gubernandi & edictorum normam exemplarq; constituens. Nec minus eundem ipsius filij Germanicus, Drususq; suam genitori nauãt operam.

Iuba.

Nomades.

Parthi.

Phraates rex.

Augustus.

Tiberius.

Germanicus. Drusus.

ARGVMENTVM SEPTIMI LIBRI.

SEptimus liber reliquas Europæ partes explicat, sunt autem hæ quæ orientem spectant ultra Rhenum usq; Tanain & Mæotidis paludis ostium, quæq; inter sinum Adriaticũ, & sinistras maris Pontici partes Ister accipit, ad austrum usq; in Græciam atq; Propontidem, in quibus & tota Macedonia continetur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER SEPTIMVS.

VM à nobis de Hiſpania, deq; Gallicis, Italicisq; gentibus cum uicinis inſulis, dictũ ſit, deinceps reliquæ partes Europæ uidentur enarrandæ, eo quo ſe modo facultas obtulerit partiendo. Reſtant autem quæ ad orientẽ trans Rhenum, uſque Tanain loca ſpectant, & Mæoticæ paludis oſtium, quæq; inter Adriaticum ſinum, & ſiniſtras Ponti maris oras Iſter capit in auſtrum uſque in Græciam atque Propontidem. Iſter enim duas in partes proxime terram prædictam diuidit uniuerſam, cunctos Europæ fluuios magnitudine ſuperans, à primordio ſui in auſtrum labitur, inde ab occidente ſtatim ad orientem curuatur in pontum. Oritur autem ab extremis Germaniæ partibus ab occaſu, prope ſinum Adriaticum, procul ab illo ſtad. circiter mille. Finitur autem in Ponto non longe admodum ab Tyræ ac Boryſthenis eruptionibus, paululum in ſeptentrionem uergens. Spectantes quidem in ſeptentrionem Iſtri partes, ſunt trans Rhenum regiones & Galliæ, quæ ſunt Gallicæ gentes & Germaniæ, uſq; ad Baſtarnas & Tyrrhegetas, & Boryſtheni adiacentes oræ, quæ inter hunc & Tanain, & paludis oſtium Mæotidis locantur. Itaq; mediterraneam ad oceanum extendit, & mari alluitur Pontico. In auſtrum uergentia ſunt Illyrica & Thracia, & quæcunque de Gallicis iſtis admixta ſunt, ſeu de pleriſque alijs uſque ad oras Græciæ. De tractu igitur extra Iſtrum primum dicamus. Multo enim, quàm cætera, quæ ad alterutram partem iacent, ſimpliciora ſunt. Statim igitur regionem trans Rhenum ad ortum uergentem Germani colunt, nationem Gallicam pauliſper imitantes, & feritatis abundantia & proceritate corporum & colore flauo, cum reliquis in rebus & forma & moribus, & uiuendi ritibus pares exiſtant, quales Gallos diximus. Ideo Romani hoc illis nomen iure indidiſſe mihi uidentur, perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui uoluerint. Legitimi nanque fratres Romano ſermone germani intelligũtur. Primæ huius regionis partes ſunt Rheno proximæ, ab ipſius ferè fontis initio, quoad in Pelagus infunditur. Et hæc eſt occidentalis plagæ latitudo uniuerſa, quam flumen alluit, eius autem portionem quandam ad Galliam traduxere Romani, quædam uero in profundam regionem tranſmigrans peruenit, ſicut & Marſi. Cæteri pauci ſunt, & Sugambrorum portio. Poſt uicinos autem amni accolas, & aliæ gentes ſunt, inter Rhenum & Albin fluuium, qui ubique pariter ab eo diſtans, fluit in oceanum, non minorem illo perlabens agrum. Interſunt & amnes alij nauigijs permeabiles, è quibus eſt Amaſia, in quo Druſus Bucteros nauali prælio ſuperauit. Hi ſimiliter ab auſtro ad aquilonem in oceanum elabuntur. Regio hæc uerſus auſtrum extenſa, quodam continens Alpibus dorſum efficit, ad orientem protenſum, quaſi quædã Alpium particula exiſtat. Pleriq; autem hunc in modũ oſtenderũt, & propter ſitum antedictum, & cum eandem efferat materiam. Huius tamen tractus partes nequa quã

Iſter.
Tyra.
Boryſthenes.
Tyrrhegetæ.
Germani.
Albis.
Amaſia.
Druſus.
Bucteri.

quam in tam ſublime extolluntur. In hoc tractu ſita eſt Hercynia ſylua, & Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſyluam habitant, ſicut & Colduorum plericq;. In quibus & Bubiemum Marobudi regia. Quem in locum ipſe, cum alios plureis traduceret incolas, ſuos cõterraneos Marcõmanos adegit. Is enim ex humiliori gradu maiores ad res conſtitutus fuit, poſtquam è Roma regreſſus eſt. Nam à iuuenilibus annis hic uerſabatur, ubi ab Auguſto Cæſare magna beneficia comparauit, reueniens autem magnum adeptus eſt potentatum, & præter eos quos ante dixi populos, Luios etiam uendicauit, gentem ſanè permagnam, & Zumos & Butones & Mugilones & Sibinos, & ipſorum Sueuorum nationem ampliſsimam, Semnones. Sueuorũ natio, ut ſuperius dixi, partim intra, partim extra ſyluam habitat, Getarum contermina genti. Sueuorum quidem gens ampliſsima, è Rheno ſiquidem uſq; ad Albin peruenit fluuium, eorum portio etiam trans Albin loca depaſcitur, quemadmodum Eumondori & Lancoſargi, nunc autem iſti trans fluuium in fugam compulſi exciderunt. Commune autem eſt omnibus, qui hunc tractum incolunt, ut aliò facile migrent, & propter uictus tenuitatem, & propter agrorum ignauiam colendorum, & propter inopiam pecuniarum. Cumq; in tugurijs habitent, in diem habent ſupellectilem. Plurimam è pecoribus trahunt alimoniam, ſicut & Nomades, eorumq; inſtar, domeſtica in carris tollentes inſtrumenta, quocũq; ſors tulit & opinio, ſuis cum armentis † conuertũtur. Sunt autem alij Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Cheruſci, Chatti, Gamabrini, Chattuarij. Ad oceanum præterea pertinentes Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campſiani, cæteriq; complures. Biſurgis, & Lupias amnis in unum ad Amaſiam deferuntur ſtad. D c. à Rheno ſemotus, per Bucteros minores labens. Eſt & Salas fluuius, inter quem & Rhenum, cum Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus, uictor oppetijt. Nec enim plurimas in poteſtatem gentes redegit, ſed etiam iacentes in medio nauigationis curſu, uicit inſulas. Quarum Byrchanim obſidione complexam cepit. Hæc natio propter ſuſcepta contra Romanos bella, nobilitatem adepta eſt. Poſtea cum in deditionem uenerit, rurſumq; deſciuerit, habitatasq; terras reliquerit, nomen aſſecuta eſt. Tametſi famæ maioris extitiſſet, ſi Cęſar Auguſtus flumen Albin trãſire, & illic rebellantes adoriri, ductoribus ſuis conceſſiſſet. Modo autem faciliorem militandi uiam, in eo quod in manibus uerſatur, bello ſuſpicatus eſt, ſi ab ijs, qui extra flumen Albin quietem agitãt ſeſe contineret, nec eos ad inimicitiarum cõmunionem ultro laceſſeret. Cæterum Sugambri uicini Rheni amnis accolæ, belli exordia factitarunt, cum Melonem belli ductorem haberẽt, & exinde alij aliàs regni potentes diſſiderent, & bellum pace ſoluerent, ac denuo deſciuerint proditis obſidibus & calcata fide. Aduerſus illos perfidia magnæ fuit utilitati. Quibus autem fides adhibita fuerat, ij magnas clades intulerunt, ſicuti Cheruſci, & eorum ditioni ſubiecti. In quibus tres Romanorum ordines militum cum Imperatore Quintilio Varo fœderibus fractis per inſidias obtruncati ſunt. Pœnas uero luerunt uniuerſi, & Germanico iuniori clariſsimum præbuere triumphum. In quo illuſtrium uirorum ducta ſunt corpora, ſimul & fœminarum, Semiguntus Segeſti filius Cheruſcorum ductor, & ſoror eius. Vxor autem Armenij, cuius ductu & auſpicio in Cheruſcis conflatum eſt bellum, in fœderum fractione contra Quintilium inſtituta, qui nunc etiam bellum ipſum continet. Eius fœminæ nomen eſt Thoſnelda. Secum erat filius trimus Tumelicus

Hercynia ſyl.
Sueui.
Coldui.
Bubiemum.
Marcõmani.
Luij.
Zumi.
Butones.
Mugilones.
Sibini.
Semnones.
Getæ.
Sueui.
† diuertũtur.
Germanorũ de migrationes.
Cheruſci.
Chatti.
Gamabrini.
Chattuarij.
Sugambri.
Chaubi.
Bucteri.
Cimbri.
Cauci.
Caulci.
Campſiani.
Biſurgis flu.
Lupias flu.
Salas.
Druſi mors.
Byrchanis.
Sugambri.
Cheruſci.
Varus Quintilius.
Germanicus.
Semiguntus.
Segeſtius.
Armenius.
Thoſnelda.
Tumelicus.

Aegimerus. Rhamis. Deutorix. nomine. Item Sesithacus Ægimeri filius Cheruscorum ductoris, eiusq; uxor Rhamis, Vcromiri filia, Battorum principis, Deutorixq; Bætoritis filius, Melonis frater, Sugambri filius, Ægestus quoque socer Armenij ab eo dissentiens, inchoante bello obseruato tempore transfuga ad Romanos transiuit. Et traductis in triumpho cognatis patris aderat, honorifice ipse in ducendo habitus in ipsa pompa incedebat. Et Libys Chattorum sacerdos, aliiq; mortales ex direptis gentibus protrahebantur, Cathilci, Ampsani, Bucteri, Nusipetes, Cheruscí, Chattuarij, Chatti, Landi, Subattij. Distat uero ab Albi Rhenus ad tria stad. millia, si quis per uias rectas cursum tenere possit. Nunc autem propter paludum syluarumq; difficultates, iter in gyrum suscipiendum est. At Hercynia sylua proceris frequens est arboribus, & munitissimis in locis ingentem admittens ambitum. In cuius medio sita est ora, ad habitandum accommoda, de qua sermonem fecimus. Cui quidem & Istri & Rheni fontes proximi sunt. Inter utrunque lacus, & effusæ de Rheno paludes. Ipsius autem lacus perimetros est supra trecenta stadia, spatium uero circa ducenta. Is habet insulam, qua uelut arce ad inuadendos Vindelicos commodissime usus in naualibus pugnis Tiberius. Hæc autem simul & Hercynia sylua magis quàm Istri fontes in austrum uergit. Adeo ut è Gallia in Hercyniam syluam tendenti, prius lacum transire opus sit, deinde Istrum, postea iam per faciliora loca, montanasq; planities ad Hercyniam sunt accessus. Cæterum Tiberius à lacu unius diei progressus iter, Istri fontes aspexit. Ad eum lacum Rhæti paululum adsunt, amplius Heluetij & Vindelici, & deserta Boiorum regio, usque ad Pannonios. Magis autem Luettij & Vindelici in montibus campos habitant. Rhæti uero & Norici usq; ad Alpium summa tenent, & Italiam uersus inclinant, hinc Insubribus, inde Cranis propinqui, & Aquileiæ tractui. Alia autem & in Sueuis illis sylua Gabreta nomine, ingens iacet. Vltra uero Hercynia est, quæ & ab istis tenetur. De Cimbris sanè nonnulla male differuntur, quædam uero mediocriter credibilia. Haud enim huius generis causam admiseris, ut inde errabundi facti sint, ad latrocinia q; conuersi, quia peninsulam habitantes, ingenti quadam inundatione compulsi, natalia loca deseruerint, quando consuetam prioribus annis etiamnum regionem inhabitant. Augusto quoq; Cæsari lebetem plurima sibi sanctitate consecratum dono miserunt, eius amicitiam postulantes, ut iniurias, quæ prius subierant obliuione delerent. Compotesq; uotorum facti remearunt. Dictu profecto ridiculum est, ut homines ad euentus, quos perpetuo natura efficit, per dies singulos bis accidentes, indignati è patrio solo digrederentur. Res autem ficta esse uidetur, quod ingens adeo æstus obuenerit aliquando, ut reliquos excesserit. Incrementa quidem recipit oceanus, ac decrementa, cæterum ad casus huiuscemodi, ordine institutа, atque definita. Minime etiam uere dixisse uidetur, qui ait Cimbros aduersus inundationes arma sumpsisse. Et qui dixit, Gallos intrepidos esse, ac negligentes, mergi domicilia tolerantes, dehinc ea ædificantes instaurare. Quodq; maior illis ex aquis quàm ex armis uastitas accidit, ut Ephorus perhibet. Ipsa enim æstuariorum series, & uulgata regionis immersio, tales exhibere absurditates non debuit. Cum enim die quolibet hoc ipsum bis eueniat, ne semel quidē sentire id refluentiæ munus à natura esse, & quidem innoxium, nec Cimbris solis, sed cunctis oceani accolis, quonam modo incredibile nō est? Nec uero bene Clitarchus, qui equis insidentes ait, cum maris cernant impetum, equorum cursibus refuge-

Libys sac. Cathilci. Ampsani. Cheruſci. Chattuarij. Landi. Subattij. Hercynia syluа. Rheni & Danubij fontes. Tiberius. Rhæti. Heluetij. Vindelici. Boij. Luettij. Norici. Gabreta sylua Cimbri.

re,

re,interq; fugiendum prope esse,ut deprehendantur aquis. Accessum ipsum qui accolis obijcitur,nequaquam tanta celeritate fieri nouimus,cum sensim & latenter ipsum mare propinquet. Neque quod in dies efficitur,& uicinis omnibus † inso- nat,antequam spectetur,tantum terroris debet incutere, ut fuga perinde, ac ex in- sperato irrumpat,capessenda sit. Hæc sunt quæ de rerum scriptoribus à Posido- nio,iure quidem ac merito reprehenduntur. Nec male profecto coniecturam fa- cit,quod latrocinãdo incertis errabundi sedibus Cimbri ad paludem usque Mæo- tin militiam agitarint. Ab eis enim Cimmerius uocatus est Bosphorus,quasi Cim bricus,cum Græcorum lingua Cimmerios Cimbros nominent. Boios uero prius Hercyniam habitasse syluam asserit,& Cimbros agmine facto,hunc inuasisse lo- cum,à Boijsq; eiectos,Istrum & Scordiscos gentem Gallicam petentes descendis- se,mox Teuristas,& Thauriscos,& hos nationis Gallicæ,deinde Luetios adijsse, uiros quidem plurimo locupletes auro,cæterum in pace uitam agentes. Cumq; cõ- flatas latrocinijs opes longe suis ampliores esse uiderẽt,in Heluetios sese cõtulisse, & ex eis præcipue Tigyrinos,& Toygenos,eosq; secum solicitasse. Vniuersos ue- ro deleuere Romani, & Cimbros,& alios tanti motus socios,partim in Alpium transitu in Italiam, partim extra Alpes. Huiusmodi autem Cimbrorum morem fuisse,scriptores commemorant,ut eorum uxoribus in militandi societate coniun ctis,consequentes nonnullæ diuinationis peritæ sacerdotes adhærebant, quibus canus capillus erat,alba uestis,lintea è carbaso subter tunicam fibulis annexa, ahe- nis incinctæ zonis,pedes nudæ. Captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos sternentes humi,ad æreum pertrahebant craterem,uiginti capacem ampho rarum. Habebãt & pulpitum,quo agiliter ascenso,tollentes in sublime captiuum, super lebete iugulabant. Tum profuso in craterem sanguine, inde, cum stillaret, uaticinium edebant. Aliæ uero scisso uentre,intestina speculabantur, suis uicto- riam acclamitantes. In ipsis uero certaminibus, extentas ad carrorum uelamina pelles,tantis pulsabant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficeretur. Ea ue- ro Germanorum regio, quæ ad aquilonem uergit,ut dixi,ad oceanum pertinet. Cogniti sunt autem qui ab exitu Rheni, usque ad Albin initium capiunt, è qui- bus celeberrimi sunt Sugambri,Cimbriq;. Illa uero plaga,quæ trans Albin ocea- num spectat,nobis prorsus est incognita. Nullum enim priorum,ad orientem us- que ad Caspij maris ostium,hanc peregisse nauigationem accepimus. Neque Ro mani Albin ipsum transcenderunt,nec ulli similiter iter pedestre suscepere. Quod autem per longitudinem ad ortum tendentibus,Borysthenis,& Boreæ partes,& Ponti regio tota offertur,manifestum est quidem ipsis ex climatibus,& paralle- lorum interuallis. Verum enimuero quid ultra Germaniam exístat,& quid de alijs ex ordine positis,siue Bastarnas appellare oporteat,ut plures arbitrantur, si- ue alios intermedios,seu Iazygas,seu Rhaxyalos,seu quoslibet alios,ex ijs qui pro tecto carris utuntur, non facile protulerim. Neque utrum tota longitudine,ad oceanum usque pertineant,uel si aliquid ob frigoris rigorem causámue aliam in- habitatum sit, uel si aliud etiam mortalium genus inter mare, orientalesq; Ger- manos situm succedat. Hoc sanè ipsum incognitum,& de cæteris ad aquilonem ordine iacentibus dixit. Nec enim Bastarnas,nec Sauromatas,& generaliter ullos supra Pontum habitantes, nouimus, nec quantum ab Atlantico remoti sint pe- lago,neque si ad illud propinqui sunt. Australis uero pars Germaniæ trans Albin

*ἡ πᾶσιν ἴσαυτ λαμ.

Cimmerius Bosphorus.
Boij.
Scordisci.
Thauristæ.
Thauristi.
Luetij.
Tigyrini.
Toygeni.
Cymbrorum mos.
Sugambri.
Cimbri.
Bastarnæ.
Iazyges.
Rhaxyali.
Hamaxiti.

Sueui. Getæ. fluuium, quæ quidem contigua est, à Sueuis adhuc tenetur. Deinde Getarũ mox terra copulatur, principio quidem angusta, ad Istrum porrecta, qua plagam spectat austral em. Cõtra uero è regione ad montanam Hercyniæ syluæ radicem, pars montium in ea continetur. Postmodum extenditur latius ad aquilonem usque ad Tyrrhegetæ. Rhiphæi & Hiperborei. Tyrrhegetas. Certos uero terminos proferre non possumus, uerum propter istorum ignorationem locorum, qui Rhiphæos montes & Hyperboreos fabulando narrauere, digni quorum sermones admitterentur, habiti fuere. Illi autem omittantur, simul & Pytheas Massilien sis, in quibus de oceani litore mentitus est, quodam usus prætextu, inquisitione uidelicet rerum cælestium atque mathematicarum. Et Orithyia. si qua Sophocles in tragico carmine de Orithyia cecinit ut à Borea rapta, super omnem pontum ad telluris extima transportaretur, noctisq; fontis, & cæli uerticces, ac uetustum Phœbi ortum, nihil quidem hæc ad præsens institutum, sed omGetæ. mittantur, ut in Phædro ait Socrates, uerum quæ ex antiquorum monumenThraces. Mysi. tis, & huius ætatis accepimus, in medium proferamus. Getas igitur Græci ThraPhryges. ces opinati sunt, qui quidem utrunque Istri latus incolebant, ut & Mysi. Thraces Bryges. Mygdones. Bebryces. sanè utriq;, & quos nunc Mysos nuncupant, à quibus Mysi quoque educti sunt illi qui inter Lydos & Phrygas & Troas habitant. Et ipsi etiam Phryges ThraMedobithyni. cium genus sunt, Bryges dicti, sicut & Mygdones, & Bebryces, & Medobithyni, Bithyni. Thyni. & Bithyni, & Thyni. Reor etiam ipsos Mariandynos. Isti omnes Europam omni Mariandyni. no deseruere, at Mysi unà permansere. Recte Homerus mea simul & Posidonij Mysi. sententia, opinari uisus est, Europæ culto res Mysos nominare, eos inquam qui in Thracia sunt, cum dicit,

αὐτὰρ ὁ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ,
Iliad. v. νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων θρηκῶν καθορώμενος αἶαν
μυσῶν τ' ἀγχεμάχων.

Hic uero rursus splendentia lumina uertit,
Præsertimq; equitum Thracum speculatus in agros,
Mysorum ensiferûm, pugnantum cominus armis.

Quoniam si quis positos in Asia Mysos accipiat, alienus & disiunctus sermo foret. Aspectum enim ab Troianis ad Thraciam terram conuertentem, & eidem annumerare Mysorum agrum, non seorsum existentium, sed finitimorum Troicæ oræ, & post illam locatorum, atq; adeo utroque ex latere, quos disiungit latior Hellespontus, hominis esset litora confundentis, & locutionis modum minime intelligentis. Nam cum dicit, rursus uertitur, maxime retro intelligendum est, qui autem ab oris Troum uisum transfert, non ad eos qui aut post illos, aut ex transuerso consistunt, ulterius quidem traducit, non autem ad posteriora multum, afferHippomulgi. tur inde ipsius testimonium quod equas mulgentes, & Lactophagos, & Abios, Scythæ. hoc est uictus efferati, accolas illis adiungit, qui pro domo plaustris utentes, sunt Sarmatæ. Scythæ ac Sarmatæ. Hæ enim nationes Thracibus hac tẽpestate promiscuæ sunt, Bastarnicæ. & Bastarnicæ magis, ijs qui extra Istrum, & intra Istrũ. Cumq; his miscentur GalScordisci. licæ gentes et Boij, & Scordisci, & Thauristi. Sed Scordiscos quidã Scordiscas uoTauristi. cant. Tauriscos uero quidã Ligyriscos, & Tauriscas uocant. Scribit autẽ PosidoLigyristi. Mysi. nius Mysos religioni indulgentes, ab animãtibus abstinere, & eam ob causam pecus omne uitare, melle uero & lacte, & caseo uesci. Cumq; tranquillã exagitẽt uitã,
Capnobatæ. ob deorũ culturã, deicolę & capnobatę, id est fumi cõscensores, nominãtur. Plerosque

que item Thraces esse qui sine mulieribus uitã ductitent, quos ctistas, id est creato res nominãt, sanctificatosq; honoris gratia omnimoda cũ libertate uictitare. Hos sũmatim uniuersos poëtã dixisse equarũ mulsores, & lactophagos insignes, abios, id est minime uiuos homines, iustitia præstantissimos. Præcipue autẽ abios appellat, à mulieribus disiunctos. Vitã nanq; cælibem, ac sine coniugibus dimidiatã esse putans, sicut & Protesilai domum, quia foret abfq; coniuge, semiperfectam fuisse protulit. De propinquo etiam † pugnaces Mysos dixit, quos nemo populetur, sicuti bonos bellatores. Oportereque in decimo libro inscribi † pro Mysorum de propinquo pugnantium. Verum enimuero scripturam tot per annos approbatam mouere, forte superuacaneum esset. Multo enim uerisimilius est initio Mysos nominatos fuisse, mutato subinde nomine, nunc etiam appellari, abios autem cõiugum expertes potius, quàm sine lare, & carros pro tecto colentes, accipiendum est. Cum enim circa contractus, & pecuniarum pretia conflari soleant iniuriæ, qui adeo tenuem ex modicis uictum agitent, eos iure ac merito iustissimos uocitemus. Quoniam philosophi proximam iustitiæ temperantiam collocantes, uitam tenuitate satis contentam, beatam in primis dixere. Ex quo plericq; eorum rerum † electiones ad sectam compulere Cynicam. De eorum uero cælibatu nullam tamen subscribit significationem, præsertim apud Thraces & in his Getas. Verum quę de ipsis Menander memorat, inspice, non quidem fingens, ut † decorum est, uerum ex ipsa memorans historia,

πάντες μὲν οἱ θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ γέται ἡμεῖς ἁπάντων
ἐγὼ γὰρ αὐτὸς δύχομαι ἐπεῖθεν εἶν τὸ γρύ·
οὐ σφόδρ' ἐγκρατεῖς ἐσμεν.

Thraces uniuersi nos præsertim Getæ,
Nam eorum indigenam esse me ipse glorior.

Ctistæ, κτιστοὶ.

Equimulgi. Lactophagi. Abij.

Protesilai domus.

*ἀχιλλάρους.

*ἀντὶ † μυσῶν τ' ἀχιλλάρων. Homeri locus.

*ἐκλέξεως.

Menander.

*ἐκ τοῦ ἀκὸς.

Non omnium continentiam nimis agimus, & paululum infra, de ipsa in mulieres continentia ponit exempla. E nobis uxorẽ ducit nemo, nec ut plericq;, undecim duodecimq; et amplius. Quod si quaternas, quinásue uxores duxisse cõtigerit, subuersio quædã est. Isq; hymenæi prorsus expers, infœlix, anymphus inter conciues uulgatur. Ad hęc quidẽ & reliqui consentiunt, & unà confessione consonant. Nec sanè decet, ut ijdem miseram pariter esse uitam putent, inter plures non uersari mulieres, simul probum & ęquum sine uxoribus esse censeant. At eos religiosos deûm cultores arbitrari, & fumi † conscensores, quod fœminis careant, communibus admodũ opinionibus aduersatur. Cuncti nanq; fœminas superstitionis duces, & authores esse existimant. Eę enim sunt quę uiros ad deorũ cultus, ad dies festos, ad ueneraționes, ad preces inuitent amplius. Rarumq; est, ut uir quispiam sine uxoribus solus degens, talis reperiatur. Eundem rursus poëtam inspice et quę loquitur. Introducit enim tristem quendam, mulierũ fraudibus circa sacrificia succensentẽ, hunc in modum dicentem, Dij nos prȩcipue (inquit) qui uxores duximus, consumunt. Semper enim dies aliquis festus necessario agendus est. Qui † autem mulieres perosus est, hæc ipsa subincusat. In dies uero quinquies immolabamus, septem uero circumcirca ancillæ cymbalis insonabant, quædam ululatus edebant. Propriè uero Getas uxoribus carentes, religiosos putandos, declarat, idq; præter opinionem. Cęterum diuinarum rerum studium, hac ipsa in gente plurimũ esse, ex ijs quę locutus est Posidonius, haud abroganda fides est. Necnon ab animantũ esu

Thracũ Getarumq; mores.

*παννοβάρας.

*ὁ ἀνὴρ μισογύνης. i. mulierum osor, qui circa mulierẽ uiuit.

Getarũ superstitiones.

abstinuisse religionis gratia, nõ negauerim, sicut & reliqua tradit historia. Proditũ
Zamolxis. est enim memorię, ex Getarum gente quempiam, nomine Zamolxin seruisse Pythagorę, & cælestium rerum aliquas ab eo didicisse, cumq; ad Ægyptios usq; peregrinatus errasset quædã etiam illorũ accepisse. Cumq; suam reuertisset in patriam, magna in charitate ac studio apud principes nationemq; illam habitũ, quid portenderent signa præsagientem. Denicq; persuasum regem animum induxisse, ut illum in regni societatem acciperet, ut qui ad deorum arcana annuntiãda foret idoneus, & ab initio quidem, eius quem maxime uenerantur, dei sacerdotem constitutum, postea uero dei appellationẽ comparasse. Indespeluncam nactum subterraneam, cæteris quidem inaccessibilem, eo in loco degere solitum, externis, excepto rege, eiusq; ministris, colloquia rara facientem, adiutasse etiam regem, cum homines longe magis, quàm prioribus annis, cerneret animos illi attentius adhibentes, tanquam è deorum consilio edicta efferenti. Hic quidem mos ad nostram usq; perductus ętatem perseuerat, ut semper aliquis eiusmodi præditus institutis inueniatur, qui regi consiliarius adsit, & ipsos inter Getas dei nomen assequatur. Sacérque re-
Cogæonum. Byrebistas. Decæneas. lictus est mons, quem sic nominant, nomen uero est illi Cogæonum, quo uocabulo & amnem prælabentem uocitant. Eo autem tempore Byrebistas Getarum tenebat imperiũ, aduersus quem diuus Cæsar iam instruxit exercitum, Decæneas hoc prędito erat honore. Abstinere enim ab animantium esu ex ipsius Pythagoræ institutis, ab Zamolxi traditis, modo quodã permanet. Talia igitur male aliquis du-
*Homeri scilicet Iliados v. bitauerit, de poëtæ † ipsius textu, decq; Mysis quos illustres, & equarum mulsores appellat. Minimeq; asseruerim ea, quæ Apollodorus in secundo de nauibus uolumine prefatus inquit. Eratosthenis enim sententiam approbat, qui Homerum ait,
Homero multa loca incognita fuisse. reliquosq; scriptores antiquos rerum quidem Græcarum notitiam habuisse, reliquarũ autem longius positarum permultam imperitiam tenuisse. Longas etiam illos ignorasse uias, nullamq; nauticæ artis peritiam accepisse. Quibus adstipulatus,
Aulis lap. Thisbe. dicit Homerum, cum lapidosam uocat Aulidem, quemadmodum & est, multarumq; tibiarum Eteonon, columbisq; copiosam Thisben, herbosam Haliartum. Cæterum quæ procul disiuncta sunt, sibique & alijs prorsus ignorata. Cumq; amnes circiter quadraginta pontum influant, ne celeberrimorũ quidem mentionem ullam fecisse, ut Istri, Tanaidis, Borysthenis, Hypanidis, Phasidis, Thermodontis, Halydis, etiam de Scythis nullam eum egisse memoriam, cum uniuersos claros
Paphlagones. quosdam equarũ mulsores, Galactophagos, Abiosq;, id est absq; uita nũcupat, Paphlagonesq; mediterraneos ab eis nouisse, qui terrestribus propinqui sunt locis, litora quoq; ac maritimam plagam ignorasse. Iure id quidem. ea enim tempesta-
Axenos. te id mare nulli patuisse nauigationi, & próinde Axenon, id est inhospitalem Pontum appellari solitum, propter tempestuosa, & per hyemes intercluſa loca & accolarum immanitatem, maxime Scytharum, hospites immolare solitorum, & humanis uescentium carnibus, & pro pateris caluarias usurpantium, nouissime autem
Euxinus. cum Iones in litora urbes condidissent, Euxinum, id est benignum hospitalemq; uocari cœptum. Pari modo & Ægypti plagam, & Africæ ignotã habuisse, sicut incrementa Nili & limosas ex pelago aggerationes, quarum nullam feciſſet mentionem. Neq; medię inter mare rubrum & mare Ægyptiũ telluris, neq; Arabicorum & Æthiopicorum ad Oceanum pertinentium, nisi Zenoni philosopho mens magis intendenda est, qui sic scriptum reliquit,

ἀβίοπάς θ' ἱππόμολῳ κἀὶ σιδονίας ἀμφιβάντας τε.

Æthiopasq; Arabasq; adij tunc Sidoniosq;.

Nec uero de Homero mirandum esse. Etenim iuniores etiam illo complura ne- ἡμίκωνες.
scisse, & monstra garrisse. Hesiodum semicanes dixisse homines & in caput cresce- μεγαλοκέφαλοι.
tes, & pygmæos, id est statura cubitali: Alcmanem uero pedibus indiuisis solidos: Pygmæi.
Æschylum caninis capitibus, & oculatis pectoribus, & unoculos in Prometheo σιγανόποδες.
tragœdia, & alia penè innumerabilia. Ab ijs uero transit ad historicos, qui Rhi- κυνοκέφαλοι.
phæos montes nuncupant, & Ogyion montem, & Gorgonum & Hesperidum σφοφάλμοι.
domicilia. Penes Theopompum terram Meropidem. penes Hecateum uero ur- μονόμμαλοι.
bem Cimmeridem. Apud Euhemerum rura Panchia. Apud Aristotelem lapides Rhiphæi mon.
ex arena fluuiatiles indurescere, qui ab imbre liquescãt. In Libya Liberi patris op- Ogyios.
pidũ existere, quod ab uno eodemq; bis reperiri nequeat. Intendere etiam rebus cir Gorgones.
ca Siciliam gestis & secũdum Homerum, Vlysis errori oportere eos, qui illis in lo Hesperides.
cis errorem fuisse dicunt, cum poëta fingendarum gratia fabularum, exterius in Meropis terra.
Oceanum fuisse canat. Reliquis quidem dandum est ueniam, Callimacho autem Panchia ter.
uequaquàm, qui Grammatici sibi nomen uendicat. Is enim Gaudum Calypso- Lapides Arist.
nis insulam dicit. Corcyram quoq; Scheriam, alios de Gerrenis mentitos accusat Liberi patris
atq; de Acacesio et de Ithacæ populo, & de Pelethronio in monte Pelio, & de Glau opp.
copio in Athenis. His paruula quædam opponens talia, finem facit, translatis ab Gaudus.
Eratosthene plurimis, cum, quemadmodum antea diximus, non bene dicta sint. Pelethronium
Posteriores uero quàm priscos peritiores extitisse, & Eratostheni & huic conce- Glaucopium.
dendum est. Adeo autem immodeste produci, in Homerum præsertim, iure opti- Acacesius.
mo reprehendi posset, & contraria dicere, cum quæ ignorant ipsi, ea poëtæ expro- Scheria.
brant. Verum enimuero alia quidem in singulis propriam quandam comme- Gerreni.
morationem assequuntur, aliqua uero in uniuersum. Nunc sanè de Thracibus di-
cebamus Mysisq; pugnantibus comminus & claris equarum mulsoribus, & Gala
ctophagis, & Abijs inter mortales iustissimis, uolentes ea quæ à nobis, quæq; à Homero patro-
Posidonio, & quæ ab istis dicantur, inuicem conferre. Primum quidem quod cinatur.
argumentationẽ † propositionis fecere contrariam. Propositum enim doctu- *τοῖς προτιθεῖσι.
rum sese, cur de rebus à Græcia longe semotis, maior priscis illis quàm iuniori- i. proposito.
bus affuit ignorantia, oppositum uero demonstrauit. Nec longinqua solum, sed
etiam quæ in ipsa sunt Græcia. Verum, ut dixi, reliqua omittantur, quæ uero in
præsentia occurrunt, consyderemus. Scytharum etenim mentionem non esse fa-
ctam per ignorantiam, inquit, nec de eorum crudelitate in hospites quos immolãt,
& corporibus uescuntur, & capitum ossibus paterarum uice utuntur. Quorum
causa Pontus axenus, id est inhospitalis appellabatur. Fingit autem claros quos- Pontus axenus
dam equarum mulsores Galactophagos, Abios atque iustissimos homines, qui
nusquam terrarum existant. Quonam igitur pacto inhospitalem nominassent, ni-
si agrestem efferatamq; uitam nouissent, neque ipsos præcipue, qui tales essent, sunt
nimirum isti Scythæ. Antea uero erant equarum mulsores, qui ultra Mysos, &
Thraces atque Getas sunt, nõ autem Lactophagi & Abij, sed qui nunc † carros ha- *ἁμαξόβιοι. i.
bitant pro domibus, & Nomades, id est pastores, uocantur, qui è pecoribus lacte- plaustris ædiũ
que & caseo degunt, præsertim equino. Thesaurizandi prorsus ignari & caupo- uice utentes.
nandi prẽter quàm onus pro onere. Qualiter autem poëta Scythas ignorauit, cum Nomades.
homines equarum mulsores & Galactophagos appellarit? Quod uero illius æta-

tis ſcriptores eos equarum mulſores uocabant, teſtis eſt Heſiodus in uerſibus quos de Eratoſthene adiecimus, Æthiopasq; & Liguſtice Scythas equarum mulſores.

Permutationes rum citra pecuniæ uſum. Quid nam uero mirum eſt, ſi in magna rerum contractarum apud nos copia, & iplarum iure uiolato, iuſtiſſimos claroſq; dixit eos qui minime in conuentis, & queſtu uitam agunt, quin cõmunia cuncta poſsideant, excepto enſe dúntaxat & cyatho, in hisq; uxores & liberos in primis, pro Platonis inſtituto, communes habẽt? *Communes uxores.* Æſchylus ipſi quoq; poëtæ conſonans, de Scythis inquit,

ἀλλ' ἱππικῆς βοτῆρες εὔνομοι σκύθαι.

Scythæ. Conuiuæ æquitatis ſeruatores Scythæ.

Iſta & adhuc in Græcis opinio permanet. Eos enim ſimpliciſſimos cenſemus eſſe, & ad mala minime pronos, & nobis ipſis continentiores, et paucioribus contentos. Noſter ſanè uictus ad omnia fermè peiora immutatus, protenditur, delicias, uoluptates, malas artes, ad infinitas auaritiæ uias inducens. Talis igitur malitiæ magnitudo, cum ad reliquos Barbaros, tum ad Nomades irrupit. Nam mare attingẽtes, deteriores effecti, latrocinari cœperunt, mactare hoſpites. Quandoquidẽ multis impliciti, in eorum luxuriam, & lucra ſordida ſocietatemq; auaritiæ commigrarunt. Quæ cum ad manſuetiorem uitam tendere uideantur, mores corrumpunt, & pro ſimplicitate ſuperius nuper expoſita, in rerum uarietatem adijt. Huiuſmodi maiores noſtri potiſſimum Homeri ætati propiores extitere, talesq; apud Græcos putabantur, quales Homerus ipſe loquitur. Aſpice quæ de Scytharum rege dicit Herodotus, aduerſus quem Darius ductauit exercitum, uide quæ ab illo ſcribuntur, intueréque quæ Chryſippus de regibus Boſphoranis circa Leuconem ſcripta prodidit. Plenæ huius quam dico, ſimplicitatis Perſicæ ſunt epiſtolæ. Similiter & Aegyptiorum, & Babyloniorum, & Indorum extant commentaria.

Anacharſis. Abaris. Hanc ob cauſam & Anacharſis & Abaris & plerique alij generis eiuſdem, è Græcia laudem compararunt, quod gentile quoddam præ ſe ferentes inſigne, innatam facilitatem, lenitatem, iuſtitiámque oſtendant. Quid priſcos illos commemorare oportet? Alexander ſanè Philippi filius in ea expeditione, quam aduerſus Thracas, ultra Aemum ſuſcepit, cum Triballorum gentem incurſaſſet, uidit eos uſque ad Iſtrum pertinentes, in quo & Peucem inſulam, ulteriora uero tenentes Getas. Eò uſq; profectus, inſulam quidem ingredi nequiſſe dicitur nauigiorum penuria. Nam cum in eam ipſe Triballorum rex Syrmus confugiſſet, aduerſus eius impetum obſtitit. Cæterum tranſgreſſus in Getas, eorum urbem in poteſtatem redegit. Quibus ſubuerſis, accipiens à gentibus illis & à Syrmo rege munera, è ueſtigio remeauit ad ſuos. Vt autem Ptolemæus Lagi perhibet, ad Alexandrũ Galli, Adriæ uicini, amicitiæ & hoſpitalitatis gratia conuenere, quos cum rex ipſe comiter accepiſſet, in conuiuio percontatum, quid nam eſſet quod ij maxime pertimeſcerent, illos ratus ſeſe ipſum reſponſuros. At eos reſpondiſſe, nihil aliud, præſtantiſſime rex, quàm ne ſupra nos cælum ruat, nihilominus tanti principis amicitiam plurimi facere. Hæc ſunt ſimplicitatis Barbarorũ ſigna. Qui cum deſcenſum in inſulam minime conſecuti fuerunt, miſsis muneribus, amicitiam conciliarunt, neminemq; timere dixerunt, ingentium uirorum familiaritates maximi facientes.

Triballi. Peuce. Getarũ fines. Syrmus. Ptolemæus Lagi. Gallorum reſponſum.

Dromichetes. Lyſimachus. Succeſſorum Alexandri temporibus Getis imperitans Dromichetes rex, Lyſimachum aduerſus ſe belligerantem, uiuum ceperat, cui cum ſuam gentisq; ſuæ commonſtraſſet inopiam, ſimiliterq; contentos re ſua homines, Ne talibus (inquit)

mor

mortalibus bellum infer, sed eis potius amicis utere. His dictis donatum hospita liter Lysimachum, & amicitia sibi deuinctum liberauit. Plato etiam in libris de republica, fugiendum esse mare censet, perinde ac improbitatis magistrum. Nam ab eo remotissimos optime administraturos rempublicam, & iuxta illud minime habitaturos. Ephorus quidem in quarto Historiæ uolumine, quod de Europa inscribitur, cum Europam usq; ad Scythas perlustrasset, in fine inquit dissimiles esse cum cæterorum Scytharum, tum uero Sauromatarum uiuendi ritus. Quosdam enim adeo sæuos atq; morosos, ut humana carne uescantur. Aliquos & ab cæteris abstinere animalibus. Alij quidem (inquit) ipsorum crudelitatē eloquuntur, quam nouere, quorum & grauitas & admiratio obstupefacit. Grauitas autem cum contraria dicat, etiã exemplificat, ut de illis uerba faciat, quos iustitia præditis uti moribus asserit. Esse enim aliquos Scytharum Nomades, qui equarum lacte alantur, cunctos æquitate superantes, quorum poëtæ mentionem faciant. Homerus quidem galactophagos Abios, id est duri uictus homines, tradit mortalium iustissimos, qui terram intueantur. Hesiodus uero in scripto de terræ ambitu (sic enim uocat) Phineum ab Harpyis in terram Galactophagorum duci dixit. Cuius deinde rei causam reddidit, quoniam uictu sobrio & parco sunt, non quæstuosi, inter se sanctis utentes legibus. Omnia communia habentes, cum reliqua, tum uxores ac filios uniuersamq; prosapiam. Externis inexpugnabiles & inuicti, cum nihil possideant, cuius rei gratia serui fiant. Vocat autem Chœrilum qui in Darij transitu cum rate, quam ipse construxit,

Maritima fugienda loca.

Humana carne uescentes.

Nomades. Hesiodi opus de terræ ãbitu. Phineus. Lactophagi. Cõmunitas rerum omnium.

Chœrilus.

μηλονόμοι τε σάκαι, γηρυτῆ σκίθαι,
αὐτὰρ ὑπαιπα ἀσίδλα πυροφόρον. id est,

Opiliones appellat Sacas origine Scythas,
Asiam incolentes frugiferam.

Sacæ.

Creati ex Nomadibus homines exustis domibus. Ephorum etiam cum Anacharsim sapientem appellet, ex hoc esse genere dicit, unumq; è septem sapientibus censendum cum moderatione & prudentia perfecta & intellectu. Eiusq; inuenta profert, excitatores ignis folles, bicipitem anchoram, rotam figularem. Hæc ipsa autem loquor aperte, haud ignarus, quod hic ipse non omnia uerissime proferat, & illud præcipue de Anacharside. Nam quomodo rota ipsa ex eius inuẽtione extat, quam Homerus antiquior illo nouerit?

Anacharsis.

Follis inuẽtor. Anchora biceps.

Rotæ inuẽtio.

ὡς δ' ὅτε τις λιγαμιὺς τροχὸν ἁρμονίῃ ἐν παλάμῃσι.

Ceu figulus cui dextra rotam quatit ocyus aptam.

Et reliqua. Cum autem communi quadam & ueterum & posteritatis fama creditum sit, illos maxime Nomadas seorsum ab alijs mortalibus habitantes, lactophagos & Abios & iustissimos esse, nec Homeri figmentum fieri uoluit Apollodorus illud significare. Iure etiam rationem de Mysis in carmine ipso dictis subire eum oportuit, putét ne etiam ficta de illis esse, cum poëta dixerit,

Iliad. v.

μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν.

Illustres Mysos quis lac mulgetur equarum,
Cominus ij pugnant.

Vel eos qui Asiam incolunt accipit. Qui si in Asia habitantes accipit, maligne poëtam interpretatur, ut prædiximus, figmentum appellans, tanquam in Thracia Mysi illi non ultra quàm res ipsæ sint. Nostris item annis Aelius Cato ex

Aelius Cato.

Transistrana regione quinquaginta Getarũ millia in Thraciam habitatura tradu
xit. Quæ gens eadem qua Thraces utitur lingua, qui hac etiam ætate ibidem habi-
tãt, Mysiq; uocitantur, uidelicet quia & prius eo nuncupabantur nomine, habitã-
tium quoq; Asiam Mysorum translatum secum est nomen, aut quia affine nomen
est magis ipsius poëtę historię, & eorum declarationi Mysorum qui Thraciam in-
colunt, sic prius uocatorum. De his quidem satis, redeo deinceps ad institutam or-
Getæ. dine descriptionem. De Getis sanè uetusta illa omittantur, quæ uero nostra sentit
Bœrebistas. ætas, huiusmodi fuere. Bœrebistas uir natione Geta, cum gentis eius prefecturę in-
sisteret, homines frequentia bellorum, & cladibus afflictos reficiendos esse curauit,
eosq; eò magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc uictus sobrieta
te, nunc eductorum obedientia, ut intra paucos annos latum adeptus sit imperiũ,
plurimosq; finitimorum, Getarum ditioni subdiderit, traiectoq; audacter Istro,
Thraciam diripiens usq; in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terro-
rem incusserit, déque Gallis finitimis, Thracibus & Illyrijs prædas ingentes repor
Critasirus. tauit. Boios autem & subditos Critasiro populos funditus deleuit simul & Tauri-
Ceneus magus scos. Ad nationis uero ipsius commoditatem adiutorem habuit Ceneum, uirum
magicis deditum, diu Ægypti oras peruagatum, auguriorum peritũ. Per quę deo-
rum responsa renuntiabat, & paruo in tempore in deorum numero constituebа-
tur, quemadmodum de Zamolxi superius narrauimus. Ingentis obedientiæ argu
Vites excisæ. mentum est, quod eius suasione inducti, uites excidere, & sine uino uitam agitare
consensere. Ipse autem Bœrobistas, insurgentibus nonnullis, prius perijt, quàm
Romanus populus aduersus eum mitteret exercitum. Regniq; successores plures
in partes diuisi sunt. Nunc cum Cęsar Augustus cõtra eos quinquaginta millium
Μυριάδων. misit exercitũ, qui prius quatuor in †partes distincti erãt. Huius autẽ generis parti-
tiones ad tempus fiunt, & aliæ alio in tempore. Fuit & alia regionis diuisio, ex anti-
Daci. quis permanens temporibus. alios enim Dacos, alios Getas appellant. Getas qui-
Dauorum no- dem qui ad Pontum in orientem uergunt, Dacos autem qui in oppositum uersus
men. Germaniam & ad Istri fontes, quos olim Dauos uocatos esse reor. Ex quo apud
Getarũ nomẽ. Athenienses Dauorum & Getarum nomina seruilia plurimũ abundabant. Hoc
sanè credibilius est quàm à Scytharum gente deriuari, quos Daas uocant. longe
enim illi ad Hyrcaniam positi sunt, nec eo ex loco Athenas mancipia deportata, pu
Seruorũ nomi- na. tandum est. Seruós enim aut è populorum nominibus uocabant, à quibus uecta-
Lydus. bantur, ut Lydum & Syrum, aut ijs maxime quæ illis in locis magis ac magis usur
Syrus. pata erant, ut Manem & Midam, ex Phrygia, Tibiumq; è Paphlagonia. Gens in-
Manes. Midas. de, quæ Bœrebistæ ductu in tantam conscenderat amplitudinem, demum ob do-
Tibius. mesticas seditiones & ex Romanorum bellis depressa est. Tamen adhuc ad millia
Marisus. hominum quadraginta emittere apte ualent. Per ipsos autem Marisus fluuius Da-
Danubius. nubium influit, per quem Romani milites uasa, illis necessaria bellis deuehere sole-
Cataractæ Da nubij. bant. Superiores enim fluminis partes uersus fontes, usque ad præcipites eius de-
Ister. cursus, quos cataractas nominant, Danubium uocant, quæ maxime per Dacorũ
agrum delabuntur. Alias uero inferiores usque in Pontum per Getas Istrum uoci-
Getarũ sermo. tant. Cæterum idem Dacorum & Getarum sermo est, Græcis uero Getæ notiores
fiunt, quia frequentius ad utranq; Istri ripã migrant. Accedit quod Mysis & Thra-
Triballi. cibus immixti uersantur. Triballi quoq; Thracia natio sunt, quibus idem obuenit
ut transmigrationes patiantur, cum finitimi aduersus inferiores insurgãt, quoties

exul

ex ulteriore ripa Scythæ, Bastarnæ, Sauromatæ uictoriã, & quidem sæpe referant, ut cum in expulsos insultent, uel in insulis uel in Thracia maneant aliqui, nonnulli uero eiecti ab alterius partis incolis, præsertim Illyricis ualentioribus. Aucto igitur plurimum & Getarum & Dacorum imperio ad CC. militum millia exercitum amplificarant. Hac uero tempestate ad millia XL. ipsorum contracta potentia est, eoq; prope peruentum est, ut Romano subdantur imperio. Necdum autem subiecti sunt Romanis omnino, propter quandam in Germanis positam fiduciam, qui in eos hostilem gerunt spiritum. Inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram fluuium Getarum solitudo prẽiacet, plana tota & aquarũ indiga. Quo in campo Darius Hystaspi filius destitutus, cum traiecto Istro expeditionem suscepit aduersus Scythas, maximũ iniit periculũ, ne toto cum exercitu siti deleretur. Qua re sero intellecta remeauit. Posteriori tempore Lysimachus contra gentem Getarum eorumq; regem Dromicheten exercitum ductans, non solum discrimen adiuit, sed etiam uiuus in potestatem pertractus est, rursumq; salute donatus benignum nactus Barbarum, quemadmodum prius enarraui. Eruptioni uero fluminis magna propinqua est insula, Peuce nomine, eam Bastarnæ cum occupassent, Peucini sunt appellati. Sunt & aliæ insulæ multo minores supra istam sitæ, & aliæ inferius mari proximæ. Cumq; septena distinguatur in ostia, maximum est quod Hierostomum, id est, ostium sacrum uocant, per quod supra nauigatio ad Peucem stad. C. ac XX. patet. Infra ipsam Darius pontem construxit, cum & supra cõstruere ualuisset. Hoc autem ipsum ostium primum intra Pontum nauiganti sinistrorsum occurrit. Eorum quæ deinceps sunt ad Tyram fluuiũ, nauigantibus in orientem cursus capessitur, ab eoq; septimum distat ostium CCC. circiter stad. Inter ipsorum ostiorum sanè interuallum exiguæ quædam existunt insulæ. Tria quidẽ ora post sacrum ostium exilia sunt, ordine sita. Reliqua autem illo quidem minora, cæteris uero ampliora existunt. Ephorus quinq; Istrum constare ostijs asserit. Hinc ad amnem Tyram nauigabilem DCCCC. stad. sunt, at medio in spatio duo ingentes lacus, quorum unus ita aperitur, ut uice portus eo uti liceat, reliquus ore caret. In Tyræ uero fluminis ostio turris existit, quam Neoptolemi uocant, & uicus Hermonactis appellatus. Aduerso autem flumine nauigantibus per stad. C. & XL. utraq; ex ripa ciuitates occurrunt, hinc Niconia, hinc à leua Ophiussa. At qui fluuio propinqua tenent habitacula, urbem C. & XX. stadijs ascendenti occurrere dicunt. Distat autem insula Leuca ab ostio per D. stad. interuallum intra pelagus edu cta, Achilli sacra. Deinde Borysthenes fluuius ad stadia DC. nauigationi commodus, cui alter amnis proximus est Hypanis. Ante Borysthenes ostium iacet insula portum habens. Cum uero Borysthenem CC. stad. enauigaueris, eiusdem nominis offertur oppidum, eademq; urbs, Olbia, id est beata nominatur, amplũ sanè emporium, quod condidere Milesij. Supra iacens regio uniuersa inter Borysthenem & Istrum prima est Getarum solitudo, postea Tyrrhegetæ. Post quos Sarmatæ cognomento Iazyges & qui Basilei dicuntur & Vrgi, è quibus pars maxima Nomadibus, id est, pastoribus cõstat, pauci agrorum colendorum studio tenentur. Hos utranq; Istri ripam incolere sæpe traditur. Intra terram sunt Bastarnæ Tyrrhegetis uicini & Germanis, & ipsi ferè ex Germanis originẽ ducentes, & ipsi plures in uicos nationesq; diuisi. Nam Atmoni quidã dicuntur atq; Sydones, qui uero Peucen Istri insulam habitant, Peucini, Rhoxani uero magis ad Aquilonem

Bastarnæ.
Dacorum amplum imperiũ.
Tyra.
Getarum deserta.
Darius.
Lysimachus.
Peuce insula.
Peucini.
Istri ostia.
Hierostomum.
Neoptolemi turris.
Hermonactis uicus.
Niconia.
Ophiussa.
Borysthenes fluui.
Borysthenes oppid.
Hypanis.
Olbia.
Tyrrhegetæ.
Iazyges.
Basilei.
Vrgi.
Bastarnæ.
Atmoni.
Sydones.
Rhoxani.

ſpectantes inter Tanain & Boryſthenem campeſtria paſcuntur. Vniuerſus autem aquilonaris è Germania uſq; ad portas Caſpias tractus campeſter eſt, qui noſtras ad aures cognitionemq; peruenit, qui uero ſupra Rhoxanos habitent, ignotum eſt nobis. Rhoxani quidem aduerſus Mithridatis Eupatoris ductores belligerarunt, quibus imperator erat Taſius, aduenerant autem Palaco Sceluro ſocij. Cumq; pugnaciſſimi iudicarentur, contra inſtructam egregie phalangem & armis ornatam, natio barbara omnis infirma prorſus apparuit & nuda feré. Illi igitur millibus quinquaginta conſiſtentes aduerſus millia LX. militariter inſtructa ductu & auſpicio Diophantæ ducis Mithridatici, reſiſtere ac ſufferre non ualentes impetum maxima ex parte trucidati ſunt. Vtuntur autem galeis ex crudis boum corijs, thoracibus, & ſcutis. Ad percutiendumq; lanceas habent arcusq; & gladios. Reliqui feré huius generis plures. Nomades etenim tentorijs utũtur centonum inſtar pilo contextis, in plauſtris uitam degentes. Circumq; tentoria pecora comitantur, à quibus uictum captant, & aluntur lacte, caſeo, carne. Paſcua uero ſectantur loca, ſemper herboſa permutantes. Hybernis quidem temporibus Mæoticis uerſantur in paludibus, æſtiuis uero per campeſtria uagantur. Regio uniuerſa hyemes habet aſperas uſque ad uicina mari loca, quæ inter Boryſthenem & Mæotidis paludis oſtium iacent. Et ex maritimis ſanè quæ maxime ad aquilonem accedunt, & ad ipſum Mæotidis ac magis etiam Boryſthenis oſtium, & interiora ſinus Tamyraci & Carpanieti, ad quem magnæ Cherroneſi tellus anguſta, id eſt iſthmos pertinet. Frigoris autem documentum eſt incolarum, licet in campis habitantium, quod nec aſinos alunt. eſt enim rigoris impatiens beſtia, & boues ſine cornibus generẽtur, & nonnullis lima deſecantur, quoniam hæc particula frigus ſufferre nequit, equi puſilli ſunt, pecudes magnæ, æreæ ſcinduntur hydriæ, quæ uero intra ſunt congelantur. Quid de ipſius gelu uehementia? quid de alijs ad Mæotidis ora prouenientibus? Alueus nanq; è Panticapæo ad Phanagoriam plauſtris deambulatur, adeo ut cœnũ uia tota fiat. Deſtituti uero in glacie piſces ligonibus effodiuntur ad Gangamam (ſic enim locum appellãt) præcipueq; Antacæi, delphinibus magnitudine pares. Memoriæ quidem proditum eſt, Neoptolemum Mithridatis ducem eodẽ in curſu, æſtate quidem nauali pugna barbaros, hyeme autem equeſtri prælio ſuperaſſe. Vites autem in Boſphoro per hyemem terra infodi perhibent, cum multũ agri metant. Scriptis etiam mandatum eſt, uehementes ibidem æſtus effici, aut forte quia inſueta ſunt corpora, aut quia per id temporis nullæ ſpirant auræ, aut quia aëris craſſitudo plus caloris concipit, quemadmodũ in nubilis ſolis agunt radij. Cæterũ Ateas latius in eius loci Barbaros regnũ tenuiſſe creditur, is qui aduerſus Amyntæ filium Philippum bellum geſsit. Poſt oppoſitam Boryſtheni inſulam, deinceps ad ſolem orientem nauigatio eſt ad promontorium, ubi Achilleos dromos, id eſt Achillis curſus dicitur. Nudus quidẽ locus eſt, quem ſacrum Achilli lucum uocitant. Dehinc Achilleos dromos, & inter mare porrecta Cherroneſos. Eſt enim ad orientem ſpectans faſcia quædam in ſtad. mille producta longius, latitudinis ſtad. duûm, minus iugeribus quaternis, diſtans ex utraque ripa ceruicis illius ſtad. LX. arenoſa, aquam tantum habens foſſilem. In medio iſthmo collum eſt ſtadia ad XL. terminatur uero ad promontorium quod Tamyracen appellant, ſtationem habens in ripam continentem proſpectantem. Poſt illam ſinus eſt Carpineites magnitudinis nõ modicæ, tendens in Aquilonem ſtadia circiter mille. Sunt qui

Nomadũ tentoria.

Tamyracus. Carpanietus.

Frigoris impatientes.

Aſinus frigoris impatiens.

Boues ſine cornibus.

Frigora magna.

Phanagoria.

Gangama.

Antacæi.

Neoptolemus.

Ateas.

Achilleus curſus.

Tamyracæ.

Carpineites ſinus.

qui usq; ad sinum stadia ipsa triplicant. Hi autem Taphij nominãtur, sinumq; eo- *Taphij.*
dem quo promontorium nomine uocitant. Hic ille sinus est qui Putrem (sic enim
dicunt) à mari lacum stadia LX. † separat. Efficit etiam peninsulam siue Cherrone- *Χερσαράκοντα.*
sum quã Thauricã siue Scythicã dicũt, cuius isthmus CCC. & LX. dicitur. Putrem *Taurica penin*
uerò lacũ stad. quatuor millibus contineri differunt, Mæotidisq; portio est, quæ ad *sula.*
occasum spectat (magno enim illius ore occluditur) paludosa uehementer est, uixq;
nauiculis subtilibus nauigabilis. Venti nanq; cœnum facile detegũt, dehinc rur-
sum opplent, adeo ut paludes ipsæ maioribus cymbis peruiæ non sint. Sinus ipse
tres paruas quidem habet insulas, nõnullas cæcis sub aqua saxis plenas, inter naui-
gandum occurrentibus. Nauigantibus sinistra, pusilla quædam offertur urbs, &
alter Cherronesitarum portus. Ingens quoddam in meridiem porrectum extendi- *Cherronesus*
tur promontorium nauigantibus, id autem totius Cherronesi pars una est, ubi si- *urbs.*
ta ciuitas existit, quam Heraclienses Ponti accolæ, coloniam deduxerunt, quæ
Cherronesus appellatur, à Tyra fluuio distans stad. quater millibus & CCCC. cur-
su maris emetiendo. In ea uirginis sacellum est, deæ cuiusdam, cuius & nomen ha-
bet promontorium ante urbem iacens, stad. C. Parthenium, id est uirgineum ap- *Parthenium.*
pellatum, deæq; illius ædem habet & statuam. Inter urbem & promontorium tres
iacent portus, postea antiqua Cherronesus excisus, post eam portus oris angusti.
Ad eum maxime Tauri natio Scythica latronum manus constituebant, impetu
in eos facto, qui eò diuertissent. Vocatur autem Pactorũ portus. Ab hoc alter effi- *Pactorum por*
citur portus, Ctenuntem uocant. Est uero LX. stad. isthmus. Hic est isthmus, qui *tus.*
paruam Cherronesum, quam diximus, magnæ portionem Cherronesi habentem *Ctenus portus*
occludit, habens eodem nomine ciuitatem Cherronesum uocitatam. Hæc antea li-
bera propriis uiuens erat legibus, at deinde à Barbaris direpta, eò necessitatis addu
cta est, ut Eupatorem Mithridatem sibi præsulem delegerit, aduersus Barbaros bel *Eupator Mi-*
laturum, qui super isthmum usq; Borysthenem tenent, atq; Adriam. Hæc contra *thridates.*
Romanos præludia parabãtur. Ille igitur per has tantas spes in Cherronesum cum
misisset exercitum, pariter Scythis arma intulit. Et Scylurum ac Scyluri liberos cir- *Scylurus eiusq;*
ca palatiũ in captiuis habuit. Eos autem quinquaginta fuisse Posidonius scribit, *que liberi.*
cum Apollonides octoginta affirmet. Sic potitus est Bosphoro accepta loci ditio-
ne à Perisade ultro, qui eum præfectus obtinebat. Eo ex tẽpore in hunc usq; diem
Cherronesitarum ciuitas Bosphoranis regulis subiecta est. Ctenunta à Cherrone-
sitarum oppido & Pactorum portu æquali distare liquet interuallo. Post hunc au-
tem portum ad usq; Theodosiam urbem Taurica ripa per stadiorũ mille longitu-
dinem, aspera, montanaq;, & Aquilonibus procellosa, consistit. Ante ipsam uero
promontorium in pelagus ualde procumbit in meridiem uersus Paphlagoniam,
Amastrumq; urbem, appellatur autem κριὸς μέτωπον, hoc est frons arietis. Oppo- *Amastrum.*
nitur q; illi Carambis Paphlagonum promontoriũ, quo pontus Euxinus geminum *Arietis frons*
diuiditur in pelagus. Id utrinq; angustat euripus. Cæterum Carambis à Cherro- *promontoriũ.*
nesitarum urbe stad. duobus millibus & D. abest, ab Arietis autem fronte numero *Carambis.*
multo minore. Complures ex ijs qui ipsum pernauigarũt euripũ, utraq; simul spe-
ctasse promontoria nuntiant. In Taurorũ montana, & montem esse Trapezun- *Trapezus.*
tem ferũt, quo nomine & ciuitas appellabatur, ad Tibaraniam, & Colchidem per *Tibarania.*
tinens. In eadem regione & Cimmerius est mons, in quo magnus fuerat Cimme- *Cimmerius.*
riorum ad Bosphorum potentatus, ubi & sinus Cimmerius uocatur quodcunq;

paludis Mæotidis ostium cõtinet. Post iam dictam montanam regionẽ Theodosia iacet ciuitas, campos habens ubertate præstantes, ac portũ uel centenis nauibus accommodũ. Iste finis antea & Bosphoranorum & Taurorum agro fuerat adscriptus. Tellus alia deinceps fertilitate conspicua est usq; ad Panticapæum Bosphoranorum Metropolin. Ea uero in ostio Mæotidis sita est. Inter Theodosiam & Panticapæum stad. D. ac XXX. interuallum est. Ora frumenti ferax, uicos habet multos, & urbem portus optimi, quã Nymphæum uocãt. Est uero Panticapæum tumulus frequentibus circumpositis habitaculis insignis ad stad. XX. Ad ortumq; portum habet & naualia ad naues XXX. Habet & arcem à Milesijs conditã. Leuconis autem ætate Sagauri atq; Parisadæ regali gubernabatur statu multos per annos & ora hæc & finitimi omnes accolæ, qui Mæotidis ostium utroq; ex latere tenẽt, idq; usq; ad Parisadæ regnũ, qui Mithridati tradidit imperiũ. Hi uero licet æquitate & mansuetudine plures ornati essent, tyranni tamen uocabantur, à Parisade ac Leucone sumpto principio. Parisades etiam in deorũ numerum relatus est, eiusdem nominis nouissimus rex fuit, qui cum exigentibus solito magis tributum barbaris re sistere nequiret, Mithridati, cognomine Eupatori, regnũ tradidit, ex illo ad Romanos peruenit imperiũ. Maior autem illius pars in Europa est, cum & in Asia pars una sit. Os ipsum Mæotidis Bosphorus appellatur Cimmerius. Eius uero initiũ ab ampliore latitudine ad stad. LXX. ubi è Panticapæis locis ad Phanagoriam propinquissimam Asiæ ciuitatem, diuisionem inchoant. Terminatur autem ad angustissimũ euripum. Hæc uero angustia Asiam ab Europa separat, simul & Tanais fluuius, ab arcto in paludem & eius ostium è diuerso influens, duobusq; ijs in paludem erumpit alueis ad stad. inter se LX. distantibus. Extat & ea qua flumen appellatione oppidum, amplissimum sanè, barbaris mercaturæ diuersorium, post Anticapæum. Intra Cimmerium uero Bosphorum, nauigantibus è sinistra, Myrmecium offertur oppidulum à Panticapæo stad. XX. à Myrmecio autem stad. bis totidem uicus abest Parthenium, quâ ingressus est angustissimus stad. XX. cui opponitur uicus Achilleius nominatus in Asia. Hoc ex loco rectus ad Tanain & insulam inter eruptiones iacentẽ cursus accipitur stad. duobus millibus, atq; CC. Hunc paulo superexcedit numerũ præter Asiam nauigatio, triplo uero maior à leua usq; ad Tanain nauigatio, in qua situs est isthmus. Hæc ad Europam uniuersa nauigatio solitaria est, à dextra uero minime solitaria, tota paludis circuitio stad. VIII. millibus constare traditur. Magna uero Cherronesus, id est peninsula, ipsi Peloponneso forma & magnitudine perquàm similis est, eam uero totam Bosphorani principes bellorũ assiduitate uastatam habent. Illam ante Bosphoranorũ Tyranni paruam quidẽ Mæotidis ori, & Panticapæo adiacentem, usq; Theodosiam tenebant. Plurimam uero partem usq; ad isthmũ, sinumq; Carpeneitem Tauri habebant, ea uero gens est Scythica. Hæc autẽ ora tota, & aliqua extra isthmũ usq; ad Borysthenem parua Scythia uocabatur. Propter transeuntiũ uero Tyram fluuiũ & isthmũ & eam terram habitantiũ multitudinem, huius etiam pars magna, Scythia parua nuncupata est. Cum Thraces partem ui, partem loci malignitate (est enim plurima palustris) cõcesserint. Cherronesus sanè in mare uergens usq; Theodosiam tota frugifera est in campis, nõ sic autem montana, frumento admodum beata. Vbicunq; forte fossore prosciſſa est XXX. reddit. Mithridati modiorũ C. & LXXX. millia, tributi nomine soluebant, ducenta uero argenti talenta, cum Asianis locis Sin-

Panticapæum oppid.
Nymphæum.
Leuco. Parisades.
Mithridates.
Bosphorus Cimerius.
Phanagoria.
Asiæ & Europæ termini.
Tanais.
Myrmecium.
Achilleius uicus.
Taurorum dictio.
Scythia parua

dicen

dicen circumadiacentibus. His ex locis ad Græcos frumentarij commeatus erant, sicut è palude, salsamentaria. Traditum uero est, Leuconem regem decem ac ducentas modiorum myriadas è Theodosia Athenienſibus transmisisse (est autem myrias decem millia cõtinens numerus) hos ipsos autem peculiariter agricolas nominabant, quia qui super eos asistunt, nomades, id est pastores, cum alius generis carnibus quidẽ tum equinis aluntur, & equarũ caseo & lacte & acetoso † lacte, quod illi arte quadam condientes, eximium habent opsonium. Quam ob causam poëta omnes eius tractus incolas galactophagos appellabat. Hi quidem ipsi Nomades bellandi magis quàm latrocinandi studio tenentur. Ipsi enim pro eorũ finibus bella suscipiunt. Siqui colendæ telluris uoluntate ducantur, ijs terrarum usum concedunt, quarum causa libenter tributa suscipiunt, moderate quidem magis quàm ad nimiam auaritiam imposita. nam diurna & necessaria uitæ iniungũt. Quod si nõ tribuantur, in eos bella suscitant. Sic eos iustos pariter, & Abios hos eosdem uiros poëta nuncupauit, cum tributis recte persolutis nullo pacto bellaturi † consisterẽt. Contra uero non persolutis armorum uiribus confisi insurgunt, similiter & aduersus incursantes, aut facile uindicaturi aut impetũ propulsaturi. Quemadmodum Asandrum factitasse, scribit Hypsicrates, qui ipsius Cherronesi isthmũ ductis mœnibus uallauit, ad Mæotidem CCC. ac LX. stad. spatio, ad singula stadia turres decem ædificans. Cæterum ipsius agri cultores magis ac magis cõmunitate conditi, & ciuili consuetudine, fama ipsa prædicantur. Qui uero quæstuosi sunt & maritimis obuersati actionibus, ab latrocinandi uix abstinent iniurijs & auiditate lucrandi. In dinumeratione autem locorũ ipsius Cherronesi & castellorũ † multus astitit, quæ Scylurus eiusq; liberi condiderunt, quibus ad discursationes pro arcibus utebantur aduersus Mithridatis duces Palatiũ & Chabum. Erat & Neapolis & Eupatorium ædificante Diophante duce Mithridatico. Est etiam promontorium ab Cherronesitarum muro ad XV. distans stadia, ingentem sinum efficiens, ad oppidum uergens supra quẽ salsus incumbit lacus, salinam habens. Hic etiam Ctenus erat. Vt igitur hæc duo regij ductores obtinerẽt, in obsidionem iam dicti promontorij, impositio præsidio, locum muro circumuallarunt. Et illius sinus ostium usq; ad oppidum aggere ducto munierunt, ut iter facile pedestre fieret, & ex ambabus unam quodammodo ciuitatem efficerent, unde facilius Scytharum impetum excluderent. Postea uero quàm murum isthmi spectantis Ctenuntem inuaserunt, & iniecto calamo fossam exaggerarunt, quam interdiu ponte constructo iunxerunt, regij milites noctu incenderũt. Et quoad illos in potestatem redigerent, obstinate perdurarunt. At nunc omnia sub Bosphoranis subiecta sunt regibus, quos populus Romanus instituerit. Scythicæ gentis & Sarmaticæ mos proprius est, equos eunuchos † facere, ut mansuetiores ad parendum fiant. Parui enim sunt, at celeres & acres atq; rebelles. Venationes illis sunt intra paludes quidem ceruorum aprorumq;, in campis autẽ onagrorum & caprearũ. Hoc autem locis illis peculiare est, ne aquilam gignant. Inter quadrupedia belua est quam Colon appellant, magnitudine inter ceruum & arietem albicante corpore, eximiæ super hos leuitatis ad cursum, naribus potans trahit ad caput, hinc postmodum complures ad dies seruans, adeo ut per carentes aquis agros, facile pabulum carpat. Huius generis uniuersa extra Danubiũ regio est, in medio Rheni & Tanaidis spatio iacens, ad Ponticum mare Mæotidemq; protensa paludem. Reliqua pars Europæ intra Istrum est &

Myrias quid.
Agricolæ.
Nomades.
νόμαδες.
Abij.
οὐδ' ἂν καθ' ἑαυτὸ εἰς ὠφέλειαν.
Asander.
* καὶ τὰ φρούρια ὑπῆρξεν, id est & castella erant quæ &c.
Scylurus.
Eupatorium.
Ctenus portus
Scytharũ mores.
† τιμωρίαν.
Equi castrati.
Colos.

maris circuitū. Huius initiū ab Adriatico sinu usq; ad sacrū Istri sumitur ostium, in qua & Græcia & Macedonum & Epiri gentes cōprehendantur, & super eos ad isthmū pertinentia, & ad utriusq; litoris pelagus Adriaticum ac Ponticum. Ad Adriaticum quidem Illyricus tractus est, ad alterum uero usq; ad Propontidem & Hellespontum ora Thraciæ locata est, & siqui admiscentur his Scythæ uel Galli. Ab Istro autem exordium ꝛ capiant oportet, quibus tractandi sunt ordinatim loci situsq; dicendi. Hæc autem Italiam & Alpes & Germanos & Dacos & Getas attingunt. Hæc etiam bipartito percurras. quodā enim modo una ducta quasi linea parallela montes Illyrici & Pæonici & Thracij inter se distant, quę ab Adriatico sinu in Pontum usq; perueniat, cuius partes in aquilonem spectātes, inter Istrū montesq; consistunt. In Austrū uero Græcia tellus, & usq; in montanos tractus Barbara. In Pontum quidē uergit mons Aemus cæteros eius spatij magnitudine ac sublimitate superans, mediamq; Thraciam diuidens, è cuius uertice, ut author est Polybius, utrunq; mare cernitur, minime uera dicens. Nam ingens interuallum est ad Adriam & obscurantia prospectū alia permulta. Ad Adriaticū nanq; tota fermè Ardea, in medio autem Pæonia & hæc excelsa tota, è cuius latere utroque in Thraciam quidem Rhodope, propinquus & sublimis sanè mons post Æmum, altera ex parte ad septentrionem ora Illyrica, & Augariatarū regio & Dardanica. De Illyricis igitur dicendi sumamus initiū, quæ Istro sunt, Alpibusq; contigua, interq; Italiam & Germaniam iacentia, inchoant autem à lacu Vindelicorū & Rhætorum & Tœniorum. Ipsius profecto oræ partem desolatam fecere Daci, superatis bello Boijs atq; Tauriscis. Ea Gallica natio est Cretosiro subiecta, eam suæ ditioni subiectam regionem asserenti, tametsi Parisus amnis disterminet, qui è montibus per Scordiscos, Galatas appellatos, in Istrum influit. Etenim illi cum Illyricis & Thracibus promiscue habitabant, cæterum illos quidē Daci deleuerunt, hos autem crebro in bellorum usum socios adsciuerunt. Reliquam plagam Pannonij obtinent usq; ad Segesticam atq; Istrum ad septentrionem atq; orientem. Ad alias uero partes amplius etiam porriguntur. Cæterum Segestica urbs est Pannoniorū, ubi fluuij plures confluunt, omnes sanè nauigationibus idonei, arx in gerendo cōtra Dacos bello natura perutilis. Subiacet enim Alpibus, ad Iapodes usq; protendētibus nationem Gallicam, simul ac Illyricam. Ex ijs locis complures labūtur amnes, quibus cum aliunde, tum ex Italia multa conuehuntur onera. Nam post promontorium ex Aquileia cōscendentibus Naupontum stad. sunt CCC. L. ad quam rhedæ perducuntur. Ea uero est Tauriscorum colonia, quanquam nonnulli D. esse dicāt. Promontorium illud, quædam est Alpium pars humillima, qui ex Rhætica usque ad Iapodes porriguntur. Hinc montana attollitur denuo ad Iapodes regio quam Albiam uocāt. Pariter è Tergesta pago Carnico, transmissio est per promontoriū ad paludem nomine Lugeū. Nauponto proximus est fluuius Corcoras, qui onera excipit, hic sanè Sauum intrat, Sauusq; in Drabum ingreditur, hic uero in Noaron penes Segestam. Hinc Noarus augetur accepto Calapi, qui ex Albio monte fluens per Iapodes Danubiū illabitur ad Scordiscos. Hæc ipsa nauigatio magna ex parte per fluuios in aquilonē, ex Tergesta in Danubiū cursum habet, per stad. circiter mille ac CC. Penes Segesticam castellum est Syscia & Sirmium ea in uia situm, quæ in Italiam ducit. Pannoniorū gentes sunt Breuci, Andizetij, Diascones, Piruscæ, Mazæi, Dæsitiatę, quibus Bato imperauit. Et alij conuentus ignobiles in Dal

Græcia. Macedones. Epirus. Illyricus tractus. Aemus. Pæonia. Rhodope. Illyrici. Parisus flu. Pannonij. Segestica. Naupontus. Albia. Tergesta. Lugeum palus Corcoras. Sauus fluu. Drabus fluu. Noarus fluu. Calapis flu. Syscia. Sirmium. Pannoniorum gentes. Breuci. Andizetij. Diascones. Piruscæ. Mazæi. Dæsitiatæ. Bato.

Dalmatiam usq; distenti. Sunt & Sardiæi ad meridiem procedenti, quorum ab initio Adriæ sinu, regio montana ad Rhizonicum sinum progrediens, agrumq; Sardiæorum inter mare gentesq; Pannonias cadit. Hoc ex loco de continua orbis circuitione dicturis, fermè faciendum est initium pauca de superius dictis repetentibus. In ipso sanè italiæ ambitu, diximus primos Illyrici litoris Istros esse, Italiæ, Carnisq; uicinos, & usq; ad Polam ciuitatem Istriæ, huius temporis Imperatores Italię terminos extendere. Hi quidem ab intimo sinu stad. circiter DCCC. sunt, totidemq; è promontorio ante urbes posito Anconem conspectantes, cum dextrorsum habeas oram Veneticam. Tota uero Istriæ nauigationis longitudo M. ac CCC. producitur stadijs. Dehinc cursus Iapodicus stad. M. continetur. Iapodes enim in Albio monte siti sunt, qui Alpibus posterior est, excelsus admodum, hinc quidem ad Pannonios Istrumq; pertinentes, hinc autem ad Adriaticum mare, pugnaces quidem, cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad unum. Eorum oppida Metulum, Arupinus, Monetium, Vendum urbs, loci autem infœcundi alica & milium plurimum gignentibus. Ritu gallico armantur, Illyricorum quoq; more ac Thracum stigmatici. Secundum Iapodes in Liburnos est nauigatio priore maior stad. In ipsa nauigatione fluuius occurrit aduersa cum oneribus nauigandus aqua usq; ad Dalmatas & Sardo oppidum Liburnicum. Ad oram uero omnem, quam dixi maritimam, insulæ sunt, quas Absyrtidas uocãt, circa quas Medea fratrem Absyrtum, cum eam persequeretur, necasse traditur. Inde Cyractica est ad Iapodas pertinens, postea Liburnides, numero XL. Post illas aliæ insulæ iacentes, è quibus nobiliores pariter Tragurium ab Issęis conditum. Pharos, quæ antè Paros dicebatur, à Parijs ædificata. †Huius oriundus fuit Demetrius Pharius. Dehinc Dalmatarum litus & eorum emporium Salo. Ea gens annos complureis aduersus Romanos bella gesit, castella ad L. habuerunt, dignitate præstantia. In his & oppida quædam Salo, Priamo, Ninia, atq; Sinotium & nouum & uetustum, quæ Cæsar Augustus uastauit incendio. Extat & Andretrium munitus admodũ locus, Daimmiumq; ampla sanè ciuitas, à qua & cognomen gens illa uendicat. eam Nasica exilem reddidit, agrumq; desolatum pecori pascendum, tam improba incolarum erat auaritia. Nam Dalmatarum mos proprius est, per octennium ab inquilinis tributa exigere. Solent & illi nullo cum maritimis uti nummo, cum Barbaris communiter usurpant. Mons est Adrius, mediam diuidens Dalmatiam hinc ad mare, hinc autem ad terram reliqua. Post Naro fluuius est cui adiacent Daorizi, Ardiæi & Pleræi, quibus propinqua est insula Melæna, quam Corcyram appellant, & oppidum quod condidere Gnidij. Ardięorum est primo quidem Paros, dehinc uero Pharos dicta, eam ædificauere Parij. Posteritas autem Ardiæos uocauere Varalios, uerum reiecerunt illos Romani in interiora terræ, longius à mari, cum latrocinijs cuncta uastarent, & agris incumbere colendis coëgere. Asper sanè & sterilis ager est, & hominum minime culturæ deditorum, adeo ut funditus deleti fermè defecerint, quod & reliquis eius oræ mortalibus obtigit. nam qui prius potentia ualebant, ad ima redacti euanuere, sicut ex Gallis Boij, & Scordiscæ, ex Illyrijs uero Autariatæ & Ardiæi & Dardanij, ex Thracibus Triballi. Hi quidem principio inter se prælia conferentes, postea uero Macedonicis armis, & Romanis debellati sunt. Post Ardiæorum & Pleręorum oram maritimam Rhizęorũ sinus est, et eorundem oppidum cum quibusdam castellis. Et Drilo flu-

Sardiæi.
Italiæ termini.
Iapodũ fines.
Metulum opp.
Arupinus.
Monetium.
Vendum opp.
Liburni.
Sardo.
Absyrtides.
Absyrtus.
Cyracticа.
Liburnides.
Tragurium.
Pharos.
Paros.
Demetrius Pharius.
Dalmatæ.
Salo.
Priamo.
Ninia.
Sinotium.
Andretrium.
Daimmium.
Dalmatarum mor.
Adrius mons.
Naro flu.
Daorizi.
Ardiæi.
Pleræi.
Melæna insul.
Corcyra.
Pharos.
Varalij.
Dardanij.

uius, cuius aduerso flumine nauigatio ad ortum usq; ad Dardanicos porrecta, propinquat Macedoniæ gentibus, propinquat & Pæonibus ad meridiem, sicut & Dasaretij. Autariatæ & Dasaretij. Cum alij aljs ex locis inuicem finitimi sint ipsis Autariatis, Dardaniorum sunt Galabrij, apud quos & urbs peruetusta & Thunatæ, ipsis Medis, quæ gens Thracia est, ad orientem uicini. Dardanij natio prorsus agrestis, adeo ut sub fimo speluncas defossas incolant, degantq;, studio tamen capti musicę, tibias & fides, & id genus instrumenta usurpant. Hi quidem mediterraneam habitant, de quibus posterius mentio facienda erit. Post sinum uero Rhizicum, Lissus oppidum est & Acrolissus & Epidamnus, quam Corcyræi condidere, hoc tempore dicta Dyrrachium ab Cherroneso, ubi sita est, nacta uocabulum, dehinc Apsus amnis & Aous, super quo Apollonia ciuitas extat, optimis instituta legibus. Eam Corinthij & Corcyræi ædificauere, à flumine quidem stad. x. longè abest, à mari uero LX. Cæterum Aoum, Æantem Hecateus appellat, asseritq; eodem ex loco circa Lacmum, imò uero ex eodem sinu, Inachum quidem aduersus austrum, Argos irrumpere, Æantem uero uersus occasum in pelagus Adriaticum. In ipsis autem Apolloniatarũ finibus celeber locus extat, quem Nymphæum uocitant, ibi uero & petra est ignem uomens, cui fontes subsunt, qui aquas tepidas bitumẽq; scatent, dum ipsa bituminis petra (uti par est) utitur. Propè uero in tumulo eius metalli effossilis locus est, quod excisum temporis spatio denuo repletur, cumq; tellus intra fossas aggesta sit, in bitumen transformatur, Posidonio teste. Idem memoriæ prodidit, terram uinetis consitam, bitumine refertam, quæ in Seleucia Pieria iacet, uineis esse remedio, quæ pediculosæ sint. Eas enim si cum oleo illam inunxeris, bestiolas, prius quàm ad germina è radice ascenderint necare. Eius generis aliam Rhodi eo tempore fuisse repertam, quo ibi præturam administraret, sed oleo copiosiore opus fuisse. Post Apolloniam, Belliaca est, & Oreum eiusq; emporium Panormus, id est commoda cunctis statio, iugaq; Ceraunia, hic sinus Ionij & os & Adriæ capit initium, os quidem ipsum utrique commune est, differt autem Ionum, idcirco primæ huius maris parti appellationem affert, Adriæ uero intestinum mare, usq; ad extremum recessum nomen accepit, hoc autem tempore etiam uniuersum. Horum nominum alterum ἀπὸ τοῦ κάτοδος, id est à uiro descendere, Theopompus author est, qui eorum locorum tenuit imperium, unde & natio est, Adriam uero à flumine cognomini idem assecutum, A Liburnis ad Ceraunia stad. sunt paulò plura supra duo millia, totam uero ab inito recessu nauigationem dierum sex Theopompus diffinuit. Tractus autem Illyrici longitudinem pediti xxx. dierum ait, at mihi amplius esse uidetur. Alia quoque fide minime digna tradit, utpote maria ipsa commisceri, ideo † quia in urbe Naronete gula Chia & Thasia inueniatur. Et utraque maria è monte quodam spectari asserit, & insulas Liburnas ita constituit, ut stad. D. circuitionem habeant & Istrum in Adriaticũ pelagus uno irrumpere ostio. Talia & Eratosthenes scribit, quædam è uulgi sermonibus audita, quemadmodum Polybius, & de illo, & de aljs scriptoribus dixit. Vniuersus igitur oræ Illyricæ cursus maritimos portus habet optimos. ita enim & ex perpetuo ipsius litore, & ex ipsis propinquis insulis euenit. E contra uero Italicũ litus Illyrico obiectũ se habet, quod importuosum prorsus est. Aprica itaq; regio similiter frugifera, bonisq; feracissima fructibus, oliuetis, uinetisq; speciosa, nisi sicubi rara & aspera omnino rupes iacet. Talis cũ plaga esset Illyrica mariti

Daſaretij.
Triballi.
Rhizæi.
Drilo.
Galabrij.
Thunatæ.
Dardaniorum gens.
Liſſus.
Acroliſſus.
Epidamnus.
Dyrrachium.
Apſus flu.
Aous flu.
Apollonia.
Aeas.
Inachus.
Nymphæus locus.
Bituminis petra.
Pediculoſæ uineæ remediũ.
Belliaca.
Oreum.
Panormus.
Ceraunia Ionij os.
Adria unde.
Theopompi errores.

* ἐν τῷ νάρωνι græce eſt. i. in Narõe fluuio, non urbe.

ritima præsertim, spreta prius erat, uirtute locorum fortasis ignota, idq; ut plurimum propter agrestes hominum ritus, gentemq; piraticam. Super hanc sita regio tota montana, frigida & niualis est, ampliusq; in aquilonem spectat, adeo ut raro uitem ferat. In altioribus uero & amplioribus locis montanæ sunt planities, quas Pannonij tenent in austrum usq; Dalmatas & Ardiæos porrectæ ad septentrionem Istro terminante. Ad orientem uero Scordiscis proximæ, quâ Macedonum Thracumq; montes existunt. Fuerunt autem Autariatæ Illyricorum gens amplissima atq; optima, qui cum Ardiæis assidue belligerabant. Bellorum causa erat sal, quod in eorum finibus coagulatur ex aqua, quæ è uase quodam uerno stillat tempore. Exhaurientibus enim & deponentibus sal ipsum die quinto coagulatur. Cõuenerat autem inter eos, ut per uicissitudinem congelatorio uterentur loco, conuenta uero transgressi, manus conferebant. Cæterum Autariatæ Triballos, ab Agrianis usq; ad Istrum pertinentes, aliquando deleuerunt. Erant autem dierum quindecim iter ex alijs Thracibus & Illyricis protensi. Extincti uero prius à Scordiscis fuerant, postea autem ab Romanis, qui etiam Scordiscos diutius potentissimos debellarunt. Enimuero ij penes Istrum habitarant, duas in partes diuisi. nam & alij magni Scordisci appellati sunt, alij uero parui. Illi quidem duos inter fluuios habitabant, Istrum illabentes, alter Noarus appellatur, præter Segesticam fluens, alter Martus, uel (ut alij) Bargus. Parui autem ultra Istrum incolebant, Triballis & Mysis finitimi. Quasdam etiam insulas habebant Scordisci, eò autem magnitudinis aucti sunt, ut usq; Illyricos & Pæonicos & Thracios prouecti sint terminos. Complures igitur iacentes in Istro insulas occupauere. Ipsi etiam urbes habuere Heortem & Capedunum. Post Scordiscorum agrum ad Istrum quidem adiacet Triballorum & Mysorum plaga, de quibus superius mentio à nobis facta est, & paludes Scythiæ intra Istrum quam minorem nocant, & harum meminimus superius. Habitant & isti & Crobyzi, & alij quos Troglodytas uocant, ad loca quæ ad Calatin & Tomæam & Istrum pertinent. Dehinc Aemi accolæ, & qui usq; in Pontum uergunt, Coralli & Bessi, & Medorum quidam & Danthelitæ. Hæc uero uniuersa latronibus refertissima loca, Bessi magna ex parte montem Aemũ incolunt, & propter latrocinandum latrones uocitantur, quidam Calybitæ & Lyprobij, Rhodopæ propinqui atq; Pæonibus & Autariatis & Dardanijs ad Illyricum, in horũ medio & Ardiæorũ Dasaretij iacẽt & Hybrianes, & gentes aliæ obscuræ, quas cum diriperent spoliarentq; Scordisci, desolatum reddiderunt agrum, & multorum dierum nemoribus inaccessis referserunt. Inter Istrum & montes ex utroq; Pæoniæ latere maritima Ponti ora protenditur, ab ore sacro Istri ad montanam usq; Aemi plagam, ostiumq; Byzantico propinquum, quemadmodum litus Illyricum adeuntes usq; ad Ceraunios montes peruenimus, qui extra tractum existunt Illyricum, proprium tamen quendam habentes terminum. Mediterraneas uero istis gentes terminauimus, cum ad huiusmodi descriptionem insigniores fore, tum ad præsentia, tum ad posteriora putaremus. Eodem modo in ore huius loci maritima, quamuis montanam egrediatur lineam, ad proprium tamen aliquem terminum finitur, Ponti scilicet ostium, & ad ea quæ modo, & ad ea quæ deinceps agentur. A sacro igitur ostio Istri dextrorsum habenti litus perpetuum, oppidulum occurrit Ister nomine, ad stad. D. à Milesijs ædificatum. Inde Tomis oppidulũ alterum ad CC. L. stad. Dehinc urbs Calatis in stad. CC. & LXXX. ab Hera-

Autariatæ.

Salis coagulatio.

Triballi ab Autariatis deleti.

Scordisci.

Noarus flu.

Martus flu.

Bargus.

Heorta.

Capedunum.

Crobyzi.

Coralli.

Bessi.

Danthelitæ.

Calybitæ.

Lyprobij.

Dasaretij.

Hybrianes.

Pæonia.

Ister opp.

Tomis.

Calatis.

Apollonia. clienſibus deducta colonia. Poſtea Apollonia ſtad. M. & CCC. Mileſiorum colonia.
M. Lucullus. Cuius maior muri portio, quadam in exili condita inſula eſt, ubi Apollinis ſacellū
Apollinis co-loſſus. exiſtit. Quo ex loco M. Lucullus coloſſum extulit, & in Capitolio collocauit, fuit
Bizona. autem Apollinis ſtatua, Calamidis opus. In medio autem Calatidis & Apollonię
Crulij. ſpatio Bizona iacet, maxima ex parte ſui, terræmotibus abſorpta. Inde Crulij, &
Odeſſus. Odeſſus Mileſiorum colonia. Et Naulochus, Meſembrianorum caſtellum. Poſt-
Naulochus. ea mons Aemus, ab hoc uſque mare progrediens. Deinde Meſembria Mega-
Aemus. renſium colonia, quam antea Menebriam uocabant, ueluti Menapolis, id eſt Me-
Meſembria. næ ciuitas (eius enim ædificator Menas appellatur) Bria uero ſermone Thracio ci-
Menebria. uitas nominatur, ſicut & Selyos oppidum, Selymbria dicta eſt. Et ſic Ænus quan-
Nenapolis. doque Poltiobria nominata erat. Deinceps Anchiala caſtellum, ab Apolloniatis
Bria. conditum, quæ & Apollonia dicebatur. Hoc in litore Cetirizis promontorium
Selymbria. prominet, locus munimine ualidus, quo aliquando Lyſimachus opum ſuarum
Poltiobria. theſauro & ærario uſus eſt. Rurſus ex Apollonia ad Cyaneas inſulas ſtad. ſunt M. et
Anchiala. D. In eo autem interuallo Thynia Apollonitarum ager † & Anchiala, eorundem
Cetirizis pro. ora & Phthinopolis & Andriaca propinquæ Salmydiſſo. Litus uero hoc deſer-
Cyaneæ. tum eſt petroſum, importuoſum ad aquilonis flamina late patens & apertum, ad
Thynias. Cyaneas uſque longitudine ſtad. circiter DCC. Ad quod naufragio eiecti, ab oppi-
* Græce legi-tur ὅτι θυνιάς τῶν ἀπολλωνιατῶν χώρα ἀχχιάλη. danis, Thracia gente ſuperhabitante ſpoliantur. Cyaneæ autem duæ perexiguæ
Videturq; ἀχχιάλη non eſſe pro-prium, ſed ad-iectiuum ut ſit extant inſulæ, altera in Europam, altera in Aſiam uergens, euripo diſiunctæ, latitu-
Apolloniatarū ager mariti-mus, &c. dinis ſtad. circiter XX. Tantundem à Byzantiorum, & Chalcedoniorum templo
Phthinopolis. diſtantes, quod Euxini maris anguſtiſsimū oſtium eſt, cum proceſſeris hinc ſtad.
Andriaca. X. promontorium obuiat, fretum quinque ſtad. anguſtans, deinde dilatatur am-
Salmidiſſus. plius, & Propontidis initium efficit. Ex eo promontorio, quod ſtad. quinque an-
Cyaneæ. guſtum efficit fretum, ad portum nomine Ficulneum ſtadia quinq; & triginta in-
Propontidis initium. terſunt. Hinc ad Byzantiorum cornu quinq;, eſt autem cornu ad Byzantij mœnia
Ficulneus por-tus. propè ſpectans, ſinus in occaſum extenſus ad ſtad. ſexaginta, cornu ceruino perq;
Cornu Bizan-tium. ſimilis. nam in plures ſinus périnde ac ramos quoſdam ſcinditur, in quos irruentes
Pelamides piſ-ces eorúmq; ue-natio. pelamides facile captantur. Id autem cum earum multitudine, tum ui & impellen-
Trapezus. tis fluxus impetu, ut propter ſinus anguſtiſsimos uel manibus comprehendãtur.
Pharnacia. Earum generatio in Mæoticis paludibus fit, inde uero paulatim erumpunt grege
facto per os ipſum ac propter litus Aſiaticum uſq; Trapezuntem ac Pharnaciam
excurrunt. Hinc primum earum uenatio exiſtit non copioſa admodum. Nondũ
Sinope. enim cõueniens eſt multitudo, ut uero Sinope propius acceſſerint, ſpecioſior nimi-
rum earum eſt piſcatio ſimul & ſalſamentaria. Poſtq; uero Cyaneas tranſierint, &
ex ripa Chalcedonia albicans occurrerit petra quædam, tantus beſtijs ipſis terror
incutitur, ut è ueſtigio in ulteriorem conuertantur ripam. Quas cum præceps aqua
rum curſus corripiat, & innata locorum aptitudo maris fluxum ad Byzantiũ cor-
numq; Byzantij deflectat, & eo naturæ impetu propellat, copioſum Byzantinis po
puloq; Ro. ſuppeditat prouentum. At enim Chalcedonij in ulteriore prope conſi-
ſtentes litore, in nullam eius ubertatis cõmunionem accedunt, quoniam ad eorum
portus, ne una quidem pelamis ſeſe applicat. Memoriæ proditum eſt, cum Byzan-
Apollinis re-ſponſum. Chalcedonij cæci. tij conditores poſt ædificatam à Megarenſibus Chalcedonem Apollinis oraculum
conſulerent, eis mandaſſe, ut contra cæcos habitationem locarent. Cæcos enim ideo
Chalcedonios uocabat, quia cum prius ad ea loca nauigaſſent, omiſſa tam locuple-

teri

te ripa tenuiorem accepissent. Iam usq; Byzantium progressi sumus illustrissimam sanè ciuitatem, ad nobiliora confinia propinqua & Istri ostio uicinam, ab eo flumine nauigationem planè demonstrantem. Supra Byzantium uero gens Astorum, id est ciuium iacet, in qua Calyba ciuitas est, eam Philippus Amyntę filius collectis de exercitu ignauissimis habitandam constituit. Hę igitur nationes memoratu dignæ sunt, quas Ister & montes Illyrici Thraciq; terminant, maritimam Adriatici maris oram uniuersam ab inito sinu inchoatam comprehendentes, & sinistram ponti plagam ab Istro flumine usq; Byzantiū. Reliqua sunt de regione dicta montana in austrum spectantia, quæq; his subiacent ordine loca, in quibus est Græcia, & contigua usq; in montes protenta barbaries. Hecateus itaq; Milesius hæc de Peloponneso scripta prodidit, eam, prius quàm Græci incolerent, à Barbaris habitatam extitisse. Itidem ferè & Græcia uniuersa priscis temporibus Barbararum nationum habitatio fuerat. In quam ductus est rationem per ea quæ memoriæ prodita fuerant, Pelops quidem ex Phrygia, ducto secum populo, ab se Peloponneso nomen indidit, Danai uero ab Ægypto profecti, Dryopes & Caucones & Pelasgi & Leleges & alij id genus terras intra isthmum & extra partiuerunt. Agrum Atticū uenientes cum Eumolpo, Thraces tenuere, Aulidem uero terræ Phocidis Tereus, Cadmeam autem aduecti cum Cadmo Phœnices. Ipsam uero Bœotiam Aones, ac Tembices & Hyantes. Pyndarus autem ait,

ἶσθ' ὅτε Ὑας Βοιώτιον ἔθνος ἄνεπτον.

Fuit tempus quo Hyas Bœotiam gentem gubernabat.

Byzantium.
Asti pop.
Calyba.
Græcia.
Peloponnesus unde dicta.
Aulis.
Tereus.
Bœotia.
Aones.
Tembices.
Hyantes.

Ex aliquorum quoq; uocabulis barbaricū ipsum manifestatur, ut sunt Cecrops, Codrus, Æclus, Cothos, Drymas, Crinanus. Thraces uero & Illyrij & Epirotę ad hos usq; annos in lateribus insident, quanquã longe magis antea quàm nunc ubi contradicebat nullus, & in prę sentia magnam Græcię partem Barbarorum natio habitat, Thraces quidem Macedoniam & pleraq; Thessaliæ partes, Acarnaniam uero & Ætoliam superiorem Thesproti, Asopæi, Amphilochi, Molossi, Athamanes gentes Epiroticæ. De Pelasgis igitur abunde dictum est. Leleges uero sunt non nulli qui eosdem illos & Cares arbitrentur, alij finitimos solum, conciuesq; atq; cõmilitones. Quocirca in Milesiorū agro habitationes quędam Lelegum nominantur, frequentibusq; in locis Cariæ & sepulchra Lelegum & munimenta deserta, Lelegia appellata monstrantur. Quæq; nunc Ionia dicitur, totam eam Cares & Leleges incolebant, quos cum Iones expulissent, ipsi regionem occuparunt. Etiam uetares illi qui Troiam expugnauerunt, Lelegas è locis Sidæ & Pedaso & Satnioënti fluuio uicinis eiecerunt. Quod autem isti Barbari fuerint, uel hinc signum putandum est, quod Caribus pariter congregati fuere. Quod autem & cum eis, & per se errabūdi antiquis temporibus fuerint, declarant Aristotelis politię. Nam in Acarnanum politia, quandam (inquit) Acarnanię partem Curetes habent, spectantem uero in occasum plagam Leleges tenent, reliquam inde Teleboę. In Ætolorum politia is nunc † Locros Lelegas uocat, à quibus & Bœotiam occupatam fuisse dicit. Similiter & in Opontiorū et Megarensiū politia testatur. Atenim in Leucadiorū politia quempiam indigenã & aboriginem, Lelegem nominat, cuius ex filia nepotem nuncupat Teleboam. E quo duos & xx. liberos Teleboas procreatos inquit, ex his nonnulli Leucadem habitasse traduntur. Hesiodo maxime fidem adhibendam esse contenderim, qui Lelegum populorum ducem fuisse Locrum asserit.

Thraces in Macedonia.
Thesproti.
Asopæi.
Amphilochi.
Molossi.
Athamanes.
Leleges.
Lelegia.
Cares.
Ionia.
Troia.
Curetes.
Teleboa.
*ἶσθ' ὅτε Λοκρὸν Λέλεγας uocat.
Locrum.

Leleges quasi lectã & miscellaneã gentem, dictos.

Quos Saturnius Iuppiter immortalia sapiens consilia, è Deucalionis tellure delectos uagos exhibuit. Vis enim ipsa uocabuli significare, ut censeo, uidetur, plerosq; temporibus antiquis delectos promiscuos fuisse, cum eorum natio deficeret. Hæc sanè aliquis & de Cauconibus dicere posset, qui cum antea pluribus in locis habitarent, nusquam nunc existunt. Superioribus itaq; seculis cum gentes permultæ, licet exiguæ & ignobiles essent, tamen uirorum excellentia, cum per se sua tenerent imperia, earum terminos distinguere, non magnę profecto difficultatis erat. Nunc autem deserto & plurimū uastato solo, uicisq; & urbibus deletis, si omnē pro uiribus adhibueris curam ac diligentiam, nihil sanè proficies, propter locorum ignobilitatem & uastitatem, quæ dudum inchoata, necdum hac etiam ætate cessauit multis in partibus, propter populorum rebelliones, quibus Romani cum exercitibus incubuerunt & habitatoribus ab illis instituti sunt domini. Septuaginta igitur Epirotarum urbes à Paulo Aemilio Imperatore funditus euersas esse, author est Polybius, uictis Macedonibus & Perse Rege superato. E quibus maximum numerum Molossorum extitisse nimirum mortalium C. & L. millia in seruitutem redacta. Attamen aggrediemur, & quoad descriptioni conuenit, & nobis adire licet, singula percurremus. Ab oraq; Ionij sinus maritima captabimus initium, in quam quidem Adriæ nauigatio terminatur. Eius primæ partes sunt Epidamnus siue Dyrrachium & Apollonia. Ex Apollonia in Macedoniam, Egnatia in orientem uia est, quam per millia passuum mensi sunt, lapideasq; columellas, usq; Cypselum & Hebrum amnem mil. pass. D. atq; XXXV. Computatis uero per singula millia stadijs octo, stadiorum erunt millia IIII. CC. & LXXX. Adiungit Polybius unicuique stad. diplethrum, id est iugera duo, quæ stad. pars tertia est. Vnde adijcienda sunt stad. C. LXXVIII. & tertia stad. pars milliariorum numero. Contigit autem ab Apollonia & Epidamno siue Dyrrachio promotos ex æquali distantia eandem in uiam incidere. Tota quidem uocatur Egnatia. Prior quidem ex Candauia nominatur, qui mons est Illyrici, per Lychnidium urbem & Pylonis locum, qui in uia ipsa Illyricum Macedoniamq; disterminat. Illinc uero prope Barnuntem per Heracleam atq; Lincistas, & Eordos ad Edessam & Pellam usque Thessalonicam itur. Hæc autem (ut Polybius scribit) CC. LXVII. milliaria sunt. Quam permeantibus uiam circa Dyrrachium uel Epidamnum & Apolloniã, dextrorsum gentes iacent Epiroticæ, quas mare Siculum alluit usq; ad sinum Ambracium. A leua uero montes regionis Illyricæ, quos antea percurrimus, & gentes accolæ quoad in Macedoniam Pæonesq; perueneris. A sinu deinceps Ambracio plaga in orientem uergens è regione Peloponnesi perueniens, ad Græciam pertinet. Dehinc Aegeum excidit pelagus, dextera ex parte totam relinquens Peloponnesum. Ab Macedonicarum autem gentium atq; Pæonicarū exordio usq; ad Strymonem fluuium Macedones ac Pæones habitant, & Thracum montanorum aliqui. Trans amnem Strymonem uero usq; ad Ponticum ostium atq; Aemum montem, cuncta sunt Thracum, excepto litore, quod Græci tenent, quidam sanè in Propontide siti, plericq; uero ad Hellespontum aut sinum Melanon id est nigrum. Alij uero super Aegeo pelago. Cæterum Aegeum pelagus duo alluit Græciæ latera, alterum in orientem prospectans, extensum uero à Sunio ad Arcton usq; ad Thermæum sinum, atq; Thessalonicam oppidum Macedonicum, quæ supra cæteras huius ætatis urbes eximia ciuilitate floret. Alterum uero Macedonicū à Thessalonica ad meridiem porrectū usq;

Epirotarum urbes.

Paul. Aemilius.

Adriæ terminus.

Epidamnus.

Dyrrachium.

Apollonia.

Egnatia.

Cypselus.

Hebrus.

Diplethrum.

Candauia.

Lychnidium.

Pylo.

Barnus.

Pæones.

Aegeum.

Macedones.

Thracũ loca.

Thermæus sinus.

Thessalonica.

usq; ad Strymonem. Plericq; autem totam ab Strymone usq; ad Nestum, plagam, Macedoniæ attribuunt. Quoniam Philippus eximio captus est studio, ut hæc sibi loca uendicaret, maximaq; ex metallis, & reliqua locorum ubertate uectigalia constituit. E Sunio uero usq; ad Peloponnesum Myrtoum & Creticum & Libycum pelagus est, cum sinibus usque ad Siculum. Hoc uero & Ambracium, & Corinthiacum & Crisæum sinum complet. Theopompus XIIII. Epirotarum gentes esse refert, è quibus celebratissimæ sunt Chaones & Molossi, quippe qui totius Epiroticæ terræ quandoque regnum tenuere. Prius quidem Chaones, posterius uero Molossi, qui quidem propter regum cognationem magis ac magis amplificati fuerant. nam ex Æacidarum sanguine prognati sunt. Accedit quod penes illos Dodonæ uetus ac nobile uigebat oraculum. Chaones igitur ac Thesproti, deinde Cassiopenses, qui & ipsi Thesproti sunt, ipsa à Ceraunijs montibus usque ad sinum Ambracium maritima fruuntur ora, agro sanè ubertate fœlice. Quod si nauigare incipias à Chaonibus in orientem solem ac sinum Ambracium atque Corinthiacum, adeo ut dextera quidem Ausonium habeas pelagus, leua autem Epirum, cursus est stadiorum mille & trecentorum à montibus Ceraunijs ad Ambracij sinus os. In hoc quidem interuallo Panormus est portus, intra Ceraunios montes amplissimus, & post illum Orchimus portus alius, ad quem promontoria Corcyræ in occasum uergentia opposita iacent. Alius item Cassiopa ex quo usque Brundusium stad. intersunt mille & DCC. totidemq; ab altero Cassiopæ promontorio in austrum spectante usq; Tarentum, quod Phalacrum, id est caluum appellant. Post Orchimũ autem extat Posidium ac Buthrotum in portus ore cõditum, quem Cœnosum appellant. Locus est peninsula & Cherroneso formã habens, Romanis frequens accolis. Sunt & Sybota insulæ perexiguæ paulisper ab continenti terra disiunctæ, ad orientale promontoriũ Corcyræ Leucimmã sitę. Sunt & aliæ præternauigantibus insulæ perexiles haud memoratu dignæ. Inde prominens solum nomine Chimeriũ, dulcisq; portus, quem intrat amnis Acherõ, ex Acherusia palude profluens, cõpluraq; suscipiens flumina, quibus sinus ipse dulcis efficitur. Propè labitur Thymiathis. Super hunc sinum iacet ciuitas, nũc quidem Cichyrus dicta, quondã autem Ephyra, quam Thesproti condidere. Penes Buthrotũ uero est Phœnice. Non longe uero à Cichyro pusilla ciuitas iacet Buchetiũ, Cassiopensium opus haud procul à mari, & Elatria & Pandosia & Batię in mediterranea, cęterum illarũ ager usq; ad sinum pertinet. Secundũ dulcem portũ autem duo alij deinceps portus existunt, unus quidem propior ac minor nomine Comarus isthmũ stad. sexaginta efficiens ad Ambracium sinum atq; Nicopolin, quam urbem Cæsar Augustus ędificauit. Alter procul magis & amplior & præstantior prope sinus ipsius ostium distans à Nicopoli XII. stad. interuallo. Deinceps est ostium Ambracij sinus. Huius etenim sinus ostiũ ipsum paulo quàm stad. IIII. maius est, circuitus stad. CCC. amplectitur, optima omni ex parte eius statio. Ingredientibus occurrũt à dextra habitantes ex Gręcis Acarnanes & Apollinis Actij templum, quodã in tumulo ad ostium eminens, cui campus subiacet lucum habens. Sunt & naualia in quibus Cęsar undeuiginti naues, decimarũ nomine reposuit, ab uno remorum ordine usq; deciremes adiungens. Memoria quoq; proditũ est, & nauale & naues incendio prorsus extinctas esse. Sinistra uero Nicopolis est, & Epirotarum colonia Cassiopęi usq; in intima sinus Ambracij, cui supereminet paulisper à sinu distans

Strymon.
Myrtoum pel.
Creticũ pel.
Libycum pel.
Chaones.
Molossi.
Dodonæum oraculum.
Cassiopenses.
Ambracius sinus.
Panormus.
Orchimus.
Cassiopa.
Phalacrum.
Posidium.
Buthrotum.
Cœnosus portus.
Sybota τὰ.
Leucĩma pro.
Chamerium.
Dulcis portus.
Χαμαιρικὸν.
Acheron.
Thymiathis fluuius.
Cichyrus.
Ephyra.
Phœnice.
Buchetium.
Elatria.
Pandosia.
Batiæ.
Comarus.
Nicopolis.
Ambracius sinus.
Acarnanes.
Apollinis Actij templum.
Naualia Cæsaris.
Cassiopæus sinus.

Tolgus. Tolgus, cuius memoriam Cypselus struxit. Præter eam labitur Aratthus fluuius,
Aratthus flu. per quem à mari ad ipsam Tolgum paucis admodum stad. aduersa nauigatur a-
Stympheus. qua. Oritur autem ex monte Stympheo ab illius radice. Hæc autem ciuitas supe-
riori tempore eximia fortuna enituit, ex ea igitur sinus ipse cognomen assecutus
est. Maximum ei Pyrrhus attulit adiumentum, cum eo loco pro regali sede utere-
tur. Macedones autem ac Romani postea, & hanc & alias ob eorum rebellionem
assiduis bellorum laboribus exhauserunt. Eam ob rem Cæsar Aug. demum cum
destitutas admodum animaduerteret, cunctas in eo sinu ad unius habitationem
Nicopolis un- congregauit. Eiq; ipse uocabulum indidit, Nicopolin, id est uictoriæ ciuitatem, &
de dicta. suę uictoriæ cognomen imposuit. In qua M. Antonium ante sinus illius ostium
nauali prælio, simul & Aegypti reginam Cleopatram superarat. nam & ipsa huic
certamini præsens interfuit. Ipsa igitur Nicopolis egregia incolarum multitudine
abundans, amplificatur in dies, latos fines habens, et hostilibus ornata spoliis. Ha-
betq; in oppido suburbio templum magnifice extructum. Est & lucus gymnasio,
stadioq; ad quinquennale ludorum certamen apparatus, facerq; luco superne tu-
Apollinis Actij mulus imminet dedicatus Apollini. Instar autem Olympiorũ, ludi Actij designã-
ludi. tur, Actio Apollini consecrati, eorum curæ Lacedæmonij prefecti sunt. Reliqui ui
ci & circumhabitata loca, Nicopoleos iuri attributa sunt. Actia quoq; ipsi deo pri-
us, & à finitimis agebantur, & certantibus coronę proponebantur, hac autem æta-
Argos amphi- te Cęsar Augustus honorificentius edidit. Secundum Ambraciam Argos extat
lochium. Amphilochium, quod Alcmæon, eiusq; liberi condidere. Constat enim Alcmæo-
Alcmæon. nem (ut author est Ephorus) post Epigonorum aduersus Thebas expeditionẽ, ab
Diomede in Aetoliam ad eius auxilium accersitum aduentasse. Et eius ope illum
hanc simul & Acarnaniam in potestatem redegisse. Cæterum cum postea illos ad
bellum Troianũ Agamemnon accerseret, ad id proficiscente Diomede, Alcmæo-
Amphilochus. nem in Acarnania mansisse, & Argos ædificasse, ipsumq; à fratris nomine Amphi
Inachus. lochium uocasse. Inachum etiam amnem per illius agrum fluentem in sinum, Ar-
giuæ terræ appellationem addidisse. Thucydides autẽ scriptũ reliquit, ipsum Am-
philochum, post eius à bello Troiano reditum, cum esset Argiuis inuisus, in Acar
Amphilochi naniam secessisse. Et accepto à fratre principatu, oppidum in sui nominis memo-
pop. riam ędificasse. Epirotę quoq; sunt Amphilochi, et qui superius incolũt, et qui sunt
Molossi. Illyricis adiuncti montibus rupes, & asperum habitantes agrum. Molossi etiam &
Athamanes. Athamanes & Æthinces & Tymphęi & Orestę & Paroręi & Atintanes, quorum
Aethinces. nonnulli Macedonibus magis applicãtur, aliqui uero Ionico sinui. Memorię quo-
Tymphæi. que traditum est, Orestiadẽ oram ab Oreste quandoq; occupatam fuisse, cum cæ-
Oreste. sa matre exul profugeret, & sui regioni nomen reliquisse, cumq; oppidum cõdidis-
Paroræi. set, Argos Oresticum de suo uocasse nomine. Hisce uero gentes cõmiscentur Illy-
Atintanes. ricæ, quæ ad montanam regionẽ australi de parte prospectãt, quæq; super Ionium
Argos Oresti- sinum iacent. Super Epidamnũ enim siue Dyrrachium & Apolloniam sedes ha-
cum. bent Bylliones & Talantij & Parthini & Phrygi usq; ad Ceraunios mõtes. Prope
Bylliones. uero adsunt argentifodinæ in Damastio, ubi potentatum constituere Perysadies,
Talanthij. quos Enchelios & Sesarasios nominant. Penes hos Lyncistę et Deuriopus & Tri
Enchelij. politis, Pelagonia & Leordi & Limia & Eratyra, loca quidem hæc quondã singu-
Sesarasij. la magna ualebant potentia, quorum imperium Cadmi nepotes & Hermione ad
Lyncistæ. Enchelias tenuere, quęq; de illis fabulosa nominantur, his in locis ostendũtur. Ha-
Deuriopus.
Tripolitis.
Pelagonia.
Leordi.
Limia.
Eratyra.

rum

rum quidem nationum regnum nequaquam indigenæ capessebant, cæterũ Lyncistæ sub Arrabęo fuere deducente à Bacchiadis originem. Huic nata est filia neptis Philippi Amynthæ filij mater, Euridices filij, Irrha uero filia. Epirotarũ gens Molossi sub Pyrrho Neoptolemo fuere, quem Achilles procreabat, & sub eius successoribus Thessalici sanguinis. Alij uero sub indigenarum gubernaculo regebantur. Postea quibusdam semper obtinentibus victoribus res, ad Macedonum regnum tandem tota conuersa est, paucis dúntaxat exceptis super Ionio sinu sedentibus. Iamq; Lyncistum & Pelagoniam & Orestiadem & Æmiam superioris Macedoniæ nomine comprehendebant, camq; posteriores Eleutheram, id est liberam dicebant. Aliqui uero uniuersam usq; ad Corcyram Macedoniam appellant, eius rei rationem simul afferentes, quod & tonsura & lingua & chlamyde alijsq; talibus utantur pariter omnes. Plerique gemino sermone loquũtur. Soluto autem Macedonum regno cuncta in Romanorum ditionem concessere. Per has gentes Egnatia uia ex Dyrrachio & Apollonia perducitur. At circa uiam Candauiæ lacus, ac paludes ad Lychniduntem extant, ubi copiosa piscium habentur salsamentaria. Sunt & fluuij Ionium irrumpentes sinum, & in austrum uergentes, Inachus, & Ratous, & Achelous, & Euenus, quem priores Lycormam uocitabant, ille quidem sinum illabitur Ambracium, alter uero in Acheloum. Cæterum Achelous & Euenus in mare fluunt, ille quidẽ per Acarnaniam labens, hic uero per Ætoliam. Erigon autem multis acceptis amnibus ex Illyricis montibus, & à Lyncistis & Brygibus & Deuriopis, alijsq; compluribus in Axium irrumpit. In hisce gentibus antiquis tẽporibus ciuitates extabant, Tripolis, Pelagonia cognomine, cuius & Azorus erat. Supérque Erigone uniuersæ ciuitates Deurioporum consistebant, è quibus Bryanium & Alalcomene & Stymbara. Cæterum Cydriæ Byrsarum, Eginium uero Tymphæorum fuit, Ethiciæ confine atq; Triccæ. Propinqui uero iam & Macedonię, & Thessalię sunt ad montem Pœum & Pindum Aethices & Penei fontes, de quibus & Tymphęi & Thessali, Pindi accolæ certant, iusq; sibi uindicant, simul & uicina Ioni fluuio Oxynea ciuitas, quę à Tripolitano distat Azoro stad. c. & xx. Propè adsunt & Alalcomene & Eginium & Europus & Ionis in Peneum ingressio. Ea tempestate (ut dixi) licet aspera & montibus plena Tamaro & Polyano, alijsq; compluribus, egregie tamen populosa Epirus tota erat & Illyricum, hoc uero tempore magna ex parte solitudo tenet, habitatur autem per pagos, ruderumq; reliquias. Dodonęum autem oraculum (quemadmodum & cętera) quodammodo derelictum est. Illud uero (authore Ephoro) à Pelasgis constructum fuit. nam Pelasgi inter potentissimos Grecię populos antiquissimi celebrantur. Quo circa poëta ita cecinit,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελασγικέ. Hom. Iliad. π.

Dodonęe rex Palasgice Iupiter. Hesiodusq;,

Δωδώνην φηγόντε Πελασγῶν ἔδος ἀνορ ἦεν.

Dodona inter quercus sedes Pelasgorum extitit.

De Pelasgis, cum Tyrrhenam gentem exponebamus, satis à nobis dictum fuit. Circa Dodonam uero & templum habitantes Barbaros extitisse, Homerus ipse declarat ex eorum uiuendi norma, quos spurcipodas, & humi stabulantes appellat. Vtrum autem illos Hellos uocari oporteat, sicuti Pindarus ait, an Sellos, quemadmodum penes Homerum † iacere suspicantur, textus & scriptura

Irrha.
Molossi.
Pyrrhus.
Eleuthera.
Macedonia.
Egnatia uia.
Candauia.
Lychnidus.
Inachus.
Ratous flu.
Achelous flu.
Euenus flu.
Lycormas flu.
Erigon flu.
Tripolis.
Azorus.
Bryanium.
Alalcomene.
Stymbara.
Cydriæ.
Byrsæ.
Eginium.
Tymphæi.
Ethicia.
Tricca.
Pœus.
Pindus.
Peneus.
Io fluuius.
Oxynea.
Europus.
Tamarus.
Polyanus.
Dodonæum oraculum.
Helli.
Selli.
Ἀκέσθαι.

nimirum ambigua confirmare non sinit. Philochorus autem ait circunstantem
Hellopia. Dodonę locum, sicut Euboëam Hellopiam uocari. etenim hoc pacto dicere testatur Hesiodum,

ἔσι τίς ἑλλοπίη πολυκή@- ἥδ' ὑλέμων,
γνθάδε λωδώνη. τὶς ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισαι.

Floribus Hellopia pratisq; decora nitescit,
Cuius in extremis Dodone est condita campis.

Putant autem (ut inquit Apollodorus) à paludibus templo circunfusis ita uocari. Poëtam quidem ipsos Hellos nominare existimant. Hellas accipit Hellos eos qui circa templum sunt. Adiecit & templo uicinum amnem Selleentem nomine fluere, cum dixit,

Ili. β. & o. τηλόθεν ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος.

Is procul ex Ephyre Selleente actus ab amne.

Ephoras. In Thesprotis autem Ephoras, sed Helicnsibus interius. Ibi enim fluuium Selleentem esse, in Thesprotis autem atque Molossis nullum. Cæterum quæ de quercu, & quæ de columbis fabulæ uulgantur, & alia huius generis, sicut & de rebus Delphicis, partim poëtici magis sermonis & studij sunt, partim huius de situ orbis tractatus propria. Itaque Dodona pristinis seculis sub Thesprotis erat, similiDodona. ter & mons Tomarus siue Tmarus (nam utroq; modo dicitur) cui subiectum est
Tomarus & Tmarus. oraculum. Tragœdiarum quoq; scriptores & Pindarus Dodonem Thesprotică
Dodona Thesprotica. appellauere, posterior autem ætas Molossorum iuri attribuit. Vates autem Iouis,
* ἀνιπόδους. quos poëta †spurcipodas & †terrisomnes appellat, à monte ipso Tomaro Tomo*χαμαιεύνας. ros nuncupatos esse dicunt. Sic nonnulli in Odyssea scribunt, quæ loquitur Am-
Tomori. philochus, qui consilium procis exhibet, ne prius aduersus Telemachum faciant
Homeri locus. impetum, quàm Iouem perscrutentur,

Odiss. π. ubi legitur Amphinomi pci hæc uerba, nō Amphilochi uthic citat Strabo. ἀλλ' ἄγε νῆσοι δὸς μεγάλοιο τιμοῦροι,
αὐτός τε κταινέω, τούς τε ἄλλους πάλιν ἀνάξω,
εἰ δ' ἐκ' ἀρητοπέησι θεὸς παύεσθαι ἄνωγε.

Fila Iouis magni sic ducunt ordine parcæ,
Aut Tomori incutiam cædem per membra cruentam,
Aut alios dare terga retro super æquora cogam.
Sin deus auertat, requiem captare iubebo.

Melius enim esse Tomoros, quàm Themistas scribere. Nullo igitur pacto oracula Themistas à poëta dici, sed consilia & publicas institutiones & legum sanctiones, dici autem Tomoros constitutos super Tmaro quasi montis Tomari ad tem-
Themistæ. plum custodes. Sanè Iuniores Tomoros dicunt, simpliciusq; Homero capiendũ putantes oracula abusiue & consilia, ipsa diuinationis imperia & consultationes, ipsaq; uaticinia, quemadmodum decreta, quale & illud est,

Odyss. ξ. ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπ' ἀκοῦσαι.

Apud Homerũ legitur ἀκούσῃ nō ἀκοῦσαι, ut uidetur legisse interpres. Et hoc ex quercu alticonia, Iouis consilium hausisse. Ab ipso autem primordio mortales fuerant prędagia prędicentes, sub quibus & uaticinandi ministri instituerant, & hoc forsitan poëta ipse declarat de ijs quos Hypophetas uocabant, quibus prophetæ imperabant. Posteriore inde tempore tres designarant aniculas,
Hypophetæ. Prophetæ. Suidas. postquam & Ioui Dione eiusdem templi comes dicata est. Suidas in rebus Thessalicis fabulosa multa tradit, ad gratiam locutus illinc; translatum fuisse templum

inquit,

inquit, è Scotusa Thessaliæ. Est enim Scotusa urbs Thessaliæ Pelasgicæ. Concomitatæ enim plurimæ sunt fœminæ, quarum è stirpe prognatæ sunt, quæ hac tempestate prophetides diuinandi officium gerunt. Quo ex facto Pelasgicum uocari Iouem insueuisse. Cineas autem longe maiores fabulas contexit. *Scotusa. Prophetides. Pelasgicus Iuppiter.*

LIBRI SEPTIMI FINIS.

ARGVMENTVM OCTAVI LIBRI.

IN octauo continetur pars Europæ, in qua reliquum dicitur de Macedonia, tota etiam exponitur Græcia, in qua pertractanda diutius immoratur, propter multam rerum nobilitatem & locorum, & neglecta & indiscreta penes historicos atq; poëtas diligenter aperteq; describit, uti sint eius regionis urbes, ab Homero tam in nauium dinumeratione, quàm per totam poësin, alijs multis in locis commemorata.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER OCTAVVS.

POSTQVAM peragratis occiduis Europę regionibus quę interno & externo mari continentur, Barbaras etiam eius nationes, usque Tanain uniuersas circuiuimus, & Græciæ partem nõ magnã cum Macedonia, nunc Græciæ descriptionem reliquam absoluemus atque reddemus. Eam Homerus quidem prior, dehinc alij complures tractauere. Quidam peculiariter uel portus, uel nauigationes, uel circuitiones terrestres, uel tale aliquid descripserunt, in quibus & Græcanicæ partes continentur. Quidam uero in communi historiarum conscriptione seorsum litoralium locorum demonstrationem literis ostenderunt, quemadmodum Ephorus egit atq; Polybius. Aliqui autem ad naturæ locum etiam mathematica quædam assumpserunt huius generis, sicuti Posidonius & Hipparchus. Cum igitur res aliorum recte iudicatæ sint, Homeri dicta censoris animaduersionem postulant, atque indigent, cum poëticum in morem dicat, nec huius ætatis loca, sed & illa peruetusta, de quibus permulta obscurauit ætas. Pro uiribus igitur enitendum, sumpto ubi desiuimus exordio.

Nostra uero ab occasu, ac septentrione ad Epiroticas gentes, ac Illyricas finiebatur oratio, ab ortu autem ad Macedoniæ populos usq; Byzantium. Post Epiroticas gentes itaq; ac Illyricas Græcorum Acarnanes sunt & Ætoli & Locri cognomine Ozolæ, secundũ istos Phocenses & Bœotij. His autẽ obiecto pelago medio Peloponnesus cõtra respondet, quę intra mediũ, sinum Corinthiacum accipit, illi quidem formam exhibens, & ab illo uicissim formam capiens. Post Macedoniam uero Thessala natio est usq; ad Maleos & alios tam intra isthmum quàm extra, præter quos permultæ gentes fuere. Supra quidem tot sunt quot linguarum Græciensium differentiæ nobis perceptæ sunt. Istas ipsas cum quatuor esse constet, Ionicã eandem quam priscam illam Atticam asserimus, eius enim ætatis Attici Iones uo- *Acarnanes. Aetoli. Locri Ozolæ. Peloponnesus. Thessalia. Linguarũ differentiæ apud Græcos. Attici. Ion. s.*

cabantur. Et ab eis Iones illi profecti sunt, qui in Asiam colonias deduxerunt, eam qua nunc loquuntur linguam usurpantes Ionicam, Doricam uero eam esse quam Aeolicam. Omnes enim extra isthmum habitantes, exceptis Athenien-
Aeolici. Dorienses. Athenienses αὐτόχθονες. sibus & Megarensibus & Parnassi accolis Dorien-sibus, hoc etiam tempore Aeolici nuncupantur. Cumq; Dorienses pauci forent, agrumq; durum incolerent, impermixtam perdurasse linguam, aliosq; mores, uerisimile fit, ut in externos non sint coniuncti ipsi, quondam genere pares. Hoc idem Athenien-sibus obtigit qui tenuem admodum tellurem asperumq; habitent agrum, quam ob causam nullis afflictos populationibus & Aborigines existimatos esse, testis est Thucydides, cum eandem omni tempore terram possiderent, à nullo prorsus eiecti, nempe cuius cupiditate uendicandæ nemo teneretur. Hoc idem alterandæ linguæ gentisq; permutandæ causam extitisse crediderim, licet ipsorum pauci forent. Hoc modo cum Aeolicorum exterius isthmum inualesceret multitudo, & qui interius pridem fuerant, Aeolica gens erat. Postea cum Iones ex Attica litus occupassent & Dorien-
Megarorũ cõditor. ses Heraclide reduxissent, qui Megara condiderunt in unum commixti sunt, multa quoque in Peloponneso ab illis ædificata sunt oppida. Rursum Achæi Æolica natio Ionas expulerunt. Vnde in Peloponneso gentes duæ restitere, Aeolica uidelicet ac Dorica, quicunque sanè minus sese cum Dorien-sibus implicuerunt, uti Arcadibus & Eleis obtigit. Cum montani quidam omnino forent in sortem nequaquàm excidentes, quidamq; Olympio Ioui dicati censerentur, per se diutinam pacem egerũt, cum alioquin Aeolici generis essent & ad reducendos Heraclidas unà cum Oxylo militiam subijssent. Quicunque igitur tales sunt, Æolico sermone utebantur. Alij uero mixtam ex ambobus habuere linguam, hi minus, hi amplius Æolicis utentes uerbis. Fermeq; nunc etiã ciuitates alio & alio loquũtur modo, sed omnes Dorice fari uidẽtur propter aduenientem potentiã. Hæ quidem Græcorum nationes hunc in modum (ut forma quadam explanentur) distinctione terminatæ sunt. Repetẽtes igitur iam quomodo quoq; ordine faciendũ
Græciæ situs. est, dicere incipiamus. Ephorus quidem Græciæ principium ab occiduis partibus Acarnaniam dicit esse, hanc enim Epiroticis finitimam esse populis. Nam sicut iste mari pro mensura utens, hinc facit exordium, ut ad locorum descriptiones mare tanquàm ducem esse iudicet, cum alio liceat pacto à Macedonum atq; Thessalorum terra initium Græciæ demonstrare, sic & nobis locorũ naturam sectantibus, consiliarium mare facere conuenit. Illud autem è Siculo freto incidens, hinc quidẽ ad Corinthiacum refunditur sinum, hinc magnam efficit peninsulam, id est cherronesum, ipsam uidelicet Peloponesum, quę angusto includitur isthmo. Duo autẽ hęc maxima sunt Græcię cõfinia interiora isthmi & exteriora portarũ, id est Thermopylarũ, quoad Peneus erumpat, hoc autem est ad Thessaliam pertinens, quanquam sit ferè maius & illustrius, quod intra isthmum continetur, & totius Græcię
Peloponnesus. arcem Peloponnesum esse constet. Nam præter habitantium in ea gentium nobilitatem atq; potentiam, ipse locorum situs principatum designat & imperium. Multi enim sinus insunt & promontoria, multæ insignes etiam & permagnę cher-
Cherronesi præcipuæ. ronesi in ipsa locorum uarietate, cum altera alteram successione quadam excipiat. Extat autem inter cherronesos prima, Peloponnesus isthmo XL. stad. inclusa. Secunda est quę hãc amplectitur cuius isthmus est ex omnibus Megarẽsibus ad Niseam Megarensium emporiũ supra C. & XX. stadia à mari ad mare. Tertia uero est,

quæ

quę & hanc amplectitur, cuius isthmus est ab secessu circa Crissęum sinum usq; ad Thermopylas quidem, quæ linea per rectum intelligitur ad quingenta VIII. stad. quæ totã intus assumit Boëtiam. Phocidem uero & Locros cognomento Epicnemidios ex obliquo secat. Quarta quæ ab Ambracio sinu per Oetam montem agrumq; Trachinium in sinum Maliacum, isthmum habens atq; Thermopylas ad stad. DCCC. Alius tandẽ ex eodem sinu Ambracio est supra mille per Thessaliam, ac Macedoniam ad intimum Thermæum pertinens recessum. Ea uero Cherronesorum successio quendam non sanè spernendum eloqui uidetur ordinem. Cæterum à minima quidem, uerum illustrissima sumendũ est exordiũ. Est igitur Peloponnesi forma platani folio simillima, longitudine ac latitudine fermè par ab occasu in ortũ, stad. mille, & CCCC. Hæc autẽ est è Chelonata per Olympiam agrumq; Megalopolitanum ad isthmum. Illa uero ab austro in Septentrionem est è Malea per Arcadiam ad Aegeum. Perimetros † uero ambitus omissis finibus stad. est IIII. millium, ut Polybio placet. Artemidorus CCCC. superaddit, quod si sinus omneis metieris, plus quàm DC. & V. millium comperies. At isthmus ipse per traiectum, quâ è mari in alterum mare nauigia transuehuntur stad. est XL. ut supra diximus. Huius autem cherronesi latus in occasum prospectans, Elienses & Messenij tenent, quos pelagus Siculum alluit. Assumunt autem utrinq; litus, Elei sanè in septentrionem uergentes & Corinthiaci sinus initium usq; ad Araxi promontorium, ad quod contra sunt mediante freto Acarnania, & è regione iacentes insulæ Zacynthus & Cephalenia, & Ithaca & Echinades, quarum è numero est & Dulichium. Maior Messeniæ pars ad austrum Libycumq; pelagus panditur usque ad Thyridas, id est, fenestras (sic enim appellãt) prope Tænarũ. Deinceps autem post sinum Sycionia terminatur ora. Ex hoc loco Sycion & Corinthus excipit usq; ad isthmum. Ad secundum Messeniam plagam Laconica terra est & Argiua, & hæc ipsa usq; ad isthmum. Hoc in loco sinus extant aliqui Messenius & Laconicus, tertius Argolicus, quartus Hermionicus & Saronicus, quẽ nõnulli Salaminiacũ uocant, quorũ aliquos Libycum, aliquos Creticum pelagus implet, atq; Myrtoum. Quidam & Saronicum transitum pelagus nominant. Media uero interest cunctis imminens Arcadia, cæterisq; uicina populis. Verum Corinthiacus sinus ab Eueni eruptionibus capit initium. Aliqui ab Acheloi exitu, qui Acarnanes, Aetolosq; separat & Araxos. Hanc enim in partem minime contemnendam accumulationem utrinq; inuicem ripæ capiunt. Amplius inde progressæ ad Rhium & Antirrhium penitus confluunt, mediam aquarũ latitudinem, id est, porthmum ad stad. V. relinquentes. Est autem Rhium in Achiuorum solum protensum longius promontorium in falcis figuram interius curuatũ, unde & Drepanum, id est, falcem appellant. Iacet autem inter Patras & Aegium, Neptuni templũ habens. At enim Antirrhium in Aetolorum Locrorumq; finibus locatum est. Id autem Molycriũ uocant. Postea hinc denuo maritima paulisper utraq; ex parte ora expanditur, in Crissæum quidem procedens sinum, hic finem facit occiduis Bœotiæ & Megarorũ clausa terminis. Cęterũ Corinthiacus sinus ab Eueno usq; Araxũ amnem, suũ circuitũ habet stad. duũ milliũ CC. et XXX. ab Acheloo uero centenis augetur stad. Ab Acheloo sanè ad Euenũ, Acarnanes tenẽt. Dehinc ad Antirrhiũ Ætoli isthmo tenus. Quod restat, Phocensiũ & Bœotiorũ & tractus Megarensis, mil. C. & duo. D. XX. stad. est. Mare aũt ab Antirrhio aduq; isthmũ, Alcyonium uocatur, Crissæi

Epicnemidij Locri.
Oeta.
Trachinius ager.
Peloponnesi forma.
* Græce legitur ἀπὸ περίπλου μυριάδων καταλαβὼν πίσσοντι τετρακισχιλίους στάδους.
Elienses.
Messenij.
Zacynthus.
Cephalenia.
Ithaca.
Echinades.
Dulichium.
Thyrides.
Sycion.
Corinthus.
Laconica, Argiua terra.
Hermionicus sinus.
Saronicus sin.
Salaminiacus sinus.
Arcadia.
Achelous flu.
Araxi.
Rhium.
Antirrhium.
Drepanum.
Patræ.
Molycrium.
Crissæus sinus.
Corinthiacus sinus.
Araxus.
Acarnanes.
Aetoli.
Alcyonium mare.

κὰτ τόπο φιπᾶρ. sinus portio, ab isthmo ad Araxum stad. xxx. supra distans. Vt ergo sic † figura dixerim, Peloponnesi talis tantusq; sinus est, & telluris aquis appositæ sinu tenus, & inter ambos sinus iacens talis. Dehinc sigillatim cuncta explicabimus, ab Eleis finibus facto primordio. Hoc quidem tempore, totum inter Achiuos & Messenios litus, Eleam oram nominant extensum in mediterraneam Arcadiæ, protensumq; ad Pholoën & Azanas atq; Parrhasios. Hoc autem antiquitus in plurimas ditiones partitum erat, postea in duas tantum, Epeorum scilicet, & Nestoris Nelei filij, quomodo & Homerus posteris prodidit, hanc urbem quidem Epeorum nominatim dicens, hanc uero

Elea ora.
Epei.
Alpheus.
odyss. γ. παρ' ἤλιδα δῖαν, id est ad Elida diam, ubi imperant Epei, Nestoreamq; Pylum per quam Alpheum labi memorat,

Iliad. λ. ἀλφειὸν, ὅς τ' ἄνυ ῥέει πυλίων διὰ γαίης.
Alpheus Pylios late perlabitur agros.

Sanè Pylon ipse poëta nouit oppidum,

οἳ Πύλον ἠνεμόεντα δυκτίμενον πτολίεθρον ἔχον.
Qui coluere Pylon formosis mœnibus urbem Regis Nelei.

Pylos.
Amathoëssa pylos quare dicta
Neleus.
Pamisus.
Amathus.
Elis. Alpheus autem amnis neq; per illam urbem neq; penes ipsam fluit, uerum præterlabitur alter, quem alij Pamisum, alij Amathum uocant, à cuius nomine Pylos ipsa Amathoëssa uidetur appellata. Per agrum uero Eleum Alpheus amnis perlabitur. Elis uero quæ hac tempestate oppidum est, Homeri ætate nondum muris cincta erat, uerum ager ipse per pagos habitabatur. Curuam autem Elidem, quia ei sic obtigit, appellabant. Nam maxima eius pars talis extitit & fertilitate præstans. Verum posterius secundum bella Persica, cum multi in unũ populi conuenissent, eam quæ hoc tempore cernitur, Elim ciuitatem condidere. Sic & reliquis fermè Peloponnesi locis præter paucos euenit, quos ipse poëta colligit, non ille quidem urbes sed oras nominans, cum unaquæque populorũ conuentus maiores haberet, è quibus nobiliores deniq; ciuitates habitatæ fuere, sicuti de Arcadia factũ est. Mantinea. Tegæa. Heroë. Aegium. Dyma. Mantineam quidem populis v. habitandam Argiui tradidere. Tegæam uero IX. Totidem Heroëm colendã tradidit Cleombrotus, & Cleonimus. Eodẽ modo Ægium septem uel octo populis in ciuitatis formam redegere. Patras VII. Dymam VIII. Sic & Elis ex circumcirca tenentibus pagis, habitum ciuitatis accepit. Per eam autem fluit Menius amnis propter ipsius gymnasium. Hoc quidem multis post annis Elei factitarunt, cum è locis Nestori subditis, multitudo transmigraret. Hæc autem fuere Pissa, cuius pars Olympia est, & Triphylia & Cauconia. Triphylij uero ideo uocati sunt, quia illis obuenit, ut tria illos phyla, id est, nationes conderent in unum cõgregatæ, principio quidem Epeorum, deinde Minyarum, qui accolæ superaccesserũt, & postremo Eleorum, qui uictores loci compotes extiterunt. Minyæ. Sunt qui pro Minyis Arcades dicant, qui pro loci uendicatione sæpenumero bellica subiere certamina, unde & eadẽ Pylos Arcadica, & Triphyliaca nuncupata est. Pylos. Verum enimuero Homerus totam hanc plagam, tenus Messena, eodem quo ciuitatem nomine Pylon uocat. Quod autem & Elis curua, & subdita Nestori loca, terminis dispartita fuerint ipse nauium catalogus indicat, per ducum & pagorum nomina. Quod quidem dixerim, & moderna, & Homerica scripta cõferens. Hæc enim cum illis inuicem examinanda sunt, propter opinionem poëtæ, nostramq; communicationem, cum existimet unusquisq; præsentem recte se habere rerũ propositarum tractationem, cum nullum incidat contrarium ad eos sermones, qui ñsdem

Menius flu.
Pissa.
Olympia.
Triphylia.
Cauconia.

dem de rebus tantopere crediti fuerint. Igitur ea quæ in præsentiarum extant exponenda sunt, & poëtæ dicta, quantum attinet adhũcientes, consyderanda. Est quoddam Elidis promontoriũ, in Boream spectans, Araxus nomine ab Dyma ciuitate Achaica, stad. LX. distans. Hoc Elei litoris initiũ ponimus, at secundũ hoc in occasum progredientibus Cyllene Eleorũ emporium est, habens ad extantem hac ætate ciuitatem, stad. C. & XX. ascensum. Huius Cyllenes mentio est apud Homerum ita dicentem, *Araxus. Dyma. Cyllene.*

κυλλήνιον ἀχρὸν Ἐπειῶν. id est, *Iliad. β.*

Epeorum Bœotiorum Cyllenium ductorem.

Non enim ab Arcadiæ monte, Epeorum ductorem ostendere debuit. Est enim uicus non exiguus Æsculapium habens Colotiopus, aspectu sanè mirandũ simulacrum ex ebore factum. Post Cyllenem Chelonatas est promontoriũ signum ex tota Peloponneso maxime in occasum protensum, cui exiles quædam adiacent insulæ in cauæ Elidis & Pissæ terminis. Vnde in Cephaleniam è Cyllene nauiganti-bus stad. sunt LXXX. Illàc Elisso siue Elissa flumen labitur in eis quos dixi termi-nis. In medio uero Chelonatæ ac Cyllenæ spatio Penius effunditur, & alter quem Selleentem poëta nominat, è Pholoë elabitur. Super his Ephyra oppidum est, alterum à Thesprotico, & Thessalico, & Corinthio. Ciuitas quarta, in uia quæ Talassionem ducit, posita, ipsa eadem est Bœonoa. nam Oenoan sic appellare cõsueuere illi proximã. Distat autem ab Elide stad. C. XX. Ex ea dicta uidetur esse Tlepolemi mater, Herculis filij. Ibi enim magis militantis Herculis gesta florent, *Colotiopus uicus. Chelonatas. Elissa flu. Penius flu. Selleis. Ephyra. Talassio. Bœonoa. Oenoa. Tlepolemus.*

τλὼ ἄγετ' ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος. *Iliad. β.*

Quam ex Ephyra duxit à flumine Selleente.

Ad illas uero iam dictas nullis propinquus est fluuius Selleis. Et de Megete,

τόν ποτε φυλεὺς *Iliad. ο.*

ἤγαγεν ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος.

Quem olim Phyleus ab Ephyra duxit à flumine Selleente, à qua & letalia sunt uenena. ad Ephyram nanq; profectum inquit Vlyssem, toxicum mortiferum quæri tantem. Et de Telemacho procatores. Siue ad Ephyram terram pinguem proficiscì uelit, ut inde uenena feralia deferat. Nestor enim in cõmemoratione belli contra Epeos gesti, Augei filiam Epeorum regis ueneficam introducit. Primus inquit solum bellatorem inuasi, qui Augei gener erat, natu autem maiorem filiam habebat, *Augeus rex.*

ἥτόσσα φάρμακα οἶδεν ὅσσα τρέφει ἄρουρα χθών. *Iliad. λ.*

Cognita cui fuerant, quot nutrit terra uenena.

Est & Sicyoni propinquus Selleis fluuius, & ei uicinus pagus Ephyra, & in Agrea Aetoliæ uicus Ephyra, à qua Ephyri dicti. Et ad Perrhæbos in Macedonia, & Grannonij, & Thesprotici, & Cithyrei, ab antiqua Ephyra, Apollodorus instruit, quonam pacto poëta cognomenta restringere soleat, qualiter de Orchomeno, Arcadicum quidem ouibus refertum appellans, Bœotium uero Minyeum, & Sandon Threiciam coniungit inter Samum & Imbrum, ut ab Ionica separet, sic & Ephyram Thesproticam distrahit procul adhũciens uel fluuium Selleentem. Hæc quidem Scepsij Demetrij dictis minime cõsonant, à quo plurima transfert. Nam ille Selleentem in Thesprotis flumen esse negat, sed in Eleis ad Ephyram, ut ante diximus. Hoc uero quod inquit, cõsyderationis indiget, & de Oechalia, cum dicat, non unam esse, unam Euryti ciuitatem Oechalij esse, manifestũ igitur Thessalicam dici, de qua dicit, *Selleis. Ephyra pagus Agrea. Perrhæbi. Crannonij. Thesprotici. Cithyrei. Oechalia.*

In Catal. οἵ τ' ἔχον οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου οἰχαλιῆος.
Eurytus. Oechaliaḿq; tenent Euryti principis urbem.

Thamyris. Quæ igitur ea est, de qua commotum Thamyrin, obuiæ arguto musæ destituere canoræ. Nanq; ait ex Oechalia ab Oechalesio Euryto uenientem. Quod si Thessalica fuit, iterum non bene Scepsius Arcadiam quampiam dicens, quam nunc Ardania. daniam uocant. Sin uero iste bene, & Euryti ciuitas Arcadica dicta fuit, eo modo non solum una erat, cum unam ille asserat, cæterum inter Menei & Selleentis egres- Meneus. Pylos. siones Pylos ad Scolium montem colebatur. Hæc uero non quidem Nestorea, sed Scolius. altera quædam Alpheo propinqua, cuius nihil est commune ad illam quæ Pamiso Pyli tres. siue Amatho adiacet. Quidam uiolentius affirmant, Nestoris gloriam, & generis claritatem uendicantes. Tres enim Pyli scriptis produntur in Peloponneso, unde Prouerb. & illud dicitur, ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο πύλος γεμίλω ὅτι καὶ ἄλλος. Est Pylos ante Pylum, alia etiam Pylos est. Et ab hac & à Lepræatica in Triphylia, & Pisea ora. Tertia Messenia ad Coryphasium. Omnes demonstrare nituntur, apud se Pylon esse, quæ ἀμαθόεσσα sit appellata, & eam esse, quæ Nestoris patria uocatur. Multi & scriptores & poëtæ Nestoream esse aiunt, quæ ad usq; illorum salua perdurat ætatem. Aliqui uero studiosiores Homeri sectatores, ipsius uersus imitantes, eam Nestoris Pylon Alpheus. esse asserunt, cuius per oram Alpheus elabitur. Elabitur autem per Pissam & Triphyliam. Nonnulli ex Elide caua, & hanc suæ Pylo, sibiq; propinquę honorificentiam addidere. Insignesq; notas ostentant, locũ uidelicet Geranum, amnemq; Ge- Geranus. Geron flu. rontem & alium Gereniũ. Deinde ab hisce cognominibus Nestorem Gerenium Gerenius flu. appellatum esse suspicantur. Hoc idem & Messenij factitarunt, & sanè probabilius facere uidentur. Notiorem enim esse aiunt Gerena sibi finitimam, urbemq; aliquando incolarum frequentia egregie habitatam. Talia sunt quæ circa Elidem caluam hac tempestate existunt. Poëta uero IIII. in partes regionem hanc diuidens, quatuor etiam duces memorans, obscurius edidit,

οἱ δὲ ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ ἠλιδα δῖαν ἔναιον,
Iliad. β. ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνῃ τε μύρσινός τ' ἐσχατόωσα,
πέτρῃ τ' Ὠλενίῃ καὶ Ἀλείσιον ἀμφὶς ἔεργε,
τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν.

Buprasiq; domos tenuere, ac Elidis almæ,
Et quantum Hyrmine, Myrsinos & ultima claudit,
Oleniæq; petræ, simul intus Alision ambit.
Quatuor hi ducibus suberant.

Ibidem. δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
νῆες ἕπονθ' ἑτοῖμαι, πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.

Et quenq; sequuntur
Veloces bisquinquerates comitantur Epei.

Cum enim ambos appellet Epeos, Buprasios uidelicet & Eleos, nõ etiam Eleos uocet Buprasios, quatuor in partes minime diuisisse uidetur Eleam oram, sed Epeorum regionem, quam prius partiuit in duo. Neque pars Elidis Buprasium, sed magis Epeorum existeret. Quod enim Epeos Buprasios appellet, certum est, sicut

ὡς ὁπότε κρείουτ' Ἀμαρυγκέα βάσσον Ἐπειοί,
Amarynceus. Cum regem Amarynceum in Buprasio humauerunt Epei.

Quandam uero Elidis plagam esse Buprasium, & eodem habitari nomine, nũc mani

manifestum est, cum & hæc Elidis pars existat. Rursus in unum annumerant Bupra-
sium, atq; Elidem, altam, diamq; uocitantes. Postea quaternas in particulas di-
uidentes ut commune iudicetur, ipsas & Buprasio, & Elidi subditas faciunt. Fuit
autem ut uidetur, Buprasium locus Elidis, frequentibus habitatus inquilinis, non *Buprasium.*
sanè ignobilis, qui deletus est, loci tantum nunc uocabulũ est in uia, quæ ex ea quæ
nunc extat Elide ciuitate Dymam uersus ducit. Penes Elidem autem Buprasium
excellentia quadam floruisse, sicut & Epeos apud illos, suspicari licet. Tempore au- *Epei.*
tem posteriore pro Epeis Elei uocitati sunt, & Elidis portio Buprasium fuerat. Et *Elei.*
partem cum toto annumerare, poëtica figura, dicunt Homerum, sicut illud, *Pars toto annu merata.*

κατ' ἑλλάδα καὶ μέσον ἄργος. *Odyss. δ.*

Per Græciam mediamq; Argos. Et illud,

ἀν' ἑλλάδα τε φθίην τε. *Iliad. ι.*

Per Græciam Phthiamq;. &,

κορῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοί. *Indidem.*

Curetes dimicabant & Ætoli. &,

οἱ δ' ἐκ δουλιχίοιο, ἐχινάων δ' ἱεράων. *Iliad. β.*

Ætoli ex Dulichio Echinadibusq; sacris. Nam Dulichium una Echinadum est, *Dulichium.*
idem iuniores usurpant. nam Hipponax,

κυπρίων βέκος φαγδσι & ἀμαθησίων πυρῶν.

Cypriis panem edentibus, Amathusiisq;. Quoniam Amathusi Cypri sunt. *Amathusij.*
Alcman quoque,

κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα νὴ πάφον περιῤῥύταν.

Cyprum deserens amabilem & Paphum fluctibus illisam. & Æschylus, *Paphus.*

κύπρα πάφος τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον.

Cypri Paphiq; sortem habens omnem.

Quod si non Epeos dixit Buprasios, nec aliarum rerum multa dicemus. Ve-
rum hæc demonstratio non est, quod non fuerit, sed tantum quod non dixerit.
Hecateus autem Milesius alios Eleos, & alios Epeos esse perhibet. Herculi siqui-
dem aduersus Augeam militanti, socios expeditionis Epeos extitisse, eosq; cum *Augeas.*
Hercule & Elin & Augeam destruxisse. Traditq; Dymam & Epeam & Acheã es- *Dyma.*
se. Multa quidem scriptores antiqui posteris prodidere, quæ in rerum natura mini
me fuerunt, adeo propter fabulosum scribendi genus mendacio fingendo fuerant
educati. Quo euenit, ut eisdem de rebus inter se minime concordent. Nimirum à fi
de longe non est, si quando Epei cum Eleis controuersias egerint, cum alterius na-
tionis essent, qui in unum corpus unamq; in potentiam coierint, & communi qua
dam regnandi, & gubernandarũ ciuitatum forma uterentur, cuncta usq; Dymam
suo subiecerant imperio. Nam poëta nullam Dymæ fecit mentionem. Haud abso
num est eo tempore Dymam Epeorum ditioni paruisse, postea uero Ionibus, aut
etiam neq; illis subditos extitisse, sed Achiuis potius qui agrum eorum possidebãt.
Quatuor autem particularum, in quibus & Buprasium cõtinetur, ipsa quidẽ Hyr- *Hyrmina.*
mina, & ipsa Myrsinus Eleæ regionis est, reliquas Pisæi iuris esse, plericq; censent. *Myrsinus.*
Vrbs quædam exilis fuit Hyrmina, cuius uestigia nunc non extant. Verum pro-
pe Cyllenam mons est in mare protensus, quẽ Horminam uel Hyrminam appel-
lant. Myrsinus uero hodie Myrtuntium nominatur, ad mare pertinens, frequens *Myrtuntium.*
habitatoribus uicus, in ea quæ ἐ Dyma Elidem ducit uia, ab Elida stad. LXX.

Olenia petra. distans. Oleniam uero petram eam esse coniectura quadam assequũtur, quam mo
Scollis. do Scollin aiunt. Nanq; & locorum, & nominũ mutatione facta, coniecturas pro
ferri necesse est, cum ille in multis non admodum plane describat. Est autem rupes
Lampea. saxosa, Dymæis & Tritieis, Eleisq; communis, alteri Arcadico Lampeæ (sic enim
Tritia. montem uocant) contigua, ab Elide centum ac xxx. stad. absens, Tritia uero cen-
Alesium. tum, æquales urbium Achiuarum. Alesium est, quod nunc Alesiæum uocant, lo-
cus ad Amphilochidem proximus, in qua omnibus mensibus accolæ forum con-
gregant. Iacet autem in uia montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatur. Prio
ribus autem seculis agri Pisæi ciuitas fuit, aliãs alio modo uariatis locorum termi-
nis propter Imperatorum permutationes. Ipsum autem Alesium, Alesij etiam Co-
lonam poëta uocat, cum inquit,

Iliad. λ. ὀφρ' ἐπὶ Βουπρασίῳ πολυπύρῳ βήσαμεν ἵππους,
πέτρης τ' ὠλενίης καὶ ἀλησίου, ἔνθα κολώνη.

In Bupraſio fertili, & in Olenia petra inſcendimus equos,
Et in Aleſio, ubi Colona uocata eſt.

Tranſpoſitiue enim accipiendum eſt, perinde ac dicatur, & ubi Aleſij Colona uocata eſt. Quidam Alesium flumen esse ostendunt. Cæterum cum in Triphylia
Dyma. quidam Caucones nominẽtur, Messeniam in terram prospectantes, cumq; Dyma
Cauconia. Cauconia à pleriſque nuncupetur, & in agro Dymæo inter Dymam & Tritiam
Caucon flu. fluat amnis, quem Cauconem fœminino uocitent genere, de Cauconibus multi
quærunt, nunquid duplices dicantur, quidam ad Triphyliam, quidã ad Dymam
Teutheas flu. & Elin, & ad Cauconem esse. Hic autem in alterum irrumpit, qui Teutheas gene-
re masculino uocatur, cuius appellationis exigua quædam urbs inter Dymæ uici-
nas habitatur, nisi quod hæc adempta litera, s, ultima producta syllaba, fœminine
Teuthea oppi. pronuntiantur, in qua ædes sacra Nemidis Dianæ colitur. Verũ Teutheas Ache-
Achelous. loum penes Dymam fluentem intrat, quo nomine & Achelous per Acarnaniam
labens & Epirum nominatur. Cæterum cum Hesiodus dicat,

ὧκεε δ' ὠλενίῃ πέτρῃ ποταμὸ παρ' ὄχθας.

Perus. Oleniamq; petram coluit prope fluminis altas
Porus. Et latas Peri ripas. Multi Pori litera permutata legunt, & quidem corrupte. De
Cauconibus quæri dicit. nam in Odyssea Pallas, Mentoris sumens effigiem sic
Nestorem alloquitur,

νῦν ἀτὰρ ἠῶθεν μετὰ καύκωνας μεγαθύμους
Odyss. γ. ἔλθ', ἔνθα χρεῖός μοι ὀφείλεται οὔτε νέον γε,
οὐ δ' ὀλίγον, σὺ δὲ τοῦτο, ἐπεὶ τεὸν ἵκετο δῶμα,
πέμψον σὺν δίφρῳ τε καὶ υἷϊ.

Craſtina cum nobis aurora retexerit orbem
Magnanimos adeam Cauconas. ibi mihi grande
Debetur dudum argentum, quando aduenit hoſpes
Ædes iſte tuas, hunc curru mitte parato.
Adde etiam natum comitem. Quo in ſermone ſignificari uidetur locus aliquis
Caucones. inter Epeos, quem Caucones inhabitent, non illi quidem qui in Triphylia, ſed qui
uſq; Dymam forte latius porriguntur. Haud enim omittendũ eſt, unde Dymam
Cauconiam dici cõtingit, & unde fluuius appellatus eſt Caucon. Cum & ipſi Cau
cones, qui nam exiſtant, quæſtionem afferant, ad quos Pallas ipſa, ad exigendum
Lepræum. argenti debitum, ituram ſeſe dicit. Nam niſi eos dici accipiamus, qui ad Le-

præum

præum in Triphylia ſunt, quo pacto probabilis ſit ſermo, prorſus ignoro. Quo circa nonnulli ſcribunt, Lepræum.

φῦθα χρεῖός μοι ὀφέλλεται ἤλιδι δίην οὐκ ὀλίγον. Ibidem.

Magnanimos adeo Cauconas, in Elide grande
Debetur dudum argentum.

Quod clariorem habebit notitiam, quandoquidem Piſæam regionem atq; Triphyliam ordine ſitam luſtrauerimus, uſq; ad fines Meſſenios. Poſt Chelonatam, Piſæum litus adeſt, ingens ſanè in promontorium Phea nomine, fuit & oppidulum Pheas ad fluenta Iardani. Finitimus enim eſt & amniculus. Sunt qui Piſæi agri principium eſſe Pheam dicant, contra quam & inſula puſilla iaceat, & portus, unde ad Olympiam propiore à mari ſpatio ſtad. ſunt centum & xx. Aliud mox promontorium longe prominens in occidentem, ſicut & Chelonatas, ab illo ad Cephaleniam centum & xx. ſtad. interſunt. Dehinc erumpit Alpheus ab Chelonata diſtans ſtad. cc. & lxxx. Ab Araxo autem d. xlv. ex eiſdem locis, quibus & Eurotas effluens. Vicus ipſe exagro Megalopolitano, Aſia uocatur, duos uicinos inter ſe habens fontes, è quibus dicti effluunt amnes. Hi cum aliquot excurrerint ſtad. abſorpti à terra, rurſus emergunt. Inde unus Laconicam, alter Piſæam perducitur in oram. Eurotas quidem per Bleminatidem primo exoriens, præter Spartam labitur, & longam per uallem diſcurrens, paludem efficit, cuius poëta meminit. Demum inter Gythium, Spartes emporium & Acrææ, mare ingreditur. At Alpheus aſſumpto Celadonte & Erymantho & aliis ignobilibus fluuiis, per Phrixæum ac Piſæum & Triphylium delatus agrum, præter ipſam Olympiam, in Siculum excurrit pelagus, inter Phæam & Pitanem. Ad eius uero oſtium Dianæ Alpheoniæ lucus eſt, ab Olympia ſtad. lxxx. diſtans. Huic deæ in Olympia annuus conuentus celebratur, ſicut & Elaphiæ, ac Daphniæ, id eſt Ceruariæ, atque Laureæ. Tota regio templorum Dianæ, Veneri ac Nymphis dicatorum pleniſsima eſt. Adſunt & luci, & florida uireta, propter abundantes aquarum fontes. Frequentes inter eundum Mercurij ædes occurrunt. Litora uero Neptunnia ſacella paſsim oſtentant. In Alpheonię Dianę tẽplo Cleanthis, & Aregontis picturę uiſuntur, hominũ Corinthiorũ. Alterius quidẽ Troię captiuitas, & Mineruę natalia, alterius eſt Dianæ, in cunis deportatio, opera laude plurima celebrata. Inde mons eſt Triphyliæ Maciſtiã à Piſęo ſeparans agro. Poſtea flumẽ aliud Chalcis nomine & Cruni fons, & pagus Chalcis. Poſt quæ Samicum eſt, ubi ſacellum eſt Neptunni, maxima ueneratione cultum. Subeſt et lucus oleaſtro plenus, eius curam gerebant Maciſtij, qui et inducias annũtiabant, quas ἐκεχειρίαν Samij uocitãt. Ei quidem ſacello cuncti tributa cõferunt Triphylij. Secundum hęc ſacella Pylus mari ſuperincumbit, Triphyliaca & Lepręatica, quam ἠμαθόεντα poëta uocat, & Neſtoris patriã aſſerit, ſicut ex Homeri uerſibus ſuſpicari quis poteſt, ab amne qui ad aquilonem iuxta labitur, quem Amathũ appellabant antea, hodie uero Mamaum, Arcadicumq; nominant, ut hinc Ematho-enta uocabulum aſſumpſerit. Siue & hic Pamiſus dicatur, eadem appellatione, qua duo alij in Meſſenia. Vrbis autem nominis ratio, & etymologia incerta eſt. Nam ἀμαθώδες, id eſt arenoſum eſſe uel fluuium uel locum, mendacio dicitur. Palladis templum Scillutię ad Scillũtẽ inter illuſtria numeratur, non longe ab Olympia penes Phelonem. Ad orientem uerſus prope Pylum mons eſt cognomine Minthes nobilis, quam Plutonis pellicem extitiſſe tradunt fabulę. Eam cum Proſerpina dolo cir

Lepræum. Ibidem. Piſæum litus. Phea. Alpheus. Eurotas. Aſia uicus. Gythium. Celadon. Erymanthus. Pitanæ. Diana Alpheonia. Cleanthis picturæ. Aregontis picturæ. Maciſtia. Chalcis. Cruni. Samicum. ἐκεχειρία. Pylus ἠμαθόεσσα. Amathus flu. Mamaus. Pamiſus flu. Scillus. Phelo. Minthes mons.

Hedyosmios. cunueniſſet, in hortenſem mentam transformaſſe, quam plerique ἡδύοσμον uocant. Itaq; iuxta montẽ Plutonis templum eſt, frequenter à Maciſtijs adoratum. Super campum Pyliacum lucus eſt Cereris egregia fertilitate conſpicuus. Qui uero mari

Nedas flu. adiungitur, ad illud porrigitur interuallum, quod inter Samicum, & amnẽ Nedan

Ἠμαθόεις, Pylus. eſt, qui quidem fabuloſus & tenuis efficitur mari proximus, ut dubitare ex hoc de-

Hypana. beat nemo, Emathoëntem id eſt fabuloſam appellari Pylũ. Finitima Pylo ad Aqui-

Ctypanſa. lonem exilia fuere caſtella duo, Triphylica Hypana, atq; Ctypanſa, è quibus unum Elidis adiudicatum eſt accolis, alterum pro more manſit. Duo quoq; prope fluunt

Dalion flu. amnes Dalion & Acheron, Alpheũ intrantes. Acheronti propter inferni proprie-

Acheron flu. tatem inditum eſt uocabulum, quoniam ea in ore Cereris & Proſerpinæ, ac Pluto nis templa magno in honore ſunt, fortaſſe propter loci controuerſias, uti Scepſius inquit Demetrius. Nam cum egregios edat fructus, rubiginem frugibus, ac iuncũ ac tribulos producit Triphylia. Quapropter pro magna regionis fertilitate, & frequentes gigni ſterilitates euenit. Ad Auſtrũ autem Pylus habet Lepræum. Fuit &

Lepræum. hęc maritima ciuitas in ſtadijs quadraginta. Inter Lepræum et Amnium Neptun-

Amnius. ni Samij ſacellum eſt ſtad. centum utrinq; diſtans. Hoc illud eſt phanum, in quo Poëta dixit, Telemachum Pylios oſtendiſſe, dum ſacrificio darent operam,

Odyſſ. γ. οἱ δὲ πύλον νηλῆον δυκτίμενον πτολίεθρον ἵξον,
τοῖσι δ' ἄρ' ἐκτὸς ἔθυε θαλάσσης ἐνοσίχθονι ταύρους πᾶσιν ἐπ' ἰφθίμοισι νεηγενέας ἐνοσίχθονι ταύρους.

Deuenere Pylum Nelei turribus altam,
Hic maris ad ripam ſolennia ſacra ferebant,
Mactabantq; nigros Neptunno ad litora tauros.

Ipſi Poëtæ & quæ non ſunt, fingere ſuppetit, uerum cum poteſt & ijs quæ ſunt, ſalua narratione uerſus adaptat. Alioquin abſtinere, ad ſe magis attinebat. Agrum

Tegeatæ. fœlicem Tegeatę poſsidebant, quibus uicini fuerant Cypariſſij. Horũ uero ambo-

Cypariſſij. Platanijſtius. rum regio Cauconibus ſubdita erat, ſimul & Maciſtorum ager quem nonnulli Platanijſtuntem uocant, eodem nomine ager & oppidum. In terra autem Lepræa

Caucon. monumentum Cauconis extare ferunt, ſiue uetuſti cuiuſdam conditoris, ſiue alte-

Cauconcs. rius de gente nominati. Plurima quidem de Cauconibus memorantur. Nam & Arcadica uulgatur natio, ſicut & Pelaſgica, & alioquin errabunda, ſicut & illa. Scribit enim poëta, & Troianis auxiliares ſocios aduenijſſe: unde uero uenerint, nihil ſanè prodidit: reor autem è Paphlagonia. Illic enim quidam Cauconij nominantur, Mariandynis finitimi, cũm & ipſi Paphlagones exiſtant. De illis erit à

Mariandyni. nobis memoria facienda, cum eum ad locum deſcriptio ipſa conſiſtet. Nunc autem de Cauconibus qui Triphyliam habitant, ſcribendum etiam hoc eſt. Qui-

Cauconia. dam enim totum Elidis tractum à Meſſenia uſq; Dymam, appellauere Cauconiam. Antimachus quidem, Epeos, Cauconas uniuerſos appellat. Aliqui uero nequaquàm eos cuncta tenuiſſe aſſerunt, uerum bifariam diuiſos habitaſſe. Alios quidem ad Meſſeniam terram, prope Triphyliam, alios iuxta Dymam ad tractum Buprafium, Elinq; curuam. Ariſtoteles uero maxime eos hoc in loco ſitos agnouit. Itaq; dictis ab Homero magis, extrema concordat ſententia, & quæſtio ipſa

Neſtoris Pylos. prior ſolutionem accipit. Neſtor enim Triphyliacam incolit Pylum. Hæc autem ſunt ad auſtrum orientemq; ſpectantia, ad Meſſenium tractum Laconicumq; pertinentia, quę illius quidẽ iuris ſunt, tenent uero Caucones. Adeo ut è Pylo Lacedæmon

monem petentibus, per Cauconas iter facere neceſſe ſit, Samij uero Neptuni ſacellum, & uicinus illi portus, quem ſubijt Telemachus, ad occaſum uergit, & Arcton. Quod ſi hac in ora duntaxat Caucones habitant, quonam modo Poëtæ ſaluus eſt ſermo? In Odyſſea nanq; Neſtori Minerua mandat, ut Telemachum unà cum filio Lacedæmonem mittat in curru, ad partes quæ in orientem ſpectant. Ipſa uero naui ſeſe ituram in occaſum & in naui pernoctaturam, & deinde rediturã, & aurora luceſcente ad magnanimos Cauconas curſum habituram, ad debitum ſibi argentum redimendũ, rurſum uero uenturam. Quiſnam igitur modus iſte? Licebat enim ſic Neſtori ad eam uerba facere, Caucones penes me ſunt, & inter eundũ Lacedæmona, eam ob rem cur comes Telemacho eſſe abnuis, ſed retro uiam flectis? Erat etiam proprium ad exactionem debiti & quidem ingentis, ituro præſertim ad mortales Neſtoris ditioni ſubditos, aliquid ab illo opis implorare. Si quid ingratum (ut mos eſt) illi de pactis referretur, quod minime peractũ eſt. Si ergo hac in parte tantum Caucones habitarent, abſurda hæc omnia prouenirent. Verum cum diuiſi quidam ad Dymę, atq; Elidis loca ſint, illuc ſuum tenere curſum, Minerua diceret. Et nec ipſa nauis ingreſsio, nec comitatus abruptio, aliquid in uiam contrarium demonſtrans haberet. Pariter etiam nata de Pylo dubitatio conueniens aſſequeretur iudicium, cum paulo ulterius in loci deſcriptione uſq; Pylum Meſſeniã progrederetur. Nonnulli etiam Paronatæ dicebantur in Triphylia eſſe, montana circa Lepræum tenentes, & Maciſtum, ad mare uſq; peruenientia, iuxta Neptuni Samiacum ſacellum. Sub his duo ſunt ad litus antra, unum Nympharũ Anigriadum, in altero monſtrantur facta de Atlantidibus, & Dardani procreatione. Hic etiam ſunt Alpes Ionia, & Eurychidia. Samicum igitur arcis munimen eſt, quæ prius Samos appellabatur ciuitas, propter altitudinem, cum Samos cacumina uocitarent. Forte & hæc urbis Arenes fuerat arx, cuius in nauium catalogo recordationem Poëta fecit,

οἱ δὲ πύλον γἠμεμοντο καὶ ἀρῆνα ἐρατεινήν.

Hi coluere Pylon, & amandi collis Arenam.

Nuſquàm enim aperte reperientes, hac in parte maxime Arenam ſitam eſſe, cõiectura aſſequuntur ubi adiacens Aniger amnis, qui antea Minyeius appellabatur, non paruum dat documentum. Poëta enim inquit,

ἔστι δίετις ποταμὸς μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων,
ἐγγύθεν ἀρῆνης.

Eſt fluuius pelagi Minyeius rumpit in undas,
Arenam penes.

Apud Antrum enim fons Nympharum Anigriadum extat, ex quo ſuppoſitũ propè ſolum & paluſtre, & exhalationes fundens efficitur. Excipit autem plurimã aquarum partem Aniger, profundus quidẽ, ſeſeq; adeo ſupinans, ut ſtagnet. Locus autem cum arenoſus ſit, è ſtad. uiginti profundum litus exhibet, piſcesq; ad ueſcendum ineptos efficit. Quidam è fabula cauſam enarrant, cum Centauri quidam ſaucij hoc in loco è uulneribus, Hydrę uirus eluiſſent. Alij tradunt Melampodem, ut Prætidas purgaret ab inſania, his expiationis aquis uſum eſſe. Ex his irrigatio maculas albas, & impetigines ſanat. Qua ex cauſa Alpheum cum Alphos, id eſt maculas curet, nomen ſortitum eſſe, literis proditum eſt. Poſtquàm igitur antri reſupinatio, & maris refractiones manendi magis, quàm effluendi cauſam aquis

Samij Neptuni ſacellum.
Paronatæ.
Antrum Nympharũ & Atlantidis.
Anigriades Nymphæ.
Alpis Ionia.
Eurychidia alpis.
Iliad. β.
Samicum.
Sami quid.
Samus opp.
Arene.
Aniger.
Minyeius flu.
Iliad. λ.
Melampus.
Prætides.
Alpheus unde dictus.
Alphi quid.

tribuerunt, Minyeium amnem prioribus nominatum fuisse, perhibent, postea quosdam uocabulum peruertisse, & pro Minyeio Minterium usurpasse. Habet autem ueritas, & etymologia causas alias, ut Minyæ cum Nestoris matre Chloride, ex Orchomeno Minyeo uenerint, qui ex Argonautis procreati, è Lemno expulsi Lacedæmonem confugerunt. Ex ea deinde sese in Triphyliam recipientes circa Arenam oppidum domicilia construxerunt, ea in ora quam nunc Hypęsiam dicunt, quę tunc nulla Minyarum tecta, ædificiáue continebat. Eorum nonnulli duce Thera Antesionis filio (hic autem è Polynice prognatus est) nauigantes ad insulam inter Cyrenæas, Cretamq; sitam peruenere. Eam prius Callistam, id est, pulcherrimam, posterius autem Theram uocauere, teste Callimacho. Ibi Cyrenes metropolin ædificarunt, Theramq; nominauere, & insulam eodem quo ciuitatem nomine insignitam reddiderũt. Inter Anigrum, & montem ex quo Iardanus effluit, pratum ostenditur & insigne sepulchrum, & Acheæ petrę, eius montis rupes abscissæ, super quibus Samos (ut diximus) ciuitas condita est, de qua nauigandi scriptores non admodum posteritati memoriam reliquerunt, forte, uel quia iam dudum diuulsa est, uel quia in obscuro sita sit. Posidium siue Neptunium lucus est, sicuti diximus, ad mare positum, cui excelsum cacumen incumbit ante Samicum (sic enim modo uocatur, ubi Samos erat) adeo ut è mari conspici nequiret. Ibidem campus est Samicum nominatus. Ex quo maior fieri coniectura potest, aliquando Samum urbem extitisse. Est & Rhadina in qua Stesichorus poëma scripsisse uidetur, cuius initium est,

Minyeius unde.
Minterius.
Minyæ.
Chloris.
Hipæsia.
Theras.
Callista.
Iardanus.
Acheæ petræ.
Samos.
Posidium.
Samicus cãput
Rhadina.
Stesichori poëma.

ἄγε μοῦσα λιγεῖα ἄρξον ἀοιδᾶς ἱερατῶν
ὕμνος Δαμίων περὶ παίδων
ἱερατᾶ φθεγγομένα λύρᾳ.

Age canora Musa cantum incipe,
Laudésque de filijs Samijs,
Resonanti amabiliter Lyra.

Hinc filios appellat. Rhadina enim Corinthi dedita Tyranno, dicitur è Samo flante Zephyro nauigasse, non quidem ex Ionica Samo. Eius autem fratrem Architheorum eodem uento delatum Delphos aduentasse. Ipsius etiam Rhadinæ patruelem Erontem ad eam curru prouectum esse Corinthum. Tunc tyrannus cum utrunque mactasset, cadauera curru exportanda curat, inde pœnitentia ductus, reuocatos sepulturæ mandat. Ab hac Pylo, & Lepræo ad Messeniam, Pylum & Coryphasium arces incumbentes pelago CCCC. stad. interuallum est, & ad insulam Sphagiam illis adiacentem, ab Alpheo stad. DCC. L. à Chelonata mille ac triginta. In medio est Macisti Herculis sacellum & amnis Acidon, qui præter Iardani sepulchrum labitur, atq; urbem Chaan, quæ quondam Lepreo uicina extiterat, ubi Ephasius campus iacet. Huius Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pylios conflatum, pleriq; aiunt, cuius mentionem fecit Homerus, & scribendum sic esse censent,

Architheorus.
Sphagia insul.
Macistus Hercules.
Acidon flu.
Chaa.
Ephasius campus.
Homeri locus Iliad. π.

ἤβωμ' ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο
ἀγρόμενοι πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι
φειὰς παρ τείχεσιν. id est,

Celadon.

Ea utinam ætate pubescerem, quando præcipitem ad Celadontem
Aggregati Pylij & Arcades strenui
Penes Pheæ mœnia.

Hic

Hic non ſcribendum Pheę ſed Chaę ad mœnia, neq; Celadontē. Hūc enim ſepulchro proximum allabi Iardani, & uiciniorē hunc Arcadibus locum eſſe, quàm illum. Ad mare Triphylicum Cypariſſina eſt, & Pyrgi, id eſt, turres & fluuius Acidon & Nedia flumen, nunc quidē Triphylię & Meſſeniæ terminus, impetu è Lycæo Arcadię monte delatū è fonte, quem Rhea cum Iouem eſſet enixa, rupiſſe fertur in fabulis, ut unde lauaret, haberet. Præterfluit autem Phygaliam ubi Pyrgitæ gens Triphyliorum extrema, Cypariſſijs Meſſeniorum primis confines ſunt. Priſcis uero temporibus alij erant termini, ut aliqui trans Nediam ſubiecti Neſtoris eſſent, & Cypariſſentem, & alia ulterius uti mare Pylium, poëta protendit, uſq; ad urbes VII. quas Achilli ſpondet Agamemnon. Cūctę uero prope mare Amathoentis Pyli habitantur, hoc eſt iuxta mare Pylium. Poſt Cypariſſentem ad Meſſeniam Pylum, propter Coryphaſium nauiganti, Erena occurrit, quam nonnulli Arenam prius uocari eodē quo Pyliaca nomine, falſo arbitrantur. Eſt & Platamodes à qua ad Coryphaſium & Pylum (ſic enim modo uocāt) ſtad. c. ſunt. Eſt & Cenerium, & in eo quoddam oppidulū eodem uocabulo dictum. Nec uero tantopere priſca indaganda ſunt, at uero ſatis eſſet, quonam modo hac tempeſtate ſingula ſeſe habent proferre, niſi nobis ab ineunte pueritia fama quædam de hiſce tradita foret. Cumq; alij alia memorent, indicare neceſſe eſt. Cæterum ij quorum illuſtriora ſunt nomina, quiq; antiquitate præcellunt, plurimū ſibi fidei uendicant, cum in experiundo primarij ſint. Cumq; Homerus in hoc genere uniuerſos antecellat, quæcunque ab eo dicta ſint, ſimul diſcutienda ſunt, & ad præſentia cōcurrere oportet, ſicuti & paulo antea dicebamus. Quæ igitur ab Homero de caua Elide, atq; Bupraſio traduntur, prius à nobis examinata fuere, de illa uero quę Neſtoris ſubdebatur imperio, hunc profert in modum,

Cypariſſina.
Pyrgi.
Nedia flu.
Phygalia.
Pyrgitæ.
Erena.
Arena.
Platamodes.
Cenerium.

οἱ δὲ Πύλον τ' ἐῢ ναιόμενον καὶ ἀγλαὸν ἐρατεινὴν,
Θρύον ἀλφειοῖο πόρον καὶ ἐΰκτιτον Ἄῤῥην,
καὶ Κυπαρισσόεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον ἔνθα τε μοῦσαι
αὐτόμεναι θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου οἰχαλιῆος.

Il. β. Iliad. in Catalogo.

Qui coluere Pylum, & amœnæ mœnia Arenæ,
Inde uadum Alphei Thryon, altis turribus Aepy,
Et Cypariſſentem, ſimul Amphigeneam habebant,
Ac Helos & Pteleon, tum Dorion, aſt ibi Muſæ
Threicio inciderant Thamyri, reſonoq; canore
Priuauere uirum, Oechalia tum forte profectum,
Regis ab Euryti regno, Oechaliaq; creati.

Thamyris.

Hæc igitur Pylos, de qua inquiſitio fit, de ipſa uero mox perſcrutabimur. De Arena diximus. Quam uero nunc uocat Thryon, alibi Thryoëſſam appellat,

ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις αἰπεῖα πολώνη
πηλοῦ ἐπ' ἀλφειῷ.

Thryon. Thryoëſſa. Iliad. ν.

Vrbs Thryoëſſa manet montis ſublime,
Eminus Alpheo.

Alphei uero uadum iccirco dicit, quoniam eo in loco pediti tranſitu facilis eſſe uideatur. Hodie uero Epitalium Maſticiæ locus uocatur. Cum autē dicat, altis turribus Æpy, quęrunt aliqui, utrum utrius adiectiuū ſit, & quę nam urbs, nunquid

Epitalium. Aepy quid.

Margalæ. quæ Margalæ, Amphipoliæ terræ hoc tempore nominãtur. Hæ quidem nullum natura munimen habent. Alterum in Masticia commonstratur, naturale munimen habens. Hoc quidem intelligens urbis nomen Aepy, hoc est, sublime dixit, ex eo quod illi situ naturali obuenerat. Sicut Helos, id est paludem, & Aegialum, hoc est litus, aliáque permulta, Margalan, id est rubicundam forte per oppositum. Thryon, & Thryoessam Epitalium aiunt appellatam, quia tota ea regio thryo, id est iuncis aut uluis passim referta est, flumina præsertim, amplius hoc ipsum apparet, ad loca fluminis uadosa, unde & forsan Thryon transitum uadúmque dici aiunt. Aepy uero altis munitum turribus Epitalium inquit. Natura enim ualidum est oppidum. In alijs nanque Epeam Colonam, id est sublime cacumen ait,

Helos unde. Aegialú quid. Thryos quid. Aepy opp.

Iliad.n. ἔστι δ' ἔτις θρυόεσσα πόλις ἀκρῆα λελοῦνη
τηλοῦ ἐπ' ἀλφειῷ, νεάτη πύλος ἠμαθόεντος.

Vrbs Thryoëssa manet montis sublime cacumen
Eminus Alpheo, postrema Pyli Amathoëntis.

Cyparisseis. Maciστum. Cypariſſia. Amphigenea. Hypsoes. Pteleum.

Cyparisseis est circa pristinam Macistiam, quæ deserta est, sicut & Macistum. Alia est Messeniaca Cyparisia, eiusdem similiter nominis, ut illa dicitur Cyparisia numero singulari genere muliebri, amnis uero Cyparisseis dicitur. Et Amphigenea Macistiæ censetur, circa Hypsoëntem, ubi Latonæ templum est. Pteleum uero ab ijs, qui è Thessalico Pteleo habitaturi uenerunt, ædificatum est. Ibi enim dicitur,

Iliad.B. ἀγχίαλόν τ' αὐλῶνα καὶ ἄκρην Πτελεὸν λεχεποίην.

Atq; Antrona salo propius, Pteleumq; uirescens.

Pteleasimum.

Etenim nemorosum est, ac minus habitabile, quod Pteleasimum uocitant. Helos sunt qui oram quandam penes Alpheum esse dicant, alij urbem uti Laconicam, sicut dicitur Helos maritimum oppidulum. Quidam circa Helos Alorium, siue paludem, ubi Dianæ Elaææ templum situm est, Arcadiæ subiectum. nam Arcades eius sacerdotium gerebant. Dorium, quidam montem, quidam campum esse scribunt, cuius hoc tempore pars nulla monstratur. Aliqui tamẽ Olurin nunc, seu Oluram in Messenia ualle iacentem, Dorium uocant. Illic prope Oechalia Euryti est, quæ nunc Andania dicitur, urbs Arcadiæ tenuis, cuius nominis est altera in Thessalia, altera etiam in Euboea. Ex hac proficiscentem Thracem Thamyrin ad Dorium à Musis musica fuisse spoliatum, poëta commemorat. Ex his patet, ut Nestori subiecta plaga ex utraq; Alphei ripa iaceat, quam Pyliorum omnem terram nominant. Cæterum Alpheus nulla in parte neq; Messeniam, neque curuam attingit Elin. Quain ora Nestoris est patria, quam Triphyliacam Pylum appellamus, & Arcadicam, & Lepræaticam. Etenim cæteræ Pyli mari uicinæ ostenduntur, hæc autem amplius stad. xxx. supra mare distat, quod & Homeri uersus indicant. Nuntius enim ad Telemachi comites mittitur ad nauem, qui eos inuitet ad hospitium, cum Telemachus in reditu è Sparta Pisistratum ad urbem currum agitare non sinit, sed flectentem ad nauigium accelerare. Tanquam non eadem ad ciuitatem & ad portum uia sit, quando retro facienda Telemachi nauigatio, hoc modo proprie dicitur,

Helos Aloriũ. Diana Elaæa. Dorium. Olura. Oechalia. Andania. Thamyris. Pylij. Triphyliaca Pylos. Pyli plures.

Locus Homeri Odyss.o. βὰν δὲ ποδὶ ἱερσνὸν δ' χαλκίδα λαιψηρέεθρον,
δῦσιν δ' ἠελίῳ, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
ἐς δὲ φέρας ἐπέβαλον ἀγαλλομένην διὸς οὔρῳ.

ἐς

ἠδὲ παρ' ἠλιδα δῖαν ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.

Prælapsis Crunos, & pulchras Chalcidis undas
Occiderat Phœbus, terrasq; inuoluerat umbra,
Cymba Pheras adijt, Iouis aspirantibus Euris,
Elida dehinc diam, late hic dominantur Epei.

Hucusq; sanè in septentrionem tenditur nauigatio, hinc ad ortum flectitur cursus. Rectũ autem iter omittit nauis, & quod initio ceperat, & quod Ithacam ducat. Quoniam Proci pelagus inter Ithacam & Samum iacens, insidiantes occuparant. Hinc rursus insulis sese immisit Thois. Thoas autem acutas dixit. Hæ autem insulæ sunt Echinades, primis Corinthiaci sinus partibus, simul & Acheloi proruptionibus proximæ. Flectens uero cursum ab Ithaca, ut ad Austrum consisteret, denuo ad suum sese iter conuertit, in Acarnaniæ & Ithacæ medio, & per alteram insulæ partem reducitur. Non autem per medium Cephaleniacum fretum, quod Proci per insidias seruabant. Si quis igitur Eleæam Pylum Nestori subiectam existimet, non sanè proprie diceretur, nauem præter Crunos hinc, atq; Chalcidem usq; ad solis occasum deferri, dehinc noctu Pheras adijsse, & tunc præter Eleam oram cucurrisse. Hæc nanq; Elidis loca in austrum sunt spectantia. Primæ quidẽ Pheræ, postea Chalcis, dehinc Cruni, deinde Pylos Triphyliaca, & Samicũ. Ex Pylo igitur Elidis in austrum nauiganti, hic maritimus cursus esset. In septentrionem autem nauiganti ubi est Ithaca, omnia hæc postea relinquuntur. Hæc uero Elea plaga præternauiganda erat, & quidem ante solis occasum, is autem post occasum inquit. Atqui iterum si quis Messeniacam, & Coryphasiam Pylum, initium nauigationis à Nestore capiendæ ponat, maius esset interuallũ, temporisq; longioris. Ipsum autem ad Pylum Triphyliacam, & Samicũ Neptuni templum stad. cccc. est. Nauigatio quoque prope Crunos, & Chalcidem, & Pheram circunducitur, quæ ignobilium fluuiorum sunt uocabula, imò sanè riuulorum. Sed penes Nedam primũ, deinde Cydonem, dehinc Alpheum, & regiones inter hos positas. Postremo si & illorum facienda sit mentio, etenim præter illos nauigatio agenda erat, atqui Nestoris enarratio, quam ad Patroclum de bello Pyliorum aduersus Eleos digerit, magno nobis est documento, de his quæ explanare aggressi sumus, si quis uersus ipsos diligenter animaduertat, in quibus ait, Cum Hercules Pyliam popularetur oram, & iuuentus uniuersa defecisset, è filijs duodecim, quos Neleus tunc habebat, solum Nestorem fuisse superstitem, adolescentulum admodum. Quo circa Epeos Neleum senio & orbitate obsitum floccifacientes, superbe contumelioseq; Pylios conculcasse. Contra illos igitur Nestorem, suis quoscunque potuit adunatis, Eleum inuasisse agrum, & multam inde prædam abegisse, quinquaginta boum armenta, totidem ouium, totidem suum, totidem caprarum greges, equas pilo flauo c. & l. equinis ferè cunctas pullis sectantibus. Plurima, inquit, eadem nocte intra Pylum Neleiamq; urbem impulimus, ut cũ die quidem incursionem populationemq; fecerit, & ferentes contra se subsidium fuderit, fugaritq;, quo in tempore Itymonea trucidarit, noctu reuersus fuerit, ita ut noctur-nus ad urbem accesserit. Ipsis autem circa distributionem, & sacrificium occupatis, Epei tertio post die peditum, & equitum multitudinem congregantes, exercitum contra ductarunt. Ac Thryon super Alpheo situm circunlocatis castris obsederunt. Quod ubi statim intellexere Pylĩ, ad ferendam opem concitati sunt,

Thoæ quare dictæ insulæ.
Echinades.
Pheræ & si alij legunt Phea.
Chalcis.
Cruni.
Pylos.
Samicum.
Iliad. ν.
Nelei filij.
Nestoris cum Epeis bellum.
Itymoneus.
Thryon.

atq; circa Minyeium flumen, penes Arenam urbem, nocte acta inde mouerunt, & ad Alpheum meridiani peruenerunt. Dehinc diis immolantes iuxta flumen noctem ipsam transegere, illicoq; erumpente aurora prælium conseruere. Edita uero splendide hostium fuga, non ante sectantes, occidentesq; cessauere, quàm Buprasium, petramq; Oleniam, & Alesium peruentum est, ubi Colonam uocant. Quo ex loco Pallas populum retrouertit, & Achæi è Buprasio Pylum celeres equos agitarunt. Ex his igitur quonam modo aut Eleam, aut Messeniam dici quisquam Pylum existimet? Eleam quidem, quæ cum popularetur, simul & Epeorum terra ab Hercule populabatur, hæc autem Elea est. Quo etiam pacto mutuas inter se populationes passi & finitimi talem superbiam & talem contumeliã capessere debuerãt contra illos, qui pari affecti fuerant iniuria? Qualiter autem in oram propriam incursatione facta prædas agerent? Qualiter tandem eosdem simul populos Augeas & Neleus regno continerent, cum mutuas inter se inimicitias exercerent? Si grande Neleo debitum in Elide clara debebatur, quatuor uictores equi, palmam referre soliti ipsis cum curribus, qui de Tripode cursum agitaturi erant, hos ipsos subinde rex hominũ Augeas retinuit, agitatore dimisso. Quod si hoc in loco Neleus habitabat, & eo in loco Nestoris sedes erat, qua ratione Eleorum & Buprasiorum,

Augeas.
Neleus.

in Catalogo. τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
νῆες ἕποντο θοαὶ, πολέες δ' ἐμέβαινον ἐρεταί;

Quatuor ductores erant, & ductorem quenq; sequuntur
Epei. Veloces bisquinque rates, comitantur Epei?

Regio autem quatuor in partes diuisa erat, quarum in nulla Nestor erat,

Ibidem. οἱ δὲ πύλον τ' εἶχεμενον καὶ ἀρήνην ἐρατεινήν.
Qui coluere Pylon & amœnæ mœnia Arenæ.

Et reliqua usq; Messenam. Epei uero aduersus Pylios erumpentes, quomodo ad Alpheum incitantur atq; Thryon, aut quomodo ibi cõmisso prælio in fugam uersi ad Buprasium sese recipiunt? Rursus si Hercules Messeniam populatus est Pylon, quomodo tanto disiuncti spatio in eos contumelias inferebant, & multa inter se conuenta pactaq; seruabant, & quod amplius est, abnegatis debitis bellum contraxerunt? Quem autem in modum Nestor agrum incursans, & tantũ suum, pecudumq; præ se agens prædam, è quibus nulla nec celeriter ire, nec longam facere uiam ualet, plus stad. mille iter absoluit, ad Pylon Coryphasio proximam? Illi autem tertio die ad Thryoëssam, & Alpheum amnem peruenĩut, oppidum ipsum obsessuri. Hæc autem loca qua ratione ipsis Messeniæ principibus attineant, continentibus & habentibus Cauconibus, & Triphylijs & Pysanis. Sed ipsa Gerena

Gerenia.

siue Gereniam (utroq; enim modo dicitur) quidam nominauere, forsitan de industria sic nuncupatus locus, quanquam fortuito quoque ita nominari ualuit. Vniuersa uero Messenia Menelai regno suberat, cui & Laconica sicuti posterius patebit. Cum Pamisus per hanc effluat & Medon, Alpheus uero nullo pacto qui tellurem Pyliam percurrit, cui Nestor imperitabat, cuius probabilis sermo ille fuerit, quod uirum alienum educit in regnũ, & annumeratas illi ciuitates adimat, cunctasq; suæ subiectas ditioni faciat. Restat de Olympia dicere, & de traductis ad Eleorum subiugationem rebus omnibus. Est in agro Pysano templum ab Elide stad. minus trecentis absens. Ante illud uero lucus agresti uestitus olea surgit, in quo stadium iacet. Alpheus autem alluit ex Arcadia labens, & Triphyliacum in-

Messenia.
Pamisus.
Medon.
Olympia.
Alpheus.

trans

trans mare, inter occasum ac meridiem. Initio quidem ex Olympij Iouis oraculo ingentem sibi claritatem uendicauit, eoq; deficiente nihilominus templi fama remansit. Et quantum ipsi nouimus adaucta est & celebritatis gratia, & ludorum Olympicorū causa, quos sacros & corona illustres, & inter alios omnes è quibus maximos arbitrantur. Magno illi ornamento fuere, tot oblata ex uniuersa Græcia munera, præcipuum extitit solidum ex auro Iouis simulacrum, à Cypselo Corinthiorum tyranno donatum. Ingentior his omnibus Iouis statua fuit, quam Phidias Charmini Atheniensis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tanta, ut cum ædes sacra sit amplissima, artifex ipse non recte symmetriam aut proportionem uidetur annotasse, sedentem effingens, tectum ferè uertice pertingentem. Vnde aperte demonstratur, ut si erectus exurgat, tectum templi dejciendum fuisset. Statuæ mensuram inscripsere quidam, id quod Callimachus quodam carmine iambico extulit. Multum Phidiæ attulit adiumentum Pandænus, è sorore illius nepos, operisque suspiciendi socius, cum ad statuam coloribus adornandam, tum uero ad amictum. Picturæ quoque plurimæ mirabilésque demonstrantur in templo, illius opera. Vnum de Phidia memoriæ proditum est, ab eo Pandæno responsum, qui cum Phidiam interrogaret, quod nam ad exemplar Iouis statuam facturus esset, ad Homeri respondit † imaginem, quam hisce uersibus explicauit,

olympici ludi Iouis Olympici templum, simulacra & donaria.

Phidias & eius opus.

Pandænus.

† Exemplar potius, παράδειγμα.

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Iliad. a.

Atq; supercilijs Saturnius annuit atris,
Ambrosiæ fluxere comæ de uertice regis
Æterni, ast nutu magnum concussit olympum.

Pulchre nimis dixisse uisus est cū alijs ex partibus tum uero ex supercilijs. Quoniam poëta mentem, cogitationemq; prouocat, ut summam quandam formam & magnam, ac Ioue dignam potentiam, denuo pingat. Sicut in Iunone, ipsum pariter in utroque decorum obseruans. Inquit enim,

ἕσσατο δ' ἐν θρόνῳ, ἑλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.

Sederat in solio, longumq; reuoluit olympum.

In illa uero euenit, ut tota cōmoueretur, cum tantum annuente Ioue supercilijs occurreret. Et aliquid simul patiente coma, lepide, aperteq; nimirū dictum est, Qui deorū imagines uel solus uidet, uel solus ostendit. Digni uero profecto sunt Elei, quibus magnificentiæ & honoris in Olympiæ templum causa tribuatur. Troianis enim temporibus, & adhuc antiquioribus, nulla fœlicitatis parte florebant, à Pylijs primum, deinde ab Hercule in ima depressi, cum Augeas rex illorum in perniciem tractus est. Cuius quidem rei signum est, quoniam illi quidem ad Troiam misere naues XL. At Pylij, & Nestor XC. Posterius autem post Heraclidarum reductionem cōtra obuenit. Ætoli enim simul cum Heraclidis, cum Oxylo redeuntes, & cum Epeis cohabitantes, cognationis uetustate, curuam Elin ad dignitatis amplitudinē extulere, & Pisanos magna agri parte multauere. Et Olympia illorū iuri subdita fuit, & agonem ipsum Olympicū ab illis excogitatū atq; inuentum fuisse constat, & Olympiades primas, ut illi pariter celebrabant. Antiqua enim illa omittenda sunt, & de templi ædificatione, & de ludorū institutione, cū nōnulli asserant

Augeas.

Elis.

olympicus agon.

Olympiorum origo.

Herculem unum ex Idæis dactylis, earum rerum authorem extitisse. Alij Herculem Iouis & Alcmenæ filium, quem etiam primum ibi decertasse, & palmam comparasse tradunt. Hæc enim cum multifariam uulgentur, non multum fidei consequũtur. At propius uero est, quod ab Olympiade prima, in qua Corœbus Eleus in cursu uictoriam adeptus est, usque ad sextam & uicesimam & ipsius templi, & ludorum præfecturam Elei obtinebant. Troianis uero temporibus agonis illius uel corona, uel gloria nulla erat. Ex ijs autem, qui nunc illustres habentur agones, nec iste nec alius ullus fuerat. Quorum memoriam nullam facit Homerus, nisi funebrium aliquorũ. Tametsi quidam arbitrẽtur illum Olympici meminisse, cum Augeam inquit, quatuor equos intercepisse in certamine primos, qui ad ludorum præmia uenerant. Referuntq; ideo Pisanos Troiani belli participes minime fuisse, quia Ioui consecrati censerentur. Nec uero Pisea tellus Augeæ regno subiecta fuit, in qua Olympia est, sed Elea solum. Nec in Elea Olympicorũ ludorum certamen agebatur, ne semel quidem, sed in Olympia semper. Ille etiam agon, qui nunc pro-
Iliad. n. ponitur in Elide factus apparet, in qua debitum illud debebatur. Nam debitũ erat in Elide dia (ut poëta testatur) quatuor uictores equi, & iste quidem non erat corona insignitus. nam cursus super Tripodis præmio futurus erat. Ille autem post sextam & uicesimam fuit Olympiadem. Pisani igitur recuperata suorum possessione, agonem ipsi cõficiebant, cum tanta celebratũ gloria intuerentur. Aliquot post temporibus Pisea rursus plaga in Eleorum iura concedente, denuo ad eosdem concessit agonis & ludorum institutio. Lacedæmonij quoq; ad id suam operam contulerunt, post ultimam Messeniorum destructionem, contra quos ipsi socia arma coniunxerant. Quo in tempore Nestoris nepotes & Arcades pro Messenijs bellũ susceperant, adeoq; sociam illis nauarunt operam, ut oram uniuersam usq; Messe-
Elea ora. nios fines Eleam appellari contigerit. Quæ & in hoc usq; tempus perdurat. Pisanorum autem & Triphyliorum & Cauconum, ne nomen quidem esse reliquum. Ipsamq; Pylon Amathoenta ad Lepræum cultoribus implerunt, ut morem gererent, & ipsis Lepræatis bello uictoribus gratificarentur. Aliosq; complures pagos distraxerunt, quos per se ac Marte suo res suas gerere uolentes aspicerent, à quibus & tributa exegerunt. Tractus autem ipse Pisæ plurimum nominis consecutus est,
Oenomaus. Pelops. in primis propter principes ipsos longe lateq; potentes, Oenomaum scilicet eiusq;
Salmoneus. successorem Pelopen, & illius filios complures. Salmoneus quoq; hoc in loco imperitasse traditur. Itaq; Pisana regione in urbes octo diuisa, harum una Salmone uocatur. Has ob res & Olympicum templum, & regio magnopere per ora uirũm, & omnium præconia uolitat. Ea uero uia antiquæ audiendæ sunt historiæ, ut eas
Pisana regio. Salmone. inter se minime consonantes recognoscamus. Iuniores enim repugnantia sæpenumero referre putant, sicut Augeam Pisanæ plagæ regnum tenuisse, Oenomaum uero & Salmoneum, Eleæ. Quidã autem gentes ipsas in unum coniungunt. Sequenda uero sunt magis quæ concordia fiant, cum & ipsum Pisæ nomen recta ne-
Pisa unde dicta. quaquam ratione explanent. Aliqui enim ciuitatem Pisam à fonte Pisa nomine, eodem quo fons uocabulo appellari. Fontem uero ideo Pisam uocari, à pitissando,
Olympus mõs. ut quasi potricem intelligamus. Vrbem autẽ in sublimi ædificatã uertice monstrãt,
Ossa. duos inter montes Ossam & Olympũ, quo nomine & alteri in Thessalia nuncupantur. Nõnulli ciuitatẽ nullam Pisam fuisse contendunt. nam inter octo illas esse
Besa. Cyceſius. reperiretur. Cæterũ fontem dũtaxat affirmãt, qui nũc Besa uocatur iuxta Cycesiũ,

quæ

quæ ex illis octo amplissima una est. Stesichorus regionem quoq; Pisam ciuitatem uocari scribit, ut poëta Lesbum Macaris urbem, Euripides quoq; in Ione tragœdia, Eubœa, inquit, quædam Athenis uicina ciuitas est. Et in Rhadamantho, qui terram, inquit, Eubœam habitant finitimã ciuitatem. Et Sophocles in Mysis, Asia quidem tota uocatur operegrine, Mysorũ uero urbs appellata Mysia. Verum Salmone fonti sui nominis uicina est, de quo fluit Enipeus Alpheũ ingrediens. Nũc uero Barnichius nominatur. Huius amore captũ fuisse Tyronem memorant, *Mysia. Enipeus. Barnichius.*

ἣ ποταμῷ πεδάσασ' ἐνιπῆος θείοιο. *Odyss. λ.*

Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum.

Hoc enim in loco illius genitorem Salmoneum imperasse aiunt, ut in Æolo scribit Euripides. Alterum sanè in Thessalia Enipeum scribunt, qui ex Othry oriens accipit Apidanum è Pharsalo delabentem. Apud Salmonem autem urbs iacet Heraclea, ex illis octo & ipsa una, distans ab Olympia stad. XL. penes Cytherium flumen posita, ubi Goniades Nymphæ sacellum habent, de quibus opinio est, ut aquis earum morbos sanitati restituant. Iuxta Olympiam consistit & Epina, & hæc ex octo una, per quam Partheniας excurrit amnis, ubi ad Phyræam ascenderis. Est autem Phyræa in Arcadia supra Dymæam & Buprasium, & Elidem sita, quæ ad Arcton adiacent Pisanæ regioni. Ibidem est & Cycesium ex octo una, atq; Dispontium, ea in parte, qua ex Elide itur Olympiam. Iacet autem plano in campo, deletumq; est omnino, & incolæ magna ex parte Epidamnũ, id est Dyrrachium & Apolloniam commigrarunt. Pholoë quoque Olympiæ proxima immi- net Arcadiæ mons, adeo ut agri Pisæi radix existat. Sic uniuersa Pisana regio, & maior Triphyliæ tractus, Arcadiæ confinis est. Hanc ob causam loca ipsa Pylia (quæ in Catalogo describuntur) maxima ex parte iuris esse uidentur Arcadici, quod tamen periti negant. Ex his enim fluuijs, qui labuntur in Alpheum, Amarynthum esse, qui Arcadiam terminet, extra illum uero, hæc sita esse loca. Ephorus autem tradit Ætolum cum Epeo & Pisanto ex Elide à rege Salmoneo eiectum, in Ætoliam sese recipientem, regioni nomen à se tribuisse, & urbibus illis habitatores imposuisse. Ab hoc per generis successionem procreatum Oxylũ Heraclidis à Temeno prognatis familiaritate ac beneuolentia coniunctum, eisq; Peloponnesum repetentibus ducem extitisse, & hostilem illis agrum dispartisse, aliaq; documenta suppositisse ad continendam regionis possessionem, pro quibus quidem meritis hanc accepisse gratiam, ut in Eleum regnum, quod ei fuerat auitum, reduceretur, adunato postmodum ex Ætolia exercitu, in Epeos Elidis occupatores aduentasse, occurrentibusq; cum armis Epeis, postquam aduersariæ utrinque consti terant copiæ, ad singulare de uetusto Græcorum more, certamen processere Pyrechmes Ætolus, & Degmenus Epeus. Degmenus quidem solo instructus arcu, ut qui armis obsitum longinquo sagittæ iactu, facile esset superaturus. Pyrechmes autem fundã tenens, lapidumq; sacculum, intellecto aduersarij dolo, nuper autem fundæ speciem ab Aetolis repertam, itaque cum longinquior fundæ iactus fuisset, occidisse Degmenum, & uictores Aetolos eiectis Epeis, terram occupatam tenuisse, & sic Olympiaci curam templi suscepisse, quam prius habuerant Achæi, ob intimamq; Oxyli erga Heraclidas beneuolentiam conueniisse facile cunctos, adactos iureiurando, ut Elea terra Ioui dicata & consecrata foret, quisquis contra locum arma ferret, quisquis etiam contra ferentem non ulcisceretur, *Apidanus. Pharsalus. Heraclea. Cytheriũ flu. Goniades nymphæ. Epina. Partheniat. Phyræa. Dymæa. Buprasium. Cycesij situs. Dispontium. Pholoë. Pylia loca. Amarynthus. Aetolus. Aetolia. Oxylus. Degmeni & Pyrechmi certamen. Aetolus. Fundæ inuentio.*

& pro uiribus non ſuccurreret, eum nefarium & abominabilem haberi. Qua ex
Elis. cauſa, qui poſterius Elidem ædificijs auxere, ſine mœnibus nudam reliquere, quiq; per agrum exercitus ductarũt, arma tradidiſſe, donec ea fines egreſſi reciperent. Ab
Iphitus. Iphito autem Olympicum agonem inſtitutum conſtat, cum Elei ſacri forent. Tali
Olympici agonis inſtitutio. bus ex initijs creuiſſe hominum dignitatem. Nam cum cæteri mutua ſemper bella inter ſe gererent, ſolis iſtis longã extitiſſe pacem, quod non illis modo ſed etiam ex-
ternis obtigit, adeo ut pluſquã reliqui omnes hominũ frequentia uiguerint. In qui
Phedo Eleus. bus Phedon origine decimus à Temeno, omnium ætatis ſuæ potentiſsimus fuit,
Temenus. qua ex re effectum eſt, ut cum Temeni ſtirpem plurimas in partes diſperſam, ſen-
Menſuræ Phedoniæ. ſim tabeſcere contingeret, eam recuperatam foueret. Hic menſuras excogitauit, à
Ponderum inuentor. quo etiam Phedoniæ uocitantur, & pondera, & nummum cum alium, tum argen-
Nummi inuentor argentei. teum ſignari docuit, inuentas inſuper ab Hercule ciuitates, additis augere populis. Ipſe etiam poſitos ab illo ludos, & agonas ponere dignũ eſſe arbitratus eſt, in qui-
bus Olympiacum eſſe uoluit, quem ui & potentia ueniens poſuit, cum Elei nulla propter pacem haberent arma, quibus Phedonem inhiberent, & reliqui hominis poteſtate uicti tenerentur, Elei tamen hanc ipſam poſitionem inſcribere minime uoluere. Sed ob hoc, iam comparatis armis, ſibi ipſis opem ferre cœperunt. Quam quidem ad rem manum atq; operam attulere Lacedæmonij, ſeu quia proſpere ce-
dentibus ex pace rebus inuiderent, ſeu quia ad Phedonis deſtructionem eos adiu-
tores habere cogitarent, à quo de Peloponneſi principatu deiecti forent, quem illi
Eleus tractus. prius obtinebant. Sic res Phedonis deletæ fuere, qui tamen Piſeam terram & Tri-
phyliam Eleorum iuri conſtruxerat. Tractus Eleus ætatis huius nauigationis to-
tius ſpatium habet, ſinibus non computatis ſtad. mille ac ducentorũ. Hæc quidem
Meſſenia regio de Elidis ora. Meſſenia uero terra Eleæ contigua eſt, maiori ex parte ad auſtrum, &
Africanum pelagus inclinans. Hæc autem Troianis temporibus Menelai ſubde-
Meſſena ora. batur imperio, cum Laconicæ regionis pars eſſet. Ora quidem ipſa Meſſena uoca
batur. Eam uero quã hac ætate Meſſenam urbem nominant, cuius arx fuerat Itho-
Ithome. me, nõdum ædificatam eſſe contigerat. Excedente uero rebus humanis Menelao, poſtmodumq; ijs qui Laconicæ gubernacula ſuſceperant, ad impotentiam reda-
ctis, Nelei nepotes Meſſeniæ regnum occupauere. Quo tempore fuit Heraclidarũ reuerſio, facta regionis diuiſione, quando Meſſeniorum regnum Melanthus ha-
bebat eorum qui ſuis regerentur inſtitutis, cum antea Menelai ſceptro paruiſſent. Cuius rei documentum eſt, è ſinu enim Meſſenio, & Aſinæo illi proximo, qui ſic
Aſina. ab Aſina Meſſenia nominatur, ſeptem fuere oppida, quæ dotis nomine Achilli
Locus Homer. pollicebatur Agamemnon,

Iliad. 1. καρδαμύλω, ἐνόπῃ τε καὶ ἱρῇ τροίεσσαν,
φηράς τε ζαθέας, ἠδ' ἄνθειαν βαθύλειμον,
καλλίπτολιν τ' ἄπιαν καὶ τηλόεσσαν ἀμπελόεσσαν.

Cardamyla. Cardamyla, Enope, Hira herboſa,
Enope. Pheræ diuinæ, Antea pratis conſpicua,
Hira. Pheræ. Pulchra Æpea, & inter uineta poſita Pedaſus.
Aepea. Pedaſus. Eas ſanè ſi nec ſibi nec fratri pertinuiſſent, nequaquam ſpopondiſſet. Commili-
tones è Pheris Menelaum comitatos, poëta manifeſtat, cum partim Laconico cœ-
tui, partim Meſſenio annumeret ſinui. Extat autẽ Meſſena poſt Triphyliam. Eſt autem mons utriq; communis, poſt quem & Coryphaſium & Cypariſſia eſt, atq;

inter

inter ſtad. VII. mons Aegaleos, inter illum & mare incumbit. Antiqua igitur Pylos Meſſenia ſub Ægalio ciuitas erat, ea uero diſcerpta, quidam ſub Coryphaſio habitauere. Eam uero ſecundo reædificarunt Athenienſes, quo tempore cum Eurymedonte ac Stratocle in Siciliam nauigabant, ut aduerſus Lacedęmonios murum interponerent. Ibi eſt & Cyparíſsia Meſſenia, & Sphagia inſula penes Pylū adiacēs, quæ eadem & Sphacteria nuncupatur, ad quam Lacedæmonij CCC. è ſuis uiros amiſerunt, uiuos in poteſtatem ab Athenienſibus per obſidionem redactos. Ad hanc maritimam oram, duæ Cyparíſsiorū extra in pelagus præiacent inſulæ, quos Strophades appellant, ab continenti ſtad. CCCC. diſtantes, ad africanum atq; meridianum pelagus. Hanc Pylum Meſſeniorum nauale quondam fuiſſe, Thucydídes author eſt, à Sparta uero abeſt ſtad. CCCC. Ordine deinceps ſita eſt Methone. Hanc eſſe aiunt ex ijs VII. unam, quā Agamemnon ſpopondit Achilli, Pedaſum appellatam. Eo in loco Agrippa Bogum Mauriſiorum regem, Antonij partes ſecutum in Actiaca pugna, ſupplicio affecit, locumq; inter nauigandum intercepit. Methone autem contiguus eſt Acritas Meſſenij ſinus initium. Diciturq; etiam Aſineus ab urbe Aſina, primo ipſius ſinus oppidulo, cuius nominis & alia eſt Hermíonica. Hoc quidē ſinus initiū ad occaſum ſpectat. Ad ortū autē ſunt Feneſtræ (ſic enim uulgo uocantur) Cinędio ac Tęnaro nūc Laconicis cōfines. A Feneſtris uero inchoans intermediam Pylum offendes, quam Bætylū plerique nominant. Inde Leuctra, quę à Bœotijs Leuctris deducta fuit colonia. Dehinc in petra ualido munimine ſita eſt Cardamyla. Poſtea Pheræ urbi Thuriæ atque Gerenijs finitimæ. Quo ex loco Neſtorem Gerenium uocitari traditur, quoniam ibi ſalutem (ut díximus) comparauit. Oſtenditur quoq; in Gerenio agro ſacellum Aeſculapij, Tricæum cognomine, quod uenientes è Theſſalica Tricca mortales illud condidere. Fama eſt Leuctrū & Charadram & Thalamos nunc Bœotios uocatos cultoribus à Pelope ex Bœotia quibuſdam introductis habitatos, cum ſororem eius Nioben nuptui locaſſet Amphioni. Præter Pheras autem Nedon amnis per Laconicum labitur agrum, alter à fluuio Neda. Neduſiæ uero Palladis cognomento inſigne templū habet. Eſt etiā in Pœeeſa Neduſiæ Palladis ſacellū nobile, à Nedonte loco nomen aſſecutę. A quo ductis habitatoribus Teleclus Pœeeſam coluiſſe prædicatur. Simul & Echeas atq; Tragium, ex prolatis VII. urbibus promiſsis Achilli. De Cardamyla quidē, & de Pheris explicauimus atq; Pedaſo. Cæterū Enopen quidā Pelanam nominant, aliqui uero locum quempiam Cardamylę adiacentem, quidā Gereniam terram, Hiran autem cōmonſtrant in monte iuxta Megalopolin Arcadię ciuitatē, qua ad Ardaniā iter habetur, quam à poëta Oechaliam uocari ante diximus. Nonnulli Meſolam hoc nomine nunc appellari aſſerunt, quę inter Taygetum & Meſſenā ad ſinum pertinet. At Æpea hoc tempore Thuria dicitur, quā Phęris conterminā cōmemorauimus, ſita uero eſt in excelſo colle, unde ἄκπτα, id eſt celſa, nomen ſortita eſt. A Thuria uero ſinus Thuriates, in quo ciuitas quædam fuerat Rhium nomine, è regione Tęnari. Antheam quidā ſanè Thuriam ipſam eſſe aiunt, nōnulli quoq; Æpeam Methonen, alij uero eam quę inter Aſinam Meſſeniā urbem, proprie pratoſam nuncupatam, cuius urbs eſt Corona mari uicina, & hāc nōnulli Pedaſum à poëta nominatā eſſe inquiūt. Omnes quidē pelago proximæ. Cardamyla quidem ad mare iacet. Pheræ uero à mari diſtant quinq; ſtad. ſpatio. Illa quidem æſtiuam habet ſtationem, reliquæ uero maritimis inæqualiter utuntur

Aegaleos. *Eurymedon.* *Stratocles.* *Sphagia.* *Spacteria.* *Strophades.* *Methone.* *Bogus rex.* *Acritas ſinus.* *Aſina.* *Hermionica.* *Feneſtræ opp.* *Bætylus.* *Leuctra.* *Cardamylæ ſitus.* *Pheræ.* *Thuria.* *Geren. Neſtor.* *Tricca.* *Thalami.* *Niobe.* *Nedon flu.* *Neduſia Pallas.* *Pœeſa.* *Echeæ.* *Tragium.* *Enopæ ſitus.* *Pelana.* *Hiræ ſitus.* *Megalopolis.* *Ardania.* *Oechalia.* *Meſola.* *Æpea unde dicta.* *Thuria.* *Thuriates ſin.* *Rhium.* *Anthea.* *Aſina pratoſa, i. βαθύλειμος.* *Corona.* *Cardamyla maritima.*

Pamisi fluuij magnitudo. Erana.

interuallis. Prope Coronã circa ferè mediũ sinum Pamisus effluit amnis, hanc etre liquas ordine positas, dextrorsum habens, quarũ nouissimę in occasum spectantes sunt, Pylus & Cyparissia, harum media est Erana, quam nõnulli Arenã falso quon dam crediderunt, Thuriã uero & Pheras sinistrorsum. Hic inter omnes isthmi flu uios magnitudine prȩcellit, tametsi non amplius stad. c. à fonte profluat, abundan tes per Messeniũ campum oramq; Macariam, id est fœlicem, trahẽs aquas. Hic ipse fluuius à ciuitate Messenia stad. cc. & l. distat. Est & alius Pamisus per ualles ser= pens tenuis, circa Leuctrũ Laconicũ, de quo Messenij aduersus Lacedȩmonios cõ trouersiam sub Philippo rege habuerunt. Quem (ut antea diximus) quidã Ama= thum appellauere. Ephorus scriptis prodidit, Cresphontem, postquã Messeniam terram subiugauit, eam quinq; in ciuitates diuisisse, sicuti in superioribus expositi= mus. Ita ut Steniclarus in huius regionis medio posita, regia illi sedes institueretur. Inde Iamitem legatum Pylum & Rhium misisse, qui Messenios omnes eodem & pari cum Doriensibus iure faceret, quare cum Doriensibus indignatione concita= ti forent, ipse pœnitentia ductus, solam Steniclarum ciuitatem censuit, & ad hoc Dorienses cunctos adegit. Verum Messeniorum oppidũ Corintho perquam si= mile est. Mons enim prȩruptus prȩcepsq; incumbit utriq;, cõmuni muro cõprehẽ= sus, ut in arcis usu sit. Ille quidẽ Ithome, hic autem Acrocorinthus appellatur. Quo circa Demetrius Phalereus Philippo cõmode dixisse uisus est. Quin has, inquit, ur bes ambas capessis, si adipiscendę Pelopõnesi cupiditate duceris? Vtroq; enim cor nu bouem continebis. cornua quidem Ithomẽ atq; Acrocorinthũ, bouẽ uero Pe= loponnesum esse dictitans. Hac igitur opportunitate propter urbes istas concitata sȩpius esse bella. Corinthũ igitur à fundamentis esse deiectam, rursumq; restitutã, & Messenã à Lacedȩmonijs quidem esse destructam, à Thebanis autẽ instauratã, & à Philippo Amyntę filio postea, uerum arces ipsę inhabitatę mansere. Dianę ue= ro palustrę templũ in Laconicæ siue Messeniæ terræ finibus est, ubi utriusq; popu= lus cõmune sacrificium, conuentumq; celebrabat. In eo profectas feriatũ uirgines Messenij procaciter incesserant. Cum autem Messenij nullis uiolatores pœnis mul tassent, cõflatum est bellum. Ab hac palude, Dianæ templum in Sparta constru= ctum est, cognomento Palustre. Rebellantibus autem sȩpenumero Messenijs, fre= quenter dimicatum est. Primam igitur eorum subiugationẽ à patrum patribus fu= isse Tyrtęus in suo testatur poëmate. Secundam uero, qua Eleos, & Argiuos, & Pi sȩos, socios assumentes desciuere, cum Arcades Aristocratem regem Orchomeni, ducem exhibuere belli, Pisȩi uero Pantaleonem Omphalionis filium. Quo in tem= pore ipse illius belli Imperatorem sese Lacedæmoniorum fuisse testatur, in eo Ele= gorum opere, quod Eunomia, id est bona inscribitur institutio. & paulo post,

Macaria ora.

Cresphontes.

Steniclarus oppid.

Iamites.

Messeniorum oppidum.

Ithome.

Acrocorithus.

Demetrij dictum.

Corinthus.

Dianæ Palustre fanum.

Aristocrates.

Pantaleo.

Tyrtæi Eunomia.

αὐτὸς γὰρ κρονίων καλλιστεφάνου πόσις ἥρης
ζεὺς ἡρακλείδαις τὴν δὲ δέδωκε πόλιν,
οἷσιν ἅμα προλιπόντες ἐρινεὸν ἠνεμόεντα,
εὐρείαν πελοπ-νᾶσον ἀφικόμεθα. id est,

Ipse enim Saturnius coronatæ Iunonis maritus Iuppiter,
Hanc Heraclidis urbem tradidit,
Quibus cum nos uentosam linquentes Erineum,
Ad amplissimum peruenimus Peloponnesum.

Itaq; aut ipsum carmen Elegiacũ authoritatẽ amiserit, aut Philochoro neganda fides

fides est, & Callistheni, alijsq; compluribus, qui ex Athenis & Aphidnis illum aduentasse memorant, cum Lacedęmonij Apollinis responsa flagitassent, qui ut ducem ab Athenien sibus peterent edixit. Ductu igitur & auspicio Tyrtæi, secundum gestum est bellum. Tertium subinde ac quartum constitisse bellum ferunt, in quo Messeniorũ ruina consecuta est. Tota uero Messenij tractus nauigatio, finibus cõputatis, ad stad. DCCC. foret. At enim plus quàm satis est, nostra diuertit oratio, dũ loci notitiam ex historijs tractam sectamur, plurima tamẽ omittentes, desolata iam regione Laconica, si ad uetusti status comparationem reuocetur, qui tam præclari populi multitudine olim floruerat. Nam præter Spartam exilia quædam numero circiter XXX. restant oppidula. Verumenimuero cum priscis annis centenis prę sset urbibus Hecatompolin uocitatam, memoriæ datum est. Inde quotannis per eos boues centenos immolari consuetum fuerat, quod sacrũ Hecatombas appellabant. Post sinum Messenicum deinceps subest Laconicus, inter Maleas & Tænarum, paulatim à meridie uergens in ortum. Centum autem ac XXX. distant stad. à Tænaro Thyrides, id est Fenestræ, in Messeniaco existentes sinu confragosum, quod & præceps est fluentum. Super has Taygetũ imminet. Est uero mons super mare, non grandis admodum, cæterum excelsus & erectus, ex aquilonis parte Arcadiæ radices cõtingens, adeo, ut in medio uallis relinquatur, qua Laconicæ Messenia coniungatur. Taygeto autem subijcitur Sparta, & Amyclæ in regione mediterranea, ubi Apollinis templum & Pharis locata est. Ipsius uero urbis solum in curuo magis loco sedet, licet in medio montes assumantur. Nec uero pars ulla stagnat, cum prisco tempore suburbium late stagnum haberet, & proinde illud lacus uocaretur. Liberi quoq; patris delubrum intra lacum existebat, quod hodie ædificium habet in arido. In ipso autem litoris inflexu Tænarus, ripa erecta est, sacram Neptuni ædem constructam continens in luco. Propinquaq; spelunca est, per quã Cerberum ab inferis superius reductum ab Hercule, fabulæ canunt. Ex eo loco ad promontorium Phycontem, uersus austrum interuallum Cyreneæ est stad. trium millium. Ad Siciliæ uero promontorium Pachynum, in occasum uersus, quatuor millium DC. Aliqui stad. mille IIII. dicunt. Ad Maleã uero in ortum, DC. LXX. cum sinu computantur. Verum ad † faucem Asini, depressam quandam Cherronesum interius Maleam, D. et XX. Horsum prominet intra stad. XL. insula quędam Cythera, commodis instructa portubus, & eiusdem nominis urbe, quam Eurycles ętate nostra Lacedęmoniorum ductor in peculiaris iuris possessionem uendicauit. Circumcirca pusillę quędam insulę, partim propiores, partim aliquanto remotiores adiacent. Ad Cretæ sanè promontorium Corybum, nauigatio propinquissima stad. CC. & L. post Tænarum, cum ad Asini faucem, Maleamq; nauigas, Amathus occurrit urbs. Inde Asinæ atq; Gythium Spartanorum nauale nobile, intra CC. & XL. stad. ædificatum. Habet autem, ut traditur, nauium stationem manu effossam. Deinde fluuius Eurotas inter Gythium & Acteos erumpit, hactenus præter litus commode nauigatur stad. CC. & IIII. postea palustris ora est, & uicus Helos, id est palus, nomine, qui prioribus annis, Homero teste, ciuitas extitit,

Laconica. Sparta. Hecatompolis Laconica. Hecatombæ. Laconicus sin. Taygetum. Sparta. Amyclæ. Pharis. Tænarus. Cerberi spelũca. Phycus prom. Cyrenea. Malea. γνάθον. i. mandibulam, forte potius. Cythera. Eurycles. Corybũ prom. Amathus. Asinæ. Gythium. Eurotas flu. Helos uicus.

οἵτ' ἄρ' ἀμύκλας εἶχον, ἠλῶτ' ἔφαλόν τε πολίεθρον. Iliad β.

Quiq; Helos oppidulum pelagi, atque tenebat Amyclas. Helius.

Helius uero Persei filius illud ędificasse perhibetur. Est & campus nomine Leuca, inde ciuitas in Cherronesso sita Cyparissia cum portu. Dehinc faux Asini portũ Leuca. Cyparissia. Asini mandibula.

Boia. continens, dehinc urbs Boia, post Malea, ad quam ab Asini fauce stad. sunt centũ
Malea. quinquaginta. In agro Laconico ciuitas est Asopus. In confecto ab Homero Cata
Asopus. logo Messam quidam nusquã monstrari dicunt, & Mesoan Spartani agri partem
Messa. esse negant, sicut & Linnæum. At quidam sic Messam admittunt, ut per extremæ
Mesoa. abscissionem syllabæ Messenam dictam cogitent. Quoniam & hanc agro attine-
Apocopes usus frequentatus. re Laconico asserant. Ad quod ipsius poëtę utũtur exemplo, qui κρῖ pro κριθὴ, id est
κρῖ. hordeum, & ἅλω pro ἅλωμα, id est tectũ, usus sit, & alia alij sic posuere. Et etiam Heros,
ἅλω. βρῖ. Automedonq́, & Alcinus pro Alcimedon. Et Hesiodus, qui βειδὺ & βειαρὸν βρῖ dí-
ἐξ. νὶ. cit. Sophocles uero et ὕωρ γὰρ ῥᾴδιον ῥᾷ inquit. Et Epicharmus λὶ pro λίαν. Et συρακὼ pro
ὄψ. συρακῶσας. & Simias ἁλοᾶ pro ἁλοάων. Apud Empedoclem uero una fit ex dua-
ξλ. bus syllabis, ὄψ pro ὄψις, id est facies & uisus. Et apud Antimachum, Cereris quí-
dem Eleusinæ sacra, ὄψ pro ὄψις, id est facies, & ἄλφι pro ἄλφιον. Euphorius quoq; ξλ
ψῖ. pro ξύλον, id est clauum, dicit. Apud Philetam uero ancillæ, quæ in Calathis albam
πλᾶ. ferunt ψῖ pro ψῖον, id est lanam, & uellus. Inuentumq́ πηδᾶ pro πηδάλια, apud Ara-
tum, hoc est gubernacula & clauos nauium. Ex alijs oppidis, quorum poëta me-
minit, quædam dicta sunt, nonnulla prorsus deleta sunt, aliquorum adhuc uestigia
restant, quorundam permutata sunt uocabula, sicut Augiæ, Egeæ. Nam in Lo-
Augiæ. Egeæ. crensi plaga nulla penitus superfunt. Lan à Castore & Polluce per obsidionem ex-
Las opp. pugnatam, scriptis commendatum est. Inde illi Lapersæ appellati fuere. Apud So-
Lapersæ. phoclem per Lapersas, id est Geminos, iuratur, sicut & per Spartanos & Argiuos
deos iuratur. Ephorus posteritati prodidit Eristhenem & Proclem Heraclidas, re-
Laconicæ partes. dactam in potestatem oram Laconicam sex in partes diuisisse, ipsamq́ inductis in-
Amyclæ. quilinis per ciuitates ordinasse, Vnam itaq́ particulam eximiam Amyclas excepis
se, & proditori tradidisse, qui Laconicam illis regionem exhibuit, quiq́ suasu suo
præfectum loci, ut tutus abiret, & cum Achiuis in Ioniam commigraret, induxit,
Sparta. Spartam uero regale sibi ipsis domicilium declarauere. Ad reliquas singulos reges
dimisere, concedentes ut cohabitatores admittere liceret, qui uellent aduenas, cum
* Videtur hic quædam deesse, quæ in Græco quoq; desiderantur. tot ubi mortales defecisse cernerent, usos autem Laimeni opera. † Finitimos uero
cunctos, licet Spartanis subiectos paribus tamen legibus ac iure uiuere in societa-
tem ciuitatis adscitos, communionemq́ magistratuum. Eos autem Helotas uoca-
Agis. ri. Cæterum Agin Eurysthenis filium ius illud dignitatũ æquabile ademisse, man-
Helotarum bellum. dasseq́ ut Spartæ tributa conferrent, cæteros quidem paruisse, Eleos autem qui E-
Elei. los habitant, rebellasse, ipsos inde ui & armis bello superatos, in seruitutem perpe-
tuam damnatos, certis impositis conditionibus dominis ipsorũ, nullo pacto licere
aut libertate donare, aut extra fines eos uenundare. Hoc illud bellũ est, quod ad-
uersus Helotas uulgatur. Helotica etiam seruitus usq; in Romanorũ perdurans im-
perium, superatamq́ Laconicam, quam rex Agis demonstrauit. Illos quodammo
do Lacedæmonij publicos habebant seruos, assignatis sibi quibusdã habitaculis,
& cõtributis peculiariter ministerijs. De Laconica sanè reip. institutiõe, eiusq́ mu-
tatione, permulta erũt omittenda, cum late cognita sint, attamen pleraq; digna me-
Phthiotes. moratu sunt. Fama est enim Achęos Phthiotas unà cum Pelope Pelopõnesum in-
Peloponnesus. gressos, habitasse Laconicam, Illos autem adeo uirtute præstantes excelluisse, ut
Argos Achaicum. cum Peloponnesus per multos prius annos Argos uocaretur, ea tempestate Argos
Laconica. Achaicum nominari cœptum sit, nec sola Peloponnesum, sed etiam proprie Laco
Homeri locus. nicam eo modo appellatã. Illud autẽ poëtæ, ubi nam Menelaus erat? non quidẽ in
Achai

Achaico Argo, sic accipiendum quidam arbitrantur, non quidem erat in Laconica post Heraclidarum reditū, cum Philonomus regionem illam Dorien-sibus pro didisset, è Laconica in Ioniam migratū est, ea est quam hodie Achaiam nominant. *Achaia.* De ipsis etiam in rebus Achaicis explicandis amplius uerba faciemus. Quod qui Laconicam obtinebant, initio quidem uiri modestia prædi-ti fuerant, postea uero *Lacōica resp.* quàm rei publicæ gubernacula Lycurgo commendata sunt, tantum cæteros ante-cesserunt, ut è Græcis soli terræ ac maris adipiscerentur imperium, tamq; diu Græ-corum principatum tenuere, donec eis Thebani ducatum ademere, & secundum illos continuo Macedones. Veruntamen nec illis omnino cessere, sed suarum le-gum institutione seruata, de prioris loci maiestate contentionē semper habuerant, & aduersus Græcos, & contra Macedoniæ reges. Quibus per Romanorum ar-ma deletis, paulum quiddam missis populi Ro. ducibus obstiterunt, tunc à tyran-nis & improbis reipublicæ legibus oppressis. At pristina nonnihil dignitate re-parata, præcipuo in honore fuerunt, & sua in libertate manserunt. Vt præter ami-corum ministeria, aliud nihil tributi nomine conferrent. Eis uero nuper Eurycles perturbationem importauit, cum malam in partem Cæsaris amicitia fretus, immo derate & ultra quàm par est, illorum præfectura usus est. Desijt autem confestim ipsius dominatus, cum ipse, ut oportuit, concessisset è uita, & eius filius talem o-mnem amicitiam auertisset. Euenit etiam ut Laconicæ liberatores quendam gubernandæ ciuitatis ordinem capesserent, postquā finitimi primi Ro. adhæserūt imperio, & reliqui & Elotes, tyrannis seruiente Sparta. Hellanicus author est, Eu-rysthenem & Patroclem ciuitatis regimen ordinasse. At Ephorus increpat, cum ipsum nullam prorsus Lycurgi mentionem fecisse dicat, & illius actiones alijs, & quibus nihil attineat, ascribat. Soli itaque Lycurgo sacellum esse factum, & *Lycurgi sacel-lum.* annua fieri sacrificia. Illis autem licet urbi habitatores induxerint, ea nequaquàm esse tributa, ut ab eis Eurysthenidas & Patroclidas uocari contingeret. At pri-*Eurysthenides Patroclides.* mos authores nequaquam ab Agide Eurysthenis filio, Agidas computatos es-*Agides.* se, quod omnibus urbium conditoribus, & earum habitandarum authoribus at-tributum est. Eius rei causam asseri, quod homines suscipientes aduenas, per illos potentatum uendicarunt. De horum natura locorum, atq; Messeniorum hæc acci pienda sunt, quę scribit Eurypides, Laconicam quidem latum arandi campum ha-*Laconicæ situs* bere, cæterum cultu difficilem. Inter montes enim curua, circumeuntibus collibus dura atq; aspera, hostibus ad incursandum minime patens. Messeniam uero fru-*Messeniæ ager* ctuosam, aquis irriguam, innumerabilibus plaustris et bobus refertam, pastoribus copiosa suppeditantem pascua, non hybernis flatibus hyematu molestam, nec rur sus solis quadrigis immoderate feruidā, & infra è sortibus, quas de plaga ipsa fece-runt Heraclidę, primā Lacenę terrę fuisse & primariam telluris nationem. Secun-dam autem Messeniæ oræ, cuius maior est uirtus, quàm ulla explicare ualeat ora-tio, qualem & Tyrtęus ipse prędicabat. Verum cum ipse Laconicam et Messeniam *Tyrtæus notatur.* Pamiso disterminari asserat, qui pelagus incitatior intrat, concedi minime assenti-*Pamisus.* or, qui mediam quidem Messeniam perlabitur, neq; eam quę nūc Laconica appel-latur attingit. Nec illud ab eo recte dicitur, quod cum Messenia atq; Laconica pari-ter mari sunt uicinæ, ipsam longe à nauigatione abesse refert, sed & Elin male ter-minat, cum ultra quidem processeris Elis uicina Ioui flumen emittit. Nam siue *Elis.* quæ nunc terra uocatur Elea, dicere uelit, quæ Messeniæ contermina est. Huic ne

contiguus quidē est Pamisus, sicut Laconicę. Ipsum enim per mediam fluere Messeniam dixit. Siue ipsam uetustam curuam Elin appellatam, intelligat, longe magis à uero excidit. Post Pamisi traiectum, magna est Messeniæ pars. Inde tota Pherarum regio atq; Messeniorum, quam Triphyliam uocabant antea. Dein Pysana ora & Olympia. Postmodum stad. CCC. interuallo Elis. Cum scriptores quidam Lacedæmonem Cetoëssam appellant, alij Cætaëssam, quærunt quam in partem accipienda est Cetoëssa, siue à cetis id est balenis, siue quia magnam intelligamus, quod uero similius est. Subinde Cætaëssam quidam dici arbitrantur, quia herba calamintho, id est nepita, uehemēter est abundans. Alij ab rimis appellari, quas terræmotus efficiunt, qui χασμοὶ uocantur, Laconicam uero frequentibus terræmotibus agitari. Spelunca etiam quædam pro carcere apud Lacedæmonios est, quam Cætam nominant. Aliqui etiam tales cauernas Cous dici malunt, unde & illud †θηρσὶν ὀρεσκῴοισιν, id est in speluncis cubantes feras, poëta dixit. Taygeti quoq; cacumina quædam abscissa fuisse, memorię nonnulli prodidere. Sunt & latomię, id est, lapicidinæ pretiosorum lapidum Tęnariorum, à Tænaro multis iam seculis. Nuper autem ingens in Taygeto metalli patefacta est effossio, impensas ad eam Romana suppeditante luxuria. Vrbem autem ac regionem eodem Lacedæmonijs appellari uocabulo, uel Homero constat authore, regionem autem dico cum Messenia, cum de arcubus mentionem facit,

Triphylia. Cetoëssa quare Lacedæmon appellata. Cætaëssa unde dicta. χασμοί. Cætaspelūca. κῶοι. †Locus Homeri Iliad. libr. α. quanquā apud Homerū legatur φηρσίν. Latomiæ Tænari.

Odyss. φ. δῶρα τὰ οἱ ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυχήσας
Ἴφιτος Εὐρυτίδης.
Pulchros illi dedit Iphitus Eurytides hospes
In Lacedæmone occurrens. Tum subinfert,

Ibidem. τὼ δ' ἐν μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοισιν
οἴκῳ ἐν Ὀρσιλόχοιο.
Ambo inuicem in Messena in Orsilochi domo coiere.

Pherarum locum dicit, cuius pars fuit Messenia. Itaq; nihil differt illi, dixisse communiter, dedit in Lacedæmone occurrens, Et, ambo inuicem coiere. Nam Pheras Orsilochi domum fuisse liquet,

Odyss. γ. ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος Πυκτεΐδαο
υἱέος Ὀρσιλόχοιο.
Ad Pheras uenerant domum Dioclei
Orsilochi filij, Telemachus atq; Pisistratus.

Pheræ. Pheræ autem ad Messenium agrum pertinent. Quando autem ex Pheris discedentem inquit Telemachum, die toto agitasse iugum ait, dehinc addens,

Vltimum carmen Odyss. γ. Principium δ. Odyss.
δύσετο τ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί
οἱ δ' ἴξον Διόκλῆος Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
πὼς δ' ἄρα δώματ' ἔλων.
Sol petit occasum, subeunt Lacedæmona magnam,
Inq; domos agitant, Menelai urbs accipienda est.

Quod si ita non sit, è Lacedæmone in Lacedæmona peruenisse uidebitur, alioquin Menelai habitaculum in ipsa Sparta nec fuisse, credendum erit. Cúmque ibi non conueniat Telemachum dicere, Spartam Pylúmque proficiscor. Sic enim regionis & urbis epitheta coincidere uidebuntur, nisi forte hoc poëticæ concedendum sit licentiæ. Contrarium enim, ut Messena cum Laconica Pylóque Nestorea sit. Neque per seipsam instructam, in ipso nauium catalogo, neque

in

necꝫ in partem communiter ueniſſe militiæ. Poſt Maleam autem ſinus excipit Argolicus, ac Hermionicus. Ille quidem uſqꝫ ad Scyllæum nauigãti, ad orientem ſpectat, & ad Cycladas, alter magis ad ortum quàm iſte, uergit ad Æginam terramꝙ Epidauriam. Sinus quidem Argolici primas partes Lacones habẽt, reliqua tenent Argiui, in quibus ſunt & Apollinis templũ, Delium Laconum. Quo nomine & Bœotium eſt: & Minoa caſtellum, quo uocabulo eſt & Megaricum: & Limera Epidauria, ut inquit Artemidorus. Scribit autem Apollodorus ipſam apud Cytheram eſſe. Quæ cum cõmodiſsima portu ſit, breuiter ac præciſe Limeram, quaſi λιμένηραν, id eſt portuoſam appellatam eſſe nomine permutato. At ipſa Laconicæ nauigatio ſtatim à Malea inchoans, uſque longum in ſpatium aſpera fit, tamen ſtationes & portus habet, reliqua ripa bonis eſt prædita portubus. Paruæ quædam illi adiacent inſulæ, haud ſanè memorabiles. Argiuæ autem ſunt Praſiæ ac Temenium, in quo humatus eſt Temenus. Et prior locus eſt per quem Lerna fluuius, eodem quo palus nomine, fluit, in qua tantas de Hydra poëtæ fabulas ediderunt. Ipſum uero Temenium longe ab Argo VI. & XX. ſtad. diſtat. à mari ab Argo ad Heræum XL. hinc uſqꝫ Mycenas decem. Secundum Temenium, Nauplia eſt, Argiuorũ nauale, ſic proprie dicta, quod eò naues nauigent. Ab hoc ficta eſſe de Naulio, & filijs eius ab hiſce iunioribus dicitur. Nec enim illorũ immemor extitiſſet Homerus, Palamedis uidelicet, cuius tanta ſapientia & intelligẽtia oſtentatur, quẽ iniuſte ac doloſe necauere Pelaſgi, nec Nauplij qui circa montem Caphareum, tantam hominum cladem cõmiſit ac funera. Ipſorũ genealogia præter alia fabulis plena errore temporum profertur. Concedatur ſanè ut Neptuno procreatus ſit, quonam uero modo ex Amymone matre genitus ſit, qui Troianis adhuc temporibus uitam agebat? Poſt Naupliam ſpeluncæ ſunt, & in illis Labyrinthorum ædificia, eas uocant Cyclopeas. Dehinc alia loca, & ordine ſinus Hermionicus ſitus eſt, quẽ cum in Aegina locus ordinet, ipſa etiam circuitionis partitio haud ſanè deſpicienda, nobis indicauit. Eius initium ab Aſina eſt oppidulo, dehinc Hermione, atque Trœzen. In ipſo maris curſu præiacet inſula Calauria XXX. ſtad. habens in circuitu, medio maris brachio ſtad. quatuor à continente ſegregata. Subinde ſinus eſt Saronicus, qui & Pontus à quibuſdam uocatur, & à nõnullis Poros, id eſt tranſitus, à quo & pelagus Saronicum dicitur. Cunctus ipſe tranſitus proximus ab Hermionico mari, & Iſthmico, & Myrtoo, atqꝫ Cretico nomen aſſequitur. Ad Saronicum Epidaurus pertinet, & procumbens inſula Ægina. Deinde Cenchreæ Corinthiorum nauale ad orientem ſpectans. Inde Schœnuntis portus, cum ſtad. V. ac XL. nauigaueris. A Malea uero in ſummam collectis ſtad. mille & DCCC. Ad Schœnuntem portum anguſtiſsima iſthmi tellus eſt, quâ nauigia tranſuectantur, ubi eſt Neptuni phanum Iſthmij. Sed hæc in præſentia omittantur. extra enim Argiuam terram iacet. Repetentes autem Argiuam perluſtremus oram, & ante omnia quotifariam apud poëtam dicitur Argos, & per ſe & addito epitheto. Cum uocet interdum † priſcum, aliâs Iaſum, equeſtre quandoqꝫ uel Pelaſgicum, uel equorum alumnum. Nam & oppidum Argos dicitur, ſicut illud,

ἄργος τὲ σπάρτη τὲ. id eſt,
Argosqꝫ & Sparta,

Et,
οἱ δ' ἄργος τ' εἶχον τίρυνθά τε. id eſt,
Quiqꝫ habitant Argos, Tirynthaqꝫ,

& Peloponneſus,

Argolicus ſin.
Hermionicus ſinus.
Lacones.
Delium.
Minoa.
Argiui.
Limera.
Praſiæ.
Temenium.
Lerna lacus.
Heræum.
Mycenæ.
Nauplia.
Palamedes.
Nauplius.
Amymone.
Cyclopeæ ſpeluncæ.
Hermionici ſinus.
Aſina.
Hermione.
Trœzen.
Calauria.
Saronicus ſin.
Poros.
Epidaurus.
Aegina.
Cenchreæ.
Schœnus.
Neptunus Iſthmius.
Argiua ora.
*Ἀχαικὸν legitur Græce, id eſt Achaicum, interpres uidetur legiſſe ἀχαιῶν.
Argos multiplex.
Argiui.
Iliad. A.
Iliad. B.
Iliad. Δ.

ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ. id est,

Ædibus in nostris in Argo.

Danai. Achiui. Nec enim urbs erat eius ædes, & uniuersa Græcia. Vnde omnes Græcos uocat
Thessalia. Argiuos, sicut & Danaos & Achiuos. Cognominationem igitur per epitheta distinguit, Thessaliam quidem Argos Pelasgicum uocitans, ut

Iliad. β. ὅσοι Πελασγικὸν Ἄργος ἐνάιον.

Quot Pelasgicum Argos habebant. Et Peloponnesum sicuti,

Iliad. ι. εἰ δ' ἐκὼν Ἄργος ἱκοίμεθα Ἀχαϊκόν.

Sin Argos ueniemus Achæum. Vel,

οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαικοῦ.

Achei. Ex Argo non erat Achæo.

Significans hic quod Achæi proprie Peloponnenses alia quadam significatione nominarentur. Argos quoq; Iasum Peloponnense dicit, sicuti, si omnes Achæi
Iasus Argos. Argos intuerentur Iasum, & Penelopen ut plureis procos acciperet. Non enim ex uniuersa Græcia procos capere uerisimile fit, sed propinquos. Equestre uero & equorum alumnum cõmuni quadam proprietate dicit. De Græcia uero deq; Græcis & Pangræcis controuersia est. Thucydides enim poëtam nullo in loco Barbaros appellasse dicit eam ob rationem, quia Græci, nondum in unũ nomen, quod contrarium est ab usu, discernebantur. Authoritate etiam Apollodori solos Thes-
Hellenes. Græci. saliæ incolas uocari Hellenes seu Græcos liquet. Myrmidones etiam Græci, id est Hellenes nuncupabãtur. Hesiodus sanè & Archilochus & qui Græci & qui Pangræci uocarentur, profecto omnes nouere. Alter enim Prætidas inquit, Pangræci petiere Græci, alter Pangræcorum ait calamitas concurrit ad Thasum. Aliqui ue-
κατηθίασιν. ro contra † ponunt, quod poëta & hos & barbaros nominauit, Caras Barbarilo-quos appellans, & Græcos omnes,

Cares βαρβαρόφωνοι. ἀνδρὸς, τὸ κλέος εὐρὺ κατ' Ἑλλάδ' ἀκὰ μέσον Ἄργος.

Græciam adit uaga fama uiri medium q; per Argos.

Odyss. α. & alibi. Argiuorum urbs magna ex parte planis in locis sita est, promontorium Lariss-
Larissa. Inachus. Lyrcius. Cynuria. sam nomine habens, collem ualde septum, in quo Iouis phanum est. Fluuius iuxta labitur Inachus inter saxosas conualles, qui oritur ex Lyrcio ad Cynuriam montem Arcadiæ. Quæ de illius fontibus fabulosa uulgantur, poëtica sunt cõmenta. Argos quoq; aquis carere, commenta sunt cum dicitur,

θεοὶ δ' οὐ θέσαν Ἄργος ἄνυδρον.

Dij posuere Argos lympharum protinus expers.

Cum regio curua sit, amnibus rigua, paludes & lacus exhibens, oppidum quoque plurimos aquis uberrimos abundantes puteos continet minimeq; profũdos, accusant & fraudem illam multi,

καίπερ ἐλέγχισος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην.

Sitiui, accessi reprobatis passibus Argos.

Hoc autem est, uel sanè pro eo quod est πολυπόθητον, hoc est, scilicet uehementer
πολυδίψιον. optatum, uel χωρὶς τοῦ δ. id est, δ litera adempta, πολυίψιον, ut πολύφθορόν τε δῶμα, id est,
προϊάψαι. magno opere noxium, & pernicioſum habitaculum, sic hanc Pelopidarũ domum appellat Sophocles προϊάψαι ἰάψαι & ἰάψασθαι, cladem quandam importare significat, & damnum, ut quibusdam in locis ostendit Homerus,

Odyss. β. νῦν μὲν πειρᾶται τάχα δ' ἰάψεται Ἀχαιῶν. id est,

Nunc tentate quidem, fors natos lædet Achiuũm.

χόα παλὸν ἰάϕα. id est,
Pulchrum lædet corpus.
ἄϊδι προϊάψειν. id est,
Dein merget auerno.

Iliad. a. *In Græco codice additur, καὶ σὺν τῷ δ' ἔβαλ' ὧς εἶπον τοα κατὰ φωνὰς ποιφλὺς μετὰ τῦ φωνήσαντ' ἔτ' ἔπειτα, καὶ κεν ἀλίγκιος ποιὸ δ' ἴφιον ἄργος ἐκοίμα.

Alioqui non urbem notat Argos, cum nequaquam illuc peruenturus erat, sed in Peloponnesum nequaquam sitibundam. † Vnus quidem fluuius est Inachus Argiuam percurrens terram. Alius etiam in Argiua est Erasinus nomine. Hic quidem è Stymphalo nascitur in Arcadia, & è lacu quem Stymphalidem appellant, è quo aues uocatas Stymphalidas ab Hercule sagittis & tympanis fugatas, poëtæ finxere. Ipsum autem fluuium absorptum à terra, id est Argiuam emergere, & campum irriguum reddere, eum Erasinum uocant & Arsinum. Simili alterũ dictum nomine ex Arcadia in litu- Buræ labitur, & alius existit apud Eretrios, & in Attica penes Babronem. Iuxta Lernam fons ostenditur Amymone. Cæterum Lerna & Argiui & Mycenæi agri lacus est, in qua Hydram constitisse, scriptores tradũt, in illa cum facta sint purgamina, prouerbiũ quoddam uulgo manauit, Lerna malorum. Ipsam quidem regionem aquis abundare cõcedunt, urbem uero ipsam in loco iacere arido, in qua copia puteorum sit, quos Danaidum ascribant solertiæ. Eos enim illas inuenisse, quo ex facto uersus ille uulgatur,

Inachus.
Erasinus.
Stymphalus.
Stymphalides aues.
Lerna.
Amymone.
Hydra.

ἄργος ἄνυδρον ἐὸν λαναὰς ἔθεσαν ἄργος ὕνυδρον.
Argos aquis uacuum Danaæ struxere redundans.

Ex puteis autem quatuor insignes habentur & sacri, quos eximia ueneratione colunt, qui in aquarum penuria, aquarum abundantiam inducunt. Argiuorum quidem arcem Danaus inhabitasse dicitur. Is adeo præcedentes loci illius reges excelluisse fertur, ut qui antea Pelasgi nominabãtur, imposita per Græciam lege, Danai uocitarentur, Euripidis poëtæ testimonio. Eius sepulchrũ in Argiuo foro medium locatum cernitur, quod Palinthum appellant. Mihi sane uidetur, ut Pelasgi & Danai, sicut & Argiui nũcupentur, quod huius ciuitatis gloria & cæteros Græcos à se denominandos compararit. Sic & Iasum Argos Iasidas appellari fecit. Sic & ex Apia Apidones recentiores dixere, at Homerus non quidem Apidones appellat. Apiam autem magis longinquã quod prope Peloponnesum dicat Argos, animaduerti uel hinc licet quod Argiuã dicit Helenam. Et inde urbs Ephyræ existit ipsius in Argos sinu. Et hinc est Argos medium, & insulas multas & uniuersam Argos regere. Iuniores & campum Argos dicunt, at Homerus ne semel quidem, præcipue uero Macedonicũ & Thessalicum esse arbitrantur. Cum uero Danai nepotes Argiuum excepissent regnum, illis sese Amythaonis immiscente progenie, è Pisæo agro atq; Triphylia proficiscente, mirari nemo debet, si eadem procreati stirpe, hoc modo regionẽ duo in regna diuisere. Primo ut cum duæ in illis urbes essent, ipsas principatu eminentes, ostentarent præsertim intra stad. minus L. inter se finitimas, Argos uidelicet, atq; Mycenas, & dicatũ Iunoni templum, iuxta Mycenas, ambabus esse cõmune, in illo sũt Polycleti simulacra, artis laude omniũ præstantissima, sumptu & magnitudine, Phidię sanè imaginibus cedentia. Argos quidẽ à primordio magis ac magis extitit potentia primarium, subinde Mycenæ ampliora susceperũt incremẽta propter cõmigrantes in illas Pelopidas. Nam cum omnes ad Atrei filios consisterẽt, Agamemnon grandior natu regnũ adeptus, duce uirtute, ac pariter fortuna comite, regionis paternã possessionẽ ampliauit, et My-

Danaus.
Danai.
Palinthum sepulchrum.
Iasum argos.
Iasides.
Apia.
Apidones.
Iunonis tẽplũ.
Polycleti simulacra.
Argeos imperium.
Mycenarum res.
Agamemnon.

Menelaus. cenæo Laconicum adiecit imperiũ. Verum Menelaus Laconicæ regimen tenuit.
Aegialia. Ac Agamemnon Mycenarum usque Corinthum ac Sicyonem, & Ionum & Æ-
Achæi. gialiarum (sic enim ea uocabantur ætate, cum posterius Achæi dicti sunt) regnum
Mycenarum casus. suscepit. Cæterum secundum Troiana tempora, destructo Agamemnonis im-
perio, res Mycenæa humilius attenuata est, præcipue post restitutos Heraclidas.
Isti enim occupata Peloponneso, priores dominos eiecerunt, quo effectum est ut
qui Argos obtinerent, Mycenas quoque subiectas in unum conspirantes habe
rent. Posteriori tempore eas Argiui solo æquatas deleuerunt, adeo, ut nunc Myce-
næi oppidi, ne uestigium quidem reperiatur. Cum talis Mycenis casus acciderit,
quid mirari opus est, si qui sub Argo populi hac ætate penitus euanuere? Ipse au-
tem catalogus hunc se habet in modum,

Iliad. β. οἵ θ' Ἄργος τ' ἔχον Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
Ἑρμιόνην τ' Ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἔχόσας,
Τροιζῆν', Ἠιόνας τε καὶ Ἀμπελόεν τ' Ἐπίδαυρον,
οἵ τ' ἔχον Αἰγιναν μάσησάν τε κῦροι Ἀχαιδν.
Qui tenuere Argos Tirynthaq; mœnibus altam,
Hermionem, Asinamq;, sinum quæ amplexibus artant,
Trœzenem, Eionas, uineta Epidauron habentem,
Qui Masæta colunt iuuenes, Aeginan Achæi.

Hæc quidem de Argo. Deinceps de reliquis explicandum. Tirynthe sane ad
Tiryns. excursiones faciendas arcem usurpasse Prœtus uidetur, & eam Cyclopum opera
Cyclopes septem. atq; arte mœnibus roborasse. Ii autem septem erant numero, quos γαστερόχειρας, id
Gasterocheres est uentrimanos appellabant, quoniam suo alebantur artificio, quos è Lycea uoca
Cyclopeæ speluncæ. tos aduentasse, traditur. Et forte speluncæ apud Naupliam, & illarum opera, ho-
Cyclopea opera. rum cognomen contraxere. Arx ipsa Lycimna ab ædificatore Lycimno dicta, ab-
Lycimna. est autem à Nauplia stad. XII. Et ipsa uero & uicina Midea desertæ sunt, non illa sa-
Midea. nè quæ in Bœotia est, cum illa sit μίδεια, ut πρόνοια, quæ prouidẽtiam significat, accen-
tu in tertia à fine seruato. Hæc autem μιδέα, ut τεγέα est, si penultima tenet accẽtum.
Prosymna. Huic affinis est Prosymna, habens & ipsa Iunonis templũ. Plurimas autem cum
rebellarent, Argiui desolatas uastarunt. Habitatores autem è Tirynthe quidem
Halies. Epidaurum sese receperunt, ex Hermione autem ad Halies (sic enim uocantur)
Asina. id est piscatores. Asina uero terræ pagus Argiuę, penes Lacedæmoniã Naupliam,
ex ea inquilini in Messenium commigrarunt agrum, eodem quo Asina oppidu-
lum Argolicum, uocabulo nuncupata. Nam cum Lacedæmonij plurimum ex
alienis agris uendicassent, in hanc cultores dimittebant, quoscunq; ad se confugien
tes excepissent, sicut author est Theopompus. Quiq; è Nauplia fugerant, eò secesse
Hermione. re. At Hermione urbs haud ignobilis est, cuius litus tenent Halies, id est piscato-
Descensus ad inferos. res, homines maritimis exerciti negotijs. Rumor est uulgo apud Hermionenses cõ
Halion fines. pendiosum esse inferorũ descensum, quocirca nullum ibidem mortuis naulũ im-
Dryopes. ponunt. Dryopum domiciliũ & Asinã fuisse memorãt qui ex uicinis Sperchio lo
cis extitere, ubi (ut Aristoteles testis est) Dryops Arcas inhabitauerat, eos autẽ Her
Scyllæum. cules ex terra Dorica, Parnaso finitima expulit. Scyllæũ quod in Hermione est, no
Scylla. men à Nisi filia Scylla cepisse inquiũt, quæ Minois cupidine capta, cũ ei Nisæam
Nisæa. proditione tradidisset, ab eo in profundũ deiecta est, et fluctibus horsum agitata se
Eiones uicus. pulturã obtinuit. Eiones autẽ uicus quidã erat, quẽ eiectis incolis Mycenæi nauiũ

recepta

receptaculum instituere. Quo deinde uastato ne statio quidē ipsa manet. Trœzen sacra Posidoni, id est Nuptuno fuit, à quo & Posidonia olim appellata. Ea stad. xv. à mari eminet, urbs & ipsa insignis. Ipsius portui quod Mentum uocant, parua imminet insula Calauria nomine, cuius ambitus est ad tricena stad. Hic Neptuno dicatum fuit asylum. Fama est, huncipsum deum cum Latona permutasse Celauriam cuius loco Delum impendit, cum Apolline uero Tænarum, pro quo Pythiam exhibuit. Ephorus autem ipsum quoq; refert oraculum,

ἴσον δι δ᾽ ἦλον τε καλαυρείαν τε νέμεσθι,
πυθώ τ᾽ ἠγαθέην καὶ ταίναρον ἱερεύοντα. id est,

Tu Delo inquit hinc, Isoq; Calauriaq; frueris,
Pythiamq; sacram, pulsatum & Tænaron euris.

Trœzen. Posidonia. Mentum ὁ στόμα. Calauria. Asylū Neptuni.

Fuit quidem Amphictyonum conuentus, ex septem constans ciuitatibus, ad hoc faciendum sacrificium commune habentibus officium, quæ fuerant Hermione, Epidaurus, Aegina, Athenæ, Prasium, Nauplia, Orchomenus Minyus. pro Nauplijs argiui, pro Prasijs Lacedæmonij conferebant. Tantopere autem ipsius dei ueneratio ualuit apud Græcos, ut potiti etiam rerum Macedones huc usq; tutum, securumq; loci perfugium, inuiolatumq; seruarēt. Lociq; supplices reuelli sinet ueriti, qui ad Calauriam ipsam confugerint, adeo ut Archias comitatu septus militum, Demosthenem uiolare minime sit ausus. Cui iusserat Antipater, ut eum uiuū reliquosq; oratores, similibus obnoxij accusationibus inuentos ad se perduceret. Eum uerbis inducere conabatur, cui tamen non persuasit, sed sumpto prius ueneno, uoluntariam sibi necem consciuit. Cæterum cum Pelopis filij Trœzem atque Pitheus ex terra profecti sint Pysæa, alter quidem suum urbi nomen reliquit, Pitheus uero post eum successit in regno. Anthes uero qui prius obtinebat, enauigās condidit Halicarnasum. Epidaurus autem antea Epitaurus uocabatur. Eam Cares, Aristotele teste, occuparūt, sicut & Hermionem, redeuntibus uero Heraclidis, Ione ex Attica Tetrapoli, id est quaternas urbes cōtinente, eos ad Argos comitantes, etiam in unis cohabitauere mœnibus. Hæc autem non parum insignis est ciuitas, præsertim ex Aesculapij claritate nobilitata, quem uaria morborum genera curasse somniati sunt homines. Erat uero templum ægrotantium multitudine usque quaque refertum, pendentibusq; tabellis, in quibus sanati languores erant inscripti. Quemadmodum & in Coa fiebat insula pariter & Trica. Sita urbs est in ipso Saronici sinus recessu intimo, stad. xv. circuitum habēs, nauigationem in æstiuos prospectās ortus. Excelsi uero usq; ad mare quaquâuersum montes includūt, unde omni ex parte naturale munimen habet. In medio Trœzenis, & Epidauri munitus iacet locus Methana, & Cherronesus eodē appellata nomine, licet apud Thucydidem in quibusdam exemplaribus Methone dicatur, simili quo Macedonica nuncupata uncabulo, in cuius obsidione Philippus auulsum amisit oculum. Qua propter nonnulli decepti, ut Scepsius existimat Demetrius, eam Methonem in Trœzenis arbitrati sunt. Quam execrati feruntur Agamemnonis legati, deligendorum causa nautarū missi, ut ab ædificandis mœnibus nulla sibi quies præstaretur atq; cessatio. Nō his quidē sed Macedonibus abnuentibus, uti Theopompus inquit. Istos enim cum propinqui sint, rebelles extitisse, non fit uerisimile. Aegina uero est etiam Epidauriæ terræ locus quidā. Et è regione item huius cōtinentis est insula, quā in appositis nuper uersibus explicare uult poēta. Vbi enim poēta dixit,

Amphictyonū conuentus.

Archias. Antipater.

Trœzen Pelopis filius. Pitheus. Anthes. Halicarnasus. Epidaurus.

Aesculapius eiusq; templū.

Methana. Methone. Thucyd. locus

Philippus ubi oculū amiserit

Aegina. Aeginæ celebritas.

Quiq; Æginam habent, quidam scribunt, insulamq; Æginan, pro eo quod est, Hi autem habebant Æginan, ut nominis similitudinẽ distinguant. Quod autem in-
Aeaci genus. ter nobilissimas insulas una est, quid uerbis opus est? Hinc enim Æacus, eiusq; posteri genus duxisse decantantur. Hæc est quæ maris aliquãdo tenuit imperium. Hæc est quæ contra Atheniensem populum in nauali ad Salamina prælio, de principatu contendere non dubitauit, qua tempestate Persæ Græciam inuaserant. Eius ambitus insulæ centum LXXX. stad. esse traditur. Eiusdẽ appellationis oppidum in uentum uergens Africum habet, illam Attica & Megarica coronat ora, & Peloponnesus usque Epidaurum, cum centum ferè stadijs singulæ ab illa distent. Pars autem orientem Austrumq; prospectans, Myrtoo perfunditur pelago, ac etiam Cretico. Paruulæ quidem circuniacent insulæ permultæ, in cõtinentem uersæ, Bel-
Belbina. bina uero in pelagus uergens. Ager uero ipsius, si altius fodias, terreus est, cum superne lapidosus est, præcipue campestris ipsa planities. Ideo nuda tota hordei fe-
Aeginetæ. rax satis est. At Æginenses Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in
Myrmidones unde dicti. fabulis canitur, ut ingenti inualescẽte pestilentia formicæ, Æaco precante, in homi-
Formicæ in homines uersæ. nes uersæ fuerint: uerum quia formicarum more, terram fodientes, ad petras transportarent, ut agricolandi materiam haberent, fossas quoq; incolerent, ut non expendentes latericiam agerent parsimoniam. Oenoa uero diutius, duabus Atticæ tribubus par nomine, uocabatur, uni quæ ad Eleutheras prope iacet, ut illud est,
Oenoe. Eleutheræ. Campos Oenoes habitare fœnarios Eleutheræ: altera uero de Quadripoli ad Ma-
Oenoi charadra, Prouerb. rathonem est, de qua natum est prouerbium, Oenoes uallis. Eam habitauere Argiui Cretenses, Epidaurij & Dorienses. Posteriori tempore deinde, sorte missis incolis, Athenienses insulam tenuere. Surreptam dehinc Athenien sibus insulam Lacedæmonij pristinis reddidere cultoribus. Cæterum Æginenses in Cydoniam Cre-
Pecunia ubi primũ signata. tæ urbem colonos demisere, nec minus in Vmbriam. Ephorus scriptis prodidit, primo Aeginæ à Phidone signari cœptum argentum. Emporium autem ideo effe-
Rhopus. ctum, quia locus admodum sterilis erat, cum homines illi maritima mercando ne-
Aeginæa mercatura. gotia tractarent. Vnde Rhopon multimodis rebus constantem quæstum Aeginæam appellamus mercaturam. Poëta sanè ipse nonnulla loca ordine continuo, prout iacent exponit, sicut ea in parte,

In Catalogo. οἵ θ' Ὑρίλω γ᾽ἐμονῦ αὐλίδα,
οἵ δ' Ἄργος τ' ἔχον τίρυνθά τε τφιόεσσαν,
ἐρμιόνην ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχόσας,
τροίζην', ἠιόνας τε. id est,

Qui Hyriam pascebantur & Aulidem,
Quiq; Argos tenuere Tirynthaq;,
Hermionemq; ac Asinam, Trœzenenq; & Eionas.

Alias autem non quo se habent ordine, ut,

Ibidem. *Schœnus.* *Scolus.* *Thespia.* *Græa.* χοῖνόν τε σκῶλόν τε θεσπείαντε γρᾶάντε.

Schœnum & Scolum, Thespiamq; Græamq;.

Insulas quoque Epiri cum alijs dicendo connumerat. Qui quidẽ tenebant Itha-
Crocylia. cam, & Crocylia depascebantur. nam Crocylia intra Acarnanes sunt. Sic & nunc
Maſete. Thyreæ. Aeginæ Masetem adiunxit, qui locus ad Argolicum litus pertinet. Thyræas quidem Homerus nullibi nominatim attigit. Alij uero frequenti sermone loquuntur, quorum causa Argiui ac Lacedæmonij certamen hostiliter contulerũt, in quo La-
Othryas. Cynosuria. cedæmonij duce Othryada uictoriam reportarunt. Locum autem illum in Cyno suria

ſuria eſſe, Thucydides ſcribit, ad Argiui ac Lacedęmonis agri confinia. Sunt etiam Hyſię, Argolicę terrę ora celebris. Similiter & Cenchreę, quę in uia è Tegea Argos ducente per Partheniũ montem, & per Creopolum ſitæ ſunt. Has ignorauit Homerus & Lycurgiũ & Orneas, uici autẽ nunc ſunt Argiui agri. Hic quidem eodẽ quo mons nomine, illos uero ſimili appellant uocabulo, quo Orneas inter Corinthum ac Sicyonẽ poſitos. Inter Pelopõneſi ciuitates Argos & Sparta gloria pręcellunt in hanc etiam ętatẽ. Pro quarum quidẽ claritate longe lateq; diſſeminata non ſanè longa ſuſcipienda uenit oratio, ne ab omnibus de illis memorata recepiſſe uideamur. Priſcis profecto ſeculis Argos amplius illuſtre nomẽ ſparſerat. Poſtea uero Lacedęmonij gloria omnino ſuperarũt, perſeuerantes ſuas leges, ac inſtituta cõſeruare, niſi ſiquid paululũ ab illis aberrare contigit. Argiui Pyrrhũ quidem regem non admiſerunt, ſed ante illorũ mœnia mortẽ obijt, cum tegula ab anicula quadã (ut aiunt) in caput ſuperne deiecta fuiſſet, aliorũ autem ſubditi fuerunt imperio. In ſocietatem quoq; Achęorũ communiter ducti, unà cum illis Romanorũ potentiã ſubiere. Et nunc ciuitas ipſa conſiſtit, ſecundum poſt Spartam dignitatis locum obtinens. Dehinc de locis Mycenis & Agamemnoni ſuppoſitis explicemus, quos in nauium dinumeratione Poëta memorat, cuius uerſus hunc ſe habent in modum,

Hyſiæ.
Cenchreæ.
Creopolus.
Lycurgium.
Orneæ.
Argos.
Sparta.
Pyrrhi mors.

οἵδε μυκήνας τ' ἔχον εὐκτίμενον πτολίεθρον,
ἄφνειόν τε κόρινθον εὐκτιμένας τε κλεωνάς,
ὀρνειάς τ' ἠϊόνα τε καὶ αἰραιβυγάϊον τ' ἠρατεινὴν,
καὶ σικυῶν' ὅθ' ἄρ' ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν,
οἵθ' ὑπερησίδατε καὶ αἰπεινὴν γονόεσσαν
πελλήνην τ' ἔχον ἠδ' ἄγιον ἀμφιγύηεντα,
αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα & ἀμφὶ ἑλίκην εὐρεῖαν.

Iliad. β.

Quiq; Mycenæam colit altis mœnibus urbem,
Cuiq; Corinthus adeſt, & muris ſpecioſa Cleone,
Orneas paſcuntur, Aræthyræam, Sicyonaq;,
Hic primum fides ſua ſceptra tenebat Adraſtus.
Inde Hypereſam, celſamq; in colle Gonoëſſam,
Pallenemq; habitant, atq; Ægion inde colebant,
Et litus totum, atq; Helicæ latiſſima rura.

Mycenæ quidem nunc extinctæ iacent, earum urbem à Perſeo conditam eſſe cõſtat, cui Sthenelus ſucceſſit in regno, huic Euryſtheus. Hos eoſdem uero Argos imperio tenuiſſe, conſtans memoria eſt. Cum autem Euryſtheus ad Marathonem aduerſus Herculis filios, Tolaumq; ductaſſet exercitum, auxiliũ ferentibus Atheniensibus, in ipſo prælio fertur occubuiſſe. Reliqua ſanè eius membra Gargetti ſepulta eſſe, caput autem Corinthi ſeorſum, quod ab Iolao circa fontem Acariam, ſecus tramitem, abſciſſum fuerat. Vnde locus Euryſthei caput appellatur. Mycenæ autem in Pelopidarum regimen cecidere, è Piſæo agro prouenientium, deinde ad Heraclidas peruenerunt, quibus & Argos ipſum ſubiectum erat. Poſt commiſſum uero in Salamine prælium nauale, Argiui, & Cleonei ac Tegeatæ Mycenarũ urbem inuadentes, Mycenas radicitus excidere, agrumq; diſpartiuere. Tragœdiarum quidem ſcriptores urbem utranque, propter locorum propinquitatem, communi appellauere nomine. Euripides in una & eadem Tragœdia, modo Mycenas, modo Argos idem uocat oppidum, ſicut & in Iphigenia & Oreſte. Sunt autem Cleonę mediocre oppidum in uia ſitum, quæ ex Argo Corinthum ducit. Et in tu-

Sthenelus.
Euryſthei caput.
Acaria.
Mycenæ & Argos pro una urbe habita.

mulo frequentibus habitato incolis, muros perpulchros habente. Quo circa poëta mihi proprie dixisse uidetur νυκτιμελίας τε Κλεωνὰς, id est Mœnibus pulchris excelluisse Cleonas. Hic sylua surgit Nemea inter Cleonas, et Philuntem, in qua Argiui sacra celebrare consueuere Nemea. Ibi quoq; quæ de Nemæo leone gesta, fabulis prodita sunt, & Belbinus pagus. Distant autem Cleonæ ab Argo quidem stad. centum & xx. à Corintho uero stad. LXXX. Nos uero ab Acrocorintho ædificium † expectauimus. Corinthum sanè locupletissimam aiunt, cum isthmo immineat emporium, locus negotiatoribus frequentatus, & duorum † dominus portuum existat, quorum alter quidem Asiæ, alter autem propinquus est Italiæ, utroque ex loco faciles inuicem mercium commutationes faciens, tantundem remotis utrinq; gentibus. Fuit autem cum fretum esset non tuta profecto nauigatio, quod quidem antiquioribus annis freto contigit Siculo, Itidem nec maria ipsa, præsertim supra Maleam, propter aduersos uentorum flatus. Inde est natum uulgo prouerbium, cum Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. Asiaticis igitur, Italisq; mercatoribus gratissimum erat omisso ad Maleam cursu Corinthum diuertere, aduectis eò mercibus. Vbi & importatarum & exportatarum è Peloponneso rerum, uectigalia uendi contingebat. Hoc apud posteros omnino permansit, postmodum maiora indies adueniebant additamenta. Illuc enim in Isthmicorum celebratione ludorum multitudo conuenarum concurrebat. Ipsi quoq; Bacchiadę annis fermè CC. urbem dominatione tenuerant, & Tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari euadentes, & emporium ipsum adempto † metu fructuosum possedere. Cypselus autem hisce destructis, tyrannidem occupauit, eiúsque domus diuitias, oblatum Olympico templo Cypseli donum testatur, eximiæ magnitudinis simulachrum, solido ex auro fabricatum, & in tertiam usq; generationẽ domus eius perdurauit. Demaratus quoq; ex Corinthi potentissimis unus domesticas fugitans factiones, tot domo secum opes tulit in Ethruriam ut urbis, quam ciuitate donatus adijt, princeps extiterit, & filius eius Romæ potitus est regno. Veneris etiam templum adeo locupletatum extitit, ut supra mille, deæ prostitutas puellas caperet, quas Veneri uiri mulieresq; addixerant. Propter has igitur frequens in urbem multitudo, turbaq; conueniebat, unde ciuitas mirum in modum ditabatur. Nautæ etiam leuiter sumptus factitantes, † assumebantur. Hinc uulgatur ueteri sermone prouerbium, Non omnium est uirorum Corinthum nauigare. Cuiusdam quoq; meretricis facetum illud posteris uulgatum est responsum. Nam cum altera illi exprobraret inertiã, quod nulla operis teneretur industria, nec lanas attingeret, Ego (inquit) talis, in hoc breui tempore ternas disposui telas. Ipsius urbis situ talẽ esse contingit, & ex Hieronymi scriptis & Eudoxi & aliorũ, & quantum ipsi cernere potuimus, post restitutã nuper à Romanis urbem mons excelsus est, stad. trium ac dimidiati altitudinem habens ad perpendiculum. Ascensus ad stad. XXX. in acutum terminatur cacumen, Acrocorinthum autem eam nominant. Cuius quidem pars in Aquilonem uersa, maxima in arduum rectà consurgit. Sub qua ad Acrocorinthi radicem in plano loco instar mensæ iacet oppidum. Ipse urbis ambitus stad. XL. erat, ubi à monte nuda fuerat urbs, mœnibus uallata fuit. In hoc autem circuitu & mons Acrocorinthus continebatur, ubi murale tutamen admittere potuit. Nobis inter ascendendum manifesta ipsius tractus erant rudera, & uniuersus circuitus stad. circiter LXXXV. conficiebatur. Alijs ex partibus mons ipse minus in rectũ arduus

Nemea. Nemæus leo. Belbinus pag.

κατακόρυφος. Corinthus. ἐπὶ δ' ἰσθμῷ ἐμπόριον ἐπίκαιρον.

Isthmici ludi. Bacchiadæ.

Cypselus.

Demaratus.

Veneris templũ apud Corinth.

† Exhauriebãtur.

Prouerbium.

Meretricis responsum.

Corinthi mõs. Acrocorinthus.

Corinthi situs atq; forma.

duus est. Hinc uero non parum dilatatur in longe, lateq; prospectum patens. Ver-
tex ipse Veneris sacram habet ædiculam. Infra uerticem Pyrenen fontem adesse Pyrene fons.
contigit, haud affluentes aquas habentem, cæterum perspicuas ad imum, potuiq;
suauissimas. Vulgo autem memorant, tum ex hoc, tum ex subterraneis quibus-
dam uenulis expressum fonticulum, montis radici proximum in urbem influere,
unde aquantur ubertim. Intra oppidum quoque puteorum copia est, nec minus
(ut aiunt) in Acrocorintho, non tamen ipsi uidimus, cum tamen Euripides dicat
hoc pacto. Venio ex Acrocorintho lymphis alluentibus irriguo, sacrum Veneris
relinquens tumulum. Lymphis alluentibus irriguo, profundo dici conuenit,
quando putei & stillantes per illum humores abunde prolabuntur. Vel antiquus
subintelligendus est meatus, ut Pyrene per superficiem fluens, montem ipsum red-
deret irriguum. Fama est equum Pegasum cum potaret, hoc in loco à Bellerophon Pegasus.
te deprehensum fuisse, alatum inquam caballum è Medusæ ceruice, & de Gorgo-
nis execto gutture prosilientem. Vulgatum est etiam Caballinum in Helicone Caballinus fons
fontem erupisse, cum subiectam ibi rupem feriret ungula. Sub ipsam inde Pyre-
nen Sisyphium iacet, siue sacellum quoddam, siue regale domicilium niueo constru Sisyphium.
ctum lapide, in quo non modica seruantur adhuc rudera. E summo autem cacumi Parnasus.
ne in aquilone Parnasus aspicitur & Helicon montes excelsi, atq; niuales, Crissæus Helicon.
que sinus, utriq; suppositus, quem Phocis, & Bœotia, terraq; Megarensis & Sicyo- Crissæus si-
nus.
nia, & Corinthia cõplectitur, quæ Phocidi opposita tenet aquas. † Ad ueseram
uero omnibus istis Oniõ appellati montes imminent, qui usq; Bœotiam Helico- Oniõ montes.
nemq; protenduntur, à saxis Scironiõs, à uicina illis uia quà itur in Atticam. Vtri- Lechæum.
usq; quidem ripę principium est, alterius quidem Lechæũ, alterius uero Cenchreæ Cenchrea.
uicus, & portus ab urbe stad. ad LXX. longinquus. Hoc quidẽ ex Asia nauigantes
utuntur, Lechęo autẽ qui ex Italia proficiscuntur. Lechęũ sanè sub oppido est, non
multis abundans habitaculis. Sicut crura uero protrahunt stad. circa XII. ex utroq;
uiæ latere ducentis ad Lechæum. Hinc litus extenditur ad Pagas usq; Megarensis Pagæ opp.
terræ oppidum, alluitur autem à sinu Corinthiaco, curuum existens & traiectũ, &
ambas ripas efficit ad Schœnuntem Cenchreis proximum. Inter Lechæum uero Acræa Iuno.
& Pagas, Iunonis Acreæ extat oraculum uetustum admodum. Extat & Holmiæ Holmia.
promontorium, sinum efficiens, in quo & Oenoa est & Pagæ. Hęc quidem Mega Oenoa.
rense castellum est, Oenoa uero Corinthiorũ. A Cenchreis Schœnus est, ad quem Schœnus.
ipsius traiectus locus angustissimus est, subinde ager est Cromyonius. Ante hanc Cromyonius
ager.
ripam & Saronicus & Eleusinus sinus iacet, unus & idem quodãmodo, Hermio- Saronicus sin.
nico sanè contiguus. In isthmo Neptuni, quem Isthmium uocant, templum emi- Eleusinus sin.
net, picearum arborũ luco circunclusum, ubi ludos Isthmios celebratos, Corinthij Neptunus Isthmicus.
celebrare soliti sunt. At enim Cromyon terræ quidem nũc est Corinthiæ, antea ue- Cromyon.
ro Megarensis, ubi Cromyoniam uersatam fuisse porcam, refertur in fabulis, ex Cromyonia porca.
qua Calidonium creatum fuisse aprum memorant. Interq; præclara Thesei certa- Calidonius aper.
mina unũ illud prodiderunt, hanc illius manibus occisam. Plagę quoq; Corinthię
Teneus uicus est, in quo templum Teneati consistit Apollinis. Literis proditũ est, Teneus uicus.
cum Archias coloniã Syracusas duceret, maximũ colonorum numerũ ex hoc loco Archias.
secutum ducem illum fuisse, eamq; coloniam super alias, postea præcipua fœlicitate
floruisse, deniq; suis institutis remp. tenuisse. Cumq; à Corinthijs desciuissent, adhę Syracuse.
sisse Romanis, & deleto funditus oppido permansisse. Vulgo quoddã profertur Oraculum Asi
dno reddium

oraculum, Asiano cuidam redditum. Illi nancꝙ interroganti, utrum Corinthum transmigrare prestantius foret, ita responsum est, Fœlicem quidem Corinthum, cęterum Teneates esse mallem. †Hoc in loco Polybius Oedipum enutrisse fertur. Videntur & Tenedij hominibus istis quadam consanguinitate coniuncti per Tennũ Cygni filiũ, sicut Aristoteles scribit. Apud utroſcꝙ Apollo simili uenerationecolitur, de qua non parua signa exhibentur. Corinthij quidem sub Philippi existentes Imperio, aduersus illum contentiones exercuerunt, & contra Romanos insolenter †habuerunt, adeo ut quidam Corinthij in prætereuntes eorum tecta legatos, fordes infudisse præsumpserint. Pro hisce autem rebus, alijsꝙ delictis, euestigio pœnas luerunt. Eò enim misso ingenti exercitu Corinthus ab L. Mummio solo ęquata est, & reliquus usꝙad Macedoniam tractus sub Romanum cesit imperium, alijs aliò cum copijs misis ducibus. Maximam uero agri Corinthij partem, Sicyonij possessam occupauere. Polybius sanè, quæ in urbis captiuitate obuenerunt in commiserationis partem colligens, iniuriam militum addit atꝙ ludibria, quę in artes & præclara exercuerunt opera, & dijs oblata dona. Ait enim præsente sese, abiectas in pauimenta uidisse tabulas, superꝙ illas talis lusitasse milites. Easꝙ nominatim explicat, quas Aristides de Libero patre pinxerat. De quo scitũ illud dici solere traditur, nihil ad Dionyson, id est Liberum patrem. Herculem quoꝙ sub Deianiræ tunica superatum. Hunc quidem nosipsi minime uidimus, Liberum uero in Cereris phano repositũ Romæ spectauimus, opus sanè speciosissimum, at incenso templo, talis pariter imago picta perijt. Plurima item alia & aspectu suauissima templis apposita dona, hinc profecta sunt. Aliqua etiam uicinæ Romæ ciuitates habuerunt. Mummius enim magis animi magnitudine excellens, quàm ad huius generis artes contemplandas studiosior (ut fama est) eas ab se, rogantibus amicis, facile largiebatur. Lucullus sanè cum ædem Fortunæ construxisset, & porticum quandam, statuas quas Mummius habebat, petiuit in eum usum, ut ædem ornaret ad ostentationem, mox deinde restituturus. Minime uero restituit, sed eas ut dona deæ posuit, capereꝙ quæ sibi libitũ esset, mandauit. Quod cum Mummius ęquo tulisset animo, omni prorsus abiecta cura, longe magis quàm qui oblatas posuerat, gloria & lætitia extollebatur. Corinthus uero deserta diutius manens, ab diuo Cæsare denuo est restituta, propter bonum terræ ipsius ingenium, missis eò colonis frequentibus generis libertinorum. Qui rudera solicitantes & sepulchra refodientes, plurima inueniebant fictilia, ostraceaꝙ toreumata, permulta etiam ænea. Ornata subinde mirati opera tam fabrefacta, nullũ indiscussum dimisere sepulchrũ. Vnde inuentis talibus locupletati, multoꝙ disponentes pretio, urbẽ Romã mortuis repleuere Corinthijs. Sic enim de sepulchris exceptã prædã nominabãt, & pręsertim ostracea. Initio quidẽ magno in honore fuit, ppter elaborata Corinthi ęra. Deinde derelicta res est, cum deficerẽt ostracea, scilicet terra figularis, & plurima imperite facta uiderentur. Ciuitas ipsa Corinthiorũ amplissima usꝙ fuit & opulentissima, seu uiros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos, siue eximias opificum artes animo uertis. Hinc enim & in Sicyone eximie pictoria & plastice peruenit ad summum, & omne aliud huius generis opificiũ. Ager autẽ non admodũ telluris bonitate pollebat, quippe quæ oblique distorta foret & aspera. Vnde supercilioſam Corinthũ uocant uniuersi, & cesit in uulgare prouerbium, Corinthus supercilijs curuitatibusꝙ laborat. Verum Orneæ, præterlabentis fluuij nomen acceperunt, hodie

Oedipus. †In græco additũ est, quod plerique per ignorantiam legunt, Ego Tegeates esse mallem, ὅπερ κατ' ἄγνοιαν γράφουσιν οἱ πλείονες, ἐγὼ δ' ἄλλως πυνθάνομαι. * ὑβριστικῶς ἔχοντες, insolentes fuerunt uel Romanos fasti diebant.

Corinthiorum stercus.

Mummius.

Corinthi expugnatio.

Aristidis tabulæ Dionysij.

Hercules in Deianiræ habitu. Prouerb.

Mummij ingenium.

Lucullus.

Fortunæ templum.

Corinthus deserta.

Mortua Corinthia, νεκροκοίνθια.

Corinthi laus.

Prouerb. Corinthus alibi tumet alibi cauaest.

Orneæ.

hodie quidem desertæ, at superioribus annis incolarum copia frequentes, sacellum Priapi habuerunt, magna uenerationę cultum. Vnde Euphronius poëta res Priapi uersibus canens, deum uocat Orneaten. Super Sicyonium sitæ sunt campum, agrum uero earū occuparunt Argiui. Aræthyræa uero est quam nunc Phliasiam dicunt. Quo autem nomine ager, eo & oppidū appellatū est ad montem Cælossam. Posteriore tępore illinc emigrantes ad stad. xxx. urbem condiderūt, quam Phliuntem uocarunt, uerum Cælossa pars Carneates est, è quo Asopus oritur, præter agrum perfluens Sicyonum, & Asopiam regionem efficiens, quæ Sicyoniæ pars una est. Est autem Asopus & unus qui præter Thebas & Platæas & Tanagram fluit. Est & alius in Heraclea Trachinia labens apud pagum, quem Prasopios nominant. Quartus est in Paro insula, Phlius quidem in medio Sicyoniæ, Argiuæq; & Cleonum, & Stymphali, circuitu complexa iacet. Eximie uero colitur in Phliunte ac Sicyone Diæ (sic enim Heben uocant) phanum. Primis autem temporibus Sicyonem Meconam appellabant, adhuc autem antiquioribus Aegiolos uocabant. Eam reædificatam ferunt, longè à mari stad. xx. uel ut alij xii. in ualido tumulo, Cereri dicato. Vetus autem illius ædificium fuit emporium cum portu. Sicyoneæ uero terræ, atq; Corinthię terminus est Nemea fluuius, pluribus annis sub tyrannorum dominatu gubernata. Semper tamen mansuetos uiros tyrannos habuit, in primis clarissimum Aratum, qui & ciuitatem ad libertatem reuocauit, & Achæorum adeptus est regnum, ab ultro offerentibus, etiam potentiam consecutus. Ipsumq; constans imperium auxit, adiecta illi patria alijsq; uicinis urbibus. Hypereſiam uero, aliasq; à poëta dictas ordine ciuitates, Aegialumq; iam Achæis subiectas esse contigit, usque Dymas & Eleæ oræ terminos. Hunc uero tractum Iones antiquitus obtinebant, qui ab Athenięnsibus duxere genus, quondam autem Aegialea uocabatur, & incolæ Aegialenses, posteriori autem tempore ab illis Ionia denominata, quomodo & Attica ab Ione Xuthi filio. Fama est, Deucalionis filium Hellenem fuisse. Hunc autem circa Phthian Penei & Asopi mediam, regnū tenuisse, & maximo natu filio imperium tradidisse, reliquosq; foras dimisisse, ut sedem sibi quisq; conquireret. E quibus Dorus, Dorienses Parnaso affines habitatores constituit, sibiq; superstites à se uocatos reliquit. Xuthus autem assumpta in matrimoniū Erechthei filia, colonos ad Quadripolin Atticæ terrę induxit, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum. Ex huius filijs unus Achæus nomine, cędem inuitus patrans, in oram Lacedęmoniam profugus sese recepit, & eius loci accolas Achęos uocari constituit. Ion uero superatis Eumolpi commilitonibus Thracibus, tantum famę laudisq; consecutus est, ut Athenienses illi reipubli cæ gubernacula committerent. Qui primum quidem omnium multitudinē quaternas diuisit in tribus, dehinc in quatuor degendæ uitæ uias. quosdam enim agricultores designauit, alios opifices, aliquos sacrorū faciendorū curæ præfecit, nonnullos ciuitatis custodes. Talibus quidē ab eo ordinatis amplius regionem sui nominis uocabulo appellatam reliquit. Qua indies magis mortalibus referta, Athenienses intra Peloponnesum ex Ionibus coloniam miserunt, & plagam quam occupauerant, pro Ægialea Ioniam nominarunt. Eodemq; modo pro Ægialensibus Iones appellati, in ciuitates xii. dispartiti. At enim post Heraclidarū reuersionē, ab Achæis expulsi, denuo Athenas repetiere. Illinc uero cum Codri prognatis in Asiam Ionicam transmisere coloniam. Hi in Lydiæ & Cariæ litore ciuitates duode-

Priapi sacellū.
Euphronius poëta.
Orneates deus
Aræthyræa.
Phliasia.
Phlius.
Cælossa.
Carneates.
Asopus.
Tanagra.
Prasopij.
Hebe.
Dia dea.
Mecona.
Aegioli.
Nemea.
Aratus primus ceps.
Hypereſia.
Aegialea.
Ionia.
Hellen.
Phthia.
Dorienses.
Xuthus.
Oenoa.
Marathon.
Probalinthus.
Tricorythum.
Achæus.
Achæi.
Ionia unde appellata.
Aegialenses.
Athenię. reip. partitio.
Codridæ.

cim condidere, totidem in partes seipsos diuidentes, quot antea Peloponnesum occupantes. Achæi genere quidem Phthiotæ fuerunt, domicilia uero in Lacedæmonia habuerunt. Heraclidis uero rerum potitis, cum fortunam pristinam ductu Tisameni Orestis filij reparassent (ut superius retulimus) aduersus Iones impetum fecerunt, cúmque uictores euasissent Iones eiecerunt. Ipsi autem agrum sibi uendicarunt, & ipsam loci partitionem conseruarunt, quam distributam acceperunt. Eò uero potentiæ peruaserunt, ut cum reliqua Peloponnesus Heraclidarum subiugata foret imperio, à quibus Achiui ipsi desciuerant, contráque omnes obsistere ualerent, oram ipsam Achaiam nominarunt. Igitur à Tisameno usque Ogygum sub regibus semper uixerunt. Dehinc populari gubernaculo urbes habitæ, adeo in regendis ciuitatibus famam compararunt, ut Italicæ gentes post susceptam aduersus Pythagoricam sectam factionem, maximam legum & institutionum partem ab hisce transtulerint. Post Leuctriacam uero pugnam, orta inter populos controuersia eius iudicium Thebani hisce uiris permisere. Postea uero cum rerum urbanarum communicationem Macedones dissoluissent, eam rursus sensim reuocarunt. Quo autem tempore Pyrrhus expeditionem in Italiam susceperat, quaternæ ciuitates sociæ principatum obtinuerunt. E quarum numero fuere Patræ atque Dymæ. Dehinc è duodecim quasdam adsciuerunt, præter Olenum atque Helicen, cum altera nihil contribueret, alteram fluctus delessent. Nam cum terræmotus in sublime pelagus extulisset, & ipsam diluuij instar absorpsit, simul & Neptuni templum Heliconij, quod & ætate nostra Iones præcipuis honoribus adorant, ibíque sacrificium operantur, quod ab uniuersis Ionibus factum Panionia uocant. Huius sacrificij Homerum meminisse quidam referunt, cum inquit,

Achæorum genus. *Tisamenus.* *Achaia.* *Ogygus.* *Patræ.* *Dymæ.* *Olenum.* *Helice opp.* *Heliconius.* *Neptunus.* *Panionia sacrificia.*

αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊθε καὶ ἤρυγεν ὡς ὅτε ταῦρος
ἤρυγε κελόμενος ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.

Ille animum spirat, sic ructans taurus ut olim
Pertrahitur, regis ructans Heliconij ad aras.

Poëtamq; Ionica colonia iuniorem esse coniectant, qui eius sacrificij Panionici meminerit, quod in Prienensiũ agro Iones communi celebritate Neptuno conficiũt Heliconio, cum et ipsi Prienenses ab Helice originẽ duxisse ferantur. Itaq; huic sacrificio hominem Prienensem iuuenili ætate uigentem regem præficiunt, qui rei diuinæ curam suscipiat. Ampliorem etiam faciunt coniecturam, ob ipsum de tauro dictorum à uate propositum. Iones enim tunc sese facto sacrificio litare arbitrantur, cum taurus inter immolandum mugitus emittit. Qui uero contra sentiunt, ad Helicen dicta illa ex cõiectura transferunt, deq; tauro & de ipsius immolatione, per indeac eo in loco talis consuetudo uersetur. Et ipse poëta de ijs quæ ibi celebrentur comparationem induxerit. Cæterum Helice duobus ante res Leuctricas annis destructa est. Eratosthenes locum se uidisse asserit, & Porthmenses affirmare, quod in traiectu Neptunus ex ære sublimis adstabat, aurigariam scuticam manu gestans, piscatoribus discrimen importantem. Heraclides autem commemorat, ætate sua calamitatem illam noctu incidisse, urbemq; ipsam, quæ stad. XII. distabat à mari, toto cum loco fuisse obrutã. Homines uero inde ad duo millia missos ab Achæis, ut mortuos eximerẽt, re infecta rediisse, finitimis autẽ agrum dispartisse, eam uero cladem ob Neptuni iram accidisse. Nam Iones ex Helice profugos, missis legatis

Prienenses. *Helices destructio.*

gatis

gatis Neptuni ſtatuam ab Helicenſibus petijſſe, quam ſi non exorarent, ſaltem ipſius templi ſacra poſtularent. Quæ cum ab alijs nō exhiberentur, ad Achæorum ciuitatem communiter miſerunt, quibus decernentibus, ut eorum nomine peterent, denuo re infecta rediere. Proxima dehinc hyeme cladem illam ingruiſſe conſtat, poſtea uero Achæos Ionibus ſacra ipſa tradidiſſe. Alterius quoque Helices, quæ ad Theſſaliam pertinet, mentionem fecit Heſiodus. Quippe Achæi per annos aſsidue uiginti ſcribam publicum, & prætores duos annuos habuere. Commune quoque conſilium una in curia cogebant, quod Arnarion uocabāt. In quo de republica ſenatuſconſulta edebantur, & per iſtos & per Iones antea. Poſtea decretum eſt, unum tantum prætorem creari. Aratus ſanè cum exercitus dux eſſet, Acrocorinthum eripuit Antigono. Vrbem uero Achæorum iuri ſubdidit, ſicut & eius patriam Sicyonem. Aſſumpſit etiam Megarenſes, & omnium tyrannides deſtruens, libertatem aſſecutos, Achæorum nomini annumerabat. Sic totam Peloponneſum breui ab tyrannorū iugo ſolutam reddidit, adeo, ut Argos & Hermionem, & Phliuntem & Megalopolin, quæ cunctarum urbium Arcadicarum ampliſsima eſt, Achæis adſciuerit, cum ſanè late plurimum Achæorum auctum eſſet imperium. Ea uero tempeſtas erat, qua Romanus populus Carthaginenſes è Siciliæ poſſeſsione deturbarat. Et aduerſus Circūpadanos Gallos, expeditionem agitabat. Vſque uero ad Philopœmenis præturam, in unum commode permanentes Achæi paulatim corruerunt. Cum iam Romanus populus Græciam uniuerſam ſuo imperio ſubiugaſſet, ſinguliq; non unitis in uiuendo modis utebantur, cumq; nonnulli unà ſe continerent, alij quidem diſſoluere unita cupiebant. Inde cauſam explicat prolatationis ſermonum de Achæis. In eam illos amplitudinem peruenisſe potentiæ, ut Lacedæmonios quoque ſuperexcelluerint, ne dignos quidem cognoſci. Locorum autem quę incolebant, in duodecim partes diſtributorū, ordo talis eſt. Secundum Sicyonem Pellena iacet, dein Ægira ſecunda, tertia Ægæ Neptuni templum habentes, quarta Bura, poſt eam Helice. Ad eam Iones ab Achæis bello fracti, confugerunt tandem ex his oris fugati. Poſt Helicen Ægion eſt & Rhypes, & Patrenſes & Pharenſes, dein Olenus, præter hūc Melas, magnus amnis labitur. Poſtmodū Dyma & Tritæenſes. Iones igitur domicilia per pagos habebant, at uero Achæi urbes ædificarunt, in quibus partim habitarūt, quaſdam etiam ex alijs particulas, ſicut ad Aegiram Aegas, quarum inquilini Aegæi uocabantur. Olenum uero ad Dymam. Inter Patras autem & Dymam uetuſti Olenio rum ædificij ueſtigia monſtrantur. Vbi & Aeſculapij templum inſigne, ab Dyma quidem ſtad. quadraginta, à Patris autem octuaginta diſtans. Aegarum quidem in Eubœa exiſtentium, Aegæ iſtæ par nomen habent. Olenum uero cum altero in Aetolia idem habet uocabulum, ipſius quoque tantū ſeruata extant ueſtigia. Poëta quidem Achaici nequaquam meminit Oleni, ſicut nec aliorum complurium oppidorum in ripa habitatorum. Sed communius profert,

Arnarion.

Aratus prin.

Megalopolis.

Philopœmon.

Sicyon.
Pellena.
Aegira.
Aegæ.
Bura.
Helice.
Aegium.
Rhypes.
Olenus.
Patrenſes.
Pharenſes.
Melas fluuius.
Dyma.
Tritæenſes.
Aegæ.

ἀιγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα & ἀμφ' ἑλίκῃν εὐρείαν. *Iliad. β.*

Ripamq; omnem Et iuxta Helicen longe lateq; patentem.

Cæterum Aetolicum memorans ait,

οἱ πλευρῶν᾽ ὠνέμοντο καὶ Ὤλενον. *Ibidem.*

Pleuronemq; metuit & Olenon.

Ambas etiam Ægas explicat, Achaicas quidem hoc pacto,

οἱ δ' Ἑλίκην εἰς ἐλίκλιν Θ' αἰγὰς δῶρ' ἀνάγοσι.

Iliad. θ. Inq; Helicen simulac Ægas sua dona ferebant. Verum cum dixit,

Iliad. β. αἰγὰς γ' ἔνθα δὲ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
ἔνθ' ἵππους ἔτρεφε ὠσῳδ' ἀέλλας. id est,

In qua ædes celebres, in qua lacus enitet altus,
Hic Neptunus equos posuit.

Aegeum pelagus. Melius est Eboicas Ægas accipere, à quibus & Ægeum pelagus nomen assequi ueri simili us est. Ibi enim Neptuno fuisse negotium fingitur, quod de Troiano

Crathis flu. bello fuerat. Penes Aegas Achaicas, Crathis amnis labitur, à duobus fluminibus incrementa suscipiens. Sic à miscendis aquis appellatus, à quo & Italicus uocatus est Crathis. Vnaquæq; particularum duodecim, è populis septem octoq; constabat, tanta uirorum præstãtia regionem florere contigit. Extat autem Pellene stad.

Pellene uicus. Pellenicæ chlænæ. LX. supra iacens à mari, castellum sanè ualidum. Est & uicus Pellene, à quo Pelleni cæ chlænæ uestes, ad agonas uictoribus præmia proponebãtur, hic inter Aegas &

Pellana. Pellenen iacet. Cæterum Pellana aliud ab his est oppidum in Laconica situm, lo-

Aegiræ situs. Buræ situs. cus ad Megalopolitanum uergens agrum. Aegira autem super tumulo iacet. Bura uero mari incumbit ad stad. XL. quam per terræmotus frequentes absorberi contigit. Hic Sybarus fons est, à quo Sybari Italico deriuatum est nomen. Aega seu quæ

Sybarus. Sibaris fons. Aega. Aegium. Aegæ dicantur, hoc tempore deserta incolis est, urbem habent Aegienses. At Aegium satis incolarũ habet. Isto in loco Iouem à capra lactis alimenta suscepisse scribunt, sicut Aratus prodidit,

ἀἰξ ἱερὴ τλῶ μή τε λόγῳ δ' ἰὴ μᾶζον ἐπισχεῖν. id est,

Diuaq; capra Ioui fama est, hic præbuit uber. Et subdit,

ὠλῳΐλω δέμιν αἶγα διὸς καλέουσ' ὑποφῆται. id est,

Olenia capra. Oleniamq; Iouis uates dixere capellam.

Ceraunia. Aenarius. Locum ostendens, quia proxima est Olenæ. Ibidem & Ceraunia sublimi in petra locata, hæc Aegiorum iuris est, & Helice, & dicatus Ioui lucus, Aenarius nomine. In eo Achæi de republica cõsultaturi conuentum agitare cõsueuerant. Per Ae-

Selinus flu. giorum autem agrum amnis Selinus labitur, eiusdem nominis cum altero qui in Epheso præter Dianæ templum fluit, & cum alio qui per Eleam oram agellum prætercurrit, quem Dianæ Xenophon, accepto eius oraculo, emptum dicit. Alius est Selinus fluuius in Megarensium tractu, Hyblæ uicinorum, quos eiecere Pœni. Cæterarum urbium siue particularum Achaicarum Rhypes haud quaquam ha-

Rhypis ager. bitatæ sunt. Agrum possidebant Aegienses atque Pharenses, quẽ Rhypidem uocabant. De quibus sic Aeschylus mentionem fecit,

Βοῦραν θ' ἱερὰν Θ' κεραυνίας ῥύπας.

Buramq; sacram Ceraunias q; Rhypas.

Myscellus. Leuctrum. Patræ. Rhion. Antirrhion. E Rhypibus sanè oriundus fuit Myscelus habitandæ Crotonis author, ab eisdem fuit & Leuctrum pagus. Inde etiam Patræ sunt, urbs insignis. In medio autem est Rhion & Antirrhion, à Patris XL. distans stadijs. In ea nuper Romanus populus post Actiacam uictoriam nobiliorem militum partem locauit. Hodieq; præclaris uiget ciuibus, cum Romana sit colonia, habet & mediocrem nauium sta-

Dyma. Stratos. tionem. Deinceps uero Dyma ciuitas est absque portu, inter omnes in dysin, id est occasum magis exposita, unde & nomen adepta est. Annis superioribus Stratos

Larisus. appellabatur. Eam uero perlabitur Larisus fluuius, ab Elea per Buprasium descen

scendens, è monte defluens, quem alij Scolin uocãt, Homerus autem Oleniam petram. Cum uero Antimachus Dymam Cauconidem appellet, nonnulli sic approbant à Cauconibus adiectum nomen accipientes, ad hæc usq; loca peruenientibus (ut superius à nobis dictum est) alijs à Caucone fluuio dici placet, sicut & Thebæ Dircææ uel Asopię, Argos Inachium, Troia Simoëntia. Paulo uero ante nostram ætatem Dyma susceptit accolas, cõuenas homines, atq; promiscuos. Quos è numerosa piratarum colluuie, perinde ac reliquias Pompeius habuit, deleta prædonum manu. Quorum partem in Ciliciæ Solis, partem alijs in oris, & hoc in loco habitatores imposuit. Phara Dymæo Agro contermina est, à qua Pharienses dicũtur, cum è Messenia Phara Pharatæ nominentur. In Pharæ finibus est Dirce, eodem quo Thebana uocitata nomine. Olenus quidẽ inculta inter Patras Dymamq; iacet, Dimæi uero ipsum agrum possident. Succedit inde Araxus, Elæum promontorium ab Isthmo stadiũ unum distans. Arcadia cum in media Peloponneso sita sit, præcisam habet plurimam montanæ regionis partem. In ea Cyllene mons est maximus, eius altitudo ad perpendiculum (ut quidam dixere) ad uiginti surgit stad. alij ad XV. aiunt. Gentes Arcadicæ inter Græcam nationem uetustate præstare creduntur. Azanes atque Parrhasij, & cæteri generis eiusdem. At enim propter omnimodam regionis uastationem, haud sanè longior de illis fiet oratio. Oppida nanq; bellorum assiduitate deleta sunt funditus, quæ superioribus seculis fama nobilitarat, ex quibus temporibus agrorum cultores defecerunt. Post quæ plurimæ ciuitates Megalopolin habitatum confluxerunt. Cui nunc illud à Comico dictum congruit,

ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγαλόπολις. id est,

Ampla ciuitas ampla fit desolatio.

Olenia petra.
Dyma unde appellata.
Cauconis.
Soli populi.
Phara.
Pharienses.
Pharatæ.
Dirce.
Olenus.
Araxus.
Arcadia.
Cyllene mons.
Azanes.
Parrhasij.
Megalopolis.

Fertilia autem pecori fuere pascua, præsertim equis atque asinis equarum † suppositoribus. Equorum sanè genus excellit Arcadicum, quemadmodum & Argolicum & Epidauricum. Ætolorum præterea & Acarnanum solitudo pascendis equis est accommoda, non minus quàm Thessalia. Epaminundas quidem Mantineam, superatis secunda pugna Lacedæmonijs, illustrem reddidit, in qua & ipse diem obijt. Hæc autem euanuit, simul & Orchomenus, & Eræa, & Clitor, & Pheneus, & Stymphalus, & Mænalus, & Methydrium, & Caphiæ, & Cynætha, uel uix rara ipsarum apparent uestigia, ullaue signa. At Tegea mediocri adhuc statu permanet, & Elææ Palladis phanum. Nonnihil uenerãtur item Lycæi Iouis templum in Lycæo monte locatum. Decantatas uero à poëta urbes,

ῥύπλω τε στρατίλω τε καὶ ἀνεμόεσσαν ἐνίσπην,
εὐρεῖάν τε χαλεπόν. id est,

Rhypam & Stratiam, & uentis obnoxiam Enispem,
Vix inueneris.

*τοῖς ἵπποβότοις.
Equi arcadici.
Epaminundæ interitus.
Mantinea.
Orchomenus.
Eræa.
Clitor.
Pheneus.
Stymphalus.
Mænalus.
Methydrium.
Caphiæ.
Cynætha.
Tegea.
Elæa Pallas.
Lycæus mons.
Iliad. β.
Rhypa.
Stratia.
Enispe.

Inuentis autem nulla est prorsus utilitas, tanta est locorum solitudo. Insigniores autem montes præter Cyllenen, Pholoẽ, Lyceus, Mænalus, Parthenus, ex Tegea ora Argiam prospectans. Quod de Alphæo ac Eurota mirabile contigit expositum est, de Erasino quoque è Stymphalio erumpente lacu, nunc quidem in Argiuam terram, antea uero exitum non habente cum infima fundi quæ Arcades Zeretra uocant, obtusa forent, & effluere proinde nequirent. Itaq; urbs ipsa Stympha-

Cyllene.
Pholoẽ.
Parthenus.
Erasinus.
Zeretra.
Stymphalis urbs.

liorum, quæ nunc à lacu quinquaginta stad. abest, ea ætate illius ripis incumbebat. Contra uero Ladoni euenit amni, cuius fluentum occluso quondam fonte detinebatur. Coincidentia enim circa Pheneum ima fundi terræmotus uiribus, per quæ cursus illius erat fluminis, moram effecerũt usque ad ipsas fontis uenas in profundum. hunc in modum aliqui proferũt. Eratosthenes autem refert Auiam fluuium circa Pheneum campum urbi uicinum stagnare, & subter quædam ingredi foramina, quæ zerethra nominant. Quibus obturatis interdum super campos aquas effundi, apertisq; rursus meatibus unà cõgregatas è campis Ladonem effluentes in Alpheum irrumpere. Vnde & Olympia terra templo circumposita aliquando inundatione demersa fuerit, & lacus ipse contractus decreuit. Erasinum uero circa Stymphalum labentem, cum montem subintret in ora Argiua rursum emergentem apparere. Eam ob causam Iphicratem, cum Stymphalum obsidione circundedisset, & infecta re frustraretur, descensum occludere conatum, innumerabiles spongias aduexisse, Iouisq; augurijs reuocatum destitisse. Apud Pheneum sanè Stygis aquæ stant, sic enim uocant letalis aquæ stillicidium, quam sacram hominũ facit opinio. De Arcadia tanta dicta sint. Cum uero Polybius à Malea in septentrionẽ usq; ad Istrum circiter decem stad. millia esse dissenserit, Artemidorus hoc ipsum non incongrue dirigit. Nam secundum illum sex millium ac quingentorum contigit esse. Huius rei causa est, quia non breuiter ac pręcise longitudinem mensurat, sed quam quispiam imperatorum permeauit. Haud absurdum fortasse fuerit & eos adijcere, qui habitandæ Peloponnesi authores extiterunt, quos retulit Ephorus. Ipsos inquam, qui secundum Heraclidarum reuersionem prædicantur, Corinthi quidem Aleten, Sicyonis Phalcem, Achaiæ Tisamenum, Elidis Oxylum, Messenæ Cresphontem, Lacedæmonijs Eurysthenem, & Proclem, Argi uero Temenum, litorei uero tractus Ægęum atque Deiphontem.

Auia.

Ladon flu.

Iphicrates.

Stygos aquæ.

Peloponnesi situs.

LIBRI OCTAVI FINIS.

ARGVMENTVM NONI LIBRI.

NOnus liber circa præcipuam Græciæ partem, Athenarumq; laudes uersatur. Ad hæc Bœotiam Thessaliamq; cum ora maritima complectitur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER NONVS.

ABSOLVTA Peloponnesi circuitione, quam primam quidem, cæterum minimam cherronesorum, id est exp enin sulis esse diximus, Græciam componentibus, deinceps adeundæ sunt contiguæ. Fuit autem secunda, ea quidem quæ Peloponneso Megarensem applicat oram. Tertia uero quæ præter hanc Atticam assumit atque Bœotiam, & quandam Phocidis partem, & Locrorum cognomento Epicnemidiorum, adeo, ut Crommyonis ager, non quidem Corinthijs, sed Megarensibus attineat. De his igitur in præsentiarum sumendus est sermo. Refert autem Eudoxus, quod si quis mente conciperet rectam quandam lineam à Ceraunijs montibus ad Sunium Atticæ promontorium, in orientis partes protensam, dextra quidē relinqueret Peloponnesum totam ad austrum, sinistra uero & ad Arcton continuam à Ceraunijs montibus maritimam ripam, & usque ad sinum Crissæum & oram Megarensem, & Atticam uniuersam, & ea quæ deinceps sunt. † cum sic & Eudoxo dictum sit, uiro quidem mathematico figurarumq; atque climatum peritissimo, horumq; locorum scientissimo, intelligere oportet, hoc ipsum latus Atticæ ab Sunio usq; Isthmum cum tractu Megarico, curuum quidem, sed permixtum. In hoc autem spatio ad mediam quodammodo prædictam lineam, Piræus consistit Athenarum portus & emporium, abest uero à Schœnunte Isthmi, initio ad stad. CCC. L. Ab Sunio autē stad. XXX. supra CCC. Tantum ferè interuallum est, quod à Piræo ad fontes, quantum ad Schœnuntem interiacet. Plus tamen esse stad. X. asserunt. Cum Sunium autem circunflexeris, ad aquilonem quidem nauigatio est in occasum uergens. Litus autem circumpositi maris utrinque initio perangustum est, postea in mediterraneam dilatatur. Nihil autem minus inflexionem ad lunæ figuram accipit, uidelicet curuaturam uersus Oropum telluris Bœotiæ, ad pelagus habens. Hoc autem secundum est latus Atticæ in Orientem spectans. Reliquum est latus aquilonare ab Oropio agro ad occasum inclinans, usque ad tractum Megaricum. Montanæ Atticæ plaga, multis insignita nominibus, Bœotiam disiungit ab Attica. Quocirca (ut superius dixi) Bœotia mari utrinque complexa Isthmos, tertiæ iam dictæ peninsulæ siue Cherronesi efficitur, qui propinqua Peloponneso loca, & Megaricam ac Atticam comprehendit interius. Ideoq; apud ueteres ἀκτὴ, id est litus appellatam esse constat, & nomine deriuato pro Actica, Atticam esse nūcupatam, quoniam maxima illius pars ad mare est extenta & angusta, oblonga uero satis, & porrecta montibus usq; Suniū subijcitur. Has igitur percurremus maritimas repetentes oras, unde digressi sumus. Post Crommyonem igitur Scironides Atticis finibus imminent petræ, iuxta mare transitū non relinquentes. Super eas autem uia est in Atticam atq; Megara ab Isthmo ducens. Adeo autē magis ac magis uia petris propinquat, ut in multis eius partibus præcipitium uiatori minetur, tam excelsus & transitu periculosus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte gestæ, latronumq;, & flectētes

* Hoc loco in Græco codice lacunæ quædā sunt, ita ut appareat hic aliqua deesse.

Eudoxus.

Pyræus.

Sunium.

Oropum.

Bœotia.

Actæ.

Atticæ appellatio.

Scironides petræ.

Sciron latro.

ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quos Theseus obtruncauit. Ab hi-
sce locis extremis flantem procellasq; cientem sæuum Caurum produnt, Athe-
Sciron uentus. nienses Scironem appellant. Secundum petras illas Scironides Minoa rupes pro-
Minoa rupes. rumpit in pelagus, Nisææ portum efficiens. Est autem Nisæa Megarensium em-
Nisæa. porium decem & octo ab urbe stad. absens, duobus utrinq; cruribus ad ipsam cō-
plicatum, quod olim etiam Minoa uocabatur. Hāc olim sanè regionem Iones ob-
tinebant, qui & Atticam, cum nondum ædificata forent Megara. Qua ex re poëta
Attici. horum proprie locorum nusquam meminit. Verum cunctos Atticam incolentes
Athenienses. Athenienses appellat, & hos communi comprehendens nomine Athenienses pu-
tat. Sicuti cum in Catalogo dicit,

Iliad. B. οἱ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον.
Athenæ. Insignemq; urbem muris habitabat Athenas.

Megarenses. Accipiendi sunt ij etiam qui nunc Megarenses dicuntur, ut qui in communem
uocati essent militiam. Eius rei documēto illud est, quod antiquis temporibus At-
Ionia. ticam & Ioniam & Iadem uocabant. Et ipse poëta dicens,

Ias. ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἴωνες.
Iliad. ν. Hic Bœotij & Iones,

Athenienses inquit. Huius portio & Megarica fuerat ora. Cumq; de finibus Pe-
loponnenses & Iones sæpissime disceptarent, in quibus & Crommyonia contine
Columna con- finium. batur, inter se pepigerunt, ut columnam sisterent in eo, ubi professi conuenerant lo
co, qui circa Isthmum est. In qua hic inerat titulus, in parte Peloponnesum spectan
te, hæc Peloponnesus, at non Ionia. In parte uero Megara spectante, hæc non Pelo
Pandionis filij. ponnesus est, sed Ionia. Qui igitur oram descripserunt Atticam, cum multis in re-
Aegeus. bus discrepent, in eo consentiunt æstimatione digni, quod cum Pandionis regis
Lycus. quatuor essent filij, Ægeus, Lycus, Pallas, & quartus Nisus, & Attica regio qua-
Palas. tuor esset in partes diuisa, Niso Megara sorte obuenerunt, qui Nisæam condidit.
Nisus. Philochorus sanè eius principatum ex Isthmo usq; Pythium peruenire, scriptis
Megara. suis prodidit. Andron autem usq; Eleusinem, campumq; Thriasium. Cæterū alijs
Nisææ cōditor de hac quadripartita diuisione uario modo loquentibus, hæc ipsa à Sophocle su-
scepisse satis est. Apud quem loquitur Ægæus,

ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισε μοὶ μὲν ἐπελθεῖν εἰς ἀκτὰς
τῆς δὲ γῆς πρεσβεῖα νέμας.
τῷ δὲ λύκῳ τὸν ἀντίπλευρον κάπον βουβοίας νέμων.
νήσῳ δὲ τῷ ὁμαλὸν ἐξαίρει χθόνα σκείρωνος ἀκτῆς,
τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος ᾐ γίγαντας ἐκβρέφων
ἔλαχε πάλλας. id est,

Pater mihi ut ad huius terræ litora discederem definiuit,
Pro grandiori ætate præmia distribuens,
Lyco autem aduerso ex latere Eubœæ hortum præbuit.
Verum Niso tellurem eximit in Scironis litore.
At Pallas gigantes educans,
Tellurem in austrum spectantem sorte capit
Vir immitis.

Quod igitur Atticæ pars Megaricum solum extiterit, huiusmodi signis utun-
tur. Post reuersos Heraclidas diuisione ab eis, eorumq; comitibus Dorien sibus fa-
cta

cta, multis ut terram suam amitterent euenit in Atticam confugientibus, è quorum numero fuit Messeniorum rex Melanthus. Is ab Athenienſibus ſponte rex factus est, cum de proſtrato ſingulari à ſe pugna Bœotiorum rege Xantho uictoriam reportasset. Cumq; multis mortalibus referta esset Attica, propter conuentum exulum, Heraclidæ irritantibus eos maxime Corinthijs & Messenijs timere cœperunt. Illis quidem ob locorū uiciniam, his autem, quia per id tempus Melanthi filius Codrus Atticæ rex erat, aduersus Atticam hostilem ductarunt exercitum. Prælio autem uicti, aliam quidem amisere terram, Megaricam uero tenuere, & Megara urbem mœnibus cinxere, hominesq; Dorienſes pro Ionibus fecere. Columnam quoque Ionum, & Peloponnesum confinia habentem deleuere. Megarensium quidem ciuitas multa fortunæ uarietate perfuncta est, tamen in hanc perduratætatem. Habuit & philosophorum studia, quos appellauere Megaricos, qui Euclidi Socratis auditori succeſſere. Sicut & Phædonem Eleum, Eleatæ sectæ successores excepere, Socratis & ipsum discipulum. E quibus extitit Pyrrhon. Sic ab Menedemo Eretrienſi deriuati sunt Eretrici. Est autem Megarensis ager sicut & Atticus asper, minimeq; ferax, cuius partem ampliorem continent montes, quos Oneos, id est Asinarios uocant, dorsum quoddam à petris Scironijs longe in Bœotiam Cithæronémque protensum, cæterum mare Nisæum, ab Crissa Alcionide (sic enim appellatur) ſeparans. Cum à Nisæa in Atticam nauigas quinq; perexiguæ procumbunt insulæ. Dehinc Salamis stad. LXX. in longum perrecta, uel, ut alij asserunt, LXXX. Habet autem eiusdem nominis urbem. Vrbemq; aliam uetustam uacuamq; in Aeginam obuersam atque austrum, quemadmodum & Aeschylus ait. Ipsa Aegina ad austri iacet flatus. Habet & alteram quæ hodie iacet in sinu, ad locum Isthmi faciem gerentem, Atticæ contiguum. Alio apud antiquos uocabantur nomine. Nam à quorundam uocabulis Heroum Sciras & Cychria dicebatur. Vnde & Minerua Sciras appellatur, & locus alter Atticæ Scira, & ἐπισκίρωσις, quondam sacrificandi genus. Et mensis Scirophorion. Inde etiam & Cychriodes serpens, de quo dicitur ab Hesiodo, ut ab Cychreo sit educatus, dein ab Euryclo, quia insulam uastaret fuerit eiectus. Postea ab Cerere ad Eleſinem confugientem, hospitaliter acceptum, illius factum esse ministrum, nomen etiam ab arbore Pytia, Pytiusam adeptam. Aeacidæ quoque insulam nobilitarunt, cuius aliquando ditionem obtinuere, præsertim Aiax ille Telamonius. Accedit quod circa insulam istam Græci Xerxem nauali prælio profligarunt, domum timide fugitantem. Æginetæ etiam non parua ex hoc certamine gloria communiter potiti sunt, & finitimi facti, & memorabilem exhibentes pugnæ classem. Eleusinæ autem fluuius est hodie quidem Bocalia, priùs autem Bocarus appellatus. Insulam hoc tempore possident Athenienses, de qua quondam extitit aduersus Megarenses non parua contentio. Fama est Pisistratum, siue ut alij asserunt, Solonem in nauium catalogo, post uersum illum,

ὧδε δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας. id est,

Bis senas Salamine rates agit inclytus Aiax.

Deinceps scriptum hunc inseruisse,

στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαν φάλαγγες.

Stabat agens Acteæ ubi consedere phalangens.

Vt teste poëta uteretur, insulam iuris Athenienſium à primordio fuisse. Quod

Melanthus.
Codrus.
Megara.
Columnæ confiniũ euerſio.
Megarici philoſophi.
Euclides.
Phædo Eleus.
Eliaci philoſophi.
Pyrrhon.
Menedemus.
Eretrienſes.
Eretrici.
Onei montes.
Salamis.
Sciras.
Cychria.
Scira.
Epiſcirusis.
Scirophorion menſis.
Cychriodes ſerpens.
Xerxis fuga.
Bocalia.
Bocarus.
De Salamine diſceptatio inter Athen. & Megarenſes.
Huius memini tetigit cõtrouerſiæ Plutarch. in Solone & Vlpianus in orat. Demoſth. περὶ παραπρεσβείας.
Locus Homeri in Catalogo.

sanè testimonium Critici nequaquam amplectuntur, cum multa contra illos carmina testimonium afferant. Nam cur Aiax in locatarum nauium statione nouissimus? non autem Athenienſibus adiunctus esse uidetur, sed cum subditis Protesilao Thessalis, ubi & Aiacis & Protesilai naues consistebant, & Agamemnon in circumeundo exercitu,

Iliad. Δ. εὗρε γὰρ ἑστεῶτα μεγηθέα πλήξιππον
ἑσσότ' ἀμφὶ δ' ἀθῆναῖοι, μήστωρες ἀϋτῆς.
αὐτὰρ ὁπλησίον εἰστήκει πολύμητις ὀδυσσεύς.
πὰρ δὲ λιφαλλώων ἀμφὶ σίχθ' οὐκ ἀλαπαδναί.

Inde Menesteum Petei prolem inuenit acrem,
Stant & Athenæi prope docti Martis in armis.
Astiuxta steterat uersutæ mentis Vlysses,
Atq; Cephallenûm propter manere phalanges.

Verum ad Aiacem & Salaminios rursum, uenit ad Aiaces penes ipsos altero ex latere Idomeneus, non autem Menesteus. Igitur Athenienses tali apud Homerum uti uidentur testimonio. At Megarenses contra, hunc in modum cecinisse,

ἄλλας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, ἔκ τε πολύχνης,
ἔκτε Αἰγειρούσης νισαίης τε τριπόδων τε.

E Salamine rates Aiax agit atq; Polychna,
Exq; Aegirussa, Nisæaq;, Tripodibusq;.

Tripodes. Tripodiscium.

Quæ Megarica loca sunt, è quibus Tripodes, hodie Tripodiscion appellantur, ubi nunc Megarensium forum iacet. Aliqui sanè ex hoc aiunt, quia Poliadis Mineruæ sacerdos caseum recentem attingere prohibita est, cui externus tantum offertur, cum ea quidem & Salaminio utatur, externam Atticæ Salaminem aiunt, haud recte. Nam qui ex alijs insulis manifeste uicinis Atticæ uehitur, offertur, cum illi qui huius ritus authores extiterunt omnem qui è Ponto longe aduehitur, externum intellexerint. Opinio est, Salaminem priscis temporibus seorsum instructam per se fuisse, Megara uero Atticæ partem extitisse. In Salaminiaco autem litore Attici soli & Megarici confinia iacere contigit, duos uidelicet colles, quos cornua uocant. Deinde Eleusin urbs, ubi Eleusinæ Cereris templum extat, & phanum mysticum quod Ictinus apparauit, turbæ theatralis capacissimum. Is etiam uirginibus Mineruæ domicilium in arce condidit, Pericle operis præfecto. Ciuitas quidem in ipsis connumeratur populis. Dehinc Triasius campus patet. & eiusdem uocabuli ripa & populus. Dein Amphiala promontorium, cui superimminet latomia, id est lapidum excidendorum locus, & sinus freti ad Salaminem, ad stad. duo. Quē cum Xerxes iniecta terra exaggerare conaretur, præoccupante nauali prælio, fugam cum Persis capessere coactus fuit. In hoc tractu duæ sunt exiles insulæ Pharmacusæ, è quibus maior sepulchrum Circes ostentat. Super hac ripa mons est, quem Corydalum uocant, & tribus una Corydalia. Pòst portus Furum, & Psyttalia insula deserta & saxosa, quam Piræi portum, dixere quidam. Vicina est Atlanta, quo nomine alia est ad Euboeam atq; Locros. Alia parua insula, Psyttaliæ similis. Inde Piræus ipse in tribubus siue populis annumeratus. Est & Munychia tumulus curuus, in Cherronesi faciem, cauernosus, tum natura, tum operа dedita, magna ex parte ut habitationes admittat, ingressum angusto habet ore, cui quidem portus terni subiacent. Quondam muro uallata Munychia erat, & iunctis domicilijs referta, ut Rhodiorum ciuitas circuitu complectens & Piræum

Megarensiū fines. Cornua mont. Eleusin opp. Eleusina Ceres Ictinus. Triasius. Amphiala. Xerxes. Pharmacusæ. Circes sepulc. Corydalia tribus. Furum portus. Psyttalia. Atlanta. Piræus, tribus Munychia.

&

& alios portus naualibus plenos, in quibus & armamentarium Philonis opus. Armamẽtariũ Philonis.
Statio ibi nauium dignitate insignis CCCC. capax nauium, cum non pauciores ab Athenien sibus emitterentur. Hoc autem muro, duo ex oppido protracta crura, urbem Piræo coniungunt. Hi fuere longi muri stad. XL. longitudine. At murum istum bella plurima diruerunt, & Munychiæ munimentum. Piræum quoq; portum in habitaculorum angustias contraxerunt, & ædem Iouis saluatoris. Porticus ipsa templi admirabiles habet tabulas, clarissimorum opera artificium. Impluuium autem spectabiles habet statuas. Cæterum longi muri dissipati fuerunt, primum quidem Lacedæmonijs amolientibus, postea uero Romanis. Qua tempestate Scylla & Piræum, & oppidum per obsidionem expugnauit. Vrbs ipsa saxum est in plano quaquauersum habitato, quo in saxo uetustum Mineruæ templum Poliadis surgit, in quo lucis inextinctæ lychnus est, & uirginum domus quam Ictinus condidit, ubi Palladium est ex ebore perfectum, opus Phidiæ. Sed enim cum tot & tantæ huius ciuitatis longe latéq; decantatæ laudationes occurrant, plura eloqui uereor, ne institutæ descriptionis propositũ egredi cõtingat. Id nanque mihi euenit, quod Hegesias refert, cum oculis subiectam cerneret arcem, Tridentis ipse signum aspicio, aspiciens Eleusinen diuinorum sacer uates sio. Illud λεωκόριον, id est cæsarum à Leo patre puellarum sacrarium, hoc Thesei phanum. Non licet explicare singula (Attica enim deorum est) loca ipsa possidentium, & parentum Heroum. Hic quidem unius in arce signi mentionem fecit. Polemon autem scriptor orbis de sacris donis in arce positis, quatuor conscripsit uolumina. Similis de reliquis urbis partibus ratio contingit, & agro. Eleusinen præfatus unam ex populis seu tribubus centum & septuaginta, addunt nonnulli quatuor. Aliorum nullum prorsus nominauit. Habent si non cuncti, at permulti fabulosos, & quidem complures sermones ac historias. Sicut Aphydna quidem Helenę rapinam à Theseo cõmissam, & eam à Castore atq; Polluce depopulatam, receptámque sororem. Marathon uero contra Persas prælium, Rhamnus autem Nemeseos statuam, quã Diodoti opus plerique dicunt, alii qui uero Agoracriti Parij, quę ex magnitudine & pulchritudine perfecta magis ac magis est, & cum Phidię operibus æmulatione contendit. Eodẽ modo & Decelea arx & receptaculum Peloponnensibus in bello Decelico. Phile etiam per quam in Piræum Thrasybulus populum, & ex Piræo traduxit in urbem. Sic & de pluribus alijs referre licet. Permulta etiam de Leocorio facta commemorat, & Thesei phano & quæ Lyceum habet & Olympica, quam semifactam rex morte præreptus dimisit, antequam donum offerret. Similiter & Academia & philosophorum horti, & cantorum receptaculum, & porticus uaria, & templa per urbem, quæ omnia artificum habebant opera. Amplior autem esset oratio si quis ędificandę urbis authores perscrutetur, accepto à Cecrope initio. nec enim omnes eodem asserunt modo. Id autem ab eis nominibus manifestum est. Nam ab Acteone Acticam dicunt, Atthidem uero & Atticam ab Atthide Cranai filia, à quo & inquilini Cranai uocantur, Mosopiam uero à Mosopo, Ioniamq; à filio Xuthi Ione, Posidoniam siue Neptuniam, & Athenas à Posidone siue Neptuno & Athena, id est Minerua, appellationem deorum sortitam. Dictum est quod hoc in loco gens Pelasga uidetur esse uersata, quodq; Pelasgi ab Athenien sibus propter illorum errorem sint appellati. Quo uero maior est circa res præclaras honoris auiditas, quóque plures

Philonis. Athenien sium naues. Crura Athenarum. Piræus. Iouis seruatoris templum. Athenæ expugnatæ à Sylla. Athenarum situs. Mineruæ Poliadis templũ Ictinus. Palladium. Hegesiæ dictũ. Leocorium. Polemon. Tribuum numerus. Aphydna. Helenæ raptus à Theseo. Marathon. Rhamnus. Nemesis statua Decelea arx. Athenarum initium. Cecrops. Actica unde. Atthis. Attica. Cranai. Mosopia. Ionia. Posidonia. Neptunia.

fuere, qui eas ſcriptis commendauere, eo maior eſt redargutio, niſi quicquam contineat hiſtoriæ. Sicut in fluuiorum aggregatione ridere Callimachus inquit, ſi quis ſcribere audeat Athenienſes uirgines,

Athenæ. ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος ἠελίοιο.

Eridanus. Dulce ac purum Eridani haurire uinum,

A quo & pecora ſe abſtinerent. Sunt igitur lucentis aquæ potuique ſuauiſsimæ, fontes (ut aiunt) extra portas quas Diocharis appellant iuxta Lycæum, antea copioſæ atque pulcherrimæ fons aquæ propè egregio conſtructus ornamento fuerat. Qui ſi hodierno tempore nuſquam eſt, quidnam eſſet miraculi, ſi priſcis annis abundans & lucida cum eſſet, adeo, ut etiam amnis fieret, poſteriori mutata ſit ætate? In tot igitur ac tantis immorari non licet. Nec uero ſilentio ita præterire, ut quorundam ſaltem ſummam memoria non complectar. Satis erit hęc adieciſſe, quod (ut Philochorus memoriæ prodidit) cum regionem ipſam Ca-

Diocharis portæ.

Aones Bœotij. res quidem à mari, Bœotij uero à terra populatoribus uaſtabant, quos Aones uocitabant, Cecrops primum multitudine in ciuitates XII. habitandas digeſsit,

Cecropis inſtitutum. Quarum nomina Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleuſis, Aphydna,

Cecropia. Tetrapolis. Epacria. Decelea. Eleuſis. Aphydna. Thoricus. Brauron. Cytherus. Sphettus. Cipheſia. Phalerus. Theſeus. ſiue ut alij plurali numero Aphydnæ, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cipheſia, Phalerus. Theſeus uero poſtea duodecim illas in hanc unam congreſſe ciuitatem denuo memoratur. Athenienſes quidem regali prius gubernabantur imperio, in popularem poſtmodum tranſiere ſtatum, inuadentibus inde tyrannis Piſiſtrato eiúsque filijs. Cum demum paucorum dominatus irrupiſſet, & CCCC. & XXX. tyrannorum quos Lacedæmonij impoſuerant, hos quidem exturbauere facile. Et popularem potentiam tutati ſunt, quoad Romani ciuitatem potentia ſua poſſederunt. Nam ſi paruo quodam tempore Macedonum regum uim illatam coacti habuere, eandem tamen gubernandi formam integram ſeruauere. Quidam ſanè tradunt, ea tempeſtate per annos decem illos optimo ſtatu gubernaſſe, qua Macedonum principi paruere Caſſandro. Hunc enim uirum cum alijs in rebus uehementior tyrannus eſſe uideretur, certe in Athenienſes benignam exercuiſſe mentem conſtat. Ex quo †parentem ſibi ciuitatem accepit. Demetrium nanq; Phalereum ex ciuibus præfectum impoſuit Theophraſti philoſophi familiarem, qui non modo popularem non deſtruxit potentiam, ſed etiam melius rectiusq; reſtituit. Documento ſunt illius uiri cõmentaria, quæ de iſta rep. ſcripta reliquit. Verum tantũ inuidia ualuit, & in paucos odium & inimicitia, ut poſt Caſſandri obitum in Ægyptum fugere coactus ſit. Inſurgentesq; ſtatuas eius plures CCC. detractas conflauere, quodq; eſt indignius, adiecere quidam, in matulas. Romanus igitur ſenatus eos popularem ſtatum agentes accipiens, proprias ipſis leges inſtitutaq; ſeruauit, & libertate donauit. Verũ Mithridatico ingruente bello, rex ipſe quos uoluit ei tyrannos inſtituit. At potentiſſimum Ariſtonem qui ciuitatem ipſam uiolenter afflixerat, Sylla Romanorũ Imperator expugnatum obſidione hominem, in poteſtatemq; redactum ſupplicio affecit, & ciuitati ueniam tribuit. Quę in hodiernum diem uſq; libertate fruitur, eamq; Romani magnis dignantur honoribus. Poſt Pirĕum autem portũ Phalerius eſt populus in litore propinquo. Dehinc Halimuſij, Æxones, Haliẽſes ſiue piſcatores, Æxonij, Anagyraſij, Inde Orei, Lampyrei, Æginenſes, Anaphlyſtij, Azenenſes. Hi quidẽ populi uſq; ad Sunium promontorium ſunt. Inter hos uero, quos dixi populos, longum eſt

Demetrius Phalereus. Theophraſti cõmentaria de rep. Demetrij ſtatuæ.

Ariſton. Sylla. Phalerius pop. Halimuſij. Aexones. Halienſes. Anagyraſij. Orei. Lampyrei. Æginenſes. Anaphlyſtij. Azenenſes.

pro

promontorium Zoſter appellatum, primum poſt Æxoneas. Dein aliud poſt Thoreos, Aſtypalea. Ante illud iacet inſula Faura. Ante aliud Eleuſſa. Ad ipſos etiam Aexoneas Hydruſſa. Ad Anaphlyſtios autem Panos templum eſt, & aliud Veneris Coliadis. Quem ad locum naufraga enataſſe ſpolia, ferunt, è claſſe ultima Perſarum, qui ad Salaminem nauali prælio decertarunt. De quibus & Appollinem oraculum edidiſſe conſtat,

Zoſter prom.
Aſtypalea.
Phaura.
Eleuſſa.
Coliadis Veneris templum.

λωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.

Coliades ſanè mulieres remigijs horrebunt.

E regione autem horum locorum Belbina iacet inſula, non admodum ſemota, & uallum Procli. Plurimæ uero harum cultoribus ſunt uacuæ. Vbi autem promontorium Sunij flexeris, Sunius eſt populus dignitate præſtans. Dehinc Thoricus. Dein Potamus id eſt fluuius populus, (ſic enim appellatur) unde & incolæ Potamij dicti. Poſt Praſia, Sterea, Brauron, ubi Crauroniæ Dianæ ſacellum eſt. † Myrrhinuſa, Probalinthos, Marathon, ubi Miltiades copias funditus dedit in ſtragem, quæ ducem Datim Perſicum ſecutæ fuerant, non expectatis Lacedæmoniorum auxilijs tardius ob rotundã lunam profectis. Hic, ut poëticis traditur fabulis, Theſeus Marathonium mactauit taurum. Secundum Marathonem autem Tricorythus. Dehinc Rhamnus Nemeſeos templum habens. Dein Pſaphis Oropiorum. Hic ſitum eſt Amphiarai oraculũ quondam uenerabile. Vbi Amphiaraum fugitantem (ut Sophocles inquit) ſciſſa Thebana tellus hauſit, ipſis cum armis curruq; quadrijugo. Oropus profecto ſæpenumero in cõtrouerſiam certamenq; peruenit. In confinibus enim Atticæ ac Bœotię ſitus eſt. Ante hoc litus autem ad Thurium et Sunium iacet Helena inſula, aſpera quidem et ſolitaria, prolixa ſtad. LX. longitudine. Eius mentionem à poëta factam eſſe aiunt his in uerſibus, ubi Alexander Helenam alloquitur,

Belbina.
Procli ual.
Sunius pop.
Thoricus.
Potamus.
† *Hic quædam deſyderantur.*
Praſia.
Sterea.
Brauron.
Brauronia.
Diana.
Myrrhinuſa.
Probalinthos.
Marathon.
Miltiades.
Datis.
Marathonius taurus.
Pſaphis.
Amphiaraus.

ἦν δ' ὅτε σε πρότερον λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς,
ἔπλεον ἁρπάξας ἐν νηυσὶ πορησι νέεσθαι,
νήσῳ δὲ ἐν ἱραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Nec cum terapiens primum è Lacedæmone pulchra
Pontiuagis ratibus Cranao me in litore iunxi.

Hanc enim inſulam dicit Cranam, quæ hoc tempore Helena uocatur, quoniam in ea coierint, & eorum mixtio facta eſt. Poſt Helenam uero Eubœa finitimo accumbit litori longa ſimiliter & anguſta. Et pro eius longitudine continenti appoſita, ſicut Helena. A Sunio ſane ad Auſtrale Eubœæ promontorium, quod litus album uocant, nauigatio eſt ſtad. CCC. ſed de Eubœa in poſterioribus dicetur. Populos uero Atticæ in agro mediterraneo explicare longum eſſet, tanta eorum multitudo eſt. E montibus maxime nobiles Hymettus & Brileſſus & Licabettus & Parnes & Corydalus. Effoſsio autem marmorum pulcherrimorum ex ora Hymettia, & Helice penes urbem eſt. Hymettus quidem mel gignit optimum. Argentifodinæ ſanè regionis Atticæ initio quidem exiſtimatione dignæ, hodie autem defecerunt. Ipſi artifices ueteres quiſquilias, & ſpurcitiam recoquentes, purgatum ex illis argentum adhuc inueniebant, cum antiquiores illis imperite fornaculis uterentur. Mel autem Atticum cuncta bonitate ſuperat, eo uero longe præſtantius illud eſſe dicitur, quod ad argentarias gignitur. Quod quidem etiam ἀκάπνισον id eſt à fumo purgatum aiunt quodam

Helena inſula.
Crana.
Eubœa.
Attici pop.
Hymettus m.
Brileſſus.
Licabettus.
Parnes.
Corydalus.
Helice.
Mel atticum.
Acapniſtū mel

Cephisus. apparitionis modo. E Potamorum id est fluuiorum numero Cephisus est, è
Gephyra flu. Trinemijs originem ducens, per plana uero fluens. Vbi Gephyra, id est pons
Gephyrismi. adest & Accolæ Gephyrismi propter dicacitates atque conuicia. Is per crura muro-
rum in Piræum usq; perductus Phalerium ingreditur pelagus, magnáque ex par-
Ilissus. te torrentis instar labitur, æstiuo penitus diminutus tempore. Talis item Ilissus
est, ex altera urbis parte currens ad litus, id est è locis super Agram & Lycæum
ac fontem quem in Phædro Plato collaudauit. De Attica quidem hæc. Dein-
Bœotiæ descri- ceps est Bœotia, de qua uerba facturum, gentibúsque finitimis repetere quædam
ptio. oportet, quorum facta superius est mentio declarandarum rerum gratia. Dici-
mus autem ripam ipsam à Sunio usque Thessalonicam in septentrionem porrigi,
cum mare supernum in orientem declinet. Loca uero quæ supra in occasum ia-
cent, uti fascias quasdam per totam oram inuicem extentas. E quibus prima est
in agro Megarensi quæ orientalem instar fasciæ protendit partem, è Sunio usque
Oropum, & illius regionis ripam. Oram autem occidentalem atque isthmum,
Halcyonium ma- & mare Halcyonium ad fontem usque Creusam.* Secunda Bœotia est ab ortu
re.
Creusa fons. in occasum profecta, fascia quædam ab Euboico mari ad Crissæi sinus mare, æ-
Hic rursus la- qualis quodammodo longitudine ad Atticam uel minor in longum, uerũ agri
cunulæ sunt e- uirtute longe præstans. Ephorus sanè & hoc in loco Bœotiam finitimis genti-
tiã in Græco, ut facile appa- bus excellentiorem esse demonstrat. Et quod sola triplici alluitur pelago, & plu-
reat quædã de ribus abundat portubus. In sinu quidem Crissæo & Corinthiaco delata ex Italia
esse. & Sicilia & Africa mercimonia excipit. E partibus autem Eubœam spectantibus
ad utrunq; latus Euripi, diuiso litore, hoc quidem ad Aulidem agrumq; Tanagræ
uergit, illud autem ad Salganeum & Anthedonem continuum est mare, quod Æ-
gyptum et Cyprum & insulas spectat. Et illud quod Macedones & Propontidem
& Hellespontũ prospicit. Addit etiam quod eius partem Eubœam quodãmodo
Euripus efficit, sic angustus ut ipsi Bœotiæ ponte ad duorum iugerum mensuram
coniungatur. Huiusmodi laudibus regionem ipsam extollit. Et ad imperandum
natura quidem comparatam esse. Educatione uero & disciplina nequaquàm usos
illius præsides, qui licet rem prospere quandoq; gesserint, tamen ne parum quidem
Epaminundas. temporis perdurarunt. Sicuti documento extitit Epaminundas. Vbi enim ille
mortem oppetijt, è uestigio principatum amisere Thebani eo tantum degustato.
Cuius rei causa fuit, quia cõsuetudinis & familiaritatis cum hominibus habẽdę ra
tionẽ neglexerunt, solius duntaxat uirtutis bellicæ curam suscepere. Adijciendum
etiam quam ob causam cum Græcis ea potissimum ratio utilis est. Quandoqui-
dem cum barbaris uiolentia ipsa est affabilitate potentior. Enimuero Romani prio
ribus seculis aduersus nationes agrestiores belligerantes, huiusmodi suauitatis di-
sciplina nequaquàm indigebant. Ex quo autẽ aduersus mansuetiores populos tra
ctare bella cœperunt, huic sese applicantes ritui moribusq; degendi, cuncta suo sub
Aones. didere regno. Cum uero Bœotiã prius Barbarę gentes incolerent, Aones, Temmi-
Temmices. ces q; è Sunio profugę, uagiq; Leleges, & Hyantes, deniq; Phœnices Cadmi comi-
Leleges. tes regionem tenuerunt, qui arcem Cadmæam muro uallauit, & regnum suis po-
Hyantes. steris nepotibusq; reliquit. Illi porrò arci Cadmææ Thebas muro coniunxerunt,
Cadmæa arx. regnumq; conseruarunt, plurimorum Bœotiorum imperium adepti, quo ad Epi-
Epigoni. goni exercitum induxerunt, horum ætate paruo deficientes tempore, rursus The-
Thebæ. bas repetierunt. Similiter à Thracibus & Pelasgis eiecti in Thessalia regnum collo-

cauere,

cauere, cum Arnæorū multi temporis ſocietate, unde Bœotici uocati ſunt omnes. Poſtea in patriam reſtituti ſunt, cum Aeolica iam parata claſsis eſſet ad Aulidem Bœotiam quam in Aſiam Oreſtis filij mittebant, & Bœotiæ agrum Orchomeniū adiunxiſſent. Nam prius nulla erant communione coniuncti, nec Homerus eos Bœotijs annumerauit, ſed Minyas ſeorſum nuncupat, hi cum illis eiecerunt quidem Pelaſgos intra Athenas, à quibus ciuitatis portio Pelaſgica uocatur ſub Hymetto ſua collocantes habitacula, Thraces uero ad Parnaſum, Hyantes uero Phocenſem urbem Hyan incoluere. Memoriæ prodidit Ephorus, Thraces factis erga Bœotios inducijs, noctu incurſationes egiſſe. Cumq; ſecurius & negligentius expeditionem agitarent, perinde ac pace iam facta, eos uero Bœotij propulſaſſent, quererenturq; quod inducias uiolaſſent, illi non uiolaſſe reſponderūt. Dies enim pepigiſſe, noctu autem incurſaſſe. Vnde uulgatum eſt prouerbium, Thraciū commentum. Verum durante adhuc bello, abijſſe Pelaſgos, captandi oraculi gratia, abijſſe etiam Bœotios. Igitur redditum quidem Pelaſgis oraculum, dicere inquit non poſſe. Cæterū Bœotijs eos ab ipſa occiſa uate, & impietate fœlices fore, & rem proſpere geſturos. Aedituos autem exiſtimaſſe uatem Pelaſgis generis propinquitate gratificatam. Nam & phanum initio Pelaſgorum extitit. Hunc in modū interpretatam corripientes mulierem in ignem inieciſſe, animo uertentes ſiue illa malitioſe feciſſet ſiue non, utranque in partem recte ſe habere. Si quidem fallax edidiſſet oraculum eam ſupplicio affectam, ſin uero malitioſe nihil edidiſſet, eos imperata patraſſe. Præfectos autem phani, perpetratores illos ut iniudicatos occiderent, & quod amplius eſt in templo, non approbaſſe. Rem uero in iudicio conſtituiſſe, ad ipſasq; ſacerdotes citaſſe. Eæ autem prophetiſſæ ſunt, quæ è tribus reliquæ ſuperant. Illis autem dicentibus, nuſquam legem eſſe qua mulieres ius dicerent, aut iudicium facerent, electos etiam aſſumpſiſſe uiros, pari cum mulieribus numero. Viros igitur abſoluiſſe, ac mulieres damnaſſe. Paribus autem ſuffragijs exiſtentibus, uiciſſe ſuffragia quæ abſoluerunt. Ex hoc autem apud Dodonem uiros ſolis reſponſa dare Bœotijs. Ipſas autem prophetiſſas oraculum interpretantes, contra quod deus ipſe Bœotijs imperet, differere Tripodas apud eos collectos ad Dodonam mittere quotannis, iamq; hoc efficere. Semper enim ex ſuſpenſis Tripodibus aliquem nocturno diripientes tempore, & ueſtibus occultantes, quaſi clanculum, tripodes afferre Dodonam. Poſtea Aeolicæ deducendæ coloniæ, Penthilo auxilium attulerūt, plurimos ex eorum numero ſimul emittentes, adeo ut Bœotia nuncuparetur colonia. Poſterioribus annis bellum iuxta Platæas geſtum, agrum eorum magna uaſtitate afflixit. Suis inde rebus reparatis, iterum eò potentiæ conſcenderunt, ut de Græciæ principatu Thebana ciuitas decertaret, duobus prælijs Lacedæmone ſuperata. In ipſa uero pugna cadente Epaminunda, ea de ſpe falſi deciderunt. Tamen pro Græcis contra Phocenſes communis templi ſpoliatores bellum ſuſcepere. Verum hoc ex bello contracta calamitate inuadentibus Græciam Macedonibus, ipſi per ſe urbem funditus deletam amiſere, quam inde refectam mœnibus recuperarunt. Ex eo tempore rebus in peiora ſublapſis ad hæc uſq; tempora, ne mediocris quidem pagi formam retinet. Reliquæ etiam urbes paſſim ſeſe rationem habēt, præter Tanagram atque Theſpias. Nam hæ ſatis commodæ permanent pro illorum comparatione. Deinceps ſanè de regionis ſitu facienda eſt expoſitio, initium ab Euboico litore ſumentibus, quod Attico ſolo continens

Minyæ.
Pelaſgica portio Athen.
Hyaopp.
Prouerb. Thracium cōmentum.
Oraculū Bœotorū apud Dodonam.
Prophetiſſæ interpretamentū ambiguū.
Bœotis uiros reſponſa dare apud Dodonā.
Bœotia colonia.
Tanagra.
Theſpiæ.

Oropus. Delphinius portus. est. Principium autem est Oropus, portusq; sacer quem Delphinium uocant, ad quem antiqua iacet Eretria, in Eubœa, nauigationem LX. stad. habens. Secũdum post Delphinium est Oropus stad. intra XX. Apud hunc uero est huius temporis Eretria. Eretria. Nauigatio ad eam est stad. XL. Deinde Delium Apollinis templum est, quod è Delo profecti condiderunt. Tanagrẽorumq; castellum est, longe ab Aulide stad. XXX. Vbi prælio deprehensi Athenienses effusa fuga terga uerterunt. Inter fugitandum autem Socrates philosophus, miles pedester Xenophontem Gryli filium conspicatus ex equo prolapsum, humiq; iacentem, cum equus longe abiisset ab oculis, eum sublatum humeris complura per stad. exportauit tutũ in locum, donec quiescente fuga salutem ille comparauit. Porrò est portus magnus, quem profundũ uocant portum. Dein Aulis lapidosa sanè ora & Tanagrẽorum uicus. Portus sanè est quinquaginta capiens naues. Quocirca Græcorũ classem magno in portu conscendisse simile ueri dixerim. Euripus quoque ille Chalcidis propè cõsistit ab Sunio stadia absens LXX. Superq; illo pons duorum imminet iugerum (ut superius retuli) utrinque autem turris instat, una quidem ex Chalcide, altero uero ex Bœotia, ad ipsamq; fabrefacta fistula est. De ipso etenim Euripi refluxu, tantum solũmodo dicere satis est, quod die quolibet ac nocte septies cursum transmutat, causa uero alibi scrutanda est. Prope quidem locus est sublimis cognomento Salganeus, ab Salganeo cognomentum assecutus ibi sepulto. Is homo fuit origine Bœotius, qui sese nauigãtibus è Malea hoc mare Persis ducem præstitit. Ipsum uero classis præfectus Metabates priusquam Euripum attingeret occidit. Suspicabatur enim præ malitia classem eò fraude illum coniecisse, & angustum in mare minime peruium induxisse. At ubi intellexisset falsum se Barbarus ille pœnitentia ductus ipsum classis ductorem indigna cæde peremptum cernens, honore sepulturę decorauit. Græa quoque Oropo uicina est, & Amphiarai sacellum, & Narcisi Eretriæi monumentum, quod taciturnum uocant, quandoquidem prætereuntes silentia tenent. Quidã ipsam aiunt esse Tanagram. Eadem uero est pastoria, quę & Tanagrica. Tanagræi quoq; Gephyræi, id est Pontani dicũtur. E Gnopia autem Thebana huc translatũ Amphiarai templũ est. Mycalessus etiam Tanagræ uicus est, uicinus quidem uiæ Thebanæ Chalcidem ducenti, quem lingua Bœotia Mycaletum uocant. Similiter Harma, id est currus Tanagræi iuris est pagus ad Mycaletum desolatus, qui ab Amphiarai curru nomen adeptus est, alter ab eo Harmate, quod quidem in Attica est, tribus uidelicet quædam ex Atticæ populo Tanagræ similis. Hinc uero ortum illud est prouerbium, Quãdo per Harma, id est, currum fulgurauerit, fulgur aliquod obseruantibus Pythicis uatibus, quasi ad ipsum instituentibus currum. Eoq; tempore sacrificium Delphos mittentibus, cum fulgura cernant. Obseruabant autem ad menses tres, singulis mensibus tres dies, noctesq; totidem, è Iouis fulguralis foco qui est in muro inter Pythium & Olympium. De Bœotio uero Harmate siue curru, hic rumor est. Aiunt quidem nõnulli corruente de curru Amphiarao, currum ipsum inanem ad locum illum, cognomen ipsi loco, detractũ esse, ubi nũc eius sacellum extat. Alij uero ferunt, Adrasto fugam capessente, currum eo in loco fuisse confractum, ipsum autem Arionis ope salutem comparasse. Philochorus autem refert ipsum à rusticanis seruatum euasisse, quam ob causam eos ab Argiuis in ciuitatis societatẽ deuocatos. Cęterũ Tanagra, Argos è Thebis descendẽti à læua sita est, Hyrrhia uero à dextra. At Hyrrhia ipsa hoc tempore

Socrates miles Delium. Xenophon. Aulis. Profundus portus. Chalcis. Euripi recipro catio. Salganeus. Græa. Amphiariasacellum. Narcissi monumentum. Tanagra. Gephyræi. Mycalessus. Mycaletum. Harma. Prouerb. Vbi per Harma fulgurarit. Bœotium Harma. Argos. Hyrrhia.

agri

agri Tanagræi est, quæ prius Thebani soli fuerat. Vbi de Hyrrhiæo fabulæ confictæ sunt, & de Orionis procreatione. Quæ (ut Pindarus in Dithyrambis cecinit) penes Aulidem iacet. Quibusdam sanè Hyrrhiam Hysias dici placet, in Asopi uicina sub Cithærone penes Erythras in mediterranea quò Hirrhiæi coloniam deduxerunt. Eam Antipæ pater Picteus ædificauit. In agro etiam Argiuo sunt Hysię, ab ijs Hysiatæ dicti fuerunt, ab his uero Erythrarum urbe, colonia sunt Erythræ in Ioniam deducta. Vicus etiam Tanagrę Eleon à palude nominatus. Secundum Salganeum autem urbs est Anthedon portu prædita Bœotij litoris in Eubœam spectantis extrema, sicuti poëta inquit,

Hyrrhiæus.
Orionis procr.
Hysias.
Hysiatæ.
Erythræ.
Eleon uicus.

ἀνθηδόνα τ' ἐχατόωσαν. id est,
Anthedonaq; inde supremam.

Iliad. β. in Catalogo.

Progredienti præterea paululum duæ Bœotiorum urbes exiles occurrũt, è quibus est Larymna præter quam Cephisus labitur, ulteriusq; aliæ eo nomine, quo tribus Atticæ. Ad tractus uero huius ripam, Ægas iacere dicunt in Eubœa sitas. In quibus locatum est Ægæi Neptuni templum, cuius memoriam superius fecimus. Distant autem ab Anthedone Ægæ c. & xx. stad. interuallo. Ab alijs uero locis multo ac multo minus. Templũ sanè ipsum excelso in monte situm est, ubi etiam aliquando fuit ciuitas. Iuxta Ægas quidẽ Orybæ sunt. In Anthedonis autem ora, mons est Mesapius à duce Mesapo nominatus. Qui aduentans in Iapygiam à se Mesapiam appellauit regionem. Hoc in loco facta dicuntur, quæ de Anthedonis filio Glauco fabulæ uulgauerunt, quem in balænam transformatum aiunt. Non procul autem ab Anthedone locus est sacrati signa, decoremq; seruans, urbisq; uestigia retinens, quem Isum uocant prima correpta syllaba. Existimãt uero quidam hunc in modum scribi oportere,

Anthedon.
Larymna.
Cephisus flu.
Aegæ.
Aegæus Neptunus.
Orybæ.
Mesapius.
Mesapia.
Glaucus Anthedonius.
Isus.
Locus Homeri Iliad. β.

ἴσαν τε ζαθέην ἀνθηδόνα τ' ἐχατόωσαν. id est,
Diuinamq; Isan Anthedonaq; inde supremam.

Producentes syllabam primam poëtice metri causa, ἀντὶ τοῦ, νίσαν τε ζαθέην, Pro eo quod est, Diuinã Nisam. Nisa enim nullibi terræ Bœotiæ uidetur, ut inquit Apollodorus in nauium expositione. Ideo nõ esse nisi ipsam Nisam, sic dixit. Isos enim ciuitas in Megarica terra fuit, illic deducta à† Dronis, hodie uero deleta. Aliqui scribunt, κρεῦσάν τε ζαθέην, id est, Creusan diuinam: eam accipiẽtes, quæ nunc κρέουσα, Crẽusa dicitur, Thespiensium emporium, in Crissæo positum sinu. Alij φηράς τε ζαθέην, diuinasq; Pharas. Est autem Tetracomæ, id est, quaternos habentis pagos illius quæ circa Tanagram est, Heleonem uidelicet, Harma siue currum, Mycalessum, Pharas. Nam & hoc scribunt, diuinam Nisan. Heliconis autem uicus est Nisa. Ora quidem maritima ex aduerso Eubœæ talis est, tractus uero deinceps mediterraneus campestria, caua undiq; omnibus alijs ex partibus habet, quẽ includunt montes, ab Austro quidẽ Attici, ab Aquilone uero Phocenses. Ab occasu autem in obliquo Cithæron incidit, paululum supra Crissæum mare. Initiũ habet montibus Megaricis & Atticis cõtiguum, inde in campos flectitur Thebana desinens in ora. Campestris hæc regio partim stagnat, ex infusis in eam fluuijs aut incurrentibus, & inde effluentibus. Pars uero exiccatur, & multifariam colitur, propter agri fertilitatẽ. Cum uero cauernosa & in profundũ foraminosa terra sit, ingentes persæpe terræmotus efficiũtur, qui hic quidem meatus obstruxerunt, illic aperuerunt alios usque in superficiem, alios per cuniculos. Contingit sanè & aquis, ut alię

Niſa.
Isos.
*Deesi aliquid
Creusa.
Pharæ.
Phocenſes.
Cithæron.

quidem per ſubterraneas concauitates labentes perferantur, aliæ per ſuperficies, ſiue fluuiatiles ſint, ſiue lacunares. Aggeſtis autem & obſtruſis in profundo meatibus contingit, ut lacus uſque ad habitabiles locos creſcant. Vnde & urbes abſorbentur & oræ. Iiſdem uero apertis uel aliis detegun tur, eoſdem quoq; locos quandoq; nauibus, quandoque pedibus permeari. Et eaſdem urbes nunc quidem lacubus uicinas, nunc autem ab illis remotas iacere, idq; dupliciter fit. Aut enim urbes in monte permanent, quando aquarum incrementum inundatione aquæ ſuperfunditur amnis, propter habitaculorū uel altitudinem uel diſtantiam, aut tranſmigrationem, & ſolitudinem quando appropinquante periculo liberationē captent timoris, multoties loca tranſmutent, uel longe uel in excelſa. Sequitur illis hoc modo domicilia permutantibus, ut eadem conſeruent nomina, quæ prius † uere dicebantur, interdum uero non habent propter locorum caſum. Platæas enim urbem à latitudine remorū appellatam probabile fit, & Platæenſes & remigationis quæſtu uictitantes. Cæterū hodie procul à lacu habitantes, nequaquam adhuc ita proprie poſſunt appellari. Heloſq; & Heleon & Heleſium ἀπὸ τοῦ ἕλους, id eſt, palude uocatæ ſunt urbes, quoniam paludibus finitimæ ſitæ fuerant. Nunc autem nequaquam modo ſimili ſeſe omnes habent, uel ſeorſum poſitis domicilijs, uel lacu uehementer ad ima decreſcente, effluentibus poſtmodum aquis. nam & hoc eſt poſsibile. Indicio huic rei eſt Cephiſus maxime lacum Copaidem implens. Nam lacus ipſe creſcit, ne Copæ urbs demergantur diſcrimen ingruit. Quod & poëta nominatim ait. Et ab ea ciuitate lacus ipſe nomen adipiſcitur. Iuxta lacum terræ hiatu facto penes Copas alueū ſub terra ad ſtad. xxx. reſerauit, quo receptus eſt fluuius. Inde in ſuperficie perrupit ad Larymnam agri Locrenſis, de qua ſupra. Nam hæc altera eſt à Bœotia illa mari uicina, cui ſuperiorem illam adiecere Romani. Locus ipſe Anchoē uocatur, eſt & eiuſdem nominis lacus. Hinc autem Cephiſus excurrit in mare. Tunc igitur cedente incremēto, quies incolis facta fuit, exceptis quas iam abſorpſerat aqua, ciuitatibus, occluſis uero inde rurſus meatibus, metallorum Cretæ ſcrutator Chalcidenſis homo obſtruſa purgare deſinit, coorta inter Bœotias ſeditione, licet iam permulta exiccata fuiſſent (ut ipſe in Epiſtola ad Alexandrum aſſerit) in quibus antiquum Orchomenon habitari putauerunt aliqui. Aliqui uero Eleuſinem, & Athenas apud Tritonem fluuium, idq; regnante Cecrope, cum Bœotiam ditione ſubactam haberet, quæ tempeſtate illa uocabatur Ogygia. Iſtas autem inundatione poſtmodum, ac diluuio extinctas eſſe fama eſt. Apud Orchomenon etiam aiunt ruptam terram per hiatum, Melanemq; fluuium hauſiſſe, qui per plagam Haliartiam labitur. In qua ab illo palus efficitur, arundines tibicinarias procreans. At hic omnino euanuit, ſeu chaſma illum in occultos diffuderit meatus, ſeu Haliarti paludes atque lacus ipſum abſumant. A quibus poëta herboſum uocauit agrum, Ἁλίαρτον ποιήεντ', Herboſum dicens Haliartum. Hi quidē amnes ex Phocenſibus deſcendūt montibus. E quibus Cephiſus è Lilæa urbe Phocenſi ortum accipit, ut ab Homero quoq; dictum eſt,

οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ κηφισοῖο.

Quiq; Lilæam habitant Cephiſi in fontibus almi.

Ipſe autem per Elateam labitur, quæ inter Phocenſes urbs eſt ampliſsima. Et per Potamios & Phaneteos, etiam Phocenſes ciuitates haud plane magnas. Deinde in Chæroneam terræ Bœotiæ progreditur. Poſtea Orchomeni & Coroniacū ſolum

Locorum etymia mutata.
† ἐτύμως.
Platææ quare dictæ.
Platæenſes.
Helos.
Heleſium.
Cephiſus.
Copæ.
Copais lacus.
Anchoē.
Orchomenos.
Triton.
Bœotia appellata Ogygia.
Melas flu.
Haliartus.
Chaſma, id eſt hiatus.
Iliad. β.
Cephiſi fons.
Lilæa opp.
Ibidem.
Elatea.
Potamij.
Phanotei.

ſdum in Copaidem exiit lacum. Permeſſus item & Olmeus ex Helicone fluentes, in unumq; permixti in eundem Copaidem lacum penes Haliartum incurrũt. Permagnus eſt igitur ſtad. LXXX. & CCC. circuitum habens. Eius autem eruptiones nuſquam patent præter excipiens Cephiſum chaſma atq; paludes. Interiacentia late prata Triphylia eſt, & Copais, mentionem faciente Homero,

Permeſſus. Olmeus. Helicon.

Triphylia.

ὃς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε μέγα πλῆθιο μεμηλὼς
λίμνῃ κεκλιμένος κηφισίδι.

Locus Homeri Iliad. ν.

Quiq; habitabat Hylen, opibus ſtudioſus habendis,
Et propior lacui, quem dat Cephiſus inundans.

Nec Copaidem lacum dicere uult (ut nonnulli rentur) ſed quã accentu in extrema pronuntiant ſyllaba, ὑλικλῶ uti λυρικλῶ, à propinquo uico quem Hylas ſicut & Lyras & Thyras appellant. Nec uero ſcribendum eſt Hyden, quomodo quidam, ὃς ῥ' ὗδ' ἐν ναίεσκεν. id eſt,

Hyle. Hylice. Lyrice. Hyde.

Quiq; habitabat Hyden,

Quæ quidem in Lydia iacet, ſub Tmolo niuali in pingui Hydæ populo, at illa Bœotio in agro ſita. Itaq; ad illud & propior lacui, quem dat Cephiſus inundans, ſubdit, & penes alij habitabant Bœotij. Ille quidẽ magnus eſt, nec in Thebana plaga, & parua, Illinc per uias ſubterraneas refertus, iacensq; in Thebarum & Anthedonis medio. Homerus autem ſingulari profert numero, primam nonnunquam producens ſyllabam, ut in nauium Catalogo,

ἴδ' Ὕλλην καὶ Πετεῶνα. Hyle.

Atq; Hylen Peteonemq;.

Poëtica licentia, quandoq; uero breuians, ut,

ὃς οἱ τύχιος κάμε τεύχων
σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἐνὶ οἰκία ναίων.

Iliad. κ. Aiacis clypeus. Tychius.

Aiaci clypeum Tychius conſtruxerat olim,
Cultor Hyles, habitus cerdone peritior omni.

Vbi etiam nonnulli deprauate ſcribunt ὕδῃ ἐνί, id eſt cultor Hydes. Non enim Aiax è Lydia clypeum afferri ſibi iuſſerat. Lacus locorumq; ordinem deinceps inquit comprehendere manifeſte eſt difficile † in totq; & obſcuris plurimis ac mediterranea plaga nullibi è deſcribendi ordine excidere. Litus profecto hanc præroga tiuam habet. Notiora quidem loca ſunt, & mare locorum ſeriem melius exponit. Ideo nos inde conamur explicare, hic illud omittentes, dinumerationẽq; apponentes quod utile ſit nobis, ab illo prorſus omiſſum. † inchoat enim & de Aulide de quibus diximus. Schœnus autem ora eſt Thebana in uia qua Anthedonem itur, abeſtq; à Thebis ſtad. L. per quam quidem Schœnus fluuius labitur. Scolus uero pagus eſt in ora Aſopia ſub Cithærone ſedes iniucunda atque aſpera. Indeq; natum prouerbium eſt,

* Locus hic mancus eſt, & corruptus etiã in Græco.

* Et hic contextus lacerus eſt.

Schœnus. Scolus. Cithæron. Pentheus. Prouerb.

εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἰὼν μήτ' ἄλλῳ ἑπέσθαι. id eſt,
Ad Scolon neq; ipſe uades, neq; alteri comes ibis.

Ex eo quoq; loco deductum Pentheum diſcerptum fuiſſe, memoriæ proditur. Ex Olyntho etiam uicinis urbibus huic ſimilis nomine Scolus erat, uulgatũ etiam eſt quod ad Aſopum accolæ, & uicus quidã in Heraclea, Trachinia Scolus uocatur. Quam præterfluit Aſopus amnis, quodq; in Sicyone alius Aſopus eſt, & finitima plaga Aſopia, per quam & alij labuntur huius nominis fluuij. Eteonus autem nomen ſuum in Scaphlas tranſmutauit. Eſt & hic Aſopiæ terræ locus. Nam &

Olynthus. Aſopus. Aſopia.

Eteonus. Scaphlæ.

†Deest hic, per campũ fluunt iuxta Thebas. Est uero et Dirce fons & Potnia unde ea que de Potnieo Glau. &c. ὁ γὰρ ἀσωπὸς καὶ ὁ ἰσμηνὸς ὅσῳ τῶν πεδίων ἔχουσι τῶν περὶ Θηβῶν, ἴσι δὲ καὶ ἃ ὀλίγην κρήνην καὶ πότιμα ὑφ' ὧν &c.

†Deeſt hic, per campũ fluunt iuxta Thebas. Eſt uero et Dirce fons & Potnia unde ea que de Potnieo Glau. &c. ὁ γὰρ ἀσωπὸς καὶ ὁ ἰσμηνὸς ὅσῳ τῶν πεδίων ἔχουσι τῶν περὶ Θηβῶν, ἴσι δὲ καὶ ἃ ὀλίγην κρήνην καὶ πότιμα ὑφ' ὧν &c.

Iſmenus & Aſopus † de Potnieo Glauco fabulæ uulgant, ut illũ Potniades diſcerpſerint equæ nõ longe ab urbe. Cithæron item prope Thebas finitur, penes quem Aſopus currit, inferiora eius alluens & Paraſopios faciens accolas, in uicos complures diuiſos, cunctosq; Thebanæ ciuitati addictos. Alij autem & Scolũ & Eteonum & Erythras in Platæarum ſolo eſſe dicunt, & reuera penes Platæas & Tanagram exeunt. In Thebanis quoq; finibus extant Therapænæ & Teumeſus, quem multis uerſibus ornauit Antimachus, cum multas (quæ illi quidem nequaquam adſunt) uirtutes enumerarit,

ἔστι τὶς ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος.

Eſt paruus quidem tumulus pulſatus ab auris.

Et reliqua, notum eſt carmen. Theſpia ſeu ut nunc Theſpiæ, quandoquidem multa ſunt nomina quæ utroque proferantur modo, & pluratiuo & ſingulatiuo, ſicut & genere uirili & muliebri & neutrali. Eſt autem oppidum Heliconi proximum, ſed eo magis Auſtrale Criſſæo ſanè imminens ſinui, ſicut & Helicon. Theſpiarum uero emporiũ eſt Creuſa ſiue Creuſia dicatur. In Theſpijs item eſt Aſcra iuxta Heliconis partem. Hæc Heſiodi poëtæ patria eſt, ad Heliconis ſanè partem dexteram pertinens, excelſo in loco ac duro iacens, longe quidem à Theſpia ſtadia XL. Quã & ipſe redarguens improbauit patri, quod in Cyma Aeolica remaneret,

νάσατο δ' ἄγχ' ἑλικῶνος οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
ἄσκρῃ χείμα κακῇ, θέρεϊ δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Aſcram rus miſerum penes hic Helicona colebat,
Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

Helicon autem Phocidi eſt affinis, ex aquilonis partibus. Ea uero parua eſt, & ab occaſu iuxta nouiſsimum Phocidis portum. Quem quia refugiſſe obtigit, Mychon id eſt receſſum uocant. Ad hunc enim maxime ſinus Criſſæi portum, & Helicon & Aſcra ſuperimminent, & etiam Theſpiæ & earum emporiũ Creuſa. Hæc etiã pars magnopere caua, ex Criſſæo ſinu putatur, & planè Corinthiaco. Huius autem litoris longitudo à portu quem receſſum diximus, ad Creuſam ſtad. * protenditur, hinc uero ad promontoriũ * uocatũ, ſtad. ſunt c. ac xx. In concauiſsimo eius ſinus loco iacere pagas, id eſt fontes cõtigit, & Oenonem de qua diximus. Helicon igitur non procul à Parnaſo diſtans illi æmulus eſt, & altitudine & circuitu. Vterq; enim niuibus pulſantur. Et rupes amborum ſaxea eſt. Non multa uero illos regio circunſcribit. Hoc autem in loco eſt conſecrata muſis ædes, fonsq; Caballinus & Libethridũ ſpelunca Nympharũ. Qua ex re ſuſpicari licet eos qui & Helicona & Pieriam & Libethrum & Pimpliam eiſdem muſis conſecrarũt, Thraces extitiſſe. Pieres autem uocabãtur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc poſſident. Dictum etiam eſt hanc Bœotiam olim Thraces habitaſſe, cum eos uiribus eieciſſent. Tenuere etiam Pelaſgi, & alia barbarorum natio. Theſpias prius nobilitauit Cupido, Praxitelis opus ſuis ſculptum manibus. Donum uero conſecrauit Theſpienſibus Glycerium meretrix, ab illis genus ducens, munus illud ab artifice conſecuta. Nonnulli iccirco prius ipſum contemplaturi Cupidinem, eò conſcendebant ad ſpectaculum, cum alioqui locus ipſe ſpectatu foret indignus. Hodie ſanè ſola hæc è Bœotijs urbibus, & Tanagra conſiſtit. Cæterarum uero nomina tantum & rudera, pro reliquijs manent. Ad Theſpias autem poëta Græam, & Mycaleſſum annumerat, de quibus diximus. Sic & de alijs inquit,

Iliad. β. in Cat. οἵδ' ἄρ' ἀμφ' ἄγαμ' ἔγεμον, ⟨καὶ⟩ ἑλίκωνα, ⟨καὶ⟩ ἐρυθράς

Pagæ. Oenone. Helicon. Libethrides. Pieria. Pimplia. Theſpiæ. Glycerium. Cupido. Tanagra. Græa. Mycaleſſus. Potnia. Potniades. Cithæron. Erythræ. Paraſopi. Therapænæ. Teumeſus. Theſpiæ. Vrbiũ nomina diuerſo genere & numero. Creuſa. Heſiodi patria. Aſcra. Helicon. Phocis. Mychos. Glaucus Potnieus.

ἔχουσιν ὕλλωνά τε πετεῶνα. id est,
Qui penes Harma colunt ac Hilesium uel Erythras,
Hylenq́ & Peteonem.

Peteon.

Peteon uero agri Thebani uicus est prope uiam qua commeatur Anthedonem. Ocalea autem Haliarti, & Alalcomenij media stat ab utraq; xxx. stad. absens. Iuxta eam fluit eiusdem nominis amniculus. Medeon sanè Phocensis quidem unus in sinu Crissæo, longe à Bœotia stad. c. & lx. Alter est Bœotius ab illo nominatus. Propeautem Oncheſtum iacet, sub monte Phœnicio, ab quo Phœnicis ipsa nomen assumpsit. De Thebano & hoc dicitur. Peteon terrę Haliartię, & Medeon & Ocale. Dein Copas ait,

Ocalea. Alalcomene. Medeon. Oncheſtus. Phœnicius mons. Phœnicis.

βύτρησίν τε πολυτρήρωνά τε Θίσβην. id est,
Eutresinq́ & columbis refertam Thisben.

Ibidem. Eutresis. Thisbe.

De Copis quidem dictum est, ad Aquilonem autem spectant ad Copaidem lacum, aliæ quæ circunstant. Exq́ sunt Phœnicis, Oncheſtus, Haliartus, Ocale, Alalcomenæ, Tilphosion, Coronea, & hoc quidem priscis annis nomen non erat etiam lacui commune, sed ad singulas habitationes ad ipsum illius nomen simile dicebatur. Copaidem à Copis dicebant, Haliartium uero ab Haliarto, & sic de reliquis. Posterius autem Copais ut uniuersus appellaretur obtinuit, conca-uissimus etenim est locus iste. Pindarus sanè & hunc Cephisidem uocat. Addit & Tilphosam fontem, sub Thilphosium montem labentem, Haliarto proximum, & Alalcomenon, apud quam Tiresiæ sepulchrum conditum est. Ibidem & templum est Apollinis Tilphosij. Porrò post Copas poëta Eutresin modicum Thespiensium pagum ponit. Hic Cethum & Amphionem antequam Thebarum regnum tenuissent habitasse ferunt. Thisba uero nunc Thisbæ nominantur. Habitatur autem paulo superius à mari locus Thespiensibus finitimus & Coroneis, subiectúsque peruenit, è parte in Austrum uergente, ad Heliconem spectans. Et ipse quoque emporium saxosum habet columbis abundans, ex quo à Poëta dictum est, cum multis Thisba columbis. Hinc uero stad. c. & lx. nauigatio est Sicyonem. Deinceps Coronea & Haliartus. Adiungũtur & Platææ & Glysantis oppidum. Enimuero Coronea Heliconi affinis est in colle sita. Eam autem reuertentes ab Arna Thessalica, Bœotij occupauere post bellum Troianum. Quo tempore & Orchomenon obtinebant, iíque expugnata Coronea, Palladis Ioniæ templum ante urbem in plano condidere, eodem quo Thessalicum cognomine, & prę terfluentem fluuium Cuarium, eodem quo illum uocabulo appellauere. Alcæus sanè illum Coralium uocat, dicens† ad Coralij fluminis ripas. Ibi etiam Pambœotia sacra, cõcurrente Bœotia tota celebrantur, Palladisq́ simul & Plutonis ædes constructa fuit, ob mysticam quandam (ut aiunt) causam. Ipsi quidem in Coronea Coronei uocantur, qui autem sunt in Messenia Coronenses. Haliartus autem nunc deleta est, in bello aduersus Persem, solo æquata, ager concedentibus Romanis in Athenienſium iura peruenit. Angusto uero iacebat in loco inter supereminentem uicinum montem, lacumq́ Copaidem, iuxta Permessum & Holmium & Helos, id est paludem, quam tibicinarios producere calamos diximus. Platææ sanè quas numero poëta protulit singulari, sub Cithęrone sunt inter illum ac Thebas in uia quę Athenas ducit & Megara, in Atticæ ac Megarum terminis. Nam Eleutræ propè† stant, quas aliqui Platæensium, alij uero agri Bœotij esse asserunt. Retulimus

Coronea. Arna. Cuarius flu. *Hic lacunula est in Græco. Coralius. Pambœotia. Coronei. Coronenses. Haliartus. Helos. Platææ. Eleutræ. Fortè, sunt, ἀσὶ Græce legitur.

Asopus. Mardonius. autem ut præter Platæas Asopus amnis currat. Eo in loco Græcorum copiæ, Mardonium ducem cum CCC. Persarum millibus occidione delerunt. Tunc Eleutherio, id est Liberatori Ioui templum construxerunt, & certamen gymnicum coronatum designauere, Eleutheria id est Liberatoria ludos ipsos uocitantes. Eorumq; qui in prælio obierunt, sepulchrum publice constructum cernitur. Etiam in Sicyonis agro populus est quam Platæas appellant, cuius quidem oriundus fuit poëta Mnasalces. Mnasalceos Plateada sepulchrum, Glysantem autem uicum in Hypato monte dicit, qui prope Temessum arcemq; Cadmæam in agro Thebaico iacet. Quem Geolophem, id est terrestrem tumulum uocant. Cadit in campum Ionium (sic enim nominant) qui porrigitur ab Hypato monte. Quod autem dicitur sic,

Eleutherius Iupiter. Eleutheria. Mnasalces. Glysans. Geolophes. Ionium. Hypatus.

Locus Homeri Iliad. β. Subthebas. ὅιθ' ὑποθήβας ἔχον. id est,

Quiq; Subthebas habebant.

Quidam sanè sic accipiunt oppidulum quoddam Subthebas nomine, alij uero Potnias. Derelictas enim fuisse Thebas propter Epigonorum expeditionem, cum illæ Troiani belli nequaquàm participes extitissent. Alij autem participes quidem illas fuisse asserunt, cæterum sub Cadmæa tunc habitationes extitisse, planis in locis atq; campestribus, post Epigonorum incursionem, cum Cadmæam ædificare ac restituere nequirent. Postquàm uero Thebas Cadmæam uocabant, poëtam pro ijs qui tunc sub Cadmæa habitarent dixisse Subthebas, pro eo quod est sub Cadmæa habitantes. Onchestus uero ibi est, ubi consilium Amphictyonũ in Haliartia ora in unum cogebatur ad lacum Copaidem solumq; Tenericũ, situs in edito uertice nudus Neptuni phanum habet, & ipsum quidem purum. At poëtæ ad locorum ornamenta, omnia templa †lucos amœnos uocant, tametsi nuda fuerint. Tale illud est Pindari de Phœbo dictum,

Potniæ. Cadmæa. Onchestus. Haliartia. Amphictyonũ consilium. *Luci ἄλσεα.

κινηθεὶς ἐπῆσε γλῶτε καὶ θάλασσαν,
Ⓒ σκοπιαῖσι μεγάλαις ὀρέων ὕπορ ἔσα,
Ⓒ μυχοὺς δινάσσαΘ βαλλόμεν Θ᾽ ὑρηπίδας ἄλσεων,

Motus terram adibat & pelagus,
Et ad magnas montium speluncas adstabat,
Sinusq; repostos circunuolans adibat, lucorum fundamenta percutiens.

Euarius. Onchestius. Male Alcæus sicut Euarij fluminis nomen permutauit, sic & Onchesti mentitus est nomen, ad extremas Heliconis oras ponens Onchestum, qui quidem longe, non parum ab ipso monte consistit. Tenericus autem campus à Tenero nomen accepit, quem Apollinis filium ex Melia oraculi sui uate, fabulæ commemorant, ad Ptoon montem, quem idem poëta triuerticem esse refert,

Tenericus campus. Melia. Ptous triuertex. Locus Homeri in Catalogo. καὶποτε τὸν τρικάρηνον πρὸς λοῦβμῶνα κατέχε.

Olim tricipitem Ptoi cauernam tenuit.

Et templi custodem uatémque Tenerum nominauit, uatis simile tenentem uocabulum. Ptous autem mons campo Tenerico lacuiq; Copaidi ad Acræphium incumbit. Erat autem Thebanorum mons simul & oraculum. Acræphium uero ipsum in sublimi positum iacet, quod Arnen à poëta uocari dicunt, quo nomine & Arne Thessalica est. Memorant alij & Arnen & Mediam ab lacu absorptas. Cenodorus autem scribit,

Acræphium. Arne. οἵθ' ὑπολυσάφυλον ἄσκρῳ ἔχον.

Quiq; habitant largis fœcundam uitibus Ascram.

Haud

Haud sanè uersus Hesiodi legisse uidetur, quos sua de patria cecinit. Nec Eudoxum longe deteriora de Ascra uulgantem. Quonam modo talem à poëta dici, fœcundam uitibus Ascram crederes? Nec illi recte qui pro Arna Tarnam scribunt. Haud enim una Tarna in Bœotia commonstratur, apud Lydos sanè sita est, cuius mentionem & poëta fecit Homerus,

Ascra. Arna. Tarna.

Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ὑφήρπαξε τέκτονα ἀμφὶ βόρτ, ὃς ἐκ τάρνης ὀρίβώλακας εἰλήλουθει.

Iliad. ν.

Idomeneus Phæstum uita spoliauit & armis,
Fabro ortus Boro, Tarnæ ueniebat ab aruis.

Reliquæ partim lacum accolunt, uidelicet Alalcomenæ & Tilphosium, partim autem seorsum, Chæronea, Lebadia, Leuctra. De quibus dignum est meminisse, Alalcomenarum Poëta meminit, sed non in Catalogo,

Alalcomene. Tilphosium. Chæronea. Locus Homeri Iliad. Δ. Lebadia. Leuctra.

ἦρχε δ' ἀγήνωρ ἠδ' ἀλαλκομενεὺς ἀθλώων.

Iunonisq; Argiuæ & Alalcomeniæ Mineruæ.

Vetustum nanq; templum Mineruæ habent, eximia ueneratione cultum, ibiq; deam natam esse aiunt, sicut & Argis Iunonem. Proinde poëtam utranq; per earum patrias nominatim protulisse. Quocirca fortasse in Catalogo nullam horum uirorum mentionem fecerat. Qui uiri cum diuinitate donati sacri essent, ab ipsa in Troiana expeditione missi facti erant. Hęc enim ciuitas ipsa ab omni populatione tuta permansit, cum nec ampla esset, nec loco satis uallato septa, sed in plano iaceret. Incolę uero cuncti deam pietate placantes, ab omni uiolentia & iniuria reddebantur illæsi, & proinde sese hostes abstinebant. Adeo ut Thebani belligerantibus aduersus eos Epigonis urbem relinquere coacti, ad illos confugisse dicantur, & ad Tilphosium montem munitum, ac ualidum illis incumbentem. In quo & fons est Tilphosa, & Tiresiæ monumentū, ubi profugus diem suū obijt. Chæronea uero iuxta Orchomenum sita est, ubi Amyntæ filius Philippus magno prælio uictis Athenien sibus & Bœotijs & Corinthijs, Græciam suo subiugauit imperio. Illic autem & eorum qui in pugna cecidere mortalium publicum sepulchrum ostenditur. Eisdemq; in locis & Romani Mithridatis copias millium plurimorum debellauere, adeo, ut præter paucos, qui fuga in naues salutem compararunt, reliqui aut ferro ceciderint, at capti in hostium potestatem uenerint. Lebadia quidem est, ubi Trophonij Iouis constructum est oraculum, hiatus subterranei descensum habens. Eò autem descendit suscepturus uaticinium. Iacet autem Heliconis & Chęroneæ medium iuxta Coreneam, Leuctra uero eo in tractu sunt, ubi Epaminundas Lacedæmonios ingenti superans prælio, eorum calamitatis & cladis initium reperit. Ex eo enim tempore Græciæ principatum ultra recuperare nequiuerunt, quem prius adepti tenebant, præsertim posteaquàm secundo apud Mantineam congressi, rem infœliciter gesserunt. Vnum tamen illis, quanquàm hunc in modum afflictis, permansit, ut nullorum aliorum ditioni subacti sint, usq; ad Romanorum imperium, à quibus eis habitus perdurat honor, propter regendæ ciuitatis probitatem. Monstratur sanè locus ipse in uia quæ ex Platæis ducit ad Thespias. Deinceps quidem poëta Orchomeniorum memoriam facit, eos in Catalogo à Bœotiorum gente separans. Vocat autem Minyeium Orchomenon à Minyarum natione. Hinc uero colonos quosdam deductos ad locum ex Minyis dicitur, unde Argonautas Minyas dictos esse constat. Locupletissima autem quon-

Tilphosius m. Tilphosa. Tiresiæ monumentum. Amyntas. Chæroneæ situs. Orchomenus. Minyæ.

dam extitisse ciuitas uidetur & potentissima. Opum quidem testis est etiam Homerus. Dinumeratis enim locis opulentissimis ait,

Iliad. 1. οὐδ' ὅσ' ἐς ὀρχομενὸν ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα θήβας αἰγυπτίας.

Nec quanta in Orchomenon Ægyptiásue Thebas aggeritur gaza.

Erginus. Potentiæ uero, quoniam Thebani Orchomenijs tributa soluebant, & Ergino Orchomeniorum Tyranno, quem ab Hercule extinctum ferunt. Etheocles quidem Orchomeniorum rex, qui primus Gratiarum templū extruxit, utriusque rei & amplissimarum rerum & potentiæ documento est. Qui siue in accipiendis gratijs, siue in erogandis, siue in utroque pro uirtutis officio recte peragens, has ipsas deas honoribus extulit. Necesse est enim eum ad beneficentiã, liberalitatemq; natura pronum ac institutum fuisse, qui ad dearum istarum decus ac uenerationem conficiendam tantopere fuerit affectus, ut istam iam potentiam compararit. Verum ad hanc & argenti copia fuerat opus. Qui enim non multa possideat, ne multa quidem erogaret. Quiq; non multa accipiat, ne multa quidem haberet. Sin utrunque contineat, & referendi quidem beneficij uicem habet. Quod enim exinanitur simul atque repletur ad usum ac necessitatem, repletum semper est. Qui uero præstat nec recipit, haud in utranque partem recto fungetur officio. Nam eius desinit munificentia, cum arca ærariumq; defecerit. Cessabunt ergo donatores ei, qui tantummodo accipiat, nihil contra gratificari paratus. Sic ne una quidem ex parte hic ipse suum bene nauabit officium. Similia & de potentia dici queunt. Cæterum absque communi cunctorum sermone, quod pecunia plurimo in honore sit mortalibus, interq; res humanas ea feruentissime polleat, idq; è singulis consyderare licet. Reges enim ipsos plurimum posse dicimus, ideoq; ipsos δυνάστας, id est potentes nuncupamus. Quoniam quò uelint populos, aut ui aut suasione perducant, per munificentias igitur maxime persuasos efficiunt. Non enim oratione suadere regale, sed oratorium est munus, regiam uero suasionem tunc appellamus, cum donationibus adducant, ferantq; quò cupiant: itaq; muneribus exhibendis persuadent, armorum autem copijs uiolant, & urgent, ista uero ambo pecunia ueniunt, comparantúrque. Nam ille magnum habet exercitum, cui & alendi facultas suppetit. Et plurimas effundere largitiones is ualet, cui amplissima possessio euenit. Fama tulit tractum ipsum, qui nunc est subter Copaidem lacum, siccam prius terram fuisse, & omni agricolationis genere ab Orchomenijs cultum extitisse, qui penes illum habitant. Hoc igitur magnarum diuitiarum argumenta ponunt. Aspledonem uero quidam prima dempta syllaba, Spledonem uocant, posterius Eudielum submutato nomine, & urbem & agrum dixere, id est bono præditum crepusculo, proprietatem fortasse matutini crepusculi clima ipsum proferendo, ipsis incolis conuenientis, præsertim in hyeme apricando. δειλινὸν nanque crepusculum designat. Quod cum duplex sit & diei extremitates frigidæ, longe uespertinum matutino frigidius est, cum illud nocti propinquius intensius agat in frigus, hoc uero ab nocte discedens, remissionem illius efficiat. Frigoris nanque curatio & medicina fit à sole. In tempore igitur gelidissimo tale fit apricissimum, & hyberno in rigore commodissimum redditur. Stad. autem uiginti distat ab Orchomeno. In medio autem fluuius Melas labitur. Super oram uero Orchomeniam, Panopeus ciuitas Phocensis imminet & Hyampolis. Quibus contermina est ciuitas Opus, Locrorum Epicnemidiorũ metropolis. Scriptis sanè est proditũ Orchom

Pecuniæ uis.

Dynastæ.

Regiæ persuasiones.

Etheocles. Gratiarum templum. Dandi accipiēdiq; uices. Aspledon. Spledon. Eudielus. Dilinum. Melas flu. Panopeus. Hyampolis. Opus.

chomenum superioribus annis campestri in regione habitatum. Stagnantibus inde aquis ad Acontium montem denuo ædificatum. Latius enim patet ad stad. LX. usque ad Parapotamios Phocidis. Historici quidem tradidere Ponti inquilinos Achæos nominatos, Orchomeniorum colonos, cum Ialmeno duce post Troiæ captiuitatem, eam in regionem actos erroribus. Est etiam ad Carystum Orchomenus alter. Bene enim talem nobis subiecere materiam, qui de nauibus scripta reliquere, quos sequimur cum proprie materiæ nostræ conducentia protulere. Post Bœotiam autem & Orchomenum, Phocis adest Bœotiæ apposita, in aquilonem similiter à mari ad mare, tempore utique pristino. Daphnuntem enim aliquando terræ Locrensis fuisse constat, Locrensem tractum in duo scindentem. Is sinus ipsius Opuntij, & litoris Epicnemidiorū medius constitutus est, nunc ipsa Locrorum ora est. Cæterum urbs tenuis sanè solo æquata, dirutáque iacet. Itaque Phocis non amplius usque ad Euboicum pelagus pertinere uidetur, Crissæo autem contigua est sinui. Crissa enim ipsa Phocidis est, ad ipsum sita pelagus, & Cirrha & Anticyra, & aliæ super eas in mediterranea frequentes oræ ad Parnasum spectantes. Delphi quidem, & Cirphis & Daulis, & Parnasus ipse, qui & Phocidis est, & occiduum latus terminans. Quo autem modo Bœotiæ Phocis accumbit, eo & Locris utrique Phocidi. Duplex nanque est à Parnaso partita bifariam, altera quidem ab occidua parte Parnaso accumbens, & eius depascens portionem, ad Crissæum uero sinum pertinens altera, in orientem ad Euboicum finita pelagus. Vocantur autem hi quidem occidui Locri & Ozolæ. Habent etiam in signatorio ciuitatis annulo stellam insculptam hesperum. Reliqui item & ipsi bipartito quodammodo diuisi. Hi quidem Opuntij ab primaria illorum ciuitate metropoli Phocensibus, & Bœotijs finitimi. Hi autem Epicnemidij à monte Cnemide, Oeteos atque Malienses attingentes. Inter hos autem ambos, occiduos inquam & alteros, medius sese Parnasus attulit, in aquilonem prolixus, & ab locis Delphicis usque ad Oeteos montes, Aetoliósque in unum coëuntes, Dorienséque intermedios. Rursus sicuti Locris ipsa existentes Phocensibus apponitur, sic † cum Ætolia & quibusdam intermedijs, Dorica tetrapoli utriq; Locridi & Parnaso & Doriensibus. Super istos Ætolorū pars ad arcton uergentes, & Acarnanes è natione Epirotica & Macedonica inuicem mutuo distantes, sicuti fascias quasdā (quod antea diximus) ab occidente perductas ad septentriones intelligere prædictas plagas. Vniuersus autem Parnasus consecratus existit, & antra & alia loca, honore & sanctitate digna cōtinens, è quibus celeberrimū & formosissimū extat Corycium Nympharum antrum, eodem quo & Cilicium nomine nuncupatum. E Parnasi uero lateribus, unum pascuntur Locri, & Ozolæ & Doriensium pars, et Ætoli iuxta Coruum. Sic enim montem Ætolium appellant. Altero fruuntur Phocenses, & Dorienses maiori ex parte, qui tetrapolin habent Parnaso appositam, magis autem orientis partibus adhærentem. Ipsa igitur in longum latera, et fascię locorū prędictorum in longitudinē tendunt, una in boream spectans, altera in occasum. Aliæ ociduæ haud pares sunt orientalibus. Nec ripa utraq; & sinus Crissæi usq; ad aquilonarem, & altera contra Eubœam usq; parallelæ inter se sunt, in qua gentes. Cæterum sic accipiendæ sunt talium locorum figuræ, sicut in triangulo. Linearum plurium. Ipsa enim parallela inter se erunt, & latera parallela habebunt. Iste igitur integer typus ac forma est, reliqui deinceps de situ

Acontius. Parapotamij.
Orchomenus ad Carystum.
Phocis opp. Daphnus. Locrensis tractus.
Crissa. Cirrha. Anticyra. Delphi. Cirphis. Daulis. Parnasus.
Locri occidui. Ozolæ.
Opuntij. Epicnemidij.
Parnasi situs.
† Deest aliqd. Locri. Acarnanes.
Parnasus sacer
Coryciū antrū Dorienses. Aetoli. Coruus mons.
Locus hic mutilus est.

Phocis. tractus. Singula dehinc ordinatim exponamus, ſuſcipientes à Phocide principiũ.
Delphi. In hac autem duæ clariſsimæ ciuitates eminent, Delphi & Elatea. Delphi quidem propter templum Apollinis Pythij, & oraculum uetuſtate inſigne. Siquidem Agamemnonem ab illo reſponſum petiſſe, memoriæ poëta prodidit. nancq; Citharœdus, Vlyſsis & regis Pelidæ rixam decantans introducitur,

odyſſ.e. νεῖκο- ὀλυσσῆο- καὶ πηλείδεω ἀχιλῆο-,
ὥς ποτε δηριόωντο, ἄναξ δ' ἀνδρῶν ἀγαμέμνων
χαῖρε νόῳ.
ὡς γὰρ οἱ χρείων μυθήσατο φοῖβο- ἀπόλλων
πυθοῖ ἐν ἀγαυῇ.

Iurgia Pelides, Ithacuſq; tulere feroces,
Rexq; Agamemno uirûm captabat gaudia mente,
Hoc ſibi conſilium cecinit nam Phœbus Apollo,
Pythius ex adyto.

Elatea. Ob hæc quidem Delphi celebres. Elateam uero cunctarum eo in tractu ciuitatum ampliſsimam, & opportuniſsimo eſſe in loco ſitam, patet, cum in anguſtijs emineat. Et qui ea potius ſit in agrum Phocenſem atq; Bœotium incurſiones commode faciat. Rupes enim inſtant, Oeteæ primum, deinde Locrenſes & Phocenſes. Incurſantibus ſanè è Theſſalia exercitibus nuſquam faciles aditus, ſed ingreſſus anguſtos quidem habet, intra terminos locatos, quos finibus adiacentes urbes tueantur. Quibus in hoſtium poteſtatem redactis, & tranſitus occupari contigit, quandoquidem Delphici templi ſplendor honore præcellit. Sic & loci ſitus natura ipſa principatum præſe fert. Hæc enim ſunt Phocidis partes, in occaſum maxime uergentes, & ab his ſumendum eſt initium. Dictum eſt ut Parnaſus uſque ad occiduos Phocidis montes locatus ſit. Eius latus in occaſum proſpectans † Locri & Ozolæ poſsident, auſtrale uero Delphi. Locus ſanè petroſus, ſpectaculi formam habens. In eius cacumine templum ſurgit & oppidum, in circuitu ſtadia ſex ac decem complectens. Supra illud Lycoria ſita eſt. Quo in loco antiquitus Delphi ſupra templum conſiſtebant. Hoc autem tempore circa ipſum, affines Caſtaliæ fontis, ſua locarunt domicilia. Ante urbem autem Cirphis ex auſtrali parte præiacet, rupes ſanè prærupta, fundoſam relinquens uallem, per quam plurimus amnis diſpergitur. At ſub Cirphin rupem urbs uetuſta iacet Cyrrha ad mare locata. Ab ea incipit ad Delphos aſcenſio, ſtad. ferè LXXX. E regione uero Sicyonis poſita eſt. Ante Cyrrham autem Criſſæa planities iacet, fertilitate fœlix. Porro alia rurſum ciuitas adeſt Criſſa, quæ ſinui Criſſæo uocabulum præbuit, poſtea Anticyra. Quo nomine & alia eſt ad ſinum iacens Maliacum, & Oetam montem. Illic elleborum ſeu ueratrum urbanum naſci uulgant, hic autem optime præparatur. Quocirca frequentes huc aduenæ confluunt, purgationis & † curationis ergó. Etenim in Laconica pharmacum naſci quoddam, ſeſamorum ſemini perquam ſimile, cui permixtum præparant Oetæum elleborum. Hæc quidem manet adhuc, at Cyrrha Criſſáque diruptæ iacent. Illa quidem prius ad ſinum Criſſæum, Criſſa uero poſtea ſub Eurylocho Theſſalo Criſſæi belli temporibus. Criſſæi ſiquidem cum ſecundis rebus florent, propter Siculorum & Italorum uectigalia, acerbe ab his qui oraculum peterent, exigebant contra Amphictyonum edicta. Hęc eadem ſanè Amphiſſęis aduerſa uenerunt, hi Locrorũ Ozolarũ

† πλησίοι οἱ ὀζόλαι. i. Locri qui appellantur Ozolæ, citra cõiunctionẽ cop. legitur.
Locri Ozolæ.
Delphorũ ſitus
Lycoria.
Caſtalia.
Cirphis.
Cyrrha.
Criſſa.
Criſſæus ſinus.
Anticyra.
Elleborus.
* ὑφαιμάας χάριν.
Oetæum uera trum.
Criſſæorũ bellum.
Amphiſſæi.

larũ iuris sunt. Isti enim aduentantes reparata Crissa, campum ab Amphictyonibus consecratum denuo arare & serere cœperunt, & in hospites externos maiorem quàm olim Crissæi exercuere sæuitiam. Quocirca eos Amphictyones pœnas dare cogentes, deo ipsi gratiam reddiderunt. Hac itaque tempestate neglectui datur nonnihil oraculum, superioribus annis excellentissimo in honore habitum. Documento sunt thesauri, quos populi potentesq; principes ibidem construxerunt, ad quos consecratas offerebant pecunias, nec minus artificum præstantissimorum opera, & ludi Pythici illic decertati, & innumerabilia tot & commendata scriptis oracula. Authores certi memorant diuinum ipsum domicilium, profundam & curuam esse speluncam, non admodum lato ore patentem, unde auram quidem referri sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quem cum Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, dei responsa referre, & metro & oratione soluta. Hæc uero poëtas quosdam templi ministros in uersus intendere. At Phemonoën primam diuinantem Pythiam fuisse ferunt. Sic etenim uatem ipsam uocatam. Vrbis quoque uocabulum ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id est ab interrogando, audiendo, discendo, inclinatum esse, priore producta syllaba, & immortalis, & indefessa ministra foret. Hæc igitur in ędificandis urbibus, & ueneran dis templis cõmunibus fuerat intentio. Etenim conuenientes in unũ ciuitates, gentesq; natura in cõmune cõgregabiles, mutuæ utilitati pariter seruirent, & ad cõmunia sacra cõcurrerent. Hisce de causis & dies festos agebant, & conuentus frequentes celebrabant. Omnia enim hæc ad conciliandos amore homines tendunt. Incipere primum à sodalibus & sacrorum socijs & consecraneis. Quo autem maior conuentus, & ex pluribus aduentaret, eo maior putabatur utilitas. Huic igitur templo honor euenit amplior propter oraculum, quando minus alijs omnibus fallax extitisse uideatur. Etiam quippiam ipse loci situs addidit. In medio nanque uniuersæ quodammodo Græciæ & intra & extra Isthmum, imò & totius orbis consistere uidebatur, unde & telluris umbilicum appellabant. Fabulam addentes quam refert Pindarus, cõfingens ab Ioue duas dimissas aquilas in hoc coisse loco, unam ab ortu, reliquam ab occasu. Quidã autem dixere coruos. Cæterũ quispiam in templo monstratur umbilicus, pendentibus ornatus uittis, cui duæ quæ fabulæ argumento incumbant imagines aquilarum. Cum huiusmodi sanè commoditas Delphis adesset, eò facile conueniebant præcipue finitimi. Ipsum etiam ex ijs Amphictyonicum constitutum erat concilium, & de rebus publicis cõsulturum, decq; templo communiorem curam ac diligentiam habiturum, cum tantum pecuniarum, tanquam sacra munera multa, & in templo locata iacerent, quibus ingenti uenera tione opus foret atque custodia. Verumenimuero antiqua illa quidem incognita in obscuro iacent. Inter eos qui memoria celebrati sunt. Acrysius uero primus eorum qui memorantur Amphictyonas instituisse putatur & ciuitates decreuisse, quæ in cõcilium communiter accederent, & cuilibet dedisse suffragium, huic quidem per se, illi uero cum alijs siue cum pluribus. Declarasse etiam Amphictyonum iurisditiones, quot ciuitatibus contra ciuitates forent. Posterius autem aliæ complures factæ sunt institutiones, donec & hæc ipsa destructa est ordinatio, sicut & Achæorum status. Primo quidem igitur duodecim conuenisse dicuntur ciuitates, singulæq; bis in anno ad concilium Pylagoram mittebant (sic enim legatum illum uocabant) ueris initio & autumni, postea uero plures conue-

Delphicũ oraculum.

Delphica spelunca.
Tripus.
Pythia uates.
Phemonoë Pythia.

Vmbilicus orbis.
Aquilæ Iouis.

Amphictyonicum concilij.

Acrysius.
Amphictyonũ institutor.

Pylagoras.

Pylæa. nere ciuitates. Conuentum autem illum uel ſynodum Pylæam nuncupabant, uer
Pylæ. nam ſcilicet & autumnalem, quoniam ἀγείρωσι congregabantur, id eſt ad portas
Thermopylæ. quas etiam Thermopylas dicunt. Cæteri autem Pylagoræ immolabãt. Initio quidem & hæc & oraculum ijs communia erant, qui prope habitarent, poſterius etiam ijs qui procul diſtabant proficiſcebantur, & oraculo utebãtur, & dona mitAlyates. tebant, theſaurósque paratos locabant, ſicuti Crœſus, eiuſq; pater Alyates, & ItaDiuitiarũ cuſtodia difficilis. lorum plerique ac Siculi. Cumq; inuidioſæ ſint diuitiæ, laborioſa eſt earum cuſtodia, etiam ſi cuipam numini attributæ, conſecratæq; fuerint. Hodie profecto ſumma in mendicitate Delphicum eſt oraculum, propter opes autem dona ipſa ſacra paDelphicũ oraculum exhauſtum. tim intercepta fuere, partim magno in numero permanent. Verum prioribus ſeculis templum ipſum erat opulentiſsimum, uel Homero teſtificante,

Iliad. 1. οὐδ' ὅσα λάϊνος ἑκὰς ἀφήορος ἐντὸς ἐέργει
φοίβου ἀπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρήεσσῃ. id eſt,
Nec quot marmorea Phœbi delubra capeſſunt,
Vaticoni uates ſeruat, quem Pythia in rupe.

Aphetor. Quem ab edendis oraculis Aphetorẽ dicunt, theſauris manifeſtant, & tot repoſitarum opum acerui, & tanta à Phocenſibus patrata diuinorum uaſorum popuPhocenſium ſacrum bellum. latio. Vnde Phocenſe ſacrum (ita enim uocant) bellum exarſit. Hæc quidem direptio Philippi Amyntæ filij ætate patrata fuerat. Aliam rentur antiquam fuiſſe, qua decantatæ ab Homero immenſæ illæ opes fuerant exportatæ. Nam apud poOnomarchus. ſteros, ne ueſtigium quidem ullum illarũ ſeruari cernimus, cum Onomarchus &
Phaylus. Phaylus templum ipſum diripuerũt. Sic enim alia ab illo proditum eſt memoriæ,
* Hic contextus lacerus eſt. nouiora illis eſſe dona † opumq; genera. Recondita enim ſunt in theſauris ex hoſtiSpinetæ. libus capta ſpolijs, deoq; oblatis, titulos ſeruantia & offerentium inſcripta nomi
* Rurſus lacunula alia. na, ut Gygę & Crœſi, & Sybaritarũ & Spinetarum Adrię incolarum, & ſic dereliAphetor quid. quis. † dona ac priſcæ in unum commixtæ ſunt diuitiæ. Alia quoque loca ſignificant, quę uiri iſti ex illis adornarunt. Sunt qui Aphetorem theſaurum dici approbent, & Aphetoris limen, defoſſos in templo theſauros ſub terra opesq; depoſitas aſſerant, conatumq; Onomarchum noctu theſauros illos effodere, magnis quidem in terra factis terræmotibus extra templum euolaſſe, & effoſsioni finem impoMutilus locus. ſuiſſe, alijs etiam ne talia tentarent pauorem incuſsiſſe. in fabularum ordine ponemus. Secundum autem Agamedes & Triphonij opus eſſe aiunt. Verum quæ nunc extant Amphictyones inſtituerunt. Oſtenditur ueNeoptolemi tumulus. ro in templo Neoptolemi tumulus, qui iubente oraculo conſtructus eſt, cum uir
Machæreus. Delphicus Machæreus mactaſſet illum. Petebat enim deus (ut fabulæ tradunt) paternæ cædis ſupplicium. Vt autem ſimile ueri eſt templum inuaſiſſe commoBranchus. tus eſt. At Machærei prognatus extitiſſe fertur Branchus, delubri in Didymis præſul. Agonem quidem in Delphis, priſcum illum citharœdorum inſtituerunt, deo Pæana canentium. Hunc autem Delphi Criſſæo finito bello poſuePythia ludus gymnicus. re. At porrò Amphictyones, equeſtre certamen & gymnicum in Eurylocho or*στεφανίτης. dinauere † coronarum, quem Pythia uocauerunt. At citharœdos tibicines, ac fiModulationes Pythicæ. dicines, citharistásque adiunxerunt, ſine carmine modulationes aliquas reddiPythicus ritus Pæan. turos quod Pythicus ritus uocatur. Quinque uero eius generis particulæ ſunt,
Timoſthenes. Anacruſis, Ampera, Cataceleuſmus, Iambi & Dactyli, Syringes. Modulatus eſt autem Timoſthenes ſecundi Ptolemæi claſsis præfectus, qui de portubus de-

cem

cem uolumina cõpoſuit. Vult autem Apollineum agonem aduerſus Draconem depugnatum, diuinis efferre cantando laudibus. Anacruſin quidem præludium eſſe demonſtrãs, Amperam autem primam certandi experientiam, Cataceleuſmũ certamen ipſum, Iambum autem ac Dactylum cantum pæanem, qui talibus efficitur rithmis uictoriæ gratia, è quibus alter hymnis eſt proprius, Iambus autem obliquijs, unde ἰαμβίζειν, Syringes uero beluæ deficientis languorem imitantes ac efficientes, perinde ac ad extrema conuertat ſeſe morientis ſibila. Cæterum Ephorus quo plurimum ad hæc tractanda utimur propter hominis diligentiam, quemadmodum & de illo teſtis eſt Polybius, uir dignitatis eximiæ, contraria mihi facere uidetur, interdum ita electione inſtituens, & ab exordijs pollicens. Itaq; ſcriptores hiſtoriarum increpãs, quod fabulas ſtudioſe ſcriptis inſerant, & ueritatem laudibus exornans, ad ipſius oraculi ſermonem honeſtam quandam adiungit promiſſionem, quod ubiq; ſanè ueritatem maximi æſtimat, præſertim ad hanc ipſam materiam. Abſurdum enim eſt (inquit) ſi reliquis in rebus talem ſectamur, ueritatiſq; modum inquirimus. Cum autem de ipſo loquimur oracolo, quod ſuper omnia ueriſsimum eſt, adeo incredibilibus & mendacibus utimur uerbis. His autem dictis continuo ſubinfert, quod Phœbus & Themis noſtro generi utilitatem afferre cupientes, oraculum comparare decreuerunt. Subinde commoditatem eloquitur, cum ad manſuetudinem uitæ prouocabat, moresq; caſtigabat, nonnullis reſponſa proloquens, quædam per edicta mandans, aliqua omnino prohibens, pleroſq; ne ullo quidem admittens pacto. Hæc autem alij diſpoſuiſſe illũ rentur (inquit) cum deus ipſe corporis aſſumpſit imaginem, alij autem, cum ſuæ uoluntatis mentem cognitionemq; mortalibus tradidit. De ipſis deinde dicere Delphis ingreſſus, quinam forent explicat, antiquis temporibus quoſdã extitiſſe Parnaſios αὐτόχθονας uocitatos, id eſt indigenas & aborigines, Parnaſum colentes. Quo quidem in tempore Apollinem in terras aduentantem manſuefeciſſe homines è ſylueſtribus fructibus, & minuti uiuendi ritu, Athenas egreſſum, adijſſe Delphos eam per uiam, qua nunc Athenienſis populus Pythiadem ſupplicationem cum pompa præmittit, ad Panopeam deinde cõſiſtentem urbem, Tityum clade affeciſſe eius loci tyrannum, uirum profecto uiolentum ac flagitioſum. Poſtea coniunctos illi Parnaſios, alio nuntiaſſe hominem eſſe nomine Pythonem ac cognomine Draconem, quo ſanè ſagittis debellato, inter adhortandum Io Pæan clamitaſſe, unde cõſuetudinem traditam, ut qui conſecuturi ſunt aciem, ſic Pæanis celebrationem clamitent. Pythonis uero tabernaculum ſic incendio tunc à Delphis aſſumptum, ſicuti nunc quoque ac ſemper rerum ea ætate geſtarũ, perpetuam adhuc recordationem ac monumentum factitantibus. Quid autem fabuloſius fieri poſſet, quàm ſagittas mittens Apollo & Tityos, Pythonásque mactans, & ex Athenis Delphos iter faciens, & terram uniuerſam permeans? quod ſi hæc minime fabulamenta eſſe putabat, quid oportebat Themin in fabulis celebratam fœminam uocari, fabuloſumq; Draconem hominem, niſi ſi uoluit hiſtoriæ fabulæq; locos in unum confuſos conturbare? Idem etiam his ſimilia de Ætolis protulit. Nam cum præfatus ſit, eos omni tempore inuictos, nunquamq; depopulatos, quandoque Ætoliam Æoles coluiſſe, eiectis regionis occupatoribus Barbaris, quandoq; Ætolum cum Epeis ex Elide profectis, hos autem mutuis uicibus ab hoſtibus, iſtos ab Alcmæone ac Diomede. Sed ad Phocenſes reuocetur oratio. Initio enim in ripa poſt Anti-

ἐνάκρουσις. ὄμπερα. κατακέλευσμος.

ἴαμβος. δάκτυλος. σύριγγες. ἰαμβίζειν. Ephorus.

Polybius.

Phœbus. Themis.

Parnaſij indigenæ.

Apollinis inter mortales geſta

Tityus.

Pytho. Io Pæan.

Phocenſes.

Maratho. cyram Maratho parua ſubeſt urbs, ſecundum eam inde Pharygium promonto-
Pharygium. rium cum ſtatione, deinde portus nouiſsimus receſſus, quia ſic illi obtigit, appella-
Receſſus portus ὑφορμος. tus, ſub Helicone & ſub Aſcra iacens. Abæ quoq; non longe abſunt ab his oracu-
Abæ oracul. lum, neq; Ambryſus, quæ idem quod Bœotia nomen tenet. In mediterranea uero
Ambryſus. ſecũdum Delphos pauliſper ad orientem Daulis eſt oppidulum, ubi Terea Thra-
Daulis. cem potentatũ tenuiſſe aiunt, quæq; de Philomela & Progne fabulis uulgata ſunt,
Tereus. eo in loco patrata memorant. Verum Thucydides ad Megara ſcribit. Loco au-
Philomela. tem nomen à denſitate arbuſtorum inditum eſt, cum λαυλῶνας denſos appellant. Ho
Progne. merus quidem Daulida dixit, poſteri uero Dauliam. Illud uero qui Cypariſſon
Daulia. habent, duobus accipiendum eſt modis. Nam ſecundum alios nomen accepit ab
Dauli. arbore, alijs autem placet à uico ad Lycoream iacente. Panopeus ſanè olim, nunc
Cypariſſus. uero Phanoteus uicinus Lebadiæ locis, Epei patria, quæ de Tityo tradita ſunt fa-
Panopeus. bulis, hic geſta feruntur. Homerus quidem refert, ut Phæaces Rhadamanthum in
Phanoteus. Eubœam deduxerunt, ut Tityum expectaret telluris filiũ, & ſpeluncam Eleeriam
Epeus. ab Elara Tityi matre nominatam. Monſtratur etiam per inſulam Tityi ſacellum,
Tityus. cui honores quidem redduntur iuxta Lebadiam, Trachin quoque eſt ciuitas Oe-
Eleeria ſpelunca. tææ Phocenſi nomine ſimilis, exigua ſanè, ciues Trachini uocantur. At Anemo-
Trachin. rea ab cõtingenti nomen aſſequitur. locus enim Catopterius uentoſas in illam tru-
Anemorea. dit procellas, præceps quidem à Parnaſo proueniens. Hic autem mons Delpho-
Catopterius. rum & Phocenſium terminus erat, qua tempeſtate Lacedæmonij Delphos à Pho
cenſium ſocietate diſiunxerant, & per ſe rem ſuam urbanam agitare permiſerunt.
Anemolea. Eam pleriq; uocant Anemoleam, deinde Hyampolis à nonnullis appellatur. In
quam è Bœotia Hyantes profugi ſeſe receperũt. Ipſa maxime in mediterranea eſt,
Hyampolis. Parapotamiorum uicina, diuerſa ab ea quæ in Parnaſo Hyampolis nuncupatur.
Elatea item inter Phocenſes urbes ampliſsima, Homero fuit prorſus ignota. Citra
enim illius ætatem noua condita, opportuno profecto ſita eſt loco, aduerſum mari
Demoſth. in oratione περὶ στεφάνου. timas incurſiones. Eius ingenium Demoſthenes indicat & opportunitatem, re-
Elatea. pentinum commemorans tumulum Athenis exortum, poſtquam à Prytanibus
Parapotamij. Elateam captam fuiſſe denuntiatum eſt. Sunt autem Parapotamij, id eſt affines flu
uio, pagus quidem penes Cephiſum habitatus Phanotenſibus uicinus & Chæro
nenſibus, & Elateæ. Theopompus autem aſſerit, hunc locum ab Chæronea ad ſta-
dia quadraginta diſtare & diſterminare Ambrienſes & Panopenſes & Daulien-
ſes. Iacere autẽ in ipſo ingreſſu è Bœotia in colle ſatis alto inter Parnaſum & mon-
Cephiſus. tem. Abeſſe autem per ſtadia quinque ab terminis, diuidereq; Cephiſum dantem
anguſtum utrinq; tramitem, principium quidem è Lilæa captantem, Phocenſi ur-
be, ut inquit Homerus,

In Catalogo. οἵτε λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ κηφισσοῖο.

Et qui Cephiſi pro fonte Lilæan habebant.

Copaidem uero is lacum ingreditur. Daulium ſanè ad ſtadia ſexaginta proten-
ditur uſq; ad Hyphãteum, cui incumbit Orchomenus. Heſiodus quidẽ amplius
de flumine earũ producit, & eius fluxu ut totam perlabatur Phocenſem oram, ſeſe
ſerpẽtis inſtar intorquens, utq; penè Panopidem, Glechonemq; munitam, & per
Orchomenum ſe circunflectat. Anguſtiæ uero iuxta Peripotamios pugnam con
citarunt, quã Parapotamiam nũcupant (dicitur enim utroq; modo) & huncunũ
quem habebant ingreſſum. Eſt & Cephiſus Phocenſis & Athenienſis & Sala-

minius

minius, quartus quintusq; in Sicyone, & in Scyro, sextus in Argo ducens originem è Lyrcio. In Apollonia uero uicina Epidamno, id est Dyrrhachio fons est circa gymnasium quem Cephisum uocitant. Daphnus quoq; cum olim Phocensis esset urbs, diruta iacet hoc tempore Euboicum attingens mare, diuidens Epicnemides Locros, hos quidem in Bœotiam, illos uero in Phocidem à mari pertinentes. Quippe signum est, quod in ea sacellum est Schedieum quod Schedij sepulchrum esse memorant, ad utranque partem Locrensem agrum. Satis de Phocide à nobis dictum est. Deinde Locridis ora subest ordine. Ideo de ipsa dicere aggrediamur, ea duas in plagas diuiditur, una quidem Locrorũ est in Eubœam uergentium, qui ad utrunq; Daphnuntis urbis latus discinduntur. Vocabantur autem uni quidẽ Opuntij à ciuitate metropoli, alteri uero Epicnemidij à Cnemide monte. Reliqua in occasum spectans occiduorum Locrorum appellatur, qui ijdem & Ozolę nominantur, eos distinguit ab Opuntijs, & Epicnemidijs, & Parnasus intermedius, & Doriensium Tetrapolis. Exordiamur igitur ab Opuntijs. Secundum urbes quidem alias in quas Bœotium litus terminatur è regione Eubœæ sinum iacere contingit Opuntium. Opuntem autem metropolim esse constat, sicut illud indicat epigramma, quod prima quinque columnarum ad Thermopylas inscriptum habet, penes Polyandrium, id est publicum sepulchrum. Sic autem se habet,

τοὺς δ' ἐποτι φθιμένους ἐσὲρ ἑλλάδος ἀντία μήδων,
μητρόπολις λοκρῶν κεύθει.

Quos pro se in Medos morientes Græcia uidit,
Vrbs pia Locrorum nunc mater Opuntia claudit.

Epidamnus. Dyrrhachiũ. Daphnus. Schedieum. Locridis ora. Opuntij. Epicnemidij. Ozolæ. Opus. Epigramma.

Ea uero abest à mari circa stadia quindecim, à Peneo autem sexaginta. Cynus quidem est emporium & promontorium Opuntium terminans sinum, stadia circiter quadraginta. Inter Cynum uero & Opuntem fertilis iacet planities, ad Adepsum Eubœæ uergens, ubi Herculis balnea sunt. Intercurrit autem fretum stadia centum & sexaginta. Enimuero Deucalion Cynum habitabat (ut dicitur) ubi & Pyrrhæ tumulus ostenditur, Deucalionis autem Athenis. Abest autem Cynus à monte Cnemide ad stadia quinquaginta. Et Atalanta sanè insula locata est in Opuntem eodẽ nomine, quà altera contra Atticam sita. Quinetiam quosdã in Elea ora Opuntios fama est esse, qui digni non sunt, de quibus uerba fiant, nisi quod cognationem quandam renouant, quæ illis cum Opuntijs existit. Cæterũ ex Opuntia terra natum esse Patroclum testatur Homerus, qui cum cædem patrasset inuitus, fuga se subtraxit ad Peleũ. Menœtius uero eius pater mansit in patria. At enim Achilles Menœtio pollicitum, ut cum ex ea expeditione reuertisset, se illum in patriam reducturum. Verum non ille, sed Aiax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat, quem à patria Aryco genitum ferunt, Eanen uero uocatũ fuisse eum dicunt quem Patroclus interemit, à quo & sacellum Eanium, & Eanidem fontem ostendunt nominatũ. Post Cynum sanè deinceps Alope sita est & Daphnus, quem diximus. Ibidem portus est à Cyno nonaginta distans stadia. Ab Elatea uero, si terrestre iter subeas in mediterraneam centum ac uiginti. Iam uero ista sinus Maliaci sunt. Nam post sinum Opuntum hic ipse contiguus est. Ac secundum Daphnuntẽ Cnemides sunt, locus munitus ad stadia uiginti, si quis nauiget, in quem ex Eubœa Cenæum è regione consistit promontorium, in occidentem

Cynus. Adepsum. Herculis balnea. Deucalion. Pyrrha. Atalanta. Patrocli patria. Menœtius. Aiax Locrus. Eanes. Eanium sacellum. Eanis fons. Alope. Maliacus sinus. Cnemides. Cenæum.

ſpectans, ſinumq; Maliacum freto diſiunctum ſtadia fermè uiginti. Hæc autem iam Locrorum ſunt Epicnemidiorum. Hoc in tractu tres prominent inſulæ Lichades à Licha nomen aſſecutæ. In iam dicto pelago & aliæ quidem inſulæ ſunt, quas libentes omittimus. Cæterum poſt ſtadia uiginti à Gnemidibus portus occurrit, ſupra illum uero totidem ſtadijs Thronium iacet in mediterranea. Dehinc Boagrius amnis effunditur Thronium præterlabens, Manem autem eum nuncupant. Eſt autem torrens, ut interdum ne tinctis quidem ingrediare pedibus, quando uero ad bina late fundatur iugera. Secundum hæc quidem Scarphea iacet ſuperius, à mari ſtadijs decem, ab Thronio uero triginta procul abſens. Poſtea uero Nicæa eſt ac Thermopylæ paulo paucioribus. Aliarum profecto urbium memoriam facere indignum eſt, niſi quas Homerus meminit. Calliarus deſerta linquitur. Dehinc campus nomine Beſſa, id eſt arbuſtis refertus locus, quem ſic ideo uocari contingit, quia ſyluis eſt obſitus, geminoq; ſſ ſcribendum eſt. Similiter & Nape, id eſt collis arboribus circundatus in Mętymnæ campo, quẽ Hellanicus ignorans Lapen nominat. Populus uero ſiue tribus Attici agri Beſa unico ſ ſcribitur, à qua Beſeenſes tribules dicuntur. Scharphe quidem in excelſo ſita longe ſtadijs uiginti diſtans, agrum & frugibus feracem, & arboribus conſitum habet. Sic & iſta à frequentia & denſitate dicitur, hodie Pharygæ uocantur. Ibidem uero Iunonis Pharygææ phanum locatum eſt, à Pharygis in Argiua terra. Nam & Argiuorum colonia dicitur. Occidentalium quidem Locrorũ non utiq; mentionem fecit Homerus, aut non apertis quidem uerbis, ſed tantum ut illos pro iſtis breuiter uideatur attingere. De quibus nos Locris diximus, qui trans Eubœam ſacram incolũt, perinde ac etiam alij exiſtant. Hi ſanè ciuitates habuerunt Amphiſſam & Naupactum. Quarum quidem Naupactus prope Antirrhium permanet, nomenq; inde accepit à pangendis, id eſt conſtruendis nauibus, ſiue illic Heraclidæ claſſem cõpegerunt, ſiue loca prius compararunt, ut ſcribit Ephorus. Ea uero nunc Ætolis ſubiungitur, ſic adiudicante Philippo. Ibi & Chalcis eſt, de qua memoriam poëta egit, cum Ætolas dinumerat. Paululum ſubter Calydonem, ibi eſt etiam collis Taphoſſus. In quo Neſi & aliorum Centaurorum tumulus locatus cernitur, è quorum tabo teterrimus odor ſub montis radice profunditur, & humor craſſioribus guttam manat. Quam quidem ob cauſam gentem illam Ozolas, id eſt odoris mali uocari. Adeſt & Molycrea Antirrhio, Ætolorum oppidulum. Amphiſſa ſanè ad Criſſæi campi uertices poſita eſt, eam Amphictyones deſtruxerũt, ſicut iam expoſuimus. Tota uero Locrenſis nauigatio paulò ſtadijs ducentis maior extenditur. Alopen item urbem & hac in parte, & in Epicnemidijs & Phthiotis nominãt. Enimuero ab Epicnemidijs horum deducta colonia, & ab his Zephyrij deriuati. Cæterum Locris occiduis cõtigui ſunt Ætoli, ſicut Epicnemidijs Ænianes, qui hanc obtinent, medij autem ſunt Dorienſes. Hi ſunt qui quidem Tetrapolin mœnibus uallarunt, quam Doricæ nationis metropolin eſſe aſſerũt. Vrbes autem obtinebant, Erineum, Boium, Pindum, Cytinium. Imminet autem Pindus Erinæo, iuxta quam cognominis illi fluuius decurrit in Cephiſum exonerans, non magno à Lilæa interuallo. Pindum autem uocant Acyphantem aliqui. Eorum rex Aepalius cum è regno fuiſſet expulſus, Herculis ope atq; opera reſtitutus eſt, uti ſcriptores prodiderunt. In cuius beneficij memoriam, ei iam rebus humanis circa Oetam defuncto gratiam reddidit, quippe Hylum inter eius filios natu maiorem adoptauit,

Lichades inſulæ.
Thronium.
Boagrius flu.
Manes.
Scarphea.
Nicæa.
Thermopylæ.
Calliarus.
Beſſa.
Nape.
Beſeenſes.
Pharygæ.
Iuno Pharygæa.
Amphiſſa.
Naupactus unde dicta.
Antirrhium.
Chalcis.
Taphoſſus.
Neſus cent.
Centaurorum ſepulchrum.
Ozolæ quare dicti.
Molycrea.
Amphiſſa.
Alope.
Zephyrij Locri.
Aenianes.
Dorienſes.
Erinæum.
Boium.
Pindus opp.
Cytinium.
Acyphas.
Aepalius.
Hylus.

uit, isq; regni successionem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Hinc in Peloponnesum redeuntibus Heraclidis primus fuit impetus. Interea urbes ipsæ suam non mediocrem obtinuere dignitatem, licet & exiles & agro fertiles forent, posterius neglectui datæ sunt. Cæterum in Phocensi bello, regnoq; Macedonico & Ætolorum, Athamanumq; potentatu, sic actum est, ut eorum uestigium ad Romanorum imperium peruenisse dictu sit mirabile. Athamanes. Hæc eadem Aenianes quoq; passi sunt. Istos enim Ætoli & Athamanes extinxerunt. Ætoli enim cum Aenianum interitus. carnanibus belligerantes, & magnam adepti potentiam, Athamanes uero Epirotarum postremi ad dignitatis fastigium deducti, cæteris iam ob res fractas desperatis, cumq; Amynta rege ingentem adepti potentiam. Hi uero Oetam montem possidebant, mons ipse ab oriente ac Thermopylis in occidentem usq; in sinum Ambracium extenditur, quodam etiam modo per lineas rectas mons iste montanam scindit regionem à Parnaso usq; Pindum Barbarosq; supraiacentes. Oeta. Istius pars una uergens in Thermopylas Oeta uocatur, longitudinis ad stadia triginta, aspe- Thermopylæ. ritatis & celsitudinis non mediocris. Longe autem excellentissimus ad Thermopylarum tractum. Ibi enim cacumen attollitur, & in rupes acutas præruptas præcipitesq; finitur, paruumq; & angustum uiatoribus à litore Locros petentibus, & ex Thessalia derelinquit transitum. Ipsum quidem transitum Pylas, id est portus & Pylæ. angustias uocitant atque Thermopylas. Sunt enim ibi prope θερμαὶ, id est calidæ aquæ, magno in honore, uti Herculi consecratæ. Supra sinus est mons, quem Calli- Callidromus. dromum appellant. Attamen aliqui etiam reliquum per Ætoliam Acarnaniamq; usq; sinum Ambracium progredientem, Callidromum nominant. Ad Thermopylas sanè intra angustias castella sunt, Necæa quidem ad Locrorum mare, at Ti- Necæa. chiùs & Heraclea super illam quæ prius Trachin uocabatur, ab Lacedæmoniis Tichiùs. Heraclea. condita. Ab antiqua uero Thracide stadijs circiter sex distat Heraclea. Deinceps Rhodunt. Rhoduntia est locus sanè munitus. Hæc autem loca tum ab asperitate, tum aquarum abundantia redduntur ad incursandum difficilia propter fauces uallium, quas perlabuntur. Quoniam præter Sperchium, qui Anticyram præterfluit, etiam Olyras adest, qui (ut fertur) Herculis rogum extinguere conabatur. Simul & Melas alter, qui à Trachine quinq; stadijs abest. Vallem uero quandam ad austrum esse scribit Herodotus, qua Asopus aliorum iam dictorum nomine uocatus percurrens pelagus inter Thermopylas ingreditur, assumitq; Phœnicem, è meridie sibi congredientem, & heroïs nomen gestantem, cuius quoq; monumentum iuxta ostenditur. Ab Asopo autem ad Thermopylas stadia intersunt quindecim. Ea igitur tempestate maxima decorabantur oræ istæ gloria, cum in earum potestate claustra ipsa tenebantur angustiarum uicina. Et cum aduersus exteriores interni certamen de dignitatis fastigio & principatu gerebant, sicuti Philippus Chalcidem, Chalcis. Corinthumq;, Græciæ Pedicas uocabant, ad Macedoniæ opportunitates respectans, quæ posterius, & ea quę sunt ad Demetriadem uincula nominabantur. Hęc Pedicæ Græciæ. enim transmeandi domina, potensq; erat ad Tempe cum Pelion haberet ad Ossam. Annis uero posterioribus cum omnia uni subiecta sint imperio cunctorum exitus unus adest, & cuncta ad Thermopylarum angustias aperte patent. Leonides. Leonides sanè paucis adiunctis finitimis contra tot Persarum millia, ope Locrorum obstitit, donec alio per montana circumeuntes tramite Barbari, ipsius Leonidæ commilitones conciderunt, & nunc in communem cunctorum tumulum eorum Po-

Spartanorum Pedyandriũ. lyandrium adest, & insculpta in columna Spartanorum late uulgata inscriptio,

ὦ ξεῖν' ἀπάγγειλον Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
κείμεθα τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι νομίμοις.

Dic Lacedæmonijs hac hospes parte iacere,
Dum illorum rigidis legibus obsequimur.

Adest & ibi portus ingens & Cereris templum, in quo in omni ibidem conuentu Amphictyones sacrificium conficiebant. A portu autem in Heracleam Trachinam terrestri itinere, quadraginta stadia intersunt, cursu autẽ marino ad Cenæum septuaginta. Extra Thermopylas statim Sperchius effunditur. Ab Euripo uero ad Thermopylas stadia sunt quingenta & triginta.

Thessalia. Locrensis hic quidem ora finitur. Extra uero tractus Thessalorum uergit ad orientem, sinúmque Maleæ. Ad occasum autem Aetoli, & Acarnanes, Athamanes autem & ipsi defecerunt. Maximum uero & uetustissimum est Thessalicum nomen & conuentus. E quibus partim Homerus inquit, partim alij plures. Homerus quidem semper Aetolos uno dicit nomine, ciuitates, non autem gentes sub illis

Curetes. constituens, præterquam Curetes, quos in parte Aetolorum ponere oportet. Inchoëmus igitur ab Thessalis, plura nimis antiqua, & permixta fabulis, & inter se dissonantia prorsus omittentes, sicut & in alijs quoque fecimus, quæ nobis uisa fuerint opportuna dicentes. Eius à mari & Thermopylis est litus usque ad Penei eruptionem, & extrema Pelij. Quod quidem litus spectat ad orientem, & ad ultima Eubœæ in boream spectantia. Partes quidem in Eubœa ac Thermopylis

Malienses. tenent Malienses & Phthiotæ Achiui, ad Pelium uero Magnetes populi. Hoc quidem igitur Thessaliæ latus orientale litúsque appellatur. Alio autem ex latere à

Phthiotæ. Magnetes. Pelio ac Peneo in mediterraneam adsistunt adhærentes Macedones usque ad Pęoniam, gentésque Epiroticas. At ab Thermopylis parallela, id est inuicem æqualitérque distantia Macedonibus montana Oetæa & Aetolica & Dorienſibus atque Parnaso contigua. Vocetur autem propinquum Macedonibus latus septentrionale, alterum uero australe, reliquum sanè est occiduum, quod Aetoli & Acarnanes includunt, & Amphilochi, & ex Epirotis Athamanes & Molossi, & ter-

Aethici. ra Aethicorum. Sic enim aliquando uocabantur, & simpliciter ipsi Pindi accolæ, præter Peleos & Ossęos. Hæc quidem satis extolluntur, haud tamen multum circumplectitur agrum, sed in campestria eius finis est. Hęc est media Thessalię fœ-

Peneus. licissima regio, ea excepta quam flumen alluit & inundat, quoniam Peneus per mediam labens compluribus assumptis amnibus sæpius effunditur. Antiquis autem seculis (ut fama est) totus campus stagnabat, quem alijs ex partibus montes coërcebant, cum etiam litus altiora campis haberet loca. Terræ autem motibus factis abrupta sunt, quæ nunc uocantur Tempe, & ab Olympo abscissa Ossa, &

Tempe. Olympus. Ossa. hac Peneus affluxit in mare, & oram illam siccatam reddidit. Relinquitur tamen

Nesonis lacus. lacus Nesonis, & quidem ingens, & minor illo Bœbeis litori propinquior. Cum

Bœbeis. uero talis sit in quatuor partes diuiditur. Vocabatur autẽ pars una Phthiotia, altera Estiæotia, tertia † Thalassiotica, id est marina, quarta Pelasgia. Cæterũ Phthio-

Phthiotia. Estiæotia. tia tractum continet australem ad Oetam à sinu Maliaco & Pylaico usq; ad Do-

*In Græco legitur θαλαττιῶτις. i. Thessaliotica. lopiam oramq; Pindi protensum. In latitudinem uero porrectam usq; ad Pharsalium planamq; Thessalica. Estiæotia autem partes continet occiduas, & quæ intra Pindum Macedoniamq; superiorem sunt. Reliqua uero tenent, & qui sub Estięo-

tia

tia planitiem pascuntur † Thessali nuncupati, inferioribus cõtigui Macedonibus & qui maritimas explent oras, deinceps usq; Magnesiam. Qua quidem in plaga erit illustrium nominũ dinumeratio, & aliter per ipsa Homeri poëtę scripta, cumq; paucæ sint urbes quæ patriam seruent dignitatem, Lariſſa sanè maxime continet. At enim poëta uniuersam quam nunc Thessaliam appellamus duodecim in partes potentatusq; partitur pleraq; Oetææ regionis, & Locrensis assumens, necnon Macedonibus subiecta aliquid etiam commune, et toti orę conueniens subscribit, & totum & singula transmutando, ad ipsas dominantium potestates. Primos igitur Achilli subiectos dinumerat, australe latus tenentes & Oetæ, Locrisq; Epicnemidijs adiacentes,

*πελασγιῶται, Græce legitur. Thalassiotica. Pelasgia. Thessali. Lariſſa. Thessaliæ ab Homero partitio. Achilli subiecti.

ὅσσοι τὸ πελασγικὸν ἄργος ἔναιον,
οἵτ' ἄλος, οἵτ' ἀλόπη, οἵτε τρηχῖν' ἔνεμον,
οἵτ' ἔχον φθίην, ἠδ' ἑλλάδα καλλιγύναικα,
μυρμιδόνες δὲ καλέοντο καὶ ἕλληνες καὶ ἀχαιοί.

In Catalogo.

Quiq; Pelasgicon Argos habebant,
Quiq; Alon & Alopen, & qui Trachina colebant,
Et Phthiam & Græciam speciosis matribus oram,
Myrmidones Græci simul & uocitantur Achæi.

Istis insuper copulat & Phœnici subditos & utriusq; classem communem effi- cit. Cæterum poëta nulla quidem in parte Dolopum meminit militum Troianum ad bellum. Nec enim ipsum ducem Phœnicem ad Martis discrimina ducem fecit egredientem sicuti Nestorem. Alij tamen memorant, ueluti Pindarus Phœnicis meminit,

Phœnici subiecti.

ὃς δολόπων ἄγαγε θρασυὺν ὅμιλον σφενδονάσαι
ἱπποδάμων δαναῶν βέλεσι πρόσφορον.

Audaces Dolopum ducens in bella cateruas,
Mortiferasq; gerunt Danaorum in spicula fundas.

Dolopes.

Hoc autem & secundum poëtam (ut dicere solent grammatici) ex dicto tacitum subaudire oportet. Quoniam ridiculum foret regem ipsum in militiæ partem aduentare,

ναῦφι δ' ἐχατίλιος φθίμος δολόπεσσιν ἀνάσσων. Iliad. 1.

Posteriora habitans Phthiæ Dolopasq; gubernans.

Sic enim ait, Subditos uero procul abesse. nec enim militandi socij uiderentur Achilli. Sedenim præses tantum, & dicendi magister foret, siue utiq; consiliarius. Hoc enim ipsi uolunt indicare uersus. nam tale illud à poëta scriptum,

Phœnix.

μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Iliad. 1.

Præceptor fandi foret, utilis author agendi. †

*Hic desunt quædam.

Argos ipsum Pelasgicum plericq; urbem Thessalicã opinantur, superiori tempore Lariſſę propinquam, quę hac ætate nullibi est. Alij non urbem sanè, sed Thessalorum campum hoc uocabulo nuncupatũ. Quod quidem nomẽ Abas ex Argo, hæc ad loca migrans imposuit. Quidam etiam Phthiam eandem quam Helladem siue Græciam & Achaiam opinantur esse. Hanc autem alteram esse partem australem. Diuisa Thessalia uniuersa, cum ipsi eam diuidant, uerum poëta duo facere uidetur, Phthiam & Helladem seu Græciam, cum hoc pacto dicat,

Argos pelasgicon. Lariſſa. Abas. Phthia. Græcia Hellas.

οἵτ' ἔχον φθίην, ἠδ' ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Et Phthiam, & Græciam speciosis matribus oram. &,

ἔπειτα ἐπ' ἀνθηρὸν Ἑλλάδα καὶ Δωρίχιον
Φθίην δ' Ἀχαιΐδα. id est,
Deinde seorsum latam per Græciam
Phthiam usq; peruenit.

Et illud frequentes per Helladem seu Græciam Phthiamq; ciuitates sunt. Poëta igitur duo hæc efficit, utrum autem urbes, an regionem, nequaquam indicat, posteriores Helladem aut Græciam regionẽ asserentes, partim extendi Thebas Phthioticas aiunt à prisca Pharsalo. In hac autem regione, Thetidis phanum est penes utranque Pharsalum, uetustam scilicet & nouam, quo ex phano & hanc oram Achilli subiectam fuisse suspicantur. Qui uero urbem esse inquiunt, Pharsalĩ quidem ostendunt longe ab eorum urbe dirutum oppidũ, quod Helladem uel Græciam fuisse crediderunt, duósque insuper fontes propinquos, Messeidem ac Hypeream. Verum Melitenses procul ab urbe sua stadĩs decem Helladem, id est Græciam habitatam indicat trans Enipeum, quo tempore eorum urbs Pyrrha uocabatur. Cæterum ex Hellade seu Græcia humili in loco iacente, Græcos in urbem suam habitaturos commigrasse, testimonio esse quod in illorum foro editum sepulchrum Hellenos qui Deucalionis & Pyrrhæ filius extitit. Scriptis autem traditum est, Deucalionem Phthiotiæ regnum tenuisse, & simpliciter Thessaliæ imperitasse. At Enipeus ab Erythra præter Pharsalon currens in Apidanum elabitur, Apidanus uero in Peneum. De Hellenibus siue Græcis hæc. Phthios uero uocãt Achilli subditos à Protesilao & Philoctete, quorum testis ipse poëta est. Quippe in recensione siue Catalogo nauium inquiens, eos ita expressit, qui sub Achille erant,

Messeis. Hyperea. Pyrrha. Deucalion. Enipeus. Apidanus. Phthiỹ.

οἵτ' ἔχον Φθίην. id est,
Hi uero habebant Phthiam.

In pugna autem secus naues gesta, eos in nauibus residentes, cum Achille fecit quietos. Ac Philoctetæ subditos pugnam exercere, Medontem habentes, gentémque Protesilai prius, deinde Neoptolemi pedum uelocitate ualentes, de quibus cõmunem fecit sermonem hoc modo,

Iliad. v. ἦρχε δὲ Βοιωτοὶ μὲν ἰὼν ἐὺ εἰδότες ἐλκεχίτωνες
Λοκροί τε καὶ Φθῖοι ἠδ' ἐπικούρητοι Ἐπειοί.
Hinc & Bœotĩ, longoq; Iones amictu,
Locriq; & Phthĩ famæq; insignis Epei.

At peculiariter ait,

Ibidem. Φθίων δ' ἦρχε μέδων τε μενεπτόλεμός τε ποδάρκης.
Duxq; Medon Phthĩs Neoptolemus, alipes idem.

Hi quidem pro Phthĩs magnanimi nauigia tutantes cum eis pugnam inierũt. Forte et qui cum Eurypylo militabant, Phthĩ nominabantur illis confines. Tamẽ hoc tempore in Magnesię iure censentur quæ subdita fuit Eurypylo, & oram totã Philoctetę subiectã, & Orchomeno uicinam, & Achilli subiectam Phthiã ab Dolopia & campestri plaga, ad usq; mare Magnesium, & usq; ad Antronem urbẽ Protesilai, quam nunc pluratiuo proferunt casu. Cæterum de Halo & de Halope ambigitur, ne non hos dicat locos qui in Phthiotico censu ferantur. Sed in Locris cum hucusq; Achilles suum possederit imperium, quemadmodũ tenus Trachine oraq; Oetæa, Est autem & Halus & Haliùs in Locrensi litore, sicut & Halope. Sunt qui pro Halope Haliuntem ponant, & hunc in modum scribant,

Magnesia. Eurypylus. Antron. Halus. Haliũs. Halope.

ἄλσ' ἄλον ὀιλ' ἁλιοῦντα, ὅιτε τραχῖν' ᾠέμοντο.

Quiq; Halon atq; Haliunta, & qui Trachina colebant. In Catalogo.

Halus autem Phthioticus in Othryos transitu iacet, qui mons oræ Phthioticæ ad aquilonem iacet, Tymphresto proximus ac Dolopibus, inde protensus ad sinui Maliaco propinqua. Halus ab Itone stadia circiter sexaginta distat, seu masculino seu muliebri proferas genere, cum utroq; modo. Halus autē Athamantis fuit domicilium. Posterioribus deleta temporibus quæ Crocio imminent campo. Cuius mœnia Amphrisus amnis alluit. Sub Crocio autem Phthioticæ Thebæ sunt. Et Halus quidem Phthiotica nuncupatur ora, & Achaica, quę coniuncta est Maliensibus sicut Othryi Propodes, & sicut Phylaca Protesilai oræ Phthioticæ est Maliensibus uicinę, sic & Halus. Abest autem Thebis stadia circiter centum, in medio uero est Pharsali & Phthiotarum. Tamen Philippus eam Pharsalijs attribuit Phthiotis adeptam. Sic & terminos & constitutiones nationum locorumq; semper uariari contingit, sicuti memorauimus. Sic & Sophocles Trachinem Phthioticam nominauit. Artemidorus autem Halum sistit in litore extra Maliacum sinum iacente. Phthiotin autem procedens hinc usq; ad Peneum, post Antronem Pteleum ponit, mox Halum à Pteleo decem supra centum stadia interuallo distantem. De Trachine sanè iam qualis sit explanatum est, & poëta nominatim exponit. Cum autem Sperchium sæpenumero meminit, sicut amnem indigenam è Tymphresto Dryopico monte nascentem, iuxta Thermopylum uero erumpentem. Interipsum & Lamiam declarat, ut omnia intra Pylas quæcunq; sinus sunt Maliaci, & extra sub illorum ditione fuere. Cęterum Sperchius à Lamia stadia triginta distat. Qui cuidam imminet campo ad Maliacum sinum pertinenti. Indigenam uero Sperchium esse demonstrat, eo quod illi cæsariem sese nutrire dicat, & quendam præfectum suum Meneschium Sperchij & sororis Achillis filium nominet. Vero autem simile fit Myrmidonas appellari cunctos, Achilli Patrocloq; subiectos, qui ex Aegina profugum Peleum comitati sunt, Phthiotæ quoq; omnes Achæi uocitabantur. Annumerantur autem ijs, qui Phthiotici iuris sunt sub Achillis regno ad Maliensium habitationes inchoantes plures quidem. In ipsis uero Thebas Phthioticas habere Echinam, Lamiam, circa quam Macedonibus & Antipatro aduersus Athenienses Lamiacum conflatum est bellum. In quo Leosthenes dux Athenienssium & regis Alexandri socius cecidit. Vlterius sunt Erineum, Coronea. Erineum quidem, quo nomine & altera urbs in Bœotia est, Melitea, Thaumacus, Proërna, Pharsalus, Eretria eodē nomine quo Euboica, Paracheloitę, & hos quoq; eodem uocabulo quo sunt Ætolici. Nam & hic flumen Achelous est Lamiæ propinquus, penes quem quidem sedes suas habent Paracheloitę. Porrigitur autem ora ista ad Aquilonem ad Asclepiadarū terram, & occidentem spectātium, & Eurypyli & Protesilai ciuitates in orientem uergentes, in meridie uero ad oram Oetæā, in populos quatuordecim distributam, & in Peracleam plagamq; Dryopum tetrapolin, id est, quatuor ciuitates aliquando sub se tenentem, quomodo & Doricam, cum illa Dryopum Peloponnesum incolentium, caput urbium, id est metropolis censeretur. Ad Oetam sanè pertinet Acyphas quoq;, terraq; Parasopia & Oeniadę gens & Anticyra quo nomine altera est in Locris occiduis. Hos autem decem ordines dico, qui non semper eodem sed uario manere modo. Quæ uero magis ac magis insignes sunt, dignissime memorata ueniunt, poëtæ uero ipsius testimonio

Othrys. Tymphrestius. Athamas. Crocius. Amphrisus. Thebæ. Phylaca. Trachin. Pteleus. Sperchius. Lamia flu. Meneschius. Myrmidones. Phthiotæ. Achæi. Echina. Lamiacū bellū Leosthenes. Erineum. Coronea. Melitea. Thaumacus. Proërna. Pharsalus. Eretria. Paracheloitæ. Acyphas. Parasopia. Oeniada. Anticyra.

Dolopes. Dolopes ad extrema Phthiæ locantur, & quod ſub uno eodẽq; Imperatore Peleo militant & iſti & Phthiotæ. Nam ut ille inquit, Phthiæ extrema colunt, & ductor Phœnix. erat Dolopum Phœnix, ex munere Pelei. Tractus autem ille plurimum Pindo uicinus eſt, & locis propinquis qui maxima ex parte Theſſaliæ plagæ ſunt. Gloria nanq; Macedonũ Theſſalorumq; ſimul & potentia efficit, ut eorum uicini præſertim Epirotæ, partim ſponte, partim uero coacti ſeſe in Theſſalorum aut Macedonum parte conſtituerint, quomodo Athamanes & Aethices & Talares Theſſalorũ, at Oreſtę et Pelagones & Elimiotę Macedonũ. Pindus autẽ mons permagnus ad arcton Macedonum partem habet, ad occaſum autem Perębos, homines metanaſtas, id eſt nugatores continet, ad meridiem uero Dolopas. Hęc eſt autẽ Theſſalię ora. In ipſo autẽ Pindo habitationes habebant Talares, natio Moloſſorũ ab ijs deducta, qui Iſmarã incolũt, & Æthices ad quos expulſos à Perithoo cẽtauros fuiſſe poëta cõmemorat, eos autẽ omnino defeciſſe, ſcriptores aiunt. Quam quidẽ defectionẽ duobus intelligendã eſſe modis accipimus. Aut enim mortales ipſos funditus deletos, illorũ agro prorſus deſolato, aut ipſarum nomine gentiũ nuſq; amplius exiſtente, nec tali eorũ cõuentu perdurante, quoniã ergo id quod reſtat etiam aduNatũ nulla prorſus mentione inſignitur, nulla ipſum dignum memoria ponimus. Non quidẽ id ipſum, non etiam nomine aut loco tranſmutatũ, quod ſi iuſtam cõmemorandi cauſam habeat tranſmutatio ipſa neceſſario explicanda eſt. Reſtat iam ſanè ut litoris ordinẽ dicamus, quod Achilli ſubditũ erat, ſumpto à Thermopylis exordio. Iam enim & Locrẽſe litus & alia diximus. Itaq; Thermopylę è Cenęo abſunt freto ſtadia ſeptuaginta. Quod ſi extra Pylas annauiges à Sperchio ſtadia decem. Hinc uero ad Phalarã ſtadia uiginti. Supra Phalarã à mari ora urbiũ quindecim, ſtadia quinquaginta imminet. Inde porrò nauiganti ſtadia c. Echinus incumbit. Reliqui litoris ager in mediterraneã Lariſſam penſilẽ habet, ab eo ſtadijs uiginti diſtantẽ. Hęc etiam ipſa Pelaſgia Lariſſa nominatur, poſtea Myõneſus exilis inſula, pòſt Antron, hęc Proteſilao ſuberat, tot ſub Achille fuerant. Explicat autẽ poëta, recenſetq; ordine illa quę Achilli parebant, & quæ item Proteſilao. Hæ autẽ ſunt quæ deinceps ſunt, ſub Achille ſanè ora litoralis uſq; Antronẽ. Quippe cum Phylace quę prope Thebas Phthioticas eſt, & ipſa ſub Proteſilao foret, & Halus & Lariſſa penſilis & Demetreum, ſub illo cũctę ad partem Othryos montis orientalem, Demetreũ uidelicet, Δήμητρος, id eſt, Cereris templũ habens, quod & Pyraſum nuncupauit. Erat autem Pyraſus optimo munita portu ciuitas, duobus in ſtadijs Cereris lucũ et ſacram habens ſtatuam, longe à Thebis ſtad. uiginti. Supra Pyraſum autem iacent Thebæ. Supra Thebas uero in mediterranea Crocius campus ad extrema montis Othryos, per quam amnis Amphryſus labitur. Super hunc extat Iton, ubi Itoniæ templum eſt, à quo dictum eſt & alterum in Bœotia, & Cuarius fluuius, de quo retulimus, cum de Arna ſcriberemus in Bœotiæ rebus. Hæc quidem de Phthiotica plaga, una ex quatuor Theſſaliæ totius particulis, cuius ſunt & ſubditæ Eurypylo terræ, & Phillo, ubi Apollinis Phyllæi phanum eſt & Ichnæ, quo in loco Ichnæa Themis colitur, & Cyerus cum ea cenſetur & Athamania. Ad Antronem uero munitum caſtellum eſt in tranſitu in Eubœam, quod Antronis aſinum uocant. Poſtea Pteleum & Halus, dehinc Cereris templum & Pyraſi rudera deiecti, ſupérque ipſum Thebæ. Pòſt Pyrrha promontorium, ac prope illud duæ inſulæ paruæ, quarum una Pyrrha, altera Deucalion nominatur.

Epirotæ
Athamanes.
Aethices.
Talares.
Oreſtæ.
Pelagones.
Elimiotæ.
Pindus.
Peræbi.
Metanaſtæ.
Dolopes.
Iſmara.
Achilli ſubditа ora.
Thermopylæ.
Phalara.
Echinus.
Lariſſa penſilis.
Lariſſa Pelaſgia.
Antron.
Phylaca.
Halus.
Demetreum.
Pyraſus.
Thebæ.
Crocius cãpus
Amphryſus.
Iton.
Itoniũ templũ.
Cuarius.
Phyllus.
Apollo Phyllæus.
Ichna.
Ichnæa Themis.
Cyerus.
Athamania.
Antronius aſinus.
Pteleum.
Halus.
Pyrrha inſul.
Deucalion inſ.

Hic

Hic Phthioticæ partis finis est. Deinceps subditos Eumelo populos numerat, contiguamq; oram maritimam. Inest iam supra Magnesiam terramq; Pelasgicam Pheræ quidem Pelasgicorum camporum terminus ad Magnesiam, qui usque Pelium stadia centum ac sexaginta porriguntur. Emporium autem Pheræ habent Pagasas, ab eis nonaginta distans stadijs, ab Iolco autem uiginti. Iolcus iam dudum diruta iacet, quo ex loco Pelias Iasonem ac nauem Argo foras emisit. Pagasas autem ideo dictas esse aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij uero similius existimant, loco ipsi nomen impositum propter uicinos fontes, id est πηγὰς, qui frequentes aquarum ubertatem effundunt. Iuxta quoque sunt Aphetæ ciuitas, id est, emissa, quia hinc emissi fuerint Argonautæ. Supra Demetriadem uero urbem Iolcus stadia septem ad mare iacet, quam Demetrius Poliorceta, id est urbium obsessor, sui nominis monumento construxit, inter Neliam & Pagasas ad mare, ad eamq; exiguas quasdam urbes commigrare iussit, Neliam scilicet Pagasasq; & Hormenium. Rhizuntem item, Sepiadem, Olizonem, Bœben, Iolcum. Qui hoc quidem tempore Demetriadi addicti sunt pagi, & hoc sanè per multos annos, & nauale & regia Macedonum regibus fuit. Tenebat & Tempe & utrunque iam dictum montem, Pelium scilicet atque Ossam. Hac uero tempestate ad exiguum contracta est, cum cunctas Magnesiæ ciuitates antecellat. Cæterum Bœbeidem lacum, Pherarum uicinum esse constat, ad extremam Pelei & Magnesiæ confinem. Bœbe autem locus ipsi lacui adiacet. Verum sicut Iolcum ad incrementa dignitatis prouectam intestinæ seditiones, & amplius tyrannorum uiolentiæ deleuerunt, ita & Pheras in sublimi quandoque fastigio collocatas tyranni funditus extinxerunt. Apud Demetriadem uero Naurus amnis labitur. Continuum autem litus Iolcus appellatur. Hic etiam Pylaicos conuentus celebrabant. Atenim Artemidorus procul à Demetriade sinũ Pagasæum ponit ad subdita Philoctetæ loca. In sinu uero Cicynethum insulam esse dicit, & eiusdem nominis urbem admodum pusillam. Deinceps possessæ à Philocteta ciuitates nũcupantur. Methonem profecto alteram à Thracia Philippus solo æquauit. Alterius sanè in Peloponneso sitæ, supra memoriam fecimus. Contra Magnesios quidem frequentes incumbunt insulæ. Nobiliores sunt Sciathus & Peparœthus, & Icus, & Alonesus & Scyrus cum eiusdem nominis urbibus. Clarissima uero Scyrus est propter Lycomedis cum Achille affinitatem & Achillis filium Neoptolemum ibi procreatum & enutritum posterioribus annis. Philippus amplificato regno, cum mari imperitantes cerneret Athenienses, & illarum principatũ adeptos, & harum et aliarũ propinquas sibi præcipua fama nobiliores reddidit. Nam cum pro imperio decertaret, ante omnia uicinas inuasit, & quemadmodum maiorem Magnesij agri tractum & Thraciæ, reliquasq; circumcirca terras Macedoniæ iuri adiudicauit, sic & appositas Magnesiæ insulas ademit, & ignotas prius nobilitauit, & bello potiundas effecit. Itaq; de Scyro potissimum uetustatis sermo constat, & talia per ora hominum rumificantur, ueluti caprarum maxime Scyriarum uirtutes, lapidumq; Scyriorum opportunas indagines maxime uariæ ueluti metalla, & item Carystij marmoris & Deucallij & syndici & hieropolitici spectare licet in urbe Romana, integras scilicet columnas lapideas ingentisq; magnitudinis tabulas tantæ uarietatis saxorũ, quibus ipsa ciuitas adornatur abunde, & priuatim & publice. Ex quo candidi lapidis pretia iam uilia facta sunt. Poëta igitur hucusq;

Pheræ.
Pagasæ.
Iolcus.
Argo.
Aphetæ.
Argonautæ.
Demetrias.
Demetrius Poliorceta.
Nelia.
Hormenium.
Rhizus.
Sepias.
Olizon.
Bœbe.
Iolcus.
Naurus flu.
Pagasæus sinus
Methone.
Sciathus.
Peparæthus.
Icus.
Alonesus.
Scyrus.
Neoptolemus.
Scyriæ capræ.
Scyrij lapilli.

progressus superiorem repetit Thessaliam, à Dolopum & Pindi ora inchoans,

In Catal. Tricce. οἱ δ' ἔχον τρίκκην τε ἰθώμην τε πλωμακώτασάν τε.

Qui Triccen & scaligeram pascuntur Ithomen.

Ithome. Istiæi. Dorici. Hæc quidem Istiæorum telluris existunt, qui superiori tempore (ut aiunt) Dorici uocabantur. Cæterum cum illam Perhæbi occupassent, qui & Istiæam Euboicam subuerterant, & eius incolas in continentem abstraxerant, cum tanta sanè esset inhabitantium Istiæorum multitudo, ab illis hoc regioni nomen imposuere.

Dolopia. Tricca situs. Appellant etiam Dolopiam inferiorem Thessaliam oppositam recte Macedoniæ, sicut & inferiorem inferiori. Est quidem Tricce, ubi Æsculapij templum extat uetustissimum, & claritate celeberrimum, & Dolopibus & Pindo adiacentibus locis confine. Ithome autem eo quo Messenia urbs nomine dicitur, quam non sic

Ithomes nomẽ Thama. proferri oportere contendunt, sed primam auferri syllabam, sic enim prius appellatam quæ nunc in Thamas uocabulum transmutauit, locum munitum & ualidum, uereque scaligerum inter quatuor castella situm tanquam quaternis à lateribus iacentia, Triccam & Metropolin & Pellineum & Gomphos. Verum Ithome metropolis regioni addicta est. Ipsa uero metropolis prioribus annis tribus habitata erat oppidulis & quidem obscuris, postea plures assumptæ urbes sunt, è quibus una fuit Ithome. Enimuero Callimachus in Iambico carmine Veneres nuncupauit,

Pellineus. Gomphos.

τᾶς Ἀφροδίτας οὐθεὶς γὰρ ἐμία
τᾶν κασνήτᾶν ὑπερβάλλεθ' ὥστας τὸ φρονεῖν.

Dea enim non una est,
Sed Castnienses reliquas superare cunctas.

Vel eo sapiendi genere, quod sola sues immolandos acceptos admittit, atque si quis alius ipse peritissimus extitit, & per omnem eius uitam (ut ipse inquit) hæc fabulis tradere uolens. Posteri uero redarguerunt non unam Venerem modo, sed plures hunc immolandi ritum approbantes admisisse, è quibus unam esse in hac

Pharycadon. Peneus. Curalius. ipsa metropoli. Non unam quoque ex urbibus additis, ad eam habitandis esse, Omirium hunc morem tradidisse. Est & Pharycadonis urbs in Istiæorum plaga, per quos Peneus fluit, atq; Curalius. Curalius quidem templum Palladis Ithomię

Atrax. Tempe. præterlabens, Peneum intrat. Ipse uero Peneus (ut diximus) oritur ex Pindo à sinistra relinquens Triccen, & Pellineum, Pharycadonem, penesq; Atracem Larissamq; defertur. Acceptisq; Thessalicæ telluris amnibus, per Tempe ad erumpendum progreditur. Oechaliam uero urbem quæ Euryti dicitur, & in hisce locis, &

Eurytus. in Eubœa & in Arcadia esse, scriptores memorant, & alio pacto nomen illius permutant, quod in exponendis Peloponnesi rebus diximus. Hos autem in quæstionem deducunt, præsertim quæ nam ea fuerit, quæ ab Hercule capta est, & quã scri-

Oechaliæ captiuitas. ptis declarat ille, qui Oechaliæ captiuitatem uersibus edidit. Hæc nanq; loca Æsculapij filijs subiecta cecinit. Porrò Eurypylo terram subditam ait,

Iliad. β. οἵ θ' ἔχον ὁρμήνιον οἵτε κρήνην ὑπερείαν
οἵ τ' ἔχον ἀσπάρτιον τιτάνοισί τε λευκὰ κάρηνα.

Ormenium q; colunt quos fons Hyperea tenebat,
Asteriumq; habitant, fastigiaq; alba Titani.

Ormenium. Ormænium. Ormenium igitur hodie uocatur Ormænium, uicus quidem sub monte Pelio, ad sinũ Pagasæum sub illis urbibus, quas Demetriadi habitatas, addictas esse commemorauimus. Bœbeidem uero lacũ propè esse oportet, quandoquidẽ Bœba ex

Bœba. cir

circumadiacentibus Demetriadi urbibus una fuit, sic & ipsum Ormeniũ. Abest autem à Demetriade Ormenium stadia septem ac uiginti itinere terrestri. Locus quidem Iolci in uia situs, longe à Demetriade stadia septem semotus est, ab Armenio autem reliquis uiginti. Scepsio autem teste, Phœnix Ormenij ortus est, indeq; patris conspectum Amyntoris Ormenidę fugientem, Phthiam ad Peleum sese regem recepisse. Ormenum uero Cercaphi filium Æolo prognati, hunc ædificasse locum. Ormenum duos procreasse filios Amyntorem & Euæmonem, è quorum altero Phœnicem, ex altero uero Eurypylum ortos esse. Successionem quidem cõmunem Eurypylo de patria egrediente Phœnice, fuisse seruatam. Sic enim scribit,

Phœnicis pat. *Ormenius.* *Ormenus.* *Amyntor.* *Euemon.* *Eurypylus.*

ὅτε πρῶτον λίπον ὀρμενίου πολύμηλον.
Cum primum fœcundam ouibus Ormenium liqui, pro eo quod est,
λίπον ἐλλάδα καλλιγύναικα.
Græcia omissa mihi famosis plena puellis.

Cæterum Crates Phocensem extitisse Phœnicem asserit ductis ex galea Megetis coniecturis, qua in nocturnis excubijs Vlyssem usum, poëta testatur,

ἕξ ἐλεῶνος ἀμύντορος ὀρμενίδαο
ἕξελε τ' αὐτόματος πυκινὸν δόμον ἀντιόῶσας.
Ex Eleone Amyntoris Ormenidæ
Autolycus rapiens uallatas perforat ædes.

Iliad. κ.

Eleonem enim in Parnaso oppidulum quoddam esse. Amyntorem uero Ormeniden non alium sanè dici nisi Phœnicis genitorem, Autolycumq; Parnasi incolam res uicinorũ furto surripuisse, quod cuiuscunq; furis commune officium est, nõ longinqua surripere, & τοιχωρυχεῖν, id est, parietes perforare. At enim Scepsius ait nullum Parnasi locum monstrari Eleonem appellatum sed Neonem, quam scilicet post Troianum bellum habitatam fuisse refert. Nec uero uicinorum parietes solum à furibus perforari solere. Multáque præterea sunt alia quæ dici possent, sed in hisce amplius immorari uereor. Alij Exeleonem scribũt, ipsa uero Tanagræ telluris est. Illud autem argumento est, rem absurde dici, cum sic referat,

Eleon. *Autolycus.* *Neon.*

φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' ἐλεῶνος
φθίην δ' ἱξικόμην.
Dehinc seorsum fugiens per Græciam,
Phthiam profectus sum.

Fons uero ipse Hyperea in Pheræorum medio oppido Metalëusa consistit. Titanus autem, id est calx ab eo quod illi accidit, nomen est assecuta. Ager enim albicans natura existit Arnæ proximus. Nec procul ab ijs Asterium est. Hi quidem huic parti affines esse dicuntur qui Polypœtæ subditi sunt,

Hyperea. *Metaleusa.* *Titanus.* *Asterium.*

οἵ δ' ἄργισσαν ἔχον ἠδὲ γυρτώνην φέριμοντο,
ὄρθην ἠλώνην τε πόλιν τ' ὀλοσσόνα λδυκήν.
Quiq; Argissam habent, Gyrtonem deinde colebant,
Orthen Elonamq; urbem, niueamq; Oloossonem.

In Catal.

Hanc sanè regionem primum coluerunt Perrhæbi fruentes parte maritima & Peneo usque ad illius ostium & Gyrtonem in Perrhæborum plaga. Inde Lapithæ illos affligentes, mediterraneam flumini uicinam oram occupauerunt, Ixion, filiusq; Perithous qui Pelium ui occupauit, eius persequens occupatores Centauros, duram sanè agrestemq; nationẽ. Eos igitur eiectos è Pelio ad Æthicas compulit, Lapithis autem campestria cõcessit. Eorũ autem partem Olympo propinquã

Perrhæbi. *Gyrton.* *Ixion.* *Perithous.* *Centauri.*

Perrhæbi tenuere. Nonnullis uero in locis omnes promiſcuas domos habuere.
Argiſſa. Igitur Argiſſa quæ nũc Arguſa uocatur, Peneio adiacet. Cui ſuperimminet Atrax
Arguſa. in ſtadia quadraginta, & ipſa fluuio proxima. Regionẽ uero fluuiatilem mediam
Atrax. circuntenebant Perrhæbi. Orthan ſanè quidam Phalannęorum arcem eſſe ferũt.
Orthe. Phalanna uero ciuitas Perrhæborum iuris eſt, apud Tempe, Peneo finitima. Per-
Phalannæ. rhæbi autem cum Lapitharum potentia fracti eſſent, maiori ex parte in montana profugerunt, Pindo uicina, & ad Athamanes & ad Dolopes. Regionem autem hanc cæterosq; Perrhæbos Lariſſæi in ſuam ditionem redegerunt iuxta Peneum conſidentes, illorumq; uicini fertiliſsimam quidem paſcentes agri partem, niſi ſi-
qua curua nimis uallis Neſſonidi propinqua lacui fiat, quã amnis ſtagnans aran-
di facultate Lariſſæis interciperet. Eam tamen iacturam poſtea Lariſſæi cõſtructis
aggeribus emendauere. Interim igitur iſti Perrhæbiam occupantes tenebant & tri
Lariſſæ plures. buta exigebant, donec Philippus locorũ potitus eſt. Lariſſa quoq; Oſſæ locus eſt,
quæ penſilis aut obliqua dicitur à pleriſque. Eſt & alia in Creta ciuitas, quæ hodie
Iapypia. quoq; Iapygiæ confinis habitatur, à qua ſubiectus campus Lariſſius uocatur. Eſt
Lariſſus cam. & in Peloponneſo Argiuorũ arx Lariſſa. Eleorum quoq; agrum Dymamq; diſ-
terminans Lariſſus fluuius eſt. In eadem quoq; Lariſſam urbem in cõfinibus eſſe,
Theopompus ſcriptis teſtatur. Et in Aſia Lariſſa Phriconia eſt iuxta Cymam, &
Hamaxitum. ad Troados Hamaxitũ. Eſt & Epheſi Lariſſa, & in Sina Mitylenæ ad ſtadia quin-
Sina. quaginta. Lariſſææ petræ ſunt ad Methymnem in uia. In agro quoq; Attico Lariſ
Lariſſææ pe- træ. ſa eſt. Tralibus quoq; uicus eſt, longe diſtans triginta ſtadia, ſupra oppidũ ad Cay
ſtri campũ, quà per mediterraneam itur ad Iſodromæ matris templũ, ſitũ habens
ſimilem, lociq; uirtutem ipſi quam diximus penſili Lariſſæ. Nam & aquarum bo-
Lariſſius Iup. nitate & uinetorum ſpecie præſtans eſt. Forſitan autem & Lariſſius Iuppiter hinc
cognomen aſſumpſit. Ad ſiniſtras quoq; ponti ripas pagus eſt Lariſſa nomine,
Olooſſon extremis Hæmi finitimus. Eſt & Olooſſon ciuitas, quæ Leuca uocatur, id eſt, Al-
Leuca. ba, cum in alba conſiſtat argilla: & Elona, ambæ Perrhęborum urbes: & Gunnus.
Elona. Et Elona quidẽ in Lemonem nomen permutauit, hodie diruta iacens. Vtræque
Gunnus. uero ſub Olympo iacent, nõ procul ab Eurota fluuio, quem quidem poëta uocat
Eurotas. Titareſium. De iſto & de Perrhæbis deinceps poëta cecinit, quando dixit,
Titareſius.
Perrhæbica lo ca. γουνεὺς δ' ἐκ νύφας ἦγε δύο καὶ εἴκοσι νῆας
In Catologo. τῷ δ' ἅμα Περραιβοὶ ἕποντο μαχητὰὸλεμοίτε πυραίβοι
οἳ περὶ Δωδώνην λυχείμερον οἰκί' ἔθεντο
οἵτ' ἀμφ' Ἴμερτον τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

Viginti atq; duas Guneus Cypho egerat alnos,
Sunt Enienes ei comites fortesq; Peræbi.
Dodonem hi ſedes circumpoſuere niualem,
Aruaq; iucundi Titareſi pulchra colebant.

Hæc igitur loca dicit Perrhæborum ab Hiſtiæorum ora, in parte comprehendentia. Subiecti quoque fuere Polypœtæ partim. Perrhæbica tamen illa Lapithis attribuit, cum promiſcue habitarent, & plana tenerentur à Lapithis, & in hoc tractu natio Perrhæbica maiore ex parte illis ſubiecta foret. Montana uero in Olympum uergentia atq; Tempe, ab ipſis Perrhæbis incolerentur, ſicuti Cyphus & Do
Cyphus. dona, et plaga Titareſio finitima, qui è monte Titaro Olympi uicino labẽs ad pla-
Dodona. gam Tempe contingentem Perrhæbiæ quodãmodo pertinentẽ, in Peneũ effluit.
Titarus.

Penei

Pẽnei quidem perlucentes aquæ ſunt, Titareſij uero craſſæ quadã ex materia. Qua ex re factum eſt, ut illi non cõmiſceatur, quin inſtar olei deſuperfluat. Indecum ſic mixtim cohabitent, Simonides Perrhæbos & Lapithas uniuerſos Pelaſgicos appellat, in orientem uergentes, ad Gyrtonem & Penei oſtia, ad Oſſam & ad Peliũ, & quæ circa Demetriadem, & quæ in regione campeſtri ſunt. Lariſſam, Crannonem, Scotuſam, Mopſium, Atracem, & adiacentia lacui Neſonidi & Bœbeidi, de quibus paruam ſanè mentionem poëta fecit, quoniam alia quidem necdum habitabantur. Alia uilia quædam erant habitacula, propter alia atq; alia uariſs in temporibus inducta diluuia. Neque Neſonidem lacum meminit, ſed Bœbeidem tantum, qui longe minor eſt, hoc quidem ſolo manente, illo uero, quẽadmodum conſentaneum eſt, non ita, cum modo exundet, modo deficiat. Scotuſæ uero recordationem fecimus, cum de Dodona ſermonem haberemus & de Theſſaliæ oraculo, quia hoc in loco fuerat. In Scotuſa autem locus eſt, quem κυνὸς κεφαλὰς, id eſt, canis capita uocant. Vbi Romani ac Ætoli duce T. Quinto, ingenti prælio Philippum Demetrij filium, & Macedoniæ regem uicere. Tale quiddam & in Magneſijs accidit. Eorum enim locis compluribus dinumeratis, ne unum quidem Homerus Magneſium nominauit, ſed eos tantum, quos † cæce ac nulla nota cognitos indicat. Qui Peneum inquit frondoſumq; Peliũ incolebant. Sed tamen circa Peneum atque Pelium habitabant, & Gyrtonis incolæ, quos in numero ille collegit, & Ormenij, alijq; permulti procul etiam à Pelio. Tamen Magneſij erant ſumpto ab Eumelo primordio, ſecundum poſteriores homines. Aſsiduis igitur tranſmigrationibus, & rerum permutationibus urbanarum, & inquilinorum permixtiones & nominum & gentium confuſiones obueniſſe uidentur. Ea propter aliquando exoritur ambiguitas, ſicuti de Crannone ac Gyrtone hoc ipſum primo factum eſt. Antiquitus enim Gyrtonij Phlegyiæ uocabantur ab Ixionis fratre Phlegyia, Crannonios autem Ephyros dicebat. Ex quo nata eſt dubitatio ob ipſius poëtæ carmen,

Titareſij aquæ
Penei aquæ.
Neſonis lacus.
Bœbeis lacus.
Scotuſa.
Cynos cephale.
Gyrto.
Phlegyiæ.
Crannonij.
Locus Homeri

τὼ μὲν ἄρ' ἐκ θρήκης ἐφύρης μεταθωρήσσεσθον,
ἠὲ μετὰ φλεγύας μεγαλήτορας.

Iliad. v.

Cumq; Ephyris ambo de Thrace ſcuta gerebant,
Seu poſt magnanimos Phlegyias.

Quoſnam uelit eloqui, poſtea & hoc idem in Perrhæbis & Athamanibus obuenit. Homerus nanque eos, ut inuicem finitimos coniunxit. Etiam diutius Athamanum ſedes Dotio in campo locatas à poſteris extitiſſe ferunt. Iſtud autem prope dictam nuper Perrhæbiam eſt atque Oſſam, lacumq; Bœbeidem in media quodammodo Theſſalia, propriſs quidem incluſum collibus. De quo Heſiodus hunc in modum inquit,

Athamanes.
Dotius cãpus.
Bœbeis lacus.

ἣ οἵη δισσῦμις ἱεροὺς ναίσσα πολωνοὺς
ἀμφὶ ῥα δωτίῳ τε δίῳ τε πολυβότρυος ἄμπελον
νίψασ' βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἁδμής.

Sola habitat Dotij geminis in collibus arui,
Permultis coram plantam ſibi uirgo ſeuera,
Bœbiade in ſtagno lauit.

Athamanes igitur in Oetam montem expulſi à Lapithis magna ex parte fuerunt. Hac autem in plaga magna imperitabant potentia, cum quandã agri partem

Athamanes.
Echinus.

Doricis & Malienſibus ademiſſent uſq; Heracleam & Echinum. Pars uero eorũ
Cyphus. circa Cyphum Perrhæborum montem, ubi eodem quoq; eſt pagus nomine, per-
manſerunt. Quædam autem Perrhæborum multitudo ad Olympi tractum pro-
greſſa in occaſum ſpectantem ſimul illic contractas ſedes habuerũt Macedonibus
finitimas. Non parua uero eorum manus ad Pindum & Athamaniæ montes con
fugit. Nunc autem nimium aut nullum potius ipſorũ reſtat ſeruatum ueſtigium.
Eos uero Magnetas qui à poëta in ultimo Theſſalicorum catalogo dinumerãtur,
exiſtimauerim Macedonibus Pierij uicinos, qui intra Tempe à Peneo atq; Oſſa
Homolium. uſq; ad Pelium trans Peneum loca habent mari tenus. Illis igitur Homolium ſiue
Homolin (nam utroq; modo dicitur) attribuemus. In rerum autem Macedonica-
rum commemoratione diximus, penes Oſſam eſſe ad Penei ortum, per ſuum ad
Tempe curſum. Si autem iuxtà litus proximum Homolio progrediere, rationem
habet, quod ad Rhizuntem habitent & Erynnas in litoralibus ſitas ſub Philoctete
& ſub Eumelo. Hoc ipſum igitur dubium incertumq; relinquatur. Locorũ quo-
que ſeries deinceps ordine poſitorum, tenus Peneo non certa dicitur. Cumq; loca
Sepiacaripa. ignobilia ſint, nec nos illa multi facere debemus. Tamen ripam Sepiacam tragœ-
diarum ſcriptores uulgarunt poſteaq; collaudarunt, cum ibi Perſarũ claſſis interie-
rit, & in nihilum omnino redacta fuerit. Ripa quidem ipſa ſaxoſa eſt, inter illam ue
Caſthanæus ui ro uicumq; Caſthanæum, ſub Pelio locatum litus iacet, in quo claſsis ipſa Xerxis,
cus. cum ſtaret in anchoris, ingenti flante Euro, partim in terram eliſa, è ueſtigio diſſo-
Ipnus. luta eſt, partim quidem ad Ipnuntem locum aſperum inflicta circa Pelium, partim
uero ad Melibœum, partim denicq; ad Caſthanęam oram perijt. Totum autem na
uigationis ſpatium Penei ſtadia octoginta immane ac ſæuum eſt. Tale eſt enim ac
tantum Oſſæ interuallũ. Intermedius autem ſinus eſt ſtadia intra ducenta, in quo
Melibœa. Melibœa ſita eſt. Totus autem à Demetriade ad Peneum inſinuatus, eſt amplior
ſtadia mille, ad Euripum uero ſtadia duũm milliũ & octingentũm, rurſus ab Euri
po ſtad. trecentũm & quinquaginta. Hieronymus quidem campeſtrem Theſſaliæ
ac Magneſiæ circuitum, ſtadiũm trium millium eſſe demonſtrat, à Pelaſgis habita
ri ſolitum, expulſoſq; inde illos in Ætoliam à Lapithis. Campũ autem Pelaſgicum
Mopſius. modo nuncupatum exiſtere in Lariſſa & Gyrtone & Pheris, Ibiq; eſſe Mopſium
Mopſopia Attica. & Bœben, & Oſſam & Homolen & Pelium & oram Magneſiam. Vocatum au-
Bœbe. tem Mopſium non à filio Tireſiæ Mopſo uate, ſed à Mopſo Lapitha, Argonauta
Oſſa. rum nauigationis comite. Alius item Mopſus fuit, à quo Atticam appellauere Mo
Homole. pſopiam. Hæc quidem ſingulatim de Theſſalia. Ipſa quidem omnis priori ſeculo
Pelium opp. Pyrrhæa ab Deucalionis uxore Pyrrha, nominabatur, & Hæmonia ab Hæmo-
Magneſia. ne, à cuius filio Theſſalo Theſſalia uocata eſt. Quidam ſanè bifariam diuiſerunt.
Mopſus. Ipſam quidẽ partem in auſtrum ſpectantem, Deucalioni in ſortem obueniſſe di-
Hæmonia. ctitantes, ipſumq; à matris nomine eam pandoram uocitaſſe, reliquã uero Hæmo-
Pyrrhæa. ni, à quo Hęmonia eſt dicta, tranſmutato deinde nomine, hanc quidẽ Helladem ſi
Theſſaliæ diuiſio. ue Græciam ab Deucalionis filio Hellene, reliquam uero Theſſaliam ab Hæmo-
Theſſalia unde dicta. nis filio dici cœptam. Alij uero uenientes ab Ephyra Theſprotidis, Antyphum &
Pandora. Philippũ pronepotes Theſſali, Hercule geniti, ab Theſſalo eorũ progenitore, re-
Hellen. gionem aiunt Theſſaliam nominaſſe. Eam quoq; aliquando Neſonidem dixere
Græcia. quidam, ſicut & lacum à filio Theſſali Neſone.
Neſonis.

NONI LIBRI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMI LIBRI.

DEcimus liber Ætoliam continet & circumiacentes insulas, Cretam etiam omnem, in qua diutius immoratur, Ius ciuile illius edisserens, & Curetum, & Idęorũ insuper Dactylorum in eadem genesin & honorificentiam & Orgya prosequens. Priuatam etiam prosapiam suam Strabo ex Creta repetit, præterea positas circum Cretam insulas multas numero in libro existentes, inter quas & Sporades sunt, & de Cycladibus nonnullę.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER DECIMVS.

POSTQVAM Eubœa ad hoc totum litus opponitur, quod à Sunio tenus Thessalia protenditur, exceptis extremis utrinqȝ, affine uidetur, ut ipsum insulæ tractum ad ea quæ dicta sunt continenter adiungamus, postmodum ad Aetolicam plagam Acarnanicamqȝ transire, quę de Europæ partibus restant. Igitur insula à Cenæo ad Geræstum mille fermè ac ducentis stad. oblonga porrigitur, eius latitudo haud sanè æqualis est, ad summum uero ad centũ & quinquaginta extẽditur stadia. Itaqȝ Cenęũ quidẽ secundũ Thermopylas eaqȝ quę extra Thermopylas sunt paululũ abest, at Geræstus atqȝ Petalia coram Sunio. Atticæ igitur atqȝ Bœotię, agroqȝ Locrensi medio Euripo, cõtra respondet & Malien sibus. Cæterũ propter angustam eius formã longitudinemqȝ prædictã maiores nostri quondã Macrin illã nominauere. Cumqȝ curua sit à Chalcide maxime in continentem applicatur terram, & Aulidem agri Bœotij locum, Euripumqȝ efficit. De quo longiorem produximus orationem, decqȝ locis ferè inter se inuicem per freta diuisis & ad continentem, & ad insulam contraiacentibus ex utroqȝ Euripi latere, & intus & extra, quod si quid omissum fuerit, in præsentia apertius supplebimus. Ante omnia caua Eubœę oræ esse pars dicitur, quæ inter Aulidem, Geræstũqȝ continetur. Plaga nanqȝ maritima in sinus formam flectitur, Chalcidi uero propinqua curuatur, iterum in ipsam spectans continentem. Cęterum non tantum Macris sed etiam Abantis uocabatur insula. Poëta igitur cum in insulę mentionem uenit, nunquam Eubœenses, semper autem Abantes dictitat,

οἰδ' Εὔβοιαν ἔχον μεγέα τανυσίπτερες Ἄβαντες. id est,

Eubœamqȝ colunt spirantes robur Abantes. Et illud,

τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο.

Pariter comitantur Abantes.

Vt autem scriptis affirmat Aristoteles, profecti de Aba Phocidis ciuitate Thraces insulam incoluere, unde illius inquilinos Abantes appellatos. Sunt qui ab heroë dicant nominari, sicut heroicæ indolis matronam Eubœam ei cognomen tradidisse. Fortasse item quemadmodũ & in litore situm antrum quoddam in Ægeum uergens Aula bouis uocatur, ubi Io Epaphum peperisse fertur, eademqȝ ex causa hoc nomen adepta fuit insula, quam etiam Ocham uocauere eodem quo mons

Eubœæ descriptio.
Cenæum.
Geræsius.
Petalia.
Macris.
Aulis.
Eubœa caua quæ sit.
In Catalogo.
Abantes.
Aba.
Eubœa heroïs.
Aula bouis.
Io.
Epaphus.
Ocha.

Hellopia. nomine, qui ibi existentes reliquos magnitudine superat. Ipsa quoq; Hellopia no-
Aæclis. minata est ab Ionis filio Hellope, siue ab Aæcli & Cothi fratre, ut alij perhibent, qui
Cothis. aliam etiam condidisse Hellopiam dicitur in ea quæ nominatur Oria Istiæa terra
Oria. Istiæa iuxta montem Telethrium & Istiæa adeptum esse Peria demq; & Cerinthum, & E-
Telethrius. depsum & Orobias, ubi ueracissimum est oracullum. Fuit & Selenuntij Apollinis
Perias. oraculum. Verum Hellopienses Istiæa transtulerunt, & urbem amplissimam red-
Edepsus. diderunt, uiolentius ingruente tyranno Philistide, postrem ad Leuctram gestam.
Orobias.
Selenuntius. †Constructum autem à Philippo Oretanorum tyrãno Phi-
Apollo. Philistides tyr. listidem Demosthenes scribit. Sic enim à posterioribus uocita
†Constitutũ legendum uidetur. Sic enim Græce legitur, Δημοσθένης δ' ὑπὸ Φιλίππου κατασταθῆναι τύραννόν φησι καὶ ὠρεταν῀ν τὴν Φιλιστίδην. id est, Demosthenes asserit Philistidem à Philippo Oretanorum tyrannum constitutum. Est autem locus Demosthen. in Oratione περὶ τριφάνους. ubi sic inquit Demosth. καὶ καθιεὶς ὑμῶν μὲν ὑρίῳ Φιλιστίδην τύραννον, ἐμοῦ δ' ἀφ' ὑρίας κολάζοντος. ri cœpti Istiẽenses, & urbs ipsa pro Istiæa Oreus appellata. Ali qui referunt Istiæam ab Istiæensi populo seu tribu translatam ab Athenienssibus, sicut ab Eretrieis Eretriam. Theopompus autẽ scriptis testatur suis, cũ Pericles insula potitus esset, Istiæ-

Oreus. enses in Macedoniã (ita enim ex fœdere cõuenerat) migrasse,
Eretria. duo deinde Athenienssiũ millia Oreum habitatũ aduentasse, Istiæensiũ sane antea
Tethrius. ciuitatẽ extitisse. Eam uero sub Tethrio monte Drymo iacere insulam (sic enim uo
Drimus. catur) iuxta Callantẽ fluuiũ excelsa in petra. Ita cum Hellopienses montani essent,
Callantes. qui prius inhabitarant, hocilli urbi est forsan nomen impositũ. Oros enim montẽ
ὄρος τό. indicat. Hoc etiã in loco educatus Orion, nomen adeptus esse uidetur. Sũt qui Ore
Orion. tanos, cum propriam ciuitatem haberent, ab Hellopienssibus bello superatos, ad
Oretani. Istiæenses transgressos, cum eis socialiter habitasse, cumq; una utrisque ciuitas facta
Lacedæmon. fuissẽt, ambobus usos esse nominibus, sicuti Lacedæmon & Sparta eadem est. An-
Sparta. tea dictum est, ut Istiæensis multitudo Thessaliam habitans, ab eis qui hac ex ora
diuulsi fuere, uocabulum assecuti sint. Postquam uero Hellopia eò nos adduxit ut ab Istiæensibus & ab Oreo captaremus initium, quæ deinceps locis ipsis finitima sunt exponamus. Est sanè in hac Oreo Clenæum promontorium affine. Su-

Clenæum. per illóque Dium, & quædam Athenarum ciuitas Diades, ab Athenienssibus ædi-
Dium. ficatæ quæ freto incumbunt ad Caunum. Ab Dio uero Canæ Aeolij tractus, fre-
Diades. quentes habent habitatores. Hęcq; ipsa loca Istiææ circumadiacent. Insuper & Ce-
Caunus. rinthus exile oppidulum mari proximum. Penes uero est Budorus amnis, cuius
Canæ. appellationis montem habet Salamis in Atticam prospectantem. In ripa item sub
Budorus. monte Carystus consistit, cui uicina sunt Styra & Marmarium. In quo Carystia-
Salamis. rum columnarum λατόμιον, id est, lapidum excisio est, ibi Apollinis Marmarini tem-
Carystus. plum est. Eo ex loco nauigatio ad Aras Araphenias habetur. Ad Carystum lapis
Styra. nascitur, quem pectunt, nent, texunt. Inde mantilia conficiuntur egregie contexta,
Marmarium. ea ubi sordescunt in flammam proiecta non secus emundantur, quàm si maculas
Caryſtiæ colũ. elueris. Loca ista deductis à tetrapoli circa Marathonem & Styra colonis habitata
Marmarinus fuisse memorant, euersa uero funditus Styra esse ab Athenienssium duce Phædro,
Apollo. constat in Maliaco bello, locum quidem Eretrij occupant. Laconica etiam Cary-
Arapheniæ. stus in Arcadiam uergens locus Aegios extat, à quo uinum Carystium ab Alcma-
Marathon. ne poëta celebratur. Nulla in nauium catalogo Geræsti mentio fit, poëta tamen eius meminit,

Caryſtiũ uinũ Geræſtos. ἐς δὲ γεραιὸν ἐλθὲ νύχια κατάγοντα. id est,
Odyss. γ. Illuc hospitio noctu uenere Geræstum.

Indicat autem quomodo ex Asia in Atticam transmittentibus, Sunio proximus oppor

opportunus iacet locus, templumq; habet Neptuni illa in regione celebratissimum egregiaq; domicilia. Secundum Geræstum uero Eretria ciuitas est totius Eubœæ amplissima post Chalcidem, dehinc insulę metropolis Chalcis quodammodo super ipso Euripo sita, utriusq; mœnia Troianis temporibus antiquiora posuisse dicuntur Athenienses. Postres uero Troianas Æclus & Cothus ex Athenis profecti habitauerunt, ille quidem Eretriam, Cothus uero Chalcidem. Æolenses quoq; ex Penthilo exercitu, in insula magna ex parte manserunt. Priscis etiam annis Arabes Cadmi comites eò traijcientes habitarunt. Istę igitur ciuitates eximijs amplificatæ fortunis, insignes in Macedoniam emisere colonias. Nam Eretria urbes circũ Pallenem & montem Athon ædificauit, Chalcis autem attributas Olyntho condidit quas Philippus diruit. Italia quoq; atq; Sicilia pleraq; à Chalcidensibus posita loca tenet. Hę autem colonię tunc missę fuerunt Aristotele teste, cum Hippobotę in gubernanda ciuitate plurimũ poterant. Illius nanq; præsules erãt uiri principes ex magnis censibus optimates habiti. Ea uero tempestate qua Alexander traiecit in Asiã, dilatato urbis ambitu intra urbes assumpsere Canethum & Euripũ, super Pontũ turres, portas, murumq; construentes. Chalcidis autem urbi campus quem Lilandum appellãt adiacet, in quo calidarũ scaturigines aquarũ erumpunt ad curandos morbos amplissimarũ. Quibus Corn. Sylla Romanorũ Imperator est usus. Aderat quoq; admirabile ęris ac ferri cõmune metallum, quale nusquàm prouenire memorię proditur, hoc tẽpore utrunq; prorsus euanuit. Tota uero Eubœę insula terræmotibus facile percutitur, pręsertim in ora Euripo uicina, subterraneas uentorũ agitationes admittens, qualiter & Bœotia, & loca cętera, de quibus antea memoriã longiore fecimus oratione. Ob talem casum etiam eo nomine quo insula, oppidum absorptum fuisse uulgatur. Cuius Aeschylus in Pontio Glauco meminit,

Eretria.
Chalcis.
Aeclus.
Cothus.
Pallene.
Athon.
Hippobotæ.
Canethus.
Chalcis.
Lilandus.
Corn. Sylla.

Βυβοίδα λαμπτὴν ἀμφὶ λιμναίου Διὸς ἀκτὴν
κατ' αὐχένα τύμβον ἀθλίου λήχας. id est,

Euboicam curuaturam ad Cenæi Iouis ripam
Circa ipsam miserandi Lichæ tumbam.

Chalcis autem eiusdem appellationis in Aetolia quoq; dicitur,

χαλκίδα τ' ἀγχίαλον καλυδῶνά τε πετρήεσσαν.

In Catalogo.

Chalcida Littoream simul & Calydona petrosam.

Et alia Eleo nunc in agro,

Βὰν δὲ παρὰ Γερηνὸν καὶ χαλκίδα πετρήεσσαν.

Odyss. o.

Prætereunt Crunos & Chalcida ponè petrosam,

Qui à Nestore cum Telemacho propriam repetebant patriam. Eretrienses sanè ab Eretria, quæ è Macysto Triphyliaca descendit, deductos esse quidam scriptores affirmant. Aliqui uero ab Athenienſis oræ Eretria, quæ nunc forum est. Apud Pharsalum etiam alia est Eretria. In agro quidẽ Eretrico urbs erat Tampiæ Apollini consecrata. Cui ædem ipsam sacrã (ut aiunt) rex Admetus struxit, penes quem Phœbum mercede famulatum esse uulgatur. Non procul ab Euripo, Eretriam antea Melaneidem uocitatam fuisse, constat & Arotriam. Huius sanè uicus est Amarynthus intra stadia septem à mœnibus. Vetustam igitur urbem solo deiecere Persæ, instar sagenæ incolas includentes, ut Herodoti uerbis utar. Tanta Barbarorum multitudo muro sese circunfuderat. Adhucq; fundamenta monstrantur, & antiquam uocant Eretriã. Ea uero quæ hoc extat tempore, postea superædificata fuit,

Arotria.
Amarynthus.
Eretria antiqua.

quantam autem superioribus annis potentiam Eretrienses habuerunt, ea testimonio columna est, quam in Dianæ Amarynthiæ templo aliquando erexerant, cuius hæc est inscriptio, tribus armatorũ millibus, sexcẽtis equitibus, sexaginta curribus pompam factitarũt. Andrios item Teniosq; & Cios, insulasq; alias suæ ditioni subiectas habuere. Aduenas quoq; ab Elide incolas habuerunt. Vnde & R litera non solum in exitu uocabulorũ, sed etiam in medijs crebro usi fuere syllabis, sicut ab comœdiarum scriptoribus illuduntur. Est etiam Oechalia Eretrici uicus agri, deleti uero ab Hercule. Supersunt reliquiæ oppidi, hocq; ipso uocatę sunt nomine Oechalia apud Trachinem, altera penes Triccem, alia in Arcadia, quam posteritas appellauit Andaniam, una item in Ætolia iuxta Eurytanas. Hac igitur tempestate Chalcis proculdubio dignitatis principatum reportat, & Eubœę metropolis ipsa prędicatur. Secundo uero in gradu Eretria præstat. Istę etiam ciuitates ad pacem bellúmque gerendum ingenti dignitate antea pollebant, adeo, ut etiam philosophantibus amœnum tranquillumq; suppeditent diuersorium. Testis sanè est Eretricorũ philosophorũ schola, quæ Menedemi ductu & authoritate Eretrię cõstiterat, & prius etiam Aristotelis secta, qui ad Chalcidem uersatus est, quoad uita functus est. Hæ uero ciuitates diu magis ac magis inter se concordes tenuerunt animos, orta autem subinde de Lelanto controuersia, non tamen sic in bello prorsus constitere, ut cuncta peruicaciter agerent, quinimò ea fœdera contraxere, quibus unà certamen sisterent. Illud etiam in Amarynthio delubro columna quædã indicat, ita proloquens, eminus iactandis nequaquam utendum, quoniam in bellicis usibus & armaturis, unica neq; est neq; fuit consuetudo, uerum nonnulli longis utuntur iactibus, sicuti sagittarij & funditores & iaculatores, aliqui autẽ cominus pugnant, ueluti qui gladium, quiq; spicula intendunt. Duplex enim hastarum est usus, unus è manu, alter in manu, ueluti iacula, qualiter & contus utrunq; præstant usum. Nam & collato gradu & emisso utimur conto. Quam quidem ad rem & sariſſa ualet & hyssus. Euboici & ad pugnam stataria m, & ad iactum è manu agitandum bellatores optimi fuerunt. Hastis (ut inquit poëta) nitentes utebantur porrectis,

Eretrienſiũ R.

Oechalia.

Andania.

Chalcis.

Eretricorum schola.

Menedemus.

Aristoteles.

Missilibus non utendum.

Hastæ usus.

Conti usus.

Sariſſa telum.

Hyssos iaculi genus.

In Catalogo. ἀλχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι, μελίῃσι
θώρηκας ῥήξειν.
Alacres frangunt thoracas ahenos,
Fraxineis hastis bellatores.

Pelias hasta Achillis.

Varia forsan erant iacula, qualem peliadem Achillis, id est fraxineam fuisse, par est, ut est apud poëtam,

Iliad. π. οἷόν ἐπίστασθ' ὠπλαὶ ἀχιλλεὺς.
Concutere hanc solus cognorat Achilles.

Adiecit alius dicens,

δουρὶ δ' ἀκοντίζω ὅσσον οὐκ ἄλλος ὀϊστῷ.
Hasta iaculor, quantum ne alter quidem sagitta.

Et pugiles in singulari prælio iaculis utentes prius cum hastis introducuntur, deinde incursant ensibus. Pugnantes autem cominus illi dicuntur, qui non modo gladio, sed etiam hasta è manu cominus utantur, ut idem ait,

Iliad. Δ. οὔτησε ξυσῷ χαλκήρει, λύσε δὲ γῦα.
Euboici iaculatores. Serratam intorquens hastam sua membra resoluit.

Euboicos igitur hunc in modum hastis utentes inducit. At de Locris contraria

Locrorum pugna. commemorat,

οἱ γὰρ

οὐ γὰρ σφισαδίης ὑσμίνης ἔργα μέμηλεν, Iliad. v.
ἀλλ' ἄρα τόξοισι. id est,

Non in statario prælio bellica curant opera,
Sed arcubus certant.

Oraculum etiam Euboicis redditum profertur,

ἵππον Θεσσαλικὸν, λακεδαιμονίαν δὲ γυναῖκα,
αἴσχρας δ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς ἀρεθούσης.

Thessalicus sonipes præstat, mulierq; Lacæna,
Quiq; Arethuseos haurit uir fonte liquores.

Chalcidenses explicans uti uiros præstãtissimos. Ibi est enim Arethusa. Euboici autem amnes nunc sunt Cereus & Nileus, è quorum altero siqua pecus potauerit, alba efficitur. Ab altero uero uellus atrum contrahit, ac hoc idem & ad Crathin fluuium accidere fertur. Euboici è Troia redeuntes domum, in Illyricos eiecti uidelicet Abantes, aliqui per Macedoniam penes Edessam substiterunt, sumpto sociaAreth usa. Cereus. Nileus. Edessa.
liter pro eorum hospitibus bello, urbemq; Eubœã condidere, cuius nominis & altera in Sicilia fuit, quam Chalcidenses indigenæ ædificauerunt, Gelon uero rex exEubœa urbs. Gelon tyran.
pulsis eam inquilinis exinaniuit. Fuit & Syracusanorum castellum, & in Corcyra erat Eubœa, & in Lemno locus, & in Argiua terra tumulus quidam. Quandoquidem Ætoli & Acarnanes & Athamanes loca Thessalorum, & Oetæorum in occaAetoli. Acarnanes.
sum uergentia tenent, si & hi ipsi appellandi sunt Græci, de ijs explicare nobis restat, ut uniuersum Græciæ circuitum habeamus. Adijciamus etiam finitimas præsertim Græciæ insulas, quas incolunt Græci, quot necdũ oratione circuimus. Ætoli & Acarnanes igitur inuicem contermini sunt, inter quos medius est Achelous ab septentrione & Pindo in austrũ fluens, & per Agræos gentẽ Ætolicã & AmphiloAchelous. Agræ. Amphilochi.
chos. Acarnanes sanè & occidentẽ partem habent fluminis usq; ad Amphilochiũ sinum Ambraciũ, et Actij Apollinis templum, Ætoli autem ad orientem tenus Lo Ambracium.
cris Ozolis, & Parnaso & Oetæis. In mediterranea uero, partibusq; in septentrionem uergentibus superimminet, ex Acarnanibus quidem Amphilochi, ex his ipsis Dolopes & Pindi accolæ. Ex Ætolis autem Perrhæbi & Athamanes & Enianum portio quædam Oetam habitantium. Australe sanè latus & Acarnanicũ similiter & Ætolicũ ipso mari perfunditur, quod Corinthiacũ efficit sinũ, quem AcheDolopes. Perrhæbi. Athamanes. Achelous.
lous amnis influit, qui & Ætolorum & Acarnanum litoris terminus est. Superiori uero tempore Thoas appellabatur ipse Achelous, utq; dictum est, alter item eiusThoas.
dem nominis Achelous est apud Dymam, & apud Lamiam. Huius ostium fluminis Corinthiaci sinus initium efficit, ut aiunt. In Acarnania uero urbes sunt & Anactoriũ in Cherroneso cõditum, penes Actium & Nicopoleos emporium ætaAnactorium. Nicopolis.
te nostra ædificatæ, & Stratus per quam ad stadia supra ducenta aduersa nauigatio Stratus.
est per Acheloum flumen, & Aenea & ipsa fluuio uicina. Antiqua quidem inhabitata est & deserta æquali à mari Stratoq; distans interuallo. Altera autem hoc habiAenea.
tata tempore ad septuaginta stadia supra illius ostium absens. Sunt & aliæ Palærus Palærus.
scilicet & Alyzia, & Leucas, & Argos Amphilochium & Ambracia, quæ plurimæ Alyzia. Leucas.
imò uero cunctæ Nicopoleos iuri attributæ sunt habitationes. Medio autẽ in itine Argos.
re, quo ex Alyzia itur Anactoriũ, Stratus iacet. Ætolorum uero ciuitates sunt Caly Ambracia. Strati situs.
don & Pleuron, hoc tempore ad humilem deductæ fortunam, quæ profecto quon Calydon.
dam urbes Græciæ tutamen erant. Iam sanè bifariam diuisam fuisse contingebat Pleuron.

Ætolia Ætoliam. nam & antiquam & ἐπίκτητον, id est post quæsitam dici. antiquam enim
Trachinium. ab Acheloo usq; ad Calydonis litus longe intra mediterraneam pertinentem, pla-
Epicteton. nam & fructuosam, ubi Stratus est ac Trachinium optimam tellurem habens, E-
Naupactus. picteton seu post quæsitam Locris affinem usq; Naupactum & Eupalium, aspe-
Eupalium. ram sanè sterilemq; tenus Oetæ Athamanibus, & deinceps montibus atq; genti-
bus, iam in arcton uergentibus. Ingentem uero λόφακα, id est coruum Oetæ proxi-
Marlaus Ara- mum, habet Ætolia, & cęteris in medio iacentibus, Marlaum Aracinthũ, ad quem
cinthus. nouam Pleuronem habitandam constituere, omissa uetere penes Calydonem po-
sita, cum illa in campo sita sit atque frugifera. Qua tempestate Demetrius cognomi
Molycria. ne Ætolicus agrum diripuit. Supra Molycriam Taphiasus & Chalcis montes ad-
Taphiasus. modum excelsi surgunt. In quibus posita sunt oppidula, Macynia & Chalcis i-
Chalcis. psius montis nomine, quam & Hypochalcidem uocant. Curium uero penes anti-
Macynia. quam Pleuronem est, à quo Pleroniį Curetes (ut quibusdam uisum est) nominati
Hypochalcis. fuere. Sed Euenus fluuius è Boiensibus inter Ophientes gentem Ætolicam oritur,
Curetes Pleu- qualiter & Eurytanes & Agræi & Curetes & alį. Ab initio quidem minime per
ronij. Cureticam oram labitur, quæ eadem est & Pleuronia. At enim uersus orientem
Euenus. potius præter Chalcidem & Calydonem currit. Inde ad campestria Pleuronis an-
Ophientes. tiquæ deflectens, & in occasum permutans, eruptiones in meridiem uertit. Olim
Eurytanes. autem Lycormas uocabatur. Nesum hac in parte designatum portitorem fuisse,
Agræi. occisum ab Hercule, uulgatur, cum inter traįciendum Deianiram uiolare conare-
Lycormas. tur. Poëta etiam Olenum, Pylenamq; urbes Aetolicas meminit. E quibus Ole-
Nesus. nus eodem quo Achaica nomine dicta, ab Aeolicis est diruta, nouæ Pleuroni fini-
Deianira. tima. De eius agro autem certamen susceperunt Acarnanes. Translata inde Pyle-
Olenus. na in superiora loca, nomen quoque illi permutauerunt, & Proschium uocauere.
Pylena. Hellanicus autem earum non nouit historiam, cæterum perinde ac antiquo adhuc
in statu existant, mentionem facit illarum. Quæ uero posterius & secundum He-
Proschium. raclidarum reditum conditæ fuerint, eas in uetustarum numero computat Macy-
nium atq; Molycriam, permultam in toto ferè uolumine leuitatem ostentans. Hęc
Macynium. quidem de Acarnanum Ætolorumq; regione summatim dicta sint. De ora uero
Molycria. maritima & adiacentibus insulis, hæc sunt etiam assumenda. Ab ostio nanq; & si-
nu inchoantibus Ambracia primus Acarnanum locus est Actium, eodemq; uoca
Actium. bulo & Apollinis Actij templum promontorium nuncupatur, quod sinus ipsius
Actius Apollo. ostium efficit, & exterius portum habet. A templo autem stadia quadraginta distat
Anactorium. Anactorium ipso in sinu conditum, Leucas autem ducentis & quadraginta. Hæc
Leucas. uero in Acarnania plaga posita Cherronesus erat. Eam sanè ἀκτὴν ἠπείροιο, id est, li-
Ithaca. tus in continenti poëta uocat, oram è regione Ithacæ ac Cephalleniæ ἤπειρον, id est
ἤπειρος. continentem appellans. Hæc autem Acarnania est, ideo cum continentis litus di-
Neritus. cit, Acarnanię ripam oportet accipias, Leucadis etiam uentosæ, quę Neritus quo-
que dicitur, quam cepisse Laërtes asserit, dicens,

Homeri locus. οἵ ῥ' ἤρχεκον εἶλον ἐϋκτίμενόν τε πολίεθρον
ἀκτὴν ἠπείροιο λιφαιλίτοσιν αὐάσσων.

Neritum in potestatem redegi, bonis instructam mœnibus urbem,
Crocyla. Ripam Epiri, id est continentis, Cephallenibus imperitans.
Aegilips. Quasq; in catalogo refert Crocylam & Ægilipem asperam, eas Corinthį à Cy-
Cypselus. pselo & Gargaso missi occuparunt, pariter cum litore etiam ad Ambracium usque
Gargasus. sinũ

sinum progressi,& Ambracia & Anactorium inductis cultoribus habitatum,& Cherronesi terra angusta defossa. Leucadem in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportata Nerito, qui quondam fuerat Isthmus. Nunc uero fretum & Euripus est, ponte iugabilis, mutato nomine dixere Leucadem, sumpto, ut reor, à Leucata uocabulo. Est enim albicanti colore petra in pelagus proiecta, atque Cephalleniam, & Leucadi adiacens ueluti hinc accepto nomine. Habet insuper & Apollinis Leucatæ phanum. Ibi saltus fit, qui ad sedandos amores ualere creditur. Quo in loco Sappho prima dicitur, superbe ab excelsa se deiecisse petra, stimulante Cupidine, sicuti Menander author est, *Cephallenia.* *Sappho.* *Menandri locus.*

ἦρ' ἀφ' ὑψηλοῦ θορεῖσα πετράων
οἰστρῶντι πόθῳ ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς
ἀλλὰ κατ' ὀχλιμὸν δίαυτον ἄναξ. id est,

Præruptam nacta in transitu petra,
Cupidinis Oestro percita, è summo præceps ruit,
Ex animi tui sententia rex imperiose.

Menander igitur primam saltiisse Sappho inquit. Antiquiores uero scriptores non Sappho, sed Cephalum prius saltasse tradũt, Ptaolæ captum amoribus Deionei filiæ. Leucadijs uero mos erat patrius, ut in Apollinis sacrificio, sontem quotannis aliquem, auertendæ deorum iræ gratia, de montis specula deijcerẽt, ei autem applicitis pennis, & auibus multimodis, quibus leuari posset, saltus ipse perinde ac uolatus efficeretur, multosq; circũstantes cadentem prius excipere nauiculis, & pro uiribus conseruatum extra patrios fines emittere superstitem. At scriptor Alcmeonidis, è Penelopes genitore Icario duos natos esse filios, scriptis suis prodidit, Alyzeum atq; Leucadium, eosq; cum patre Acarnaniæ regnũ tenuisse. Ab eis igitur ciuitates nomẽ accepisse testatur Ephorus. Cephallenas ab insula Cephallenia uocatos hoc aiunt tempore. Homerus autem cunctos Vlyssi subditos appellat, è quibus etiam Acarnanes existunt, cum inquit, *Cephalus.* *Ptaola.* *Leucatas Apollo.* *Saltus ad amorem comprimendum.* *Leucadiorum mos.* *Penelope.* *Icarius.* *Alyzeus.* *Leucadius.* *Cephallenia.* *Vlysses ditiões*

αὐτὰρ ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆνας,
οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον. id est,

Ipse Cephallenas secum ducebat Vlysses,
Quiq; tenent Ithacam syluis & Neriton altis. *In Catalogo.* *Ithaca.* *Neriton.*

Qui mons eo in loco illustris habetur. Ac etiam, *Ibidem.*

οἵ δ' ἐκ Δουλιχίοιο ἐχινάων θ' ἱεράων. id est,

E Dulichio Echinadibusq; sacris. Cũ inter Echinades Dulichiũ cõsistat. et illud, *Dulichium.* *Echinades.* *Indidem.*

οἵ δ' ἄρα Βουπράσιόν καὶ Ἥλιδα. id est,

Quiq; Buprasium Helidemq;. Cum in Helide Buprasium existat. Et, *Eodem.*

οἵ δ' εὐβοίην ἔχον καὶ Χαλκίδ' αἰπὺ τε Ἐρέτριάν τε.

Qui Eubœam habent & Chalcidem atq; Eretriam.

His ipsis in Eubœa consistentibus, quemadmodum Troës & Lycij & Dardani, cum & illi Troës sint. Præterea post Neritum dicit, *Adhuc in catalogo.*

καὶ Κροκύλειὸν γ' Αἰγίλιπά τε τρηχεῖαν,
οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφὶ γέμοντο,
οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντίπερα γέμοντο. id est,

Et Crocylam colunt asperamq; Ægylipen,
Et Zacynthum Samumq;,
Et Epirum. Epirum siue continentem dicere uult terram è regione insularum sitam, simulq; cum Leucade & reliquam comprehendit Acarnaniam, de qua hunc *Ἤπειρος.*

in modum comeminit,

Odyss. ξ. δώδεκα γὰρ ἦπειρος ἀγέλας, τόσα ῥώεσσι μήλων.

Bissenos pecudum quoq; greges Epirus habebat.

Cum ipsa Epirus quondam illuc usq; protendebatur, & nomine communi sic nuncupatur Epirus. Samum autem eam quæ nunc Cephallenia est, cum dicat,

Samus. Ithaca. γὰρ ῥοπθμῷ τ' ἰθάκης τε σάμοιό τε παιπαλοέσσης.

Circa Ithacæq; Samiq; fretum sub rupibus aspris.

Per ipsum enim epithetum nominis paritatem distinxit, cum nequaquã de urbe sed de insula nomen posuerit. Quoniã cum insula sit tetrapolis, id est quaternas contineat urbes, ex ijs una est quæ Samus siue Same dicitur, utroq; usitato uocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Quando enim dixit,

Same. Odyss. α. & aliâs. ὅσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι δουλιχίῳτε σάμῃτε καὶ ὑλήεντι ζακύνθῳ. id est,

Quotcunq; optimates insulis imperitabant,
Dulichioq; Samæq; herbosæq; Zacyntho.

Samem appellans insulam quam primo Samum uocauit. Apollodorus autem ait per adiectiuum distinctionem ab eo nominis fieri. nam cum Samum dicat aspe ram, insulam dici. Interdum uero contrà scribi oportere, Dulichio Samoq;, non autem Samæq;. Vnde manifestat Samum, Samemq; pro urbe proferendum esse, insulam uero Samum tantummodo. Quod enim urbs Samæ dicitur, haud sanè

Samus. Same. dubium, cum è qualibet urbe procatores dinumeret,

Locus Ho. Odyss. π. ἐκ δὲ σάμης πίσυρές τε καὶ εἴκοσι φῶτες ἔασι.

Eq; Same uiri quatuor ac uiginti fuere.

Præterea è sermone Ctimenis, quam inquit ad Samem missam dedere. Hæc sermonis rationẽ habent. Non enim distincte aperteue poëta edidit neq; de Cephallenia neq; de Ithaca locisq; reliquis propioribus. Ex quo est effectum ut expositores & rerum indagatores discrepent. Statim enim de Ithaca, cum inquit,

Iliad. β. οἵ θ' ἰθάκην εἶχον καὶ νήριτον εἰνοσίφυλλον. id est,

Ithaca. Neritos. Quiq; habitant Ithacam & frondosum Neriton inde.

Quod † quidem Neritum montem uerbo dixit expresso,

* Sic legendũ, Quod quidem Neritum dicat montẽ epitheto indicat, in alijs quoq; mõtem expresit. ναιετάω δ' ἰθάκην ὑδρίελον, ἐν δ' ὄρος αὐτῇ νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές.

Apricamq; Ithacam colo, mons ubi frondet opacus
Neritus frondosus atque decens.

Siue urbem enim siue insulam hoc in uersu dicat Ithacen, in ambiguo linquatur. Vt in eo quoq;, Quiq; habitant Ithacen, aut Neriton, haud certe declarat. Aliquis autem audiens proprie ciuitatem intelligeret, sicut & Athenas, si quis dicat, & Lycabettum, sic & Rhodũ, si quis dicat & Atabyrin, item si Lacedæmonem & Taygetum, poëtice uero contra. Nam in eo certe dicto, Apricamq; Ithacam colo, & in ea Neritum montem, quippe cum in insula, non autem in urbe mons sit. Quando

Neius. uero ita inquit, Nos ex Ithaca sub Neio uenimus, siue enim Neritũ & Neium eũdem esse dicat, siue alterum, siue montem, siue locum, res ipsa liquet. At enim qui pro Nerito Nericum scribit, aut econuerso, aberrat omnino, quoniam Neritum

Nericum. montem quidem frondosum poëta nuncupat, Nericum autem bene muratum appellat oppidulum, & illum quidem in Ithaca, hoc autem continentis, id est Epiri litus esse ait, hoc etiam obiectionem quampiam uidetur ostendere,

αὐτῇ

αὕτη δὲ χθαμαλὴ ϖανυπερτάτη εἰν ἁλί κεῖται. id est, Locus Ho. Odyſſ. ι.

Tanquam humilis, quàm ſumma ſalo iacet ipſa ſonanti.

χθαμαλὴ nanq; ad ima ſpectat, ϖανυπερτάτη uero celſa & alta, qualem plurifariam, ſignificans τραναλὴν, id eſt aſperam ſterilemq;, uocat, uiamq; ex ipſo portu tramitem aſperum ac durum ait, incultumq; & abſq; materia locum, illud etiam. Nulla enim inſula ſemper aprica, nec optimis prædita portubus appellatur, etiam ſuper omnes Ithaca. huius generis igitur expoſitiones habet elocutio. Explicant autem non male expoſitores. non enim χθαμαλὴν ad ima depreſſam in hoc accipiunt loco, ſed humo & terræ continenti finitimam ac proximam. Neque uero ϖανυπερτάτην celſam altamq; intelligũt, ſed ſuper omnes extremam, ad aquilonemq; conuerſam. Hoc etiam dicere uult, ad tenebras ſitam. Contra uero ad auſtrum, cum alijs ad Auſtrum uergentibus, & ab Epiro continentiq; ſeorſum ad auroram & ſolis ortum. Ithaca ſanè prope arcton accedit. Quod autem ſic auſtrale uocat latus, in hiſce uerſibus manifeſtat,

ἤτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι ϖρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, Odyſſ. ξ.
ἤτ' ἐπ' ἀριστερὰ δύσι τε ϖοτὶ ζόφον ἠερόεντα. id eſt,

Dextera ſiue adeant auroram & ſolis ad ortum,
Siue petant illi læuam, obſcurasq; tenebras.

In illis etiam longe magis,

ὦ φίλοι οὐ γάρ τι ἴδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠὼς Odyſſ. ν.
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπῃ ἀνέῖται.

Nouimus haud ſocij tenebræ loca lucis & ortum,
Aut ubi ſol nitidus terræ ſuccedit ad ima,
Aut ubi conſcendit.

Eſt enim accipere quatuor climata, cum auroram auſtralem accipias partem, & hoc quidem quandam habet explanationem. Præſtat autem ipſum ſolis ſolũ proceſſum intelligere aquilonari oppoſitum regioni. Quandam enim rerum cæleſtium mutationem, & quidem permultam ſermo ipſe ſignificare uult, non nudam climatum occultationem. Oportet enim in omnibus continuationis tempora, ſiue interdiu ſiue noctu contingant conſequi. Cæleſtia uero amplius mutantur, ex eo quod noſipſi in meridiem plus minúsue ſecedamus, quàm econtra. Hoc autem non occaſus & orientis occultationes faciunt (etenim cum ſerenitas adſit hoc contingit) ſed meridiei & ſeptentrionis efficit. Maxime enim polus arcticus eſt, quo moto, & interdum ad uerticem nobis, interdum ſub terra exiſtente, ipſi ſeptentriones pariter permutantur. Nonnunquam & deficiunt ſecundũ tales diſceſſiones, quo tamen fit, ut non ignores, quo in loco ſeptentrionale ſit clima, neq; ubi principium ſit. Si autem hoc eſt, neque oppoſitum agnoſceres. Ithaca ſanè ad ſtadia octoginta in circuitu patet. De Ithaca quidem hæc dicta ſint. De Cephallenia uero quæ eſt tetrapolis, id eſt ciuitates quaternas continet, neq; huius temporis nomine dixit, neq; ulla de ciuitate, una tantum excepta, ſiue Same, ſiue Samo, quod oppidũ hodie deletum prorſus eſt, ad medium autem Ithacæ fretum ipſius ueſtigia cõmonſtrantur. Ab ea uero incolæ Samæi nuncupantur. Alia ſunt adhuc his temporibus exilia quædam oppidula, Proneſus & Cranij. Ætate uero noſtra alteram C. Antonius ædificauit, M. Antonij patruus, cum poſt conſulatum quem collega Ciceronis oratoris geſſit, exul in Cephallenia moram traxit, & uni-

Cephallenia. Samos & Same. Proneſus. Cranij. C. Antonius.

uersam insulam sicuti peculiare prædium subiectam habuit, quam tamen à se habi
tari & condi cœptam non absoluit. Sed ab exilio reuocatus adhibita rebus amplio
Dulichium. ribus cura, functus est uita, non dubitauere plerique Cephalleniam eandem & Duli
Taphus. chium appellare, & Taphum alij, & Taphios & Cephallenios eosdem dixere Te
Telebous. leboas, & aduersus illos Amphitryonem exercitū ductitasse, assumpto socio Deio
Cephalus. nei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Amphitryonem dehinc insula potitum,
Cephallenes unde dicti. eam Cephalo tradidisse, ab illoque nomen assecutam esse insulam. Oppida uero ab
illius filijs sumpsisse cognomina. Hæc quidem minime sunt Homerica, quoniam
Cephallenes Vlysis & Laërti subditi fuere imperio. Taphos autem Mentæ ditio-
ni paruit, unde

Odyss. α. μέντης ἀγχιάλοιο πλαίφρονος εὔχομαι εἶναι
υἱός, ἀτὰρ ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.

Mentes Anchialo prognatus glorior acri,
At pelagi doctos Taphios rex ipse guberno. Hac autem tempestate Taphus
Taphius. Taphius dicitur. Nec uero Hellanicus cum Homero concordat, Dulichium Ce-
phalleniam nuncupans. Illud enim sub Megete fuisse perhibetur, sicut & Echina-
des reliquæ. Eius autem inquilini Epei sunt dicti, ab Elide profecti. Quamobrem
Otum Cyllenia de gente Phylliei socium, magnanimorum ductorum Epeorum
uocat,

In Catalogo. αὐτὰρ ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆας μεγαθύμους.

Ast Vlysses magnanimos duxit Cephallenes.

Itaque neque in Cephallenia Dulichium extitit, si Homerū sequimur, neque Cepha
lleniæ iuri attributū, Androne teste. Illud enim tenuerunt Epei, totam uero Cepha
Palenses. lleniam Cephallenes sub Vlysse. Ipsos autem Meges habuit. Atqui Palenses Duli-
chios appellauit Homerus, sicuti Pherecydes scriptis ostendit. Is præcipue contra-
dicit Homero, qui Cephalleniam & Dulichiū unū idemque pronuntiat. Siquidē ex
Procorum. procatoribus duo & quinquaginta è Dulichio proficiscūtur, è Same uero XXIIII.
Haud enim hoc diceret ex uniuersa tot. Ex una uero de quatuor ad unū dimidios,
quod si quis concedat, interrogabimus, quænam fuerit Same, quando ita inquit,

Locus Ho. Odyss. α. & passim. δουλιχίόν τε σάμην τε νήδ' ὑλήεντα ζάκυνθον.

Dulichiamque Samemque & nemorosam Zacynthum.

Cæterum ad Acarnaniam Cephallenia sita est, è Leucata circiter quinquagin-
Chelonata. ta distans stadia uel quadraginta, ut alij dicūt. Ab Chelonata uero octoginta. Hæc
uero ad stadia trecenta circuitum habet. In longum autem porrecta tendit in au-
Aenesius Iup. strum montana, maximus in ea sane mons extat, in quo Iouis Æneſij templū est,
penes illud angustissima ac durissima insula Isthmum efficit humilem, quem flu-
ctu sæpenumero è mari superundat in mare. Penes angustum autem hunc locum
Cranij. in sinu sunt Cranij & Palenses. Inter Ithacam uero & Cephalleniam insulam iacet
Asteria. Asteria, quam poëta nominat Asteridem, quæ non, qualem poëta loquitur, talis
Asteris. permanet, authore Scepsio. portus quidem insunt ad locanda nauigia utroque ex la
tere profundi. At Apollodorus adhuc eam manere dicit, in qua oppidulum esse in-
Alalcomenas. quit Alalcomenas nominatum, super ipso isthmo iacens, à poëta quidem Samum
Samothracę. dictum & Thraciam, quam hoc tempore Samothracem uocamus. Ionicam qui-
dem nouit ut par est. Nam coloniam Ionicam nosse uidetur, nec dubie protulit il-
lius appellationem, cum de Samothrace uerba facit nonnunquam per adiectiuum,

ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς σάμῃ ὑλήεσσης θρηικίης.

Threi

Threiciæq; Sami nemorosæ in uertice summo.

Aliquando propinquarum coniunctionem insularum,

ἐς σάμον ἐστ' ἴμβρον καὶ λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν, Iliad. 9.

In Samon ac Imbron, & quæ planissima longis Imbros.

Est nucibus Lemnon. Et rursum,

μεσσηγὺς τε σάμοιο καὶ ἴμβρου πετραλοέσσης. Ibidem.

Inq; Sami atq; Imbri sterilis medio.

Norat igitur, uerum illam minime nominauit. Nec sanè eodem quondam appellabatur nomine, sed Melamphilus postea Anthemis, deinde Parthenia à flumine Parthenio, qui mutato uocabulo Imbrasus uocatur. Quandoquidem igitur rerum Troianarum tempore Samus, & Cephallenia & Samothracia nominabantur, earum nomina ab priscorum aliquo illis inducta fuisse liquet, ex quibus & illud manifestum est, quod præter antiquam historiam qua colonos post Ionicam coloniam Tembrionisq; præsentiã, è Samo uenisse fingunt, & Samon Samothraciam nominasse. Planum inquam est, Samios hoc esse cõmentos gloriæ causa. Vero autem similius illi dicunt, qui nomen insulæ ab altitudine impositum aiunt. Samos nanq; summitas & altitudo uocatur. Siquidem ex eo loco tota prospectui patebat Ida, & Priami ciuitas, & Achæorum naues cernebantur. Sunt qui à Saijs priscis Thraciæ cultoribus, & qui continenti finitimam habitabant, Samum appellatam esse dicunt. Seu illi sint qui Sapæi aut Sinti uocabantur, quosq; poëta Sintias nuncupat, aut alij. Saiorum quidem meminit Archilochus,

Melamphilus. Anthemis. Parthenia. Imbrasus. Samos unde dicta.

Saij. Sapæi. Sinti. Archilochus.

ἀσπίδι μὲν σαίων τις ἀνέλεχθ' ὑπὸ θάμνῳ,
ἣν τὸς ἀμώμητον κάλλιπεν οὐκ ἐθέλων.

Quispiam Saiorum clypeo mactarat
Quem ad Thamnum sine probro non sponte reliquit.

Deipsis Vlyssis ditioni subiectis insulis Zacinthus explicanda restat, paulo plus quàm Cephallenia & Peloponnesus in occasum uergens, eamq; magis attingens. Zacinthi uero ambitus ultra centũ & sexaginta stadia est, abest autem à Cephallenia ad stadia sexaginta, nemorosa quidem urbs, uerum fructifera, eiusdem nominis ciuitas est celebris, ab ea distans ad Hesperidas Aphricæ stadia tria millia trecenta. Inter hanc & Cephalleniam ad orientem solem Echinades insulæ iacent, è quibus Dulichium est. Hodie uero Dolicham uocant, & quæ uocãtur acutæ, id est ὀξεῖαι, quas poëta θοὰς, id est celeres appellat. Dolicha quidẽ iacet ad Oeniadas, & ad Acheloi ostium. Distat autem ab Araxo Elidis promontorio stadia centum. Reliquæ Echinades plures extant cunctæ steriles & asperæ, è quibus quæ longissime abest, ante Acheloi eruptionem stadijs quindecim distat. Quæ uero propius, stadia quinq;, cum prius pelago circunflua foret. Limus enim qui frequẽs defertur quasdã illarũ in cõtinentis terræ faciem redegit, alias mox rediget, qui etiam Paracheloin (sic enim finitimam fluuio plagam uocãt) effecit, quã amnis inundat. Ea uero cum antiquis temporibus semper limites cõfunderet, bella inter uicinos ciebat, Ætolos & Acarnanes terminos designãs. Cumq; arbitri nulli essent, armis ut iudicio decertabant, uictoriam uero reportabant, qui plus uirium uendicarant. Qua ex causa talis conficta est fabula, quasi debellante Acheloum Hercule, cum uictoriæ præmium reportaret Oenei filiæ Deianiræ nuptias adeptus est. Eam quidem tragœdiarum scriptor Sophocles hoc pacto loquentem introduxit,

Zacinthus.

Echinades. Dulichium. Dolicha. Oxea. Araxus.

Paracheloïs.

Acheloi fabula.

Deianira.

μνησὴρ γὰρ ἐμοὶ ποτεμὸς, ἀχελῶον λέγω,
Sophocles in tragœdia quæ inscribitur Τραχίναι. ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφαῖσιν ἔβητε πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' ἄλοφος
δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ Βάκραν⊙. id est,

Procus sanè mihi amnis fuerat Achelous,
Qui tribus me formis à patre petijt,
Manifestus incessit taurus, aliâs tortus uarias per notas draco
Aliquando mole ualida bouis præ se ferens frontem.

Amaltheæ cornu. Addunt nonnulli Amaltheæ cornu capræ id esse, quod Hercules ab Acheloi
Acheloi figura fronte effregit. Idq; Oeneo maritale munus dedit Hercules. Quibus è rebus ue-
Cornua fluuiorum. ram pleriq; similitudine quadam allegoriam educentes, Achelοum sicut flumina reliqua tauro comparant, ob sonos ipsos, & alueorum circunflexiones, quas cornua uocant, draconi quoq; propter obliquatam ipsius longitudinem, eadem est et bouinæ frontis causa. Herculem quoq; omnibus alioqui beneficum mortalibus, Oeneo affinitate cõiunctum, aggeribus & aquarum ductibus fluuium perperam & damnose labentem coërcuisse. Cumq; is abundantia ferretur ingenti, cursus aquarum propinquus Acheloo uastatis agris, Oenei gratia siccauit amnem, hocautem Amaltheæ cornu esse. Troianis itaque temporibus Megetem, Echinadas & Oxeas ditione possedisse Homerus dicit, de quo addit,

Meges. Iliad. β. ὅν τίκτε δῖῃ φίλ⊙ ἱππότα φυλεὺς,
ὅς ποτε δολίχιον δ' ἀπενάσσα⊙ πατρὶ χολωθείς. id est,
In Catal. Phileus. Dijs charus genuit Phileus agitator equorum,
Qui iam Dulichium condit succensus ab ira In patrem.

Augeas. Taphij. Taphus. Fuit autem pater Augeas Elidis & Epeorum dominus. Vnde has insulas Epei tenuerunt, fugæ Philei ad Dulichium comites. Taphiorũ autem insulæ Teleboarum prius extitere, quorum fuit & Taphus, quam nunc Taphiuntem uocant. Seorsum ab ijs fuerunt non quidem spatijs (sunt enim propinquæ) sed alijs sub ducibus, Taphijs scilicet Teleboisq; constitutæ. Primũ igitur Amphitryon unà cum Cephalo Deionis filio, ex Athenis profugo, aduersus illos ductans exercitum, ipsis regem imposuit Cephalum. At Homerus eos regis Mentæ dominationi subditos dixit, ipsos λῃστὰς, id est latrones appellans, sicut & Teleboas appellat uniuersos. Hæc quidem de adiacentibus Acarnaniæ insulis dicenda occurrerunt. Inter Leucadẽ uero Ambraciumq; sinum salsus est lacus, Myrtuntius nomine. Ab Leucade uero deinceps Palærus & Alyzia Acarnaniæ ciuitates sunt, è quibus Alyzia longe à mari quindecim distat stadijs, ad quam dicatus Herculi portus est, & cum luco phanum Herculis certamina continens, è quo dux quidam Lysippi opera Romam transtulit, Herculis labores, eo loco propter solitudinem abiectos. Inde promontorium Cornithota & Echides & urbs Astacus, eodem nomine quo & alia Nicomediæ sinusq; Astacenus singulari numero nominata. Est & Crithota, quo uocabulo oppidulum appellatur in Cherroneso Thracia. Quæ autem in medio sita sunt, cuncta commodos portus habent. Dehinc sunt Oeniadæ & Achelous. Postea lacus ad Oeniadas pertinens, Melita nomine, stadia quidem triginta longitudine patens, latitudine autẽ uiginti. Est et lacus alius Cynia longitudine & latitudine duplo maior. Tertius item nomine Vria hisce longe minor. Cynia quidem mare ingreditur, reliqui uero dimidio stadio superiacent. Postea Euenus ab Actio stadijs sexcentis septuaginta remotus. Post Euenũ mons Chalcis est, quem

Teleboæ. Cephalus. Myrtuntius lacus. Palærus. Alyzia. Cornithota promont. Astacus. Crithota. Oeniadæ. Achelous. Melita lacus. Cynia. Vria. Euenus. Chalcis. Chalcea.

Arte

Artemidorus Chalcæam appellat. Deinde Pleuron, deinde Lycirna pagus, cui Calydon incumbit ſtadia triginta in mediterranea. Prope Calydonem uero Lathræi Apollinis templum exiſtit. Poſtea mons Taphiaſus, poſt Macynia ciuitas, deinde Molycrea, iuxta eam eſt promontorium Antyrrhium Ætoliæ finis & Locridis plagæ, ad quem ab Eueno ſtadia ſunt circiter c. & xx. Hunc in modum de monte ſiue Chalcide ſiue Chalcæa Artemidorus differit, eam inter Acheloum & Pleuronem conſtituens, Apollodorus autem (uti ſuperius à me dictum eſt) ſupra Molycream & Chalcidem & Thaphiaſum & Calydonem, inter Pleuronem & Chalcidem ſitam eſſe affirmat, ni forte alius iuxta Pleuronem ponendus eſt mons quem Chalcæam, alter autem quem Chalcidem uocitent, qui quidem iuxta Molycream ſurgit. Quidam etiam penes Calydonem lacus eſt, magnus ſanè atque profundus admodum quem Patrarum incolæ Romani poſsident. Cæterum in mediterranea Acarnaniæ gentem quandam Euryſicheam eſſe ſcribit Apollodorus, cuius apud poëtam Alcmanem mentio fit,

Chalcæa. *Pleuron.* *Lycirna.* *Calydon.* *Lathræus Apollo.* *Taphiaſus.* *Macynia.* *Molycrea.* *Antyrrhium.* *Patræ.* *Euryſichei.* *Alcman.*

οὐδ' Ὑρυσιχεὺς καλυδωνίς δὲ ποιμήν,
ἀλλὰ Σαρδίων ἐπ' ἄκρας. id eſt,

Neq; inquit, Euryſicheus Calydonisq; ſum paſtor,
Verum in uertice Sardinienſi.

Ætolia autem fuit Olenus urbs, prout in Ætolorum dinumeratione Homerus meminit. Eius quidem tantummodo ueſtigia reſtant prope Pleuronem Aracintho ſubiecta, penes quoq; erat Lyſimachia humi proſtrata, & ipſa ad lacum adiacet, qui prius quidem Hydra, hoc uero tempore Lyſimachia nominabatur. Inter Pleuronem Arſinoënq; urbem ante quidem uicus erat nomine Conopa, ædificauit autem illam Arſinoë, ſecundi Ptolemæi ſoror ſimul & coniunx, commode ad Acheloi tranſitum ſitam. Simile quiddam & Pylena, quod & Olenus paſſa eſt. Cum uero ſublimem, inquit, Calydonem et petroſam à loci natura capiendum eſt. Fertur enim, ut bifariam ora diuiſa, montanam quidem & Epictetum ſiue poſtea adeptam Calydoni attribuerint, tractum uero campeſtrem Pleuroni. Hac autem tempeſtate fatiſcens aſsiduis bellis & Acarnania & Ætolia contabeſcit, ſicut & alij pleriq; populi. Plurimos autem annos Acarnanes Ætolis adiuncti aduerſus Macedonas, alioſq; Græcos perdurauerunt, poſtremis uero temporibus contra Romanos pro libertate decertantes. Quandoquidem igitur & Homerus & reliqui poëtæ rerumq; ſcriptores frequentes illorum tradidere memoriam, aliqua quidem inſigniter ac manifeſte, quædam autem obſcurius, quod per iam dicta de illis oſtenditur. Aſſumamus & priſca nonnulla ex ijs quæ incipiendi ordinem habent, uel dubitationem afferant. Statim de Acarnania ſanè quod Laërtes & Cephallenos ea potiti ſunt, à nobis commemoratum eſt. Cum quidam illam occupaſſent antea, pleriq; certe ea de re locuti ſunt. Cæterum ad illos qui diſſona protulerunt, & idipſum quidem aperte non ab re dijudicandi nobis ſermo reſtat de ipſis. Vulgatum eſt prioribus ſeculis Acarnaniam à Taphijs & Telebois habitatam eſſe, eorumq; principem Cephalum ab Amphitryone dominum conſtitutum, adiacentes Tapho inſulas, oramq; maritimam imperio tenuiſſe. Hinc autem uſitatum ad Leucata ſaltum huic ipſi primo adſcriptum fuiſſe ferunt, ut in ſuperioribus enarrauimus. Poſtea uero quod Taphij Acarnanibus ante Cephallenum ac Laërtæ aduentum imperitarint, ne uerbum quidem facit. Eos autem Ithacenſibus

Olenus. *Lyſimachia.* *Hydra.* *Arſinoë.* *Conopa.* *Pylena.* *Acarnania.* *Cephalus.* *Leucatos ſaltus.*

amicitia coniunctos fuisse asserit. Quocirca uel locorum ditionem nullo pacto illius tempore habuerunt, uel sponte cesserunt, uel inhabitandi societate usi erant. Quosdam uero è Lacedæmone qui cum Icaro Penelopes genitore uenerunt, Acarnaniam incoluisse opinio est. Nam & hunc & Penelopes germanos uitam agere, in Odyssea poëta tradidit,

Odyss. β. οἱ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
ἰκαρίδ', ὡς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα. id est,
Olli in tecta patris properant habitare feroces
Icarij cuius de semine filia pulchro. Et de fratribus,

Odyss. ο. ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε διασύνηκτοί τι κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι. id est,
Germaniq; orti fratres, tum protinus illam
Eurymacho pater & fratres nupsisse iubebant.

Penelopes pater.

Eos enim Lacedæmone habitasse, haud simile ueri est. nam Telemachus etiam eò proficiscens nequaquam Menelai domum reuertisset, nec illos aliam habitationem tenuisse † diximus. Verum Tyndarum eiusq; fratrem Icarum, cum ipsos è patria eiecisset Hippocoon, ad Thestium Pleuroniorum dominum sese recepisse, simulq; multum trans Acheloum plagam occupatam inter se partiuisse. Itaq; Tyndarum accepta in uxorem Thestij filia Leda domum repetisse. At Icarum Acarnaniæ partem adeptum substitisse, & ex Polycasta Lygæi filia liberos procreasse, Penelopen scilicet fratresq; Penelopes. Nos autem in nauium catalogo demonstrauimus Acarnanes in suscepta aduersus Ilium expeditione & connumeratos & militiæ socios fuisse, in quibus nominatim dicebatur, qui ἤπειρον, id est terram continentem habitabant. Et item,

† παρήκουσμεν. i. accepimus, audiuimus.
Tyndarus.
Icarus.
Hippocoon.
Thestius.
Leda.
Icari sedes ubi
Polycasta.
Penelope.

In Catalogo. οἵτ' ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραν ἐνέμοντο. id est,
Epeiros. Quiq; Epiron habent contrariaq; arua colebant.

Leucas. Acte.

Necdum sanè Acarnania Epirus seu continens nominabatur, nec Leucas ἡ ἀκτὴ id est litus. At Ephorus negat militiæ socios fuisse. Alcmæonem enim Amphiarai filium unà cum Diomede, reliquisq; Epigonis suscepto contra Thebanos prælio, req; bene gesta, cum Diomede societatem iisse, & cum illo de Oenei hostibus ultionem sumpsisse. Cumq; illis Ætoliam tradidisset, ipsum Acarnaniam inuasisse,

Alcmæon. Diomedes.

eamq; prostratam subiugasse. Hoc in tempore Agamemnonem Argiuos aggressum, magna ex parte Diomedis complices facile superasse. Paulo post cum aduersus Ilium illa incidisset expeditio, ueritum ne Diomedes domum repetens propriũ uendicaret imperium. Audiebat enim ingentes ad ipsum cõuerti copias. nam illum quidẽ Adrasti, hunc uero patris successorem & hæredem esse. Hæc inquam ueritũ & animo uersantem illos ad capessendum Argos, et in belli cõmunicationem & societatem acciuisse, itaq; Diomedem obsecutum in militiæ partem accessisse, indignatus autem Alcmæonem neglexisse. Quamobrem solos Acarnanes in nullam cum reliquis Græcis militiæ partem aduentasse. Hasce rationes secutos (ut par est) Acarnanes, Romanos postea callide induxisse, ut expeditam ab eis libertatem, & suum uiuendi morem assequerentur, asserentes solos sese aduersus eorum maiores, & generis authores nullam militiæ sortem subijsse. Nec enim in Aetolorũ conspiratione, auxilijsq; dinumerãdis, neq; seorsum per se memorarẽtur, nec omnino istud ipsum nomen in Homerico carmine inferretur. Ephorus igitur ipsam Acarnaniã ante Troiana tempora subditam iam Alcmæoni faciens, Argos Amphilochium

Agamemnon.

Argos amphilochium.

ab

ab illo conditum fuisse demonstrat, & Acarnaniæ nomen ab illius filio Acarnane deriuari asserit, & ab illius fratre Amphilocho, Amphilocham gentem nuncupari, sic ad dicenda extra Homericam excurrit historiam. Verum Thucydides & alij perhibent Amphilochum à Troiana reuersum militia, cum res Argi nequaquam ei animo sederent, hanc habitasse terram in fraterni potentatus successionem uenientem (ut quidam asserunt) quanquã alij aliter. Hæc quidem de Acarnania peculiariter memoranda succurrunt. Communiter autem quæ rebus implicantur Aetolicis exponemus, Aetolorum deinceps gesta narraturi, quæ præter iam dicta assumere decreuimus. Cum igitur Curetes quidam ad Acarnanes, quidam ad Aetolos adsciscant, & nonnulli à Creta, aliqui ex Eubœa genus duxisse asseuerent, quippe cum Homerus quoque ipsorum meminerit, quæ ille dicit ante omnia consyderanda sunt. Nam cum existimant illum potius Aetolos dicere quàm Acarnanes,

Acarnania unde.

Amphilochi.

Curetes.

ποφθεῖ γὰρ πρῆς παῖδες ἀμύμονες ὀξυγύοντο,
ἄγρι⊙ τε μέλας τρίτατός τ' ἰππότα οἰνεύς.
ὤκιμοι δ' ἐν πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι. id est,

Iliad. β.

Qui quidem Porthaonide fuerunt,
Agrius atq; Melas eques acer, tertius Oeneus
Pleuronem claram & celsam Calydona colebant.

Ambo autem hęc Aetolica fuerunt oppida, & in Ætolorum catalago feruntur, quocirca postquam Pleuronis habitatores, suo autem tempore Curetes esse uidebantur, nimirum Aetoli forent. Qui uero ijs contradicunt, elocutionis modo adducuntur, quando dicit,

κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμαι
ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα. id est,

Iliad. ι.

Curetes pugnant Aetolióq; ense feroces
Mœnia sub Calydonis.

Haud enim sic proprie dixisset Bœotij ac Thebani inter se pugnam conserebãt, nec Argiui ac Peloponnesus. Explanatum nanq; superius est hunc eloquendi Homericum esse morem, & penes alios poëtas tritũ id esse sermonis genus, huic ergo facile responderi licet. Dicant autem illi quonam modo, si Pleuronij atq; Aetoli neque nationis eiusdem erant, eos inter Aetolos numerat. Verum Ephorus Aetolos gentem esse ac nunquam alienæ subiectos ditioni, prefatus est. Cęterum quoad respicere quidem hominum memoria ualet, inuiolatos à populatione permansisse dicens, cum propter locorum asperitates, tum uero rerum peritia bellicarum, principio quidem Curetes agrum cunctum occupasse testatur. At cum ex Elide Endymionis filius ueniisset Aetolus, ipsosq; prelio uicisset, Curetes in Acarnaniam nunc appellatam se recepisse, Ætolos autem coniunctos Epeis domum reuertisse, ibiq; uetustissimas Aetoliæ ciuitates decem condidisse. Posteriore dehinc ętate ab Oxylo Aemonis filio qui ex Aetolia trãsmigrauit, Elin frequentibus introductis colonis fuisse habitatam, earum rerum testimonio adiecit epigrammata, Aetoliæ quidem ad Thermopylas ubi eligendorum magistratuum mos patrius erat ad A[illegible] statuam insculptum in basi,

Oxylus.

Elis.

Epigramma in Aetoli statua.

χώρης οἰκιστῆρα τὸν ἀλφεὸν ποτε δίναις
προφθάντα σταδίου γεῖτον ὀλυμπιάδι⊙
τὸν δ' υμίων⊙ παῖδι Αἰτωλῳ τόνδ' ἀνέθηκαν

ἄιτωλοι σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

Habitandæ telluris authorem ad Alphei uertices
Educatum Olympio uicinum ſtadio
Endymionis Ætolum, hoc autem erexerunt
Ætoli, ut propriæ uirtutis monumentum ſpectaretur.

Alterum autem in Eleorum foro ad Oxyli ſtatuam inſcriptum eſt,

ἄιτωλός ποτε τὴν λείπων αὐτόχθονα δῆμον
κτήσατο λοιπῆτιν γλῶν λοιβὴ πολλὰ καμών,
τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος αἵμονος υἱός
ὄξυλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

Hanc olim Ætolus linquens ab origine gentem
Curetum terras haſtæ ſudore parauit.
Idem annis decimus ſtirpis ſatus Emone forti,
Oxylus hanc ueterem conſtruxit mœnibus urbem.

Mutuam ſanè quidem Eleorum & Ætolorum inuicem cognationem per hæc epigrammata recte ſignificat, quo fateantur utriq; non modo cognationem, ſed etiam inter ſe authores eſſe. Ex quo eos mentiri arguit, qui non Eleorum Ætoles, ſed Ætolorum Eleos eſſe colonos aſſerant. Scripturæ autem & ſententiæ diſſonantiam, & hic eadem oſtendiſſe uidetur, quam nos in Delphico appoſuimus oraculo. Cum enim inuiolatos à populatione, quoad reſpicere quidem hominum memoria ualet, dicat Aetolos & Curetes principio hunc agrum occupaſſe, hocu-
Curetũ ſedes. tique conſequens dictis afferre debebatur, Curetas tempus aduſque ſuum terram Aetoliam poſsidentes permanſiſſe. Sic enim inuiolata à populatione, & nunquàm alienæ ſubiecta ditioni uocari debebat. Verum promiſsi factus immemor, non iſtud infert ſed oppoſitum, quod ab Elide proficiſcente Aetolo & ipſorum facto per bella uictore, Curetes in Acarnaniam ſe recepere. Quænam igitur eſt alia populationis proprietas, quàm bello ſuperari, agrumq; relinquere? Hocq; ipſum apud Eleos epigramma teſtatur. Nam Aetolus inquit Curetum terras haſtæ ſudo-
Aetoliæ nomẽ. re parauit. Fortaſſe dixerit quiſpiam ipſum, inuiolatam à populatione Aetoliam aſſerere, ex quo nomen iſtud adepta ſit, poſt Aetoli præſentiam. Verum intelligentiæ rationem abſtulit, cum in ſequentibus dicit plurimã populi partem in Aetolis permanentis, hanc Epeorum eſſe inquiens, & cum poſtmodum ipſis cõmixti Aeoles fuerint, qui unà cum Bœotijs è Theſſalia cõmigrarunt communiter cum ijs oram tenuiſſe. Nunquid igitur contingit alienum inuadentes agrum pariter cum poſſeſſoribus partiri ſine bello, quibus quidem nulla tali opus ſit communione, uel hoc quidem credibile non eſt, at cum eis quos per arma deuiceris æqualem in ſortem conuenire credibile. An igitur aliud eſt populatio quàm per arma ſuperari? Apol-
Hyantes. lodorus etiam inquit, Hyantes è Bœotia aduentantes ſcriptum eſſe & Aetolorum accolas factos. Verum ipſe perinde ac re bene rectèq; confecta ſuperaddit, Hęc itaq; ac talia diligenter accurateq; tractare conſueuimus, cum res aliqua uel in dubitatio-
Ephorus. nem affertur omnino uel falſam habet opinionem. Ephorus ſanè cum talis exiſtat, tamen reliquos antecellit, eumq; Polybius ipſe ſtudioſe collaudat. Ac de rebus (inquit) Græcis, Eudoxus quidẽ bene, cæterum Ephorus optime exponens diſſerit deędificijs, de cognationibus & tranſmigrationibus, de urbium authoribus. Nos autem (inquit) quæ in præſentiarũ ſunt apertius declarabimus, & de locorum ſitu & de interuallis. Hoc enim locorũ deſcriptioni proprijſsimum eſt. Sedenim ò Po-

lybi

lybi cum aliorum ſententias ac opiniones de diſtantijs introducas, nō ſolum extra Græciam, uerum etiam intra Græciam, & nūc quidem Poſidonio, nunc Artemidoro alijſq; compluribus iudicia diſtribuas, & nobis ueniam prętes minimeq; indigneris oportet, ſi ab talibus uiris hiſtoriam ingentem transferentes aliqua in parte deficimus peccamúsue, uerum ſatis † habere, ſi cæteris maiorem dictorum partem melius explicemus, aut per ignorationem omiſſa, apponamus. De Curetibus autem adhuc talia feruntur, quædam propius ad Aetolorum ſcripturas & Acarnanum accedunt, quædam autem longius abſunt. Prope quidē qualia protulimus, quod regionē hoc tempore Aetoliam nūcupatam habitauere Curetes. Aduentantes autem Ætolos cum Ætolo, ipſos in Acarnaniam expuliſſe. Talia etiam feruntur quod Pleuronium agrum ab Curetibus habitatum, & proinde Cureticum uocitatum, Æoles inuadentes interceperunt, poſſeſſoribus eius eiectis. Archemachus autem Euboeus Curetas inquit Chalcidē incoluiſſe, aſsidue uero de Lilanto campo bellum gerentes, cum hoſtes anteriorem captarent cęſariem, eosq; diſtraherent, ab occipite capillatos extitiſſe, à fronte detonſos. Vnde ἀπὸ τῆ κειρᾶς, id eſt, tonſura κειρῶντας, id eſt, detonſos appellatos, & in Ætoliam habitatum migraſſe. Cumq; Pleuronis loca poſtmodū occupaſſent, trans Acheloum oram incoluiſſe. Vbi cum intonſa ſeruarent capita, Acarnanes uocari cœpiſſe. Plericq; uero ab heroē quodam utranq; nationem nomen tenuiſſe aiunt, alij à monte quodam Curio Pleuroni imminenti Curetes nominatos. Hanc uero Ætolicæ nationis tribum quandam eſſe liquet, ſicut Sophienſes, Agræosq; & Eurytanes aliasq; complures. Aetolia autem bifariam (ut dictum eſt) diuiſa, Calydoniam plagam ab Oeneo regnatam fuiſſe memorant. Pleuroniam uero aliqua ex parte Parthaonidas habuiſſe, Agrij complices, qui ſecundum poëtam,

ὤκεον γὰρ Πλευρῶνι καὶ ἀμπελόεσσα Καλυδῶνι. id eſt,

Pleuronamq; colunt muro & Calydona prærupta.

Theſtium tamen Pleuroniam tenuiſſe, qui Curetum ductor, ſocer quidem fuerat Oenei, Althææ uero pater. Bello autem aduerſus Oeneum & Meleagrum ab Theſtiadis ingruente, ob ſuis caput & ſpolium ſecundum apri fabulam, ſi poëtæ credimus. Vt autem probabilius ſit & uulgatum eſt, pro regionis parte. Nam ſic dicitur,

Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι. id eſt,

Curetes & pugnaces Aetoli belligerabant.

Hæc quidem prope, longe autem & extra materiam ſunt quæ alioqui propter nominis ſimilitudinem, ad idem per hiſtoricos adducuntur, quæ quidem Cureticа & de Curetibus eo modo dicuntur quo & de illis, qui Aetoliam Acarnaniamq; coluerunt, ab illis quidem differunt, ſimilia uero magis ſunt ſermoni, qui de Satyris Sileniſq; & Bacchis & Tityris habetur. Tales enim dęmones quoſdam deorúmue miniſtros Curetas uulgant. Quidam uero res Cretenſes ac Phrygias edidere, ſacrificijs nōnullis implicitas, partim myſticis, partim aliquo pacto cōtentas tradidere, uti Iouis infantiam in Creta educati, matriſq; deorum ceremonias, in Phrygia & in Idæ Troianæ locis celebrādas. Quibus ſanè in ſermonibus magna uarietas eſt, cum alij eoſdem eſſe Curetas & Corybantes, & Caberos & Idæos Dactylos & Telchinas oſtendant. Alij cognatos inter ſe & puſillas quaſdam ipſorum differentias inter eos eſſe diſtinguant. In hoc autē uniuerſi tradunt eſſe quoſdam ſpiritibus aſ-

Pleuron. Theſtius. Althæa. Satyri. Sileni. Bacchæ. Tityri. Corybantes. Caberi. Idæi Dactyli. Telchines. Curetū aliano minis ratio.

flatos, & Bacchicos, inq; armorũ agitatione tumultuosa, & cum strepitu ac fragore cymbalisq; ac tympanis & armis item atq; tibijs uociferationibusq; inter sacrificandum stupefacientes, inq; ministrorum habitu, publica modo quodam sacra factitantes. Hæc & Samothracum esse in Lemno & alia plura, quia ijdem ministri uocitentur. Verum enimuero omnis huius generis theologicus est contemplationis modus, nec ab philosophorum perscrutatione alienus. Postquàm autem nominis similitudine de Curetibus historici in unum dissimilia coẽgerunt, nec ipse amplius in digressionis parte de ipsis uerba facere uerebor, physicam rationem historiæ familiarem adijciens. Atq; nonnulli hæc illis coniungere uolentes, cuidam probabilitati forsan inhærent. Curetas enim Ætoliam habitantes nomen hoc adeptos esse ferunt, quia sicuti κόραι hoc est puellæ, muliebres longas stolas induunt. Eiusmodi nãque imitationem Græcis esse. Et Iaones ἑλκεχίτωνας, id est trahistolos dici. Rumor est Leonidæ commilitones egressos in prælio multos comptos pectine, contemptui ac ludibrio fuisse Persis, contrà uero in ipsa pugna inuictos admirationi habitos. Simpliciter autem accurata quædam ars in tonsura & enutrienda cæsarie circa illorum capillos consistit. Vtrunq; uero puellarum puellorúmque proprium & consuetum est. Quo fit ut multifariam noscendi nominis rationem & etymologiam Curetes habere facile copioséque uideantur, credibile & armiferam illam saltationem ab eis prius introductam, qui circa comam atq; stolam exercitati fuere ut Curetes uocarentur. Quod quidem negotium occasionem illis præbuisse crediderim, ut fortiores in re militari cæteris euaderent & uersatam inde armis uitam haberent. Itaq; eodẽ insignitos nomine, Curetas ipsos appellari, qui in Eubœa sunt, quiq; in Ætolia & Acarnania. Homerus autem etiam milites nouos hoc appellauit nomine decernens inquit,

κόραι

Iliad. 1. δῶρα θοὴς παρὰ νηὸς ἐνεγκεῖν ὡς ἀχιλῆϊ,
χθιζοὶ καὶ πρώιζοι. id est,

Præstantes inter Achæos
Munere de celeri ditissima puppe referrent,
Quæ modo polliciti forti fueramus Achilli. Et rursus,

δῶρα φέρον λαυρῆτες ἀχαιοί. id est,

Munera portabant citius Curetes Achæi.

De Curetum quidẽ etymologia hęc hactenus. Armisona uero saltatio militari de more & Pyrrhicha & Pyrrhichius ipse indicio sunt, qui huiusmodi repertor exercitij pro iuuenibus ad militarem pueritiã fuisse perhibetur. Quod autẽ tot in unum nomina referantur, et in ipsorum notitia subsit theologia, cõsyderandum nũc uidetur. Cõmune profecto, tam Græcorũ quàm barbarorum est, sacrificia festiua cum animorum remissione agitare, aliqua quidem cum numinis afflatione, quam rem σὺν ἐνθουσιασμῷ appellant. Aliqua uero absque inspiratione tali. Præterea nonnulla cum musica, nonnulla sine. Quædam etiam occulta significatione hoc est mystica, quædam aperta, hoc autem sic ipsa natura insinuat. Nam ipsa remissio mentem ab humanis negotijs abducit, ac intellectum reuera ad diuinitatem conuertit. Et ipse enthusiasmos, hoc est, numinis afflatio, diuinam quandam inspirationem habere uidetur, & ad uaticinandi genus proxime accedere. Ipsa uero occulta sacrorum significatio, id est mystica numen honestat, eius naturã imitans, nostrúmque sensum effugientem. Musica quoq; circa saltationem & harmoniã cantũq; uersata

Festiuitates ad animorũ relaxationẽ excogitatæ.

Enthusiasmos.

Musica.

oble

oblectatione & artis pulchritud ine, ad deitatem nos ipsos tali de causa continuat. Recte enim illud dictum est, mortales tunc maxime deos imitari quando benefici sint. Rectius quis dixerit, quando fœlices sint, quod gaudere est & festos dies agere, & philosophari & musicam attingere. Non enim ad deteriora siquis lapsus fiat ex musicis, ad uoluptates artificia conuertentibus & conuiuijs, altaribus, scenis reliquisq; talibus, negotium quidem ipsum accusetur. Cæterum disciplinarum natura exactius inquiratur hinc habens initium. Quocirca Plato & ante illum Pythagorici, philosophiam musicam uocauere, uniuersumq; mundum concentu & harmonia constare dixerunt, omne musicum genus, deorũ opus arbitrati. Sic & deæ musę & Apollo musarum dux, & tota poëtica diuinorum cantuũ, quos hymnos appellant, celebratrix. Eodem modo & moralem apparatum musicæ attribuunt, perinde ac omne rectum mentis officium penes deos existat. Plurimi igitur Græcorum totum ceremoniale negotium quod Orgia uocant, Bacchanaleq;, & Choricum, & sacrorum mysteria Libero patri attribuerunt, & Apollini & Hecatæ & Musis & cæteris, Iacchum autem uocant & Dionysum & Cerealium mysteriorum ducem dæmonem, arborumq; creationes, Choreæ etiam sacrorum solennia horum deorum communia sunt. Musæ uero & Apollo, illæ quidem chorearum præsides, hic autem & harum & diuinationis magister. Musarum autem ministri sunt, eruditi omnes proprieq; musici. Apollinis uero sunt & isti & uates uniuersi. Cereris quidem sunt antistites, tediferi, & sacrorum interpretes. Liberi autem Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, & Thyiæ & Mimallones & Naiades & Nymphæ, & quos Tityros uocant. Hæc & ipsa Iouis sacra in Creta per solennem ceremoniæ, id est orgiasmi ritum celebrantur ministrisq; talibus. Baccho autem adsunt Satyri, hos Curetas nominabant, adolescentes quosdam, armisonam quandam cum saltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios ut in lucem editi fuerint, deuorantem, Rheam uero dolores pariendi dissimulare conatam, natum infantem longe ablegantem, & ei salutem pro uiribus comparantem. Quam quidem ad rem adiutores Curetas assumere. Illi cum tympanis taliq; strepitu, armisonantiq; chorea tumultuantes, deam curiose circumsistant, ut Saturnus attonitus, & obliuione inuolutus, auulsum nõ agnoscat infantem. Eadem autem cura studioq; ab ipsis nutriendi cõmendari. Curetes itaq;, id est curatores, uel quia nuper ei ministrarent, uel quia Iouis κηροτροφίαν, id est alimoniam (utrunq; enim dicitur) operati sint, appellationem hanc sunt assecuti, quasi circa Iouem Satyri quidam extiterint. Tales igitur Græci ad Orgiorum operationes sunt. Berecyntes autem natio quædam inter Phrygas est. Simpliciter uero Phryges Troësq; prope Idam habitantes Rheam præcipuo uenerantur honore, eius Orgia frequentantes. Hanc quidem deorum matrem uocãt & Vestam, & deam Phrygiam magnam, à locis Idæam & Dindymenam & Pylenam, & Pissinuntiam & Cybelen. Græci sanè ministros eius nuncupant uno uocabulo Curetes, non ex eadem fabulatione, sed alteros quasi ministros Satyris in partem. Eosdem & Corybantes nominant. Talium uero sensuum testes sunt poëtæ. Pindarus quidem in dithyrambo, cuius initium est,

πρὶν μὲν ἐπὶ χοινοβίας τ' ἀοιδᾶὲ διθυράμβω.

Antecq; serperet longiore tractu cantus dithyrambo. (inquit,

Recordatur autẽ hymnos Libero de patre, & priscos & nuperrimos trãsgressus

Benefici fœlices.
Philosophia.
Musæ. Apollo. Hymni.
Orgia.
Musarum ministri. Apoll. ministri.
Vates. Sileni. Satyri. Mimallones. Tityri. Naiades. Saturnus. Rhea. Iouis natale.
Curetũ rursus alia etymol.
Berecyntes. Phryges. Troës. Rheæ nomina. Vesta. Dindymena. Pylena. Pissinuntia. Cybele. Curetes ministri. Corybantes.

σοὶ μὲν κατάρχει μᾶτερ ὠκέα
πρόταλ' ἀϊδομένα τε δαΐς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις.

Tibi sanè mater inchoat,
Adrasti magni cymbalorum strepitus,
Et fax ardens flauas sub pinos.

Et reliqua communia esse & Græcis & Phrygibus, quæ ad Liberum patrem rite colendum pertinent, & ad deorum matrem monstrata sunt. Euripides quoque in Baccharum tragœdia, Phrygibus quæ ad Liberum Lydia conferens, similia esse facit, & secundum Homerum,

Euripides. Bacchis. ἀλλ' ὦ ἅπασαι τμῶλον, ἔρυμα λυδίας
θίασος ἐμὸς γυναῖκες,
ἐμάθ' εὑρήματα. id est,

Sed ô mulieres meæ,
Cœtus meaq; inuenta,
Tmolus. Quæ Tmolum Lydiæ castellum incolitis.

Rursusq;,

ὦ μάκαρ ὅσις δυσάιμων
τάτ' ἐμὰ θεὸς μεγάλας
ἀνὰ βύρσον τε τινάσσων,

Beate qui uita fœlici
Measq; à magna
Vibransq; pampinum

βιωτὰν ἁγισεύει,
ἕρπων κυβέλας θεμισεύων
κισσῷ στεφανωθεὶς θεραπεύῃ.

Sacris operaris
Ortas Cybele ceremonias facis,
Colis hedera coronatus.

Item Bacchæ,

βρόμιον παῖδα θεὸν θεὸς
φρυγίων ἀπ' ὀρέων,

Bromium deo natum, deum,
A Phrygijs montibus,

διόνυσον κατάγουσαι
ἐλάδᾳ εἰς εὐρυχώρους ἀγυιάς.

Dionysum deducunt
Ad Græciæ terræ plateas.

Cretensem etiam rem his iungit ad hunc modum,

ὦ θαλάμευμα κρήτων
διογενέτορες φῶλοι
βυρσότενόντε κύκλωμα τόδε
ἀνὰ δὲ βακχοίῳ σωτόνῳ κέρας
αὐλῶν πνεύματι, ματρός τε ῥέας εἰς
πάρα δὲ μαινόμενοι σάτυροι
εἰς δὲ χορεύματα
ἔρχεται διόνυσος.

ζάθεοί τε κρῆτες
ἔνθα τρικόρυβες ἄνδ' οἷς
μοι κορύβαντες εὗρον.
ἀνὰ δύο βοᾶν φρυγίαν
χέρα θῆκαν καλλίκτυπον εὔασμα βακχᾶν
ματέρ' θ' ἁγνεύσαντ' ῥέας
προσῆψαν τριετηρίδων,

id est,

O sedes Curetum
Iouis genitores, ubi tibiæ,
Vbi byrsa tensum orbem hunc
Cornu quoq; Bacchico tono,
Tibiarum flatu magnæq; matris ad
Adsunt furentes Satyri
Choreasq;
Quibus gaudet Bacchus.

Religiosiq; Cretes
Vbi triplices cristæ,
Mihi Corybantes excogitarunt
Sonumq; Phrygiarum (rũ.
Manũ posuerũt sonorũ Euantũ Bacchã
Matremq; Rheam clamitarunt,
Addiderunt triennales,

In Palamede chorus loquens inquit,

οὐ σὺν διονύσῳ κομῶν
τυμπάνων ἰάχοις

ὃς ἂν ἵδαν τέρπηται σὺν ματρὶ φίλᾳ
καὶ σέλινον θ' μαρσύαν

θ' ὃν

κὐλύμπου σὺν πάγοντες εἰς ἓν ἐξ εὑρετὰς αὐλῶν ἱσορροῦντες. id est,

Non cum patre Libero lasciuiens, Qui per Idam lætatur chara cum matre
Tympanorum sonitu, Et Silenum & Marsyam
Et Olympū congregantes in unū, Et tibiarum quærentes repertores.

Celebrantesq; rursus Bacchica & Phrygia simul conferunt. Idamq; sæpenumero & Olympum confuse resonare faciunt. Colles quidem quaterni sunt Olympi nomine uulgati, Idæ scilicet ad Antandri plagam. Est & Mysiæ Olympus, Idæ quidem finitimus, nō tamen idem cum Ida. Sophocles profecto cum Menelaum ab Troia solicitum discessu faceret, in Polyxena pauliſperq; Agamemnonem subsistentem placandæ Mineruæ gratia, Menelai sermonem inducit, *olympi colles* *sophocles.*

σὺ δὲ αὖθι μίμνων κατ' ἰδαῖαν χθόνα
πώλυνας ὀλύμπου σωναγαγὼν θυηπόλῳ. id est,

Tu hic consistens ad Idæam tellurem,
Ex Olympo greges adunans immola.

Tibiæ sonitu ac fistula cymbalisq;, ac tympanis aut crotalis, clamoribusq; & ouationibus, pedumq; pulsibus, quibus propria quædam reperiunt nomina, per quæ ministros saltatoresq;, & sacrorū cultores appellabant, Caberos scilicet & Corybantes, & Panes, & Satyros & Tityros ipsumq; deum Bacchum. Item Rheam, Cybelem & Cyben & Dindymennam, & loca ipsa & Sabazius Phrygiorum est, & modo nescio quo, ipse etiam qui matris puerum Liberi patris comitibus tradit. Similia sunt & quæ apud Thraces celebrantur, quæ Cotytia & Mendidia, apud quos & Orphica initium habuerunt. Ipsam sanè Cotyn quæ apud Edonos colitur, & eius instrumenta memorat Æschylus, *Caberi.* *Panes.* *Satyri.* *Tityri.* *Cybe.* *Sabazius.* *Cotytia.* *Mendidia.* *Cotys.* *Orphica.* *Aeschylus* *Edonis.*

ὁ μὲν γὰρ χερσὶ βόμβικας ἔχων τόρνα κάμακτον σλακτυλόδεικτον
πιμπλησιμέλῳ, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν,
ὁ δὲ χαλκοθείοις κοτύλαις ὀπάζει. id est,

Hic manibus bombicam tornatam tenens digitis tactilem
Modulos complet sonum allectorem furoris.
Ille æneis urceolis tinnit. Rursusq;,

ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται πόθῳ
ἀξ ἀφανοῦς φοβερῖοι μίμοι τυμπάνου δ' ἠχώ,
ἃδ' ὑπογείου βροντῆς φέρεται βαρύταρβής.

Modulus editur,
Mugiunt ex occulto taurisoni mimi,
Grauis tympani sonitus,
Quasi tonitrū subterraneum fertur, montanaq; habentes instrumenta ministros.

Liberi patris mox indicat & tibias torno factas. hæc enim Phrygijs similia, ut par est. Quippe cum à Thracibus Phryges coloniam duxerint, sacra pariter indeattulerunt, Liberum quoque patrem & Edonum Lycurgum in unum congregantes, mores in sacris similes insinuant. E cantu autem & harmonia instrumentisque & musica etiam tota Thracia, Asianaq; putata est. Nam manifestatur id ex locis, in quibus cultæ sunt musæ. Nam Pieria & Olympus & Pimpla & Libethrum quondam loca fuere Thraciæ & montes, quos nunc Macedones possident. Quiq; musis Helicona consecrarunt, Thraces fuere, Bœotiæ accolæ, ut ij qui Libethriadum nympharū antrum consecrarunt, & qui priscæ musæ curam *Musarū loca.* *Pieria.* *Olympus.* *Pimpla.* *Libethrum.* *Helicon.*

Ephorus. Orpheus. Musæus. Thamyris. Eumolpus. * μεταφέρουσι, ideſt, trãsferũt Tibiæ. Cithara Asiatica. Tibiæ Berecyntiæ. Phrygiæ tib. Nabla. Sambuca. Barbitos. Magades. Oreades. Curetes tibicines. Chalcaſpides. Chalcidenſes. Curetes Iouis cuſtodes. Telchines. Cyrbantes ſacerdos. Pydna. Corybantes. Samothracia. Melita. Caberis. Caberus mons Ida mons. Dicte. Pytna. Hippocoroniũ. Samonium. Neandria terra.

ſtudiumq́ dederunt, Thraces fuiſſe perhibentur, Ephorus, Orpheus, & Muſæus & Thamyris. Ob id etiam Eumolpo inde nomen inditum eſt, id eſt, cantori optimo, quiq́ Baccho totam Aſiam tenus India conſecrarunt & ad eius cultum uendi carunt illinc, magnamq́ muſicæ portionem † tradunt. Vnde quidam Aſiaticam inquit citharam percutiens, alius tibias Berecyntias uocat, atq́ Phrygias. Inſtrumentorum etiam quædam Barbarum obtinent uocabulum, Nablas & Sambuca, Barbitosq́ & Magades aliaq́ complura. Athenienſes autem ſicuti reliquis in rebus, hoſpitum & externorum ſtudioſi perſtiterũt, ſic & in deis. Externa enim multa ſuſcepere ſacra, ita ut in comœdijs complura & Thracia & Phrygia decantata ſint. Plato nanq́ Bendidiorum mentionem fecit, Phrygiorum autem Demoſthenes. probris enim inſectans Aeſchinis matrem pariter & ipſum, ut qui cum matre conuiueret, comitaretur ſacra colenti ſimulq́ ſaltaret. Interim crebro clamitãs Euœ Saboe & Attes hyes, quæ quidem omnia Sabaziorum ritu prolata ſunt & matre perdocta. Hæc inſuper de dijs iſtis eorumq́ nominum uarietate reperies, quodq́ non modo deorum miniſtri uocentur, ſed etiam dei. Heſiodus quidem Hecatæo & Phoronei filiæ quinque filias extitiſſe dicit, è quibus Oreadas, id eſt montanas Nymphas, deas fuiſſe, abiectorũ quoq́ ſtirpem Satyrorũ & ignauorũ, & Curetas deos luſores, & ſaltatores dici, quiq́ iterũ de Pheroneo uolumen conſcripſit, tibicines, & Phryges Curetas aſſerit. Alij uero terrigenas & χαλκάσπιδες, id eſt, ære ſcutatos. Alij autẽ nõ Curetas, ſed Corybãtes Phryges eſſe, illos uero Cretenſes atq́ primos quidẽ in Eubœa induiſſe arma ærea, unde & ipſos Chalcidenſes dictos. Alij Rheæ ab Titanibus tributos Corybantes miniſtros, armis inſtructos, è Bactriana profectos, quidam etiam è Colchis aiunt. In Cretenſi uero hiſtoria, Curetes Iouis educatores nuncupantur atq́ cuſtodes, è Phrygia tranſmiſſos in Cretam ab Rhea. Sunt qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuiſſe Rheæ comites in Cretam, qui quoniam Iouis alendi curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt. Alterum uero horum Cyrbantem ſacerdotem & Pydnæ urbis conditorem, Praſijs occaſionem præbuiſſe penes Rhodios, ut uulgarent, Corybantes dæmones eſſe quoſdam Mineruæ & Solis filios, uel ut alij, Saturni filios Corybãtes, alij Iouis & Alliopes Corybantes. Quos quidem aiunt eoſdem eſſe, qui & Caberi. Abijſſe autẽ iſtos in Samothraciam, quæ prius Melita dicebatur, eorum uero actiones myſticas eſſe. Hęc quidem minime approbans Scepſius, iſtarum coadunator fabularum, cum nullum in Samothracia myſticum uerbum de Caberis proferatur, apponit pariter & Teſimbroti Thaſij opinionem, quod in Samothracia Caberi ſacra perfecerint, eos ſic uocari, author ille eſt, quodam ex monte qui in Berecyntia regione Caberus uocitatur. Nonnulli ſanè Curetes Hecatæ miniſtros arbitrantur, qui cum Corybantibus ijdem ſunt. Rurſum Scepſius affirmat, Rheæ honores in Creta nuſquam uſurpari, nec ea in regione eum morem eſſe, Euripidis uerbis contradicens, ſed tantummodo in Phrygia & Troade, qui uero id dicant, fabulamẽtis magis uti quàm hiſtorijs. Quibus quidem adiumento eſſe forte locorum ſimilitudinem. Mons enim Ida & Cretenſis & Troicus eſt. Ac Dicte & in agro Scepſio eſt locus, & in Creta mons. Collis uero Idæ Pytna eſt, à quo & urbs Pytna ſacra memoratur. Hippocorona item Adramyttinæ oræ, & Hippocoroniũ in Creta eſt, Samoniũq́ inſula promontoriũ in ortum uergens, & campus Neandriæ terræ & Alexãdriæ. Acuſilaus uero Argiuus creatũ Cabera & Vulcano Camillũ refert, ex quo quidẽ

tres

tres nati sunt Caberi, è quibus nymphæ Caberides. Pherecides autẽ tradit ex Apol Caberides.
line ac Rhytia nouem Cyrbantes esse progenitos, Samothraciamq; incoluisse. Ex Cyrbantes.
Cabera uero Protei filia, & Vulcano tres Caberos totidẽ nymphas Caberides or- Cabera.
tas, utrisque autem templa esse dicata. In Lemno uero præsertim ac Imbro Cabe-
ros honori habitos contigisse, sed & in Troia per urbes. Ipsorum autem nomina
mystica sunt. Herodoti quoq; testimonio apud Memphin etiam Caberorum si-
cut & Vulcani, phana extitisse, eaq; deleuisse Cambysen. Ea uero loca dæmonum
istorum honore uacua prorsus esse. Et Corybantium est templũ in Amaxitia ora Amaxitia ora.
in Alexandreorũ regione, iuxta Sminthium, & Corybissa in agro Scepsio, ad flu- Corybantium.
uium Heurientem & uicũ cognominem atq; etiam torrentem Æthaloënta. Vero Corybissa.
autem inquit Scepsius similius est, eosdem esse Curetes & Corybantes, qui in ma- Heuries.
tris deorũ sacrificijs armati saltantes, casti & pueri sunt assumpti. Ideo autem Co- Curetes & Co
rybãtes appellari, quia inter saltandũ capita iactent, quod κορύπτειν dicitur, quos βη- rybantes idem
τάρμονας uocat Homerus poëta, Corybantes
unde.

φεῦ τ' ἄγε φαίηκων βητάρμονες ὄσσοι ἄριστοι. id est, Odyss. θ.

Euge age Pheacum Betarmones egregij adsunt. Betarmones.

Hinc qui capita saltando iactant & numine aspirantur & furijs agitantur, Co-
rybantas dicimus. Sunt qui dicant Idæos Dactylos eos appellari primos sub Idæ
radices habitatores. Nam pedes montium, ima radicesq; uocari, summa uero uer-
tices. Omnes igitur particularum extremitates circa Idam deorum matri esse con- Pedes montiũ.
secratas. Opinio item Sophoclis est, quinq; primos uiros fuisse, qui ferrum excogi- Vertices mõt.
tantes primum fabricauere, aliaq; permulta mortaliũ usui necessaria. Eorum quin- Cybele.
que etiam extitisse sorores. Ab eo itaq; numero dactylos, id est, digitos nũcupatos. Ferri inuento
Alij sanè alio modo fabulantur, dubia dubijs accumulantes, uarijs ac differenti- res.
bus nominibus ac numeris utentes, è quibus Salaminum quendam nominant, & Dactyli cur ap
Damnaneum & Heracleum & Acmonem. Quidam etiam eos indigenas Idæ, pellati.
quidam uero inquilinos asserunt, & omnes illos primos in Ida ferrum fabricasse
narrant, omnes magos ipsos & incantatores fuisse intelligunt, & circa deorum ma
trem sedulos in Phrygia, affines Idæ domos tenuisse, Phrygiam Troadem uoci- Phrygia.
tantes, quia Phryges propinquos Troia populata uictores occupassent. Existi- Troas.
mant autem ab Idæis Dactylis, Curetes & Corybantes fuisse prognatos. primos Idæi dactyli
etenim in Creta genitos uiros centum, Idæos Dactylos nũcupatos, à quibus qui- cur.
dem procreatos Curetes nouem extitisse. Horum singulos uiros decem genuisse,
ex quo Idæos Dactylos nominauere. Producti quidẽ sumus ut hisce de rebus am-
plior à nobis sumeretur oratio, quanquam fabulamentorũ studio minimè teneamur, quia hæc ipsa negotia theologicũ genus attingant. Omnis autẽ sermo de deis uetustas opiniones fabulasq; scrutatur, occultius insinuantes priscorum cogitatio nes de rebus ipsis naturales, & inter differendũ fabulã semper exponẽtes. Vniuersa uero ænigmata diligẽter soluere nequaq; facile, exposita uero in medio fabulosorũ copia, partim quidẽ inter se cõcordantiũ, partim uero aduersantiũ dare écontra facilius est, quidnam ex ipsis uerũ esse cõiectemus, quale est montanas euagationes & eorũ etiam qui diuinitati student, & ipsorũ quoq; deorum & ipsas numinis inspirationes iure fabulãtur, eandẽ ob causam qua cælestes arbitrãtur esse deos, & ad prudentiã aptos, tum ex cæteris tũ ex parte missis rerũ significatiõibus. Montanæ igitur uagationi inquisitio conuenit ac uenatio indagatrix eorũ quæ ad uitæ usum

cognata esse appareant. Numinum enim afflatio, & cultus religiosus ac diuinatio aggregandi & allectandi uim habet, & artis magicæ uicinitatem. Tale illud est studiosum ad artes Bacchanales exercitium, simul & Orphicas, sed ipsis satis est. Post quam autem de Peloponnesi prius quidem alijs insulis, simul etiam Corinthiaco
Creta. sinu, & de adiacentibus ante illum discurrimus, deinceps de Creta differendū est. Ipsa enim magis quàm Peloponnesus supraq; circumadiacentes Cretæ insulas ad orientem spectat, in istis & Cyclades & Sporades sunt, Illæ quidem memoratu dignæ, hæ autem parum insignes. Nunc sanè de Creta ante omnes edisseramus. Eudoxus igitur ipsam in Ægæo sitam esse pelago tradit. Non autem sic dicere oportet, sed ipsam inter Cyrenæam & Græciam, eam dico quæ à Sunio uscq; ad Laconicam locata est, in longitudinem hisce ab oris æqualiter disiunctam ab occasu in ortum, ab Septentrione quidem Ægæo perfunditur pelago, simul & Cretico. Ab austro autem Africano alluitur, Ægyptium attingente pelagus. E promontorijs au-
Phalarna. tem illud occidentale est, uergens ad Phalarna, latitudinem habens ad stad. ducen-
Criumetopon. ta, & in duo diuiditur promontoria, è quibus quod spectat in Notū κριὸς μέτωπον,
Cimarus. id est, frons arietis appellatur, Arcticū uero Cimarus, Orientale autem Samonium
Samonium. est, in ortum plus quàm Sunium non multo uergens. Magnitudinem quidem definit Sosicrates, quem Apollodorus exacta diligentia insulæ tractum testatur explicare, longitudinem quidem supra stad. duo millia & trecenta, latitudinem uero nō pro magnitudine, ita, ut ambitus secundum hūc plus quàm quinque millia stadiorum pateat. Artemidorus autem quatuor millia & centum esse refert. Hieronymus uero longitudinem duûm millium esse profatus, latitudinem inæqualem asserit. Circuitū autē plus quàm quantū Artemidorus ad tertiam longitudinis partem. Quod autem inde est, Isthmus existit ad stadia centum habitationem habens. Ad
Amphapalia. boreale quidem mare Amphapaliam, ad Australe uero Phœnicem Lampei. Est
Phœnix lāpei. uero in medio latissima, rursus hinc ad austrum prioris coincidunt ad Isthmum
Ninoa. ripę, ad stadia LX. Ab Ninóa Lyctiorū ad Hierapytnam pelasgusq; Libycū. In si-
Hierapytna. nu quidem ciuitas est, deinde protenditur ad acutum promontorium nomine Sa-
Samonium. monium ad Ægyptum inclinans, insulasq; Rhodiorū. Insula sanè densa & mon-
Leuci montes. tana est, ualles habens frugiferas, montes quidem in occasum spectantes, λεῦκοι, hoc est albi, uocitantur, altitudine Taygeto non inferiores, longitudine autem ad stadiorū trecentorū magnitudinem extensi, & dorsum in angustias desinens facien-
Idæus mons. tes. In medio ubi latissima panditur insula, mons Idæus surgit Cretensium cunctorum celsissimus, quaquauersum circuitum habens stad. sexaginta. Præstantissimis ille sanè oppidis instar coronæ incolitur. Alij sunt Leucorum similes, partim in austrum, partim in orientem desinentes. E Cyrenaica uero ad Criumetopon, hoc est arietis frontem, dierum duorū est, noctiumq; totidem nauigatio. A Cima-
Cythera. ru autem stadia intersunt septingenta, in medioq; sunt Cythera. De Samonio quidem in Ægyptum dierum quaternûm ac noctium patet nauigatio, secundū quosdam uero trium, hanc nonnulli stad. quinq; millium esse referunt, aliqui etiam mi-
Cyrenaica. nus. Eratosthenes quidem è Cyrenaica uscq; ad arietis frontem duo millia stadiorū inquit, hinc in Peloponnesum minus,

Odyss. γ. ἄλλη δ' ἄλλωι γλῶσσα μεμιγμένη, ἔνθα μὲν Ἀχαιοί,
ἔνθα δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἔνθα δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί. id est,

Alij

Alij aliarum lingua promiscui sunt, insunt quidem Achiui,
Insunt Eteocretes magnanimi, insunt Cydones,
Dorienses q; trifariam partiti clari q; Pelasgi.

Ex his (ut ait Staphylus) Dorienses orientalem oram incolunt, occidentalem Cydones, australem Eteocretes, quorum Prasum est pusillum sanè oppidum, ubi Dictæi Iouis phanum extat, cæteros potentes campestria magis habitasse loca. Eteocretes igitur & Cydones suis è locis originem duxisse probabilius est, quos aborigenes uocant. Reliquos autem aliunde conuenas, quos è Thessalia aduectos testatur Andron, quæ quidem prius Dorienſis, nunc uero est Aeotica nuncupata. Ab ea promotos ait Parnasi habitatores Dorienses qui Crineum & Bœum & Cytinum ædificarunt, ex quo à poëta trifariam diuisi Trichaices appellantur. Andronis sanè dicta non admodum à plerisq; approbantur, cum tribum Doricam quaternis constantem urbibus, id est tetrapolin, tripolin, id est, urbes tres continentem plane significent, metropolim uero Dorienſium, coloniam Thessalorum. Trifariam uero dictos putant Trichaicas, uel ora triuertice, uel quia sint colles trichinij similes. Cum autem plurimæ in Creta ciuitates sint, amplissimæ tamen tres ac illustrissimæ præcellunt Cnossos, Gortyna, Cydonia. Eximie uero Cnossum præconijs extollit Homerus, quam ingentem & Minois regiam uocat, & ætate posteriore diutius perdurat, primas dignitatis partes reportans. Inde ad ima detracta, magna ex parte instituta & leges amisit. Dignitas autem ad Gortynam Lyctúmque translata peruenit. Postmodum antiquum denuo reparauit habitum atq; authoritatem metropolis. Sita uero Cnossus est in plano ambitū priscum triginta stad. habens, in Lyctiæ atque Gortyniæ terræ medio stad. ducentis, ab ipsaq; Lytto quam Lyctum poëta nominat stad. centum uiginti. Longe autem à mari arcton spectante Cnossus est quinq; stadia ac uiginti, Gortyna uero ab Africano nonaginta, Lyctus uero & ipsa quoque à mari Africo stad. octoginta. Cnossusq; emporium habet Heracleum, fertur item Minos emporium usurpasse Amnisum, ubi positum est Elethyiæ præsidis puerperij phanū. Priscis autem temporibus Cnossus Ceratus appellabatur, à prælabentis fluuij nomine. Literisq; testatum est, Minoëm solertissimum legumlatorem extitisse, primumq; maris imperium uendicasse, qui cum insulam trifariam partiuisset, singulis in partibus urbem condidisse, Cnossum quidem è regione Peloponnesi, quæ in Aquilonem spectat. Vt uero author Ephorus est, Minos cuiuspiam antiquissimi Rhadamanthyos imitator extitit, uiri quondam iustitia & æquitate celeberrimi, qua appellatione Minois frater fuit. Ille quidem primus legibus insulam & habitandis urbibus & ciuilibus institutis ad mansuetiores ritus uiuendi perduxit. Is posita in medium decreta & singula ab Ioue ea ferre commentabatur. Hunc igitur sectatus Minos nouem per annos (ut aiunt) Iouis antrum conscendebat, ibiq; denique immoratus descendebat, constructa quædam tenens mandata, quæ cōsulta & sanctiones Iouis esse differret, qua ex causa poëtam dixisse hunc in modum,

Eteocretes.
Dictæus Iupp.
Cydones.
Dorienſes.
Prasum.
Crineum.
Bœum.
Cytinum.
Trichaices.
Cnossus.
Gortyna.
Cydonia.
Lyctus, olim Lyttos dicta Aut. Stepha.
Lyctos autem ab Hom. in catalogo.
Elethyia.
Ceratus.
Minos.
Rhadamāthus
Minois antrū.

φοίτα δ' ἐνὶ μίνως
ἐννέωρος βασιλεὺς διὸς μεγάλα ὀαριστής. id est,
Odyss. τ.

Hic quondam Minos nonum regnauerat annum,
Excelsa mandata Iouis captans.

Hęc cum ab eo dicta sint, ueteres de illo rursum alios disseminauere sermones, &

quidem ijs aduersos, ut tyrannis & uiolentia impotens, & impie tributa colligens euaserit, tragœdijs, Minotaurum, Labyrinthum, Theseiq́ ac Dædali casum tradentes. Hæc sanè quonam modo sese habeant, enarratu difficilia sunt. Alia autem de illo dicta ab his discrepant. Nam sunt, qui Minoëm insulæ dicant hospitem, sunt qui indigenam. Huic autem secundæ poëta magis assertor est fautorq́ sententiæ, cum dicat,

Minos cuias.

Iliad. v. πρῶθ μίνωα τέκε κρήτη ἐπίδρομ. id est,

Minoëm Crete regem est enixa priorem.

Cretæ instituta. De Creta uero illud uniuersæ consentiunt gentes, quod priscis temporibus optimis esset instituta legibus, eiusq́ æmulos & sectatores fuisse Grẹcorũ optimos atq́ primarios, declarant, in primisq́ Lacedæmonios, sicut in uolumine de legibus Plato demonstrat, & Ephorus in libro de repub. Europæ scripsit, postea ad deteriora plurimum mutata, delapsa est. Nam post tyrannos qui nostra populauere maria, hi sunt qui latrocinia exceperunt, hos deniq́ Cilices postmodũ deuastauerunt, uniuersos autem destruxere Romani, Cretam quidem debellantes, et piratarum Cilicũ castella euertentes. Hac uero tempestate Cnossum Romana possidet colonia. Hæc quidem de Cnosso, urbe quidem minime nobis aliena. Verũ propter rerum humanarum uarietates ac earum conditiones & permutationes, euentusq́ fortunæ defecerũt, & fœdere erga ciuitatẽ, & quę nobis affuerãt bona. Dorylaus rei peritissimus militaris, magna Mithridati, Euergetæ cognomento, beneuolentia & familiaritate deuinctus erat. Hic propter bellandi scientiã externorum militum præfectus designatus frequens in Grẹcia, frequens in Thracia, frequẽs cum hominibus è Creta proficiscentibus erat. Quo tempore Creta nondum in Romanorum potestate fuerat, cumq́ magna mercenariorũ aliorumq́ militũ in Creta copia uersaretur, unde latrocinia cõplebantur. Cumq́ fortuito Dorylaus in patria moraretur, inter Cnossios atque Gortynios atrox bellum conflatum est, cuius imperator delectus Dorylaus, remq́ mature ac prospere gerens, ingentes adeptus est honores. Paulopost euenit ut cum familiares Euergetem in Sinope insidijs & dolose necassent, regni successio ad uxorem liberosq́ peruenerit. Ibi ergo rebus desperatis Cnossi sese cõtinuit, ubi ex uxore Macetia gente nomine Sterota prolem procreat, filiam quidem unam, uirilis autem sexus duos, Lagetam & Stratarcham, è quibus Stratarcham extrema iam senectute confectum, nos ipsi uidimus. Cum autem duo Mithridati superstites essent filij, Mithridates cognomento Eupator regnum successor accepit, annos natus undecim. Huic socius & uitę consuetudine coniunctus erat Dorylaus Philetęri filius, qui quidem Philetærus militaris illius Dorylai frater existebat. Rex igitur in maiorem adultus ætatem, tantopere conuictu & consuetudine oblectatus est Dorylai, ut non modo ipsum ad amplissimos prouexerit honores, sed etiam cognatorum curam præcipuam susceperit, eosq́ qui Cnossi ætatem degebant, accersierit. Erant autem Lagetæ liberi, uita iam functo patre, hi iam uiriles uero inierant annos. Omissis ergo Cnossi rebus, ad eum sese contulerunt. Lagetæ autẽ filia matris meæ mater extitit. Eo igitur florente fortuna uso, & hisce quoq́ fœlicitate florere simul euenit, ipso autẽ deleto, & horũ res extinctæ & ad ima sunt retractæ. Is nanq́ deprehensus est ad rebellandum à Romanis, subditos solicitans ut sibi regnũ restitueretur. Hic Cnossorũ status & fœdera abiecta, & ipsi infinitis acceptis fortunæ uarietatibus, extincti. Huius sanè generis de Cnosso mentio est.

Cnossiręs.

Dorylaus.

Sinope.

Sterota. Lagetas. Stratarchas. Mithridates Eupator.

Strabonis maternum genus.

Post

Post hanc autem Gortyniorū ciuitas secundum potentię locum tenuit. Hæ nanq; mutua inter se societate fœderatæ, reliquas oras suæ ditioni subdidere, seditione uero dissentientes, & reliquam insulam ad discordiam implicuere. Cydon uero maximum alterutram fuit in partē additamentū utri sese applicuisset. Gortyna in campo sita est, olim quidē cincta muro, Homero teste, γόρτυνά τε τειχιόεσσα, id est Gortynaq; muro circundata, posterius uero abiectis à fundamento muris, omni tempore mœnibus uiduata permansit, donec Ptolemæus Philopator muros ad octoginta tantum stadia ducere cœpit. Subinde incolæ circuitum absoluerunt, opus egregiū ad stadia quinquaginta. Distat autem ipsa & eius emporium ab Africano mari stad. nonaginta, Lebenus uocatum. Habet & aliud emporium Metallum nomine stad. c. & triginta ab illa distans. Eam perlabitur totam Lethęus amnis, hic uero ortum traxit ex Lebena, Leucocomas item & illius amator Euxynthetus, de quibus Theophrastus scriptis prodidit in libro de amoribus. Iusserat Euxyntheto Leucocomas, ut è Praso quendam sibi canem adduceret, quem ex certaminū præmijs unum assecutus erat Euxynthetus. Finitimi uero sunt illis Prasij, à mari stad. distantes sexaginta, à Gortyna uero c. & octoginta. Inter Eteocretas uero annumerari dictum est Prasium. In hoc etiam tractu Dictæi Iouis templum esse. Nam Dicte proxima est, non montis Idæi uicina, ut inquit Aratus. Nam Dicte ab Ida ad orientē solem mille abest stadijs à Samonio autem centum. Prasus autem inter Samonium peninsulamq; sita est, supra mare stadia sexaginta. Eam autē Hierapytnij effossam æquauere solo. Nequaquam uero à Callimacho recte dici putāt, quod cum Britomartys Minois uiolentiam euasura ex urbe Dicte fugeret, intra δίκτυα, id est retia piscatorum soluerit, unde Cydonio locum Dictynnam appellauerint. Dicte autē mons est. nec enim omnino ex horum locorū uicinis Cydonia terra constat, iacet autem in occasum spectans ad extremitates insulæ. Cydoniæ sanè plagæ mons est Tityrus in quo phanum est, non quidem Dictęum sed Dictynnęū. Cydonia uero terra ad mare sita est in Laconicam spectans, abestq; pari ab utraque spatio, Cnossoinq; & Gortyna ad stad. DCCC. Ab Aptera uero LXXX. Ab hoc autē mari XL. Aptera quidem habet emporium Cisamum. Cydoniatæ finitimos habēt ab occasu Polyrrhenios, apud quos Dictynnæ templū est. Absunt autē à mari ad stadia triginta, à Phalasarna uero sexaginta, superioribus sanè annis uicatim habitabant. Postea Lacones & Achæi conuenientes habitauerūt, cum locum muro munitissimum uallassent in meridiem spectantem. E tribus à Minoē urbibus ædificatis, Phæstus restat, eam euertere Gortynij, à Gortyne LX. stad. absentem, à mari uiginti, ab emporio Metallo quadraginta, agrum quidem possident, qui illam euerterunt. Gortynijs quoq; subiectū est Rhytiū cum Phęsto. Phęsto oriundū expiationes carminibus facientem Epimenidem ferunt, qui librum de purgamentis uersibus edidit. Olyssa quoq; Phæstiæ oræ est. Lyctus de qua iam meminimus antea, emporiū habet quod Cherronesus siue peninsula appellatur, ubi Britomartys ædes sacra est. Annumeratæ quidem quondā urbes deletæ sunt, Miletus scilicet & Lycastus, agrū sibi diuisere, partim Lyctij partim Cnossij, euersa prius urbe. Cūq; dicat poëta insulam, nunc quidem c. nunc autem nonaginta urbes continere, Ephorus sanè posterius decem conditas esse asserit, secundū Troiana tempora, ab Althemene Argiuo, comitantibus Dorienſibus. Cretam sanè nonaginta continentem urbes ab Vlysse nominatā dicit, hic profecto probabilior est sermo. Alij autem decem ab Idomenei

Gortyna.
Cydon.
In Catalogo.
Lebenus.
Metallū emp.
Lethæus fluui.
Leucocomas.
Euxynthetus.
Dictæus Iupp.
Dicte.
Prasus.
Dictynna.
Tityrus.
Dictynnæum.
Cydonia terra
Aptera.
Cisamus.
Polyrrhenij.
Phalasarna.
Phæstus.
Metallus.
Rhytium.
Epimenides.
Olyssa.
Cherronesus
emporium.
Britomartys.
Miletus.
Lycastus.
Creta urbes.
Althemenes.

inimicis urbes euersas fuisse memorant. Cæterũ poëta non Troianis temporibus, sed potius ætate sua Cretam ἑκατόμπολιν, id est centum urbibus instructam esse inquit. Ipse enim è sua persona loquitur, quod si quis eius temporibus loquens introduceretur, sicut in Odyssea cum urbes nonaginta refert, sic recte accipienda esset elocutio, & sequens saluaretur oratio. Necp enim durante militia necp post Idomenei reditum ex Troia, eius inimici probabiliter decem urbes destruxere. Nam eius rei testis est poëta hoc modo dicens,

Creta Hecatõpolis.

Odyss. γ. πάντας δ' ἰδομενεὺς κρήτην ἐισήγαγ' ἑταίρους
οἱ φύγον ἐκ πολέμου, πόντῳ δ' ἐ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα.
Idomeneus cunctos Cretæ perduxit amicos
E bello profugos, ponti nullum abstulit unda.

Huius etiam iacturæ mentionem fecisset. Haud enim Vlysses earum urbium destructionem nouerat, cuius nullum conueniisse Græcum neque cum erraret, nec postea contigerat. Ille autem & in expeditione socius Idomenei, & simul incolumis euadens minime sciebat, quid illi domi obueniisset dum militaret, & in suo à bello reditu, sed necp post è bello reditum. Nam si cunctis cum socijs & amicis euasit incolumis, potens utiq; reuersus est. Quo circa inimici non tantum inualescere debuerunt, ut decem illius urbes interciperent. Talis est igitur oræ Cretensium circuita descriptio. Rei uero publicæ, quam Ephorus scriptis exposuit, primarias percurrere partes sufficiat. Maximum autem, legumlator inquit, bonum esse uidetur, si ciuitates ad libertatem conditæ fuerint. Hanc enim solam esse, quæ bona possidentium propria esse facit. Bona uero quæ in seruitute sunt, non subditorum, sed imperantium esse. Qui uero ipsam habent, his necessariam esse custodiam, itaq; concordiam seditioni altius excrescenti aduersari, quæ è delicijs gignitur & auaritia. Quod si cuncti modeste, tenuiterq; uitam degant, eis non inuidiam, non contumeliam, non odium denicp obstare paribus. Ideoq; pueri ad conuentus, quos greges appellabant commeare uidebantur, uiri autem ætatis adultæ ad conuiuia quæ uiriλία uocabantur συσσίτια, ut tenuiores æqualem cum locupletibus portionem è publicis alimentis assequerentur. Vt autem non formidinẽ, sed fiduciam capesserent in armis ac laboribus, ab ineunte pueritia consuefacere, ut calorem & frigus & uiam asperam accliuemq; & arduam despicarentur, inq; gymnasijs instructisq; pugnis plagas paruifacerent. Eos uero arcubus & inter arma saltibus exercere, quos principio Curetẽ illis ostendisse ferunt, deinde instruxisse ut saltationẽ quã Pyrrhicham appellauerit saltarent, adeo ut ne ludus quidem bellicæ fuerit utilitatis expers. Similiter & rhythmis Cretensibus, modulationibus atq; concentibus uterentur, qui ad cantilenas tenorem haberent intentissimum, quos Thales inuenisset ad quem ut repertorem & hymnos Pæanas & alios gentis illius cantus, magnamq; legum partem reponunt & attribuunt. Præterea & sagulo & calceo uti militari, eisq; arma in primis pretiosissima fieri munera. Plericq; tradunt mores Cretenses magna ex parte Laconicos esse, at rei ueritas habet, ut illorum quidem inuenta diligentius à Spartanis expolita fuerint, Cretenses datas in peius ciuitates neglexere, præsertim Cnossiorum res bellicas abolentem. Quasdam uero institutiones legésue apud Lyctios atque Gortynios, aliásque pusillas quaspiam urbes potius quàm apud illos esse. Etenim qui Laconica uetustiora esse indicant, Lyctiorum leges testes faciunt, quoniam eorum coloni quoque suæ metropolis mores consuetudi-

Libertas.

Greges apud Cretenses.

Syssitia.

Cretẽsiũ resp.

Pyrrhicha saltatio.

nemq;

nemq; conseruant, quia stolidum alioquin esset, eos qui in meliori urbanæ rei consistant, deteriorum se imitatores ostendere. Sed enim hæc haud recte dici. Vetusta nanq; ex ijs quæ modo consistunt in coniecturam adduci minime conuenit, cum utraq; in contrariam exciderunt conditionem. Cretenses enim prioribus annis nauigandi principatū tenuisse, unde in ueteris prouerbij sermonē uulgatū est, si quis quę nouit, se ignorare dissimulet, Cretes nescit pelagus. Nūc autē rem amisere nauticam. Quod uero nonnulli Spartanorum in Creta ciuitatum coloni fuerint, & in earum institutis permanere coacti sint, liquet, cum etiam permultæ colonię leges patrias non obseruent, permultæ etiam quæ coloniæ Cretensium non sunt, eadem tenent, quæ illæ coloniæ. Lycurgum quidem Spartanarum legum latorem, Althemene, qui coloniam misit in Cretam, quinq; ætatibus iuniorem extitisse constat. Hunc enim Cisi filium, qui Argos ædificauit, quo tempore Patrocles Spartam condidit, rerum scriptores asserunt. Lycurgum uero sextum secundum Patroclē extitisse, nemine discrepante memoratur. Neque enim imitationes exemplaribus esse priores, neq; nouiora uetustis. Saltationémq; Lacedæmonijs consuetā, & cōcentus rhythmicos & Pæanes lege decantatos, & alia complura pro ritu ab illis Cretica uocari, quippe cum inde deducta sint, non negent. Ex priscis autem partim easdē habere gubernationes & rerum cognomina, sicuti seniorum magistratum & equitum, ultra Cretenses equites, & equos tenere contigit. Ex quo argumentum faciunt uetustiorem esse equitum dignitatem quàm Cretensium. Verum enim eos adhuc appellationem conseruare. Ipsos autem sicut in Creta alendorum equorum studium non habere. Ephoros uero eadem quæ in Creta administrare munera, cæterum alijs nominari uocabulis. Virilem autem συσσιτίαν, id est conuictum, penes Cretenses in hanc usque tempestatem seruare nomen, apud Spartiatas non eo durare quo prius appellatam nomine. Apud Alcmanem sanè sic manere,

Cretēsis mare nescit, Prouer.

Althemenes. Cissus. Argi cōditor. Spartæ author Patrocles. Lycurgus.

Ephori.

Syssitia.

φθίνας δὲ ϖ ϛνβιάζοισιν ἀνδρείων ϖδὰ λαυτυμόνοισι
πρέπε παιᾶνα κατάρχειν ὑπὸ τῶν κρητῶν. id est,

In uirilibus uero cœtibus ut Phthines author est ad conuiuas
Decebat inchoare Pæana.

Vulgatū quoq; est inter Cretenses Lycurgū talem ob causam peregrinatū quandoq; fuisse. Polydectes quidē Lycurgi frater natu maior erat, hic in exitu uitæ prægnantem reliquit uxorem, interim Lycurgus fratris loco regni tenebat habenas, edito autem in lucem puero, eum Lycurgus tutorio regebat officio, ad quem regni erat dignitas peruentura. Quidam uero illum conuicio mordens, palàm se scire dixit, qua ex causa ipse regnaturus esset. At ille capta inde suspicione, ut ex hoc sermone insidiarū in puerū calumnia uulgo caperetur, formidans, ne si quo casu puer interiret, ipse illā ab inimicis culpam incurreret, carpit iter in Cretam. Hæc peregrinationis causa disseminatur. Eò profectum Thaleti musico & iurisconsulto cōsuetudine sese deuinxisse, à quo doctus fuit, quonam modo primum quidem Rhadamāthus, deinde Minos leges à Ioue ad mortales ederet. Tum in Ægypto uersatū gentis illius iura didicisse, aduentantē deinde Chium cum Homero secundū quosdā colloquiū habuisse, rursum in patriā redijsse, ibiq; ex Polydecte fratre Charilaum nepotem imperantem reperisse, postea ad ordinandas leges incitatum, Apollinem Delphicū adijsse, & inde instituta deferentem, Minoiū in morem è Iouis antro, ma

Polydectes.

Lycurgus.

Thales musicus.

Lycurgi leges

Charilaus.

gna ex parte ſimilia promulgaſſe. Ephorus primaria in ſingulis talia prodidit. A-
Cretenſium ætas. pud Cretenſes eiuſdem ætatis uxores capiendas, cunctos compellunt, quos è puerorũ grege deligunt. Nec uero ſtatim nuptas ad ſe puellas deducũt, ſed cum ad domeſtica gubernanda ſatis idoneæ fuerint. Dotis magnitudo eſt, ſiquidem frater eſt, fraternæ partis bonorum dimidium. Pueros quidem literas diſcere, & ex legibus cantilenas, & quaſdam muſicæ ſpecies inſtruunt. Eos uero adhuc iuniores ad Syſsitia perducunt uirorum, humi autem ſedentes inter ſeſe degunt, uilibus tecti amiculis, ĩſdemq; ſeu hybernum tempus, ſeu æſtas fuerit. Et ſibĩpſis & ad pugnam conferentibus uiris miniſteria faciunt, eodemq; ex cibo & ſibi inuicem, et aduerſus alterũ miniſtrant epulum. Cuilibet uirorũ robuſto pręficitur legum magiſter. Maiores ad greges deducuntur, elatiores inter pueros ac potentiores greges adunant, & ſingulis pro eorum uiribus quamplurimos aggregant. Pater autem aggregatoris ut plurimum præfectus eſt, gregis authorq; eſt ad uenationes educendi, currendiq; certamina & rebellem quempiam puniendi. Etiam publicis educantur alimentis. Certis autem diebus grex aduerſus gregem cum tibia & lyra, cum rhythmis magnis ad pugnã conferunt, ſicut in re conſueuere bellica, plagas inferunt, aliquas quidem manu tenus, quaſdam autem armis ferreis. Proprius item illis de amoribus
Amatorum raptus. mos eſt, ut non ſuaſu, ſed uiolentia & raptu amatum corripiant, amator triduo aut amplius familiaribus prædicit faciendam à ſe rapinam. Qui uero puerũ aut occultent, aut ſtatutam ire uiam non ſinant, turpiſsimi iudicantur, perinde ac puerũ tali amatore indignum eſſe fateantur. Siqui tamen ſint uel æqualiũ, uel ætate prouectiorum qui ad honorem pueri alĩs rapiant, ĩj cõuenientes, & in fugam eos ſolum conuertentes, moderate obſiſtunt, legitimũ adimplentes munus. Alia uero concedunt hilares ſcilicet abducere, quod ſi indignus ſit, auferunt. Exitus autem rei quædã eſt oſtentatio, quoad puer ad raptoris ætatem perueniat. Amabilem autem non tam formoſum putant, quàm roboreac uenuſtate præſtantem, & donis affectum abducit puerum, ab eo ad quem mauult locum, ĩs qui adſunt raptum concomitantibus. Vbi uero cœna uenatuq; omnes accepit, è ueſtigio dimittit. Non enim licet longiore ſpatio puerum retinere. Exinde ad urbem reuertuntur, puerq; cum muneribus abſcedit, tum adductum bimeſtri tempore in urbem reducũt muneribus, & militari ſtola & boue & patera donatum. huiuſmodi enim ex lege ſanciũtur dona aliaq; plura pretioſa, ut amicos propter ingentem impenſarum uim cõſortiatur. Bouem igitur Ioui immolat, facto inter redeuntes comites conuiuio. Poſtea o-
†*Perhibente, for.* ἐπιφέρων. ratio ad amantem habetur, ſiue ſit oblectatus, ſiue non, idipſum lege† prohibẽte. Si quidem quiſpiam uim illi fecerit, eo ipſo in raptu, hunc ibidem ſe torturos abacturosq;. Verum honeſtis formam, ſpeciei decorem, maiorumq; gloriam, ne amentur
ἐπιφαθόμενοι. obſtare, qui hunc in modum afficiantur. Qui quidem † interſunt honeſtantur (ſic enim raptos uocant) quippe qui in ea ætate atq; in curriculis ampliſsimos ſortiantur locos. nam prętexta cęteris ſplendidius ornantur, quã dono ab amatoribus acceperũt, neq; ea tantum ætate, ſed etiam plene adulti inſigniore utuntur ueſtimẽto,
κλεινὸς. quo quiſq; habitu facile internoſcitur, & amaſiũ quidem κλεινὸν, id eſt illuſtrẽ, aman
φιλήτωρ. tem uero φιλήτορα, id eſt ardentem appellant. Hæc & alia ſunt de amatoribus Cretenſium legitima. Præfectos autem decem eligunt, quibus ad maxima conſiliarĩs utũ-
Senes. tur, quos ſenes uocitant. Hanc ad curiã conſtituuntur, qui ornamento principatus digni iudicãtur, cæteriſq; in rebus probati. Cretenſem equidem rem dignam, quæ

ſcrip

ſcriptis mandaretur ratus ſum, tum propter illius proprietatẽ, tum propter eorum opinionem atq; gloriam. Earũ uero legum non multa perdurant, ſed plurima Romanis adminiſtrãtur edictis, quemadmodum & in aliꝭs prouincijs euenit. Inſulæ autem circa Cretam ſunt Thera, Cyrenenſiũ metropolis, Spartana colonia. Apud eam iacet Anaphe, in qua Ægleti Apollinis templũ extat. Dicit autẽ Callimachus, Thera. Anaphe. Aegletus Apollo.

ἀιγλήτ̃ω ἀνάφλωτε λακωνίδι γείτονα θήρᾳ. id eſt,

Nunc quidem hoc pacto Ægletem Anaphemq; Laconicæ finitimam Theræ.

Nunc uero Theræ mentionem faciens, ait,

μήτηρ ἠυίππε πατρίδ' ἱμερτῆς. id eſt,

Noſtræ mater patriæ, quam equitum ſplendor illuſtrat.

Dia. Theraſia. Ius inſula. Homeri ſepulchrum. Sicenus. Laguſa. Pholegandrus. Cimolus. Cimolia terra. Siphnus. οἰφνῶ ἀσφάραγον. Melos.

Eſt autem oblonga Thera ducentorum in circuitu ſtadiorũ ad inſulam Díam iacens, Heracleo Cnoſſio propinquã. Diſtat autem à Creta ſtad. ſeptingentis, cui & Anaphe & Theraſia uicina eſt. Ab iꝭs ſingulis Ius parua inſula abeſt, in qua poẽtam Homerum ſepultum eſſe aiunt. Ex Io uero in occaſum nauiganti Sicenus occurrit, & Laguſa & Pholegandrus, quam Aratus ferream nuncupat, ob eius duritiam & aſperitatem. Hiſq; finitima eſt Cimolus, à qua terra Cimolia nuncupatur. Ab ea Siphnus uiſui ſpectabilis eſt, in qua Siphnium aſtragalum ob tenuitatem appellant. Propior item eſt Cimolo & Cretæ Melos inſula, iſtis dignitate præſtantior. Abeſtq; ab Scyllæo promontorio Hermonico ſtadiꝭs ſeptingẽtis, & ferè totidem à Dictynneo. Eius incolas Athenienſes quondam immiſſo exercitu uſq; ad puberes uniuerſos fermè trucidarunt. Hæ quidem inſulæ in Cretenſi iacent pelago. In Ægæo magis Delos eminet, & circũſtantes illi Cyclades, & ipſis incumbentes Sporades, id eſt diſperſæ, de quibus illæ ſunt quas circa Cretam enarrauimus. Delos igitur urbem habet in plano poſitam & Apollinis templum atq; Latonæ. Cynthus autem mons ſublimis & aſper incumbit urbi, amniſq; per inſulam non ſanè magnus labitur, Inopus nomine. inſula enim parua eſt, ipſa ſanè antiquitus magno in honore fuit deorum gratia, ab † heroicis inchoans temporibus. Fabulæ nanq; tradiderũt Latonam hoc in loco pariendi ſoluiſſe dolores, cum Apollinem ſimul & Dianam in lucem edidit. Antea quidẽ (ut ait Pindarus) intolerãda erat inter undas uarijs undiq; flatibus agitata, ſed cum uicinus doloribus aduenit partus, quatuor terreſtribus è truncis columnæ, dura in petra ſolido ex adamante continuerunt, ubi fœlicem enixa eſt ſtirpem. Eam ſanè circũhabitatę glorioſam reddiderunt inſulæ, quas proinde uocauere Cyclades, & honoris ac cultus gratia ſpectatores & ſacra publice miſerũt, ſimul & uirgineos cœtus, & frequẽtiſſimos conuentus aggregabãt. Initio quidẽ duodecim fuiſſe perhibẽtur, pluresq; agnatę ſunt. Artemidorus autẽ circa Helenam dinumeratis ab Thorico (inquit) uſq; Suniũ Macra adiacet, ad ſtad. LX. longitudine. Ab hac enim ait Cyclades exiſtunt. nominat autẽ Ceon, Helenæ propinquiſſimã. Secundũ hãc Scythrũ, & Seryphũ, & Melũ, & Syphnum, & Cimolũ, & Prepeſinthum, et Oliaron. Poſt has Parum, Naxum, Syrũ, Myconũ, Tenũ, Andrũ, Gyarũ, alias quidẽ ad duodecim attribuendas arbitror, Prepeſinthũ quidẽ & Oliarũ & Gyarũ minime. E quibus cum ad Gyarum iactis ſtarem in ancoris, quendã agnoui tunc uiculũ, quem piſcatores incolerent. Cumq; inde ſolueremus, legatũ quendã à piſcatoribus ad Cæſarẽ miſſum aſſumpſimus (erat aũt Cæſar Corinthi ad Actiacũ tendẽs triumphũ) eò ille nauigãs unà ad percontãtes reſpõdit, quod leuãdi gratia tributi, legatione fũgeretur ad Cæſarẽ.

Delos. Cyclades. Sporades. Cynthus. Inopus. * ὃς ἦ κρουνὸς χῶρῳ χείνῳ. Latonæ partus. Helena inſula. Ceos. Scythrus. Seryphus. Syphnus. Cimolus. Prepeſinthus. Parus. Naxus. Myconus. Andros. Tenos. Gyaros. Oliaros.

Drachmas enim centũ & quadraginta sese soluere, è quibus centenas magna cum difficultate pendere possent. Eorum etiam Aratus initium declarat inopiam,

ὦ λητοῖ, σύμμιγέις μὲν σιδηρείῃ φολεγάνδρῳ
δαλὴν γύαρον παρελεύσεται αὐτιχ' ὁμοίλῳ. id est,

Tu quidem ô Latona in ferrea permanes Pholegandro,
Miseranda utiq; nunquam ad Gyarum ilicet similem aduentabis.

Delum igitur hunc in modum in magno gloriæ gradu cõstitutam. Corinthus etiam à Romanis euersa, ampliorem in modum † accumulauit. Eò enim negotiatores commigrarũt, præsertim cum eos templi immunitas accerseret, & ipsius portus inuitat † occasio. Etenim ex Italia & è Græcia in Asiam nauigantibus commodissime iacet, conuenientium quoq; frequentia rei mercatoriæ conducit, interq; cæteros maxime Romani in ea familiariter obseruabantur, etiam stante Corintho. Et Athenienses redacta in potestatem insula, & sacrorum & negotiatorum curam suscepere præcipuam, Mithridatici uero duces eam inuadentes, tyrannusq; illam ad desciscendum impellens, cuncta uastarunt, cæterum domum rege regresso, Romani denuo desertam recuperarunt insulam, & ad hoc usq; tempus in summa perdurat inopia, Athenienſium ditioni subdita. Rhenea autem quædam, & destituta extitit insula, ab Delo quatuor distans stad. in qua Delijs sunt sepulchra. Haud enim inter Delon mortuos aut sepelire, aut cremare fas est. Canem etiã in Delo alere nephas. Eam prisci Ortygiam nominauere, Ceos autem quaternas continens urbes, inde tetrapolis uocitata. Duæ uero restant, Carthæa scilicet, & quã Iulidem appellant, ad quas reliquarum habitatores concurrerũt, Carthæam quidem à Pœëessa, Iulidem uero è Coriſſia. Ex Iulide Simonides condendorum author carminum, duxit originem, necnon illius ex fratre nepos Bacchylides, & postea Erasistratus medicus insignis, & ex Peripateticorum secta philosophorũ Aristo, Bionis Borysthenensis æmulus. Penes istos lex aliquando lata fuisse uidetur, cuius & Menander meminit,

καλὸν τὸ κώων νόμιμόν ὅτι φανία,
ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Bella inquit lex Coënsium est Phania,
Qui recte uiuere nequit, turpiter ne uiuunto.

Edixit enim ut uidetur lex, maiores annis sexaginta natos, aconito uitam finire, ut reliquis cibaria sufficerent. Cumq; ab Athenienſibus obsidione urgeretur aliquando, decreuisse memorant, ut ex eis natu maximi morti dederentur, definito annorũ numero, eos autem illi obsidere destiterunt. Situm est in monte oppidũ, longe à mari ad quinq; & uiginti stadia. Eius emporium locus est, in quo Coriſſia sita fuerat, ne unius quidem pagi uici ue inquilinos aut mansiones habens. Penes Coriſſiam uero Sminthei Apollinis situm est templum, penesq; Pœëessam. Inter ædem autem & Pœëessæ parietina Neduſiæ Mineruæ sacellum est, quod Nestor secundum eius à Troia reditum ædificauit. Coriſſia quoque Helixum habet amnem. Post hanc Naxus & Andrus haud memorabiles sanè insulæ, & Parus è qua natus est Archilochus poëta. Parij quidem Thasum ædificarunt. Est & in Propontide Parium oppidum, in hoc profecto ara esse dicitur digna quam spectes, latera ad unius stadij mensuram habens. Parus lapidem producit, quem Parium appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. Est enim Syrus priore

produ

ὄξυσε creuit. Corinthus celebris. Opportunitas εὐκαιρία. Rhenea. Deliorum sepulchra. Canis in Delo. Ortygia. Ceos. Carthæa. Iulis. Pœëessa. Coriſſia. Simonidis patria. Bachylides. Eraſiſtratus. Aristo. Aconitum pro senibus. Coënsium lex. Neduſia Minerua. Archilochi patria. Thasus. Parius lapis. Syrus insula.

producta syllaba, è qua Pherecydes Babius duxit originem, eo iunior est Athenæus. Huius mentionem poëta feciſſe uidetur, Syriam illam appellans,

νῆσός τις συρίη κικλήσκεται ὀρτυγίης.

Insula quædam Syria Ortygiæ stat litore supra.

Pherecydes Babius.
Athenæus.
Odyss. o.
Syria inſ.

Extat & Myconus, sub qua gigantum nouissimos ab Hercule mactatos iacere fabulantur, è qua deriuatum est prouerbium, Omnia sub unam Myconum. quandoquidem quæ natura distinguuntur, sub unum titulũ descriptionemq; ducuntur. Myconios etiam quidam caluos appellant, cum illud uitium ea passim exuberet in insula. Seriphus autem est, in qua ea facta uulgantur, quæ dicũtur in fabulis, Dicten piscatorem arcam adduxisse retibus, in qua Perseus cum matre Danaë positus tenebatur, cum pater Danaës Acrisius utrunq; abiecisset in mare. Ista in insula educatum fuisse Perseum proditur, qui cum caput Gorgonis allatum Seriphijs ostendisset, uniuersos mutasse fertur in lapides, idq; in matris ultionem factitasse, quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptijs inuitam adegisse constituisset. Adeo autem lapidosam esse Seriphum, ut qui † conuiciantur, id inspecta obuenisse Gorgone causentur. Tenos quoq; urbem non sanè magnam habet, uerũ Neptuni phanum ingens in luco extra muros spectatu dignum, in eo capacissima discumbentium conuiuarum ædificata sunt triclinia, illud signum est abundantem finitimorum multitudinem eò conuenire solitam, qui unà Neptuni sacrificia celebrarent. Est etiam Amorgus è Sporadibus una, è qua genitus est Simonides Iamborum poëta, & Lebinthus, & Leria. Hinc illud Phocylidæ,

Seriphus.
Dictes.
Danaë.
Perseus.
Polydectes.
* οἱ κεραμεῶται.
Tenos.
Amorgus.
Simonides.
Lebinthus.
Leria.

λέριοι κακοί, οὐχ' ὁ μὲν, ὁς δ' οὔ,
πάντες, πλὴν πατροκλέος
καὶ πατροκλῆς λέριος. id est,

Lerij mali, non unus quidem, alter uero minime,
Sed uniuersi, excepto Patrocle,
Etenim Patrocles Lerius.

Eius nanq; loci homines, ut improbi criminabantur. Apud illam Patmos est, atq; Coraſſiæ ab occasu Icariæ propius iacentes, Icaria uero Samo. Icaria quidem deserta manet, at egregia cõtinet pascua, quæ usurpantur à Samijs. Huius generis cum sit, tamen celeberrima est, & ab ea Icarium pelagus adiacens uocabulũ adipiscitur, in quo & ipsa cõtinetur, & Samus, & Cos, & modo dictæ Coraſſiæ, & Patmos, & Lerus celeber. In ea mons Cerceteus magis q̃ Ampelos, qui urbi Samiorũ incumbit, Icario mari Carpathium coniungitur, ex parte austri, hinc autem Ægyptium, ab occasu autẽ Creticũ & Africanũ. Permultę uero in Carpathio mari Sporades continentur insulæ, inter Con præsertim ac Rhodon, atque Cretam, quarum sunt Astypalæa & Telus, & Chalcia, & quas in nauium catalogo nominauit Homerus,

Patmos.
Coraſſiæ.
Icaria.
Icariũ pelag.
Samos.
Icarium mare
Cos.
Lerus.
Cerceteus.
Ampelus.
Carpathiũ mare.
Astypalæa.
Telus.
Chalcia.

οἵ θ' ἄρα νίσυρόν τ' ἔιχον, κράπαθόν τε κάσόν τε
καὶ κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσούς τε καλύδνας. id est,

Qui Nisyron habent celsam Crapathumq; Casumq;,
Eurypyliq; urbem Con, æquoreasq; Calydnas.

Nisyros.
Carpathus.
Casus.
Cos.
Calydnæ.

Præter Con enim ac Rhodon, de quibus postea differendũ erit, alias inter Sporadas ponimus, & hoc in loco eas meminimus, licet non in Europa, sed in Asia computatæ sint, quandoquidem ut unà cum Creta Cycladibusq; Sporadas ipsas

complecteremur, quodam nos modo urgebat oratio seriesq; dicendi. Cæterum in ipso Asiæ situ circunscribendo, contiguas illi adscribemus insulas, præcipue quæ
Cyprus. dignæ ut referantur uidebuntur, Cyprum, Rhodum, Con, & quæ iacent ordina-
Samos. tim in litore, Samum, Chium, Lesbum, Tenedum. In præsentiarũ Sporadas ipsas,
Chios.
Lesbos. quæ dignæ relatu restant, percurremus. Astypalæa igitur procul satis extat in pela-
Tenedos. go, unam habens ciuitatẽ. Telus autẽ ad Cnidiam protenditur oram, longa, subli-
Astypalæa. mis, angusta, circuitum ad quadragena & centena complectens stadia, cui & sta-
Nisyros. tio nauium adest. Chalcia quidẽ stadia à Telo octoginta abest, à Carpatho autem
Carpathus. quadringentis, & ab Astypalæa bis totidem, habetq; uicum habitatum eiusdem uocabuli, Apollinis delubrum & portum. Nisyrus quidem ab aquilone affinis est Telo, ab ea stadia circiter sexaginta semota, quantum & à quo disiungitur, rotunda, celsa, saxosa, molendinarijs abundans lapidibus, finitimis igitur urbibus ab ea molarum suppetit copia. Sui quoq; nominis habet oppidũ & portũ, aquarumq; scaturigines calidarum, phanumq; Neptuni, eius ambitus est stadia octoginta. Sunt & penes eam paruæ quædam insulæ iuri Nisyrorum adscitæ. Fama est, Nisyrum fragmentum Coæ insulæ fuisse. Adijcitur fabulæ, Neptunũ gigantũ quempiam persequentem, Polyboten, ab insula Coa tridente suo frustum auulsisse, inq; illum iaculantem fragmen ipsum proiectum, insulam mansisse, appellatamq; Nisyrum insulam, sepultum ibi continens gigantem. Tametsi quidam asserant, sepulchrum eius in Co esse. Carpathus autem quam Homerus Crapathum uocat, excelsa est, circuitum ducentũm stad. habens. Fuitq; urbibus quatuor pollens, & nomen celebre consecuta est, à qua pelago quoq; nomen est inditum. Vna uero urbium ipsarum Nisyrus dicta est, cognominis quidẽ Nisyrorũ insulæ. Iacet autem ab Aphrica ad litus album, quod ad stadia mille abest, à Salmonio autem Cretæ
Salmonium. promontorio CC. & L. ambitus eius est LXX. stad. In ipsa ciuitas est eodem dicta
Casiorum inſ. nomine. Circum illam uero complures insulæ sunt Casiorum nominatæ. Poëta
Calydnæ. Calydnas (ut aiunt) Sporadas appellat insulas, quarum unam esse Calymnam, si-
Calymna. cuti Nisyrorum & Casiorum uicinæ ac subditæ, ab eis nomen assequuntur insulæ, sic & circunstantes, Calymnas ab ea nominari, probabile fit, quæ annis illis fortè Calydna uocabatur. Plerique sanè duas esse Calydnas asserunt, Lernum atque Calymnam, quas quidem etiam dicere poëtam dixere. Scepsius autem scriptis suis
Lernos. testatur pluratiuo Calymnas numero insulam nominatam, quemadmodum & Athenas & Thebas. Oportet autem poëtæ dictum per hyperbaton accipere. non enim insulas Calydnas inquit. Alij uero sic,

Hom. locus Iliad. β. νήσους νίσυρόν τ' ἔχον κραπαθόν τε κάσόν τε
καὶ κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσούς τε καλύδνας. Id est,

Insulas qui Nisyron habent celsam Crapathumq; Casumq;,
Eurypyliq; urbem Con æquoreasq; Calydnas.

Totum quidem insulare mel, ut plurimum urbanum & iucundum est, & æmulum Attico. At uero quod in hisce oritur insulis reliquum antecellit, potissimum autem Calymnium.

DECIMI LIBRI FINIS.

ARGV

VNdecimus Asiam incipit, quam Tanais in superioribus septentrionis partibus nascens disiungit ab Europa. Cõtinet hic liber gentes Tanaidis ortui adiacentes, orientem ac meridiem uersus, item omnes Barbaras nationes, quæ Caucasum montem accolunt, è quibus sunt Amazones, Massagetæ, Scythæ, Albani, Iberes, Bactriani, Caspij, Medi, Persæ, Armeniæ duæ usq; in Mesopotamiam. Cõplectitur etiam Troglodytas, & gentes eas quæ Heniochi dicuntur. Item Sceptuchos, Choanos, Assyrios, Polyphagos, Abianos, Siracos, Tapyros. Meminit Iasonis, & Medeæ, & urbium quas condiderunt, meminit etiam Xerxis, Mithridatis, & Alexandri eius qui ex Philippo natus est.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER VNDECIMVS.

EVROPAE continua est Asia, ad Tanaim flumen illi coniuncta, de qua deinceps dicemus, & euidentiæ gratia naturalibus quibusdam terminis loca omnia † destinabimus. Quod itaq; Eratosthenes fecit in toto terrarũ orbe, idem nobis in Asia faciendum est. Nam Taurus mediam quodammodo continentem hanc diuidit ab oriente in occidentem, cuius partem ad aquilonem relinquit, partem ad meridiem. Alteram Græci interiorem uocant, alteram exteriorem. Quæ & si à nobis ante dicta sunt, memoriæ tamen gratia, repetantur. Mons hic multis in locis latitudinem habet stadiorum trium millium, longitudinem quantum Asia stad. circiter XL. & quinq; millia, à transmarina Rhodi ora usque ad Indiæ ac Scythiæ extrema orientem uersus. Idem in nomina ac partes multas diuiditur, quarum aliæ maiores, aliæ minores ambitus comprehendunt. Sed quoniam in tanta montis latitudine gentes quædam continentur, aliæ obscuriores, aliæ omnino notæ, ut Parthi, Medi, Armenij, & Cappadocum quidam, præterea Cilices & Pisidæ. Quicunque ad borealem plagam declinant, in borealibus ponendi sunt, quicunque ad australem, in australibus. Qui in medio montium iacent, ij propter aëris similitudinem ad boream sunt collocandi. nam frigidi sunt, australes uero calidi. Porrò flumina quæ hinc decurrunt omnia ferè in cõtrarias labuntur partes, alia in boreales, alia in australes, & si nonnulla postea ad orientem uel occidentem conuertantur. Et natura fert, ut montes eos pro confinijs habeant, quibus Asiam diximus in partes duas diuisam, quemadmodum mare quod intra columnas est, quod cum maxima ex parte è directo sit ijs montibus duas efficit continentes, Europam atque Aphricam, quarum id aptissimũ quoddam confinium est. Sed quoniam ijs qui ab Europa in Asiam transeunt, borealia ex Asiæ diuisione prima sunt in geographia, ab ijs incipiendum est. Horũ autem ipsorum prima sunt quæ Tanaidi adiacent, quem nos Europæ atq; Asiæ limitem posuimus. Hæc quasi peninsulã quandã efficiunt, quæ ab occidente Tanaide flumine, ac Mæotide ambitur, usq; in Bosphorum & maritimam Euxini oram, quæ ad Colchos desunt à septẽtrione oceano usq; ad Caspij maris os. Ab oriente, hoc

Asiæ termini.

* *distinguemus pot. Asiæ nómas.*

Taurus mons.

Asiæ partes.

Tanais flu.

Cyrus. Araxes. eodem mari usq; ad Albaniæ & Harmeniæ cõfinia, ubi Cyrus & Araxes emittuntur, quorum alter per Harmeniam, Cyrus per Iberiam & Albaniam fluit, ab austro autem terra quæ est ab ostio Cyri usq; in Colchidem trium millium ferè stadiorum, à mari in mare per Albanos & Iberas. Quapropter isthmi rationem obtinet, qui hunc isthmum tantum dixerunt, quantum Clitarchus, qui eum ab utroq; pelago perfusum dicit, non sunt audiendi. Posidonius putat eum mille & quingentûm esse stadiorum, quantum isthmum, qui inter Pelusium est atq; rubrum mare. Videtur, inquit, nec ab eo differre, qui est à Mæotide in oceanũ. Sed ego non uideo quomodo quisquã ei incerta credat, de quibus ueri similitudinẽ nullam afferre potest, cum de certis adeo dicat imprudenter, quanquã Pompeio familiaris fuerit, qui in Iberas & Albanos duxit exercitum, usq; ad utranq; & Colchici & Caspij maris partem. Tradunt enim Pompeium cum ad piraticum bellum exiret, & mox contra Mithridatem esset exiturus, Rhodum uenisse atq; disputanti Posidonio affuisse, cui in discessu interroganti, num quid iuberet, respondisse Posidonium ferunt, ἀεὶ ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Se gereret clare atq; alios excelleret omnes.

Pompeius. Posidonij responsum.

Hyrcaniũ mare. Caspiũ mare.

Hucaccedit quod eius historiã scripsit, unde oportuit diligentius eũ ueritatem exquirere. Secunda pars erit terra quæ ultra Hyrcanium pelagus iacet, quod Caspium appellatur usq; ad Scythas, Indis uicinos. Tertia erit ea quæ dicto isthmo cõtinua est. nam post hunc & Caspias portas sequuntur loca Europæ proxima, & ijs quæ cis Taurum sunt, ut Media, Armenia, Cappadocia, & quæ interiacent. Quarta pars erit regio quæ cis Halym est, & quæ in ipso Tauro sunt & extra Taurum, quæcunq; in peninsulam incidunt, quam isthmus efficit, qui Ponticum mare dirimit à Cilicio. Ex his quæ cis Taurum sunt, Indiam ponimus & Arianam usq; ad gentes, quæ ad Persicum mare & Arabicũ sinum ac Nilum uergunt, Ægyptium mare atq; Issicum uersus. His ita dispositis primam partem incolunt à septentrionis & oceani partibus Scytharum quidam Nomades, & in curribus † degentes. Interius uero Sarmatæ atq; ij Scythæ, Aorsi, & Siraci, qui meridiem uersus usq; ad Caucasi montes descendũt, alij Nomades, alij in † tabernaculis degentes, atq; agrũ colentes, circum lacum Mæotæ habitant. Bosphorum uersus Asiatica regio est & Sindica, post quam sunt Achæi, Zygi, Heniochi, Certetæ, Macropogones, ultra quos angustiæ sunt Pthirophagorũ. Post Heniochos Colchis est, sub Caucasijs atq; Moschicis montibus sita. Sed cum Tanaim Europæ atq; Asiæ terminum fecerimus, ab eo incipientes singula peragremus. Fertur itaq; Tanais à septentrionis partibus Nilo contrarius, nõ tamen per diametrum (ut quidam putant) sed orientalior originem ut ille incertam habens. Verum Nilus magna ex parte notus est, ac regionem percurrit totã accessibilem, & longas habet nauigationes. Tanaidis uero ostia scimus. nam duo sunt ad septentrionales Mæotidis partes, sexaginta inter se stadijs distantia, supra ostia uero nihil penè notum est propter frigora & regionis difficultates, quas indigenæ facile perferunt, carnibus & lacte more Nomadũ enutriti, alienigenæ perferre non possunt. Præterea cum Nomades difficulter alijs misceantur, & multitudine & uiribus præstent, intercludunt ne qua ex parte regio permeetur, & ne quas flumen nauigationes habeat. Iccirco quidã existimant, eum fontes in Caucasijs montibus habere cum multus ad septentrionem feratur, postea conuersum † emittere in Mæotim. His Theophanes Mitylenæus uidetur assentiri

Nomades. Sarmatæ. Aorsi. Siraci. Sindica regio. * ἀμαξικοί.

* σκλωίτων. Achæi. Zygi. Heniochi. Certetæ. Macropogones. Pthirophagi. Colchis. Tanaidos cursus & ostia. Moschici montes.

* Sic τὸ ἐκβάλλον fortè interpretatur.

tiri. Quidam à superioribus Histri partibus eum deferri putant, iudicium autem tam longi cursus etiam ab alijs plagis nullum afferunt, quasi de proximo & à septentrione id effici non possit. Ad Tanaim flumen & lacum urbs sita est eodē nomine, à Græcis condita qui Bosphorum habent, eam Polemo rex nuper depopulatus est, cum minus ei obtemperaret. Ea commune emporium erat Nomadum Asiæ, atque Europæ, & eorum qui è Bosphoro lacum nauigant, quorum alij uehunt mancipia, pelles, & si quid aliud Nomadicum est, alij onerant uestem, uinum, ac cætera quæ mitioris uitæ sunt propria, ad stadia centum. Ante emporium insula iacet nomine Alopecia Migadorum hominum domicilium. Sunt aliæ non procul in lacu paruæ insulæ. Tanais ab ostio Mæotidis rectà nauigantibus ad borealia, stad. abest duobus millibus & c c. Sed nec multo pluribus terrestri itinere euntibus. Nauiganti secus terram, & ad octingenta stadia à Tanaide progredienti, primum est is qui magnus Rhombites dicitur, ubi piscatio multa est & conditurę aptę. Deinde aliorum octingentorum stad. interuallo est minor Rhombites, quod promontorium non adeo piscibus abundat. Maiores Rhombitani insulas habent stationibus plenas. Qui uero minorem Rhombiten incolunt Mæotæ sunt, homines operarij. In tota enim hac præternauigatione Mæotæ habitant agricultores non minus quàm Nomades bellicosi, & in gentes plurimas diuidūtur, quorum qui Tanaim accolunt, agrestiores sunt: qui uero Bosphoranis cohærent, mitiorem uitam degunt. A minore Rhombite in Anticeam flumen, & Tyramben stad. sunt sexcenta. Hinc in uicum Cimbricum centum ac uiginti, unde soluunt qui nauigant. In hac præternauigatione quædam Clazomeniorum specu læ inueniuntur. Cimmericum urbs erat in Cherroneso sita, quæ fossa & aggere Isthmum claudebat. Nam Cimmerij olim potentiam in Bosphoro maximā habuere, unde & Cimmericus Bosphorus appellatus est. Hi sunt qui ad Ponti dextram mediterraneam regionem habitantes usq; in Ioniam excurrebant, hos Scythæ ex his sedibus pepulerunt, Scythas autem Gręci qui Panticapæum & alias in Bospho ro urbes habitabant. Hinc in uicum Achilleum sunt stad. xx. in quo Achillis templum est. Hic est angustissimum ostij Mæotidis fretum ad stad. xx. uel paulo plura, habens in ulteriore regione Myrmecium uicum, & Parthenium, Heracleo proximū. Hinc ad Satyri monumentū stad. sunt xc. id est in promontorio quodam positū, hominis in Bosphoro clarissimi ac potentissimi. Proximus est uicus Patraeus, à quo ad uicum Corocondamē sunt stad. c. ac xxx. Is finis est Bosphori, qui Cimmericus appellatur. Sic enim angustiæ uocantur ab ostio Mæotidis, id est ab Achillei & Myrmecij angustijs, usq; ad Corocondamē et oppositū ei uicū Pantica pensis agri, nomine Acrā, qui LXX. stad. freto disiungitur. Nam & huc usq; glacies pertendit Mæotidę, adeo frigore concreta, ut pedibus permeetur. Hæ angustię totę sunt portuosę. Supra Corocondamē lacus iacet, qui ab ea Corocondametis uocatur, & decē stadia à uico in mare emittit. Pars uero Anticiti abrupta, & in lacum influens, insulam efficit, quæ lacu hoc & Mæotide & flumine circuncirca abluitur. Hoc flumē nonnulli Hypanim uocant, quemadmodū id quod est Borystheni proximū, & ad Corocondametim nauigāti est Phanagoria ciuitas memoratu digna, & Cepus & Hermonassa, & Apaturū Veneris fanū. Quarū phanagoria et Cepus sunt in insula ad sinistram nauiganti, aliæ urbes sunt in Sindica ultra Hypanim à dextris. Item in Sindica regio est Sindorū Gorgiptia mari proxima, & Aboraca.

Tanais opp.
Alopecia inf. Migadi.
Rhombitæ.
Rhombites magnus.
Rhombites minor.
Mæotæ.
Anticeata.
Tyrambe.
Clazomeniorū specula.
Cimmerij.
Bosphorus Cimmericus.
Pancicapæū.
Achillis uicus
Myrmecius uicus.
Parthenius ui.
Satyri monumentum.
Patraeus uicus
Corocondame uicus.
Acra.
Corocondametis.
Hypanis.
Phanagoria.
Cepus.
Hermonassa.
Apaturum.
Sindica.
Gorgiptia.
Aboraca.

Bosphorani. Quicunq; Bosphori potentibus parent Bosphorani appellantur. Bosphoranorũ
Panticapæum. metropolis qui sunt in Europa Panticapæum est, Asianorum uero Phanagorium.
Phanagoriũ. Phanagoria. sic enim hæc ciuitas uocatur. Phanagoria emporium est earum rerum quę ex Męo
tide & ulteriore Barbarorũ regione importantur. Earum uero quæ mari aduehun-
Venus Apaturia. tur Panticapęum. Phanagoriæ est insigne Veneris Apaturię templum. Id adiecti-
uum interpretantur, fabulam quandam afferentes, quod cum gigantes Venerem
adorirentur, illa Hercule inuocato, tam diu in latebris quibusdam latitauit, donec
Sindi. gigantes sigillatim excipiens, dolo occidendos exhibuit. Ex Mæotis sunt Sindi &
Dandarij. Toreatæ. Dandarij, Toreatæ, Agri, Arrichi, item Tarpetes, Ouidiaceni, Sittaceni, Dosci, a-
Arrichi. Tarpetes. liiq; complures, è quibus sunt Aspungitani, qui inter Phanagoriã Gorgopiamq;
Ouidiaceni. Sittaceni. habitant quingentorum stad. spatio, quos cum Polemo rex simulata amicitia ado-
Dosci. riretur, nec id eos lateret, sed contra instructi exirent, captus, interemptusq; est. Ex
Aspungitani. Gorgopia. omnibus Asianis Męotis, ijs qui forum habebant, quod ad Tanaim est parebant,
Polemo rex. Pharnaces. Bosphorani uero frequenter iugum detrectabant. Sæpe Bosphoranorum duces ea
Cassander. quæ ad Tanaim usq; sunt occupauerunt præsertim postremi Pharnaces, Cassan-
der, ac Polemon. Pharnaces quoque Hypanim Dandarijs olim per antiquam fos-
sam dicitur induxisse, qua purgata, regionem totam diluit. Post Sindicam & Gor-
gopiam in Achæorum & Zygorum & Heniochorum mari ora, magna ex parte
montosa & importuosa, cum Caucasi pars sit, ij ex maritimis latrocinijs uiuunt.
Lembos habent exiles, arctos, leues, XXV. hominum capaces, rari XXX. suscipiunt.
Camaræ quid. Phthiotæ. Hos lembos Græci καμάρας uocant. Tradunt Phthiotas Achæos, ex Iasonis exerci-
Rhecas. tu Achaiam hanc habitasse, Laconas uero Heniochiam, quorum duces Rhecas &
Amphistratus. Heniochi unde appellati. Amphistratus fuerunt, Castoris & Pollucis aurigæ, unde ἡνιόχοι (ut par est) ex ijs
sunt nominati. Ex his itaq; lembis classem comparantes, & interdum ad naues o-
Heniochorum prædationes. nerarias, interdum ad regionem uel urbem aliquam nauigantes, mari dominan-
tur. Bosphorani eos nonnunquam in stationibus accipiunt, & commeatus & uen
dendæ prædæ copiam suppeditant. Hi cum domum repetunt, & ultra nauigare
non possunt, lembos humeris impositos in syluas referunt, in quibus habitantes,
tenue solum arant. Rursum cum nauigandi tempus adest, eos in mare deferunt.
Idem faciunt in aliena (nam loca syluosa nota habent) ubi absconditis lembis ipsi
noctu, nonnunquam interdiu pedibus errant, capiendorum hominum gratia,
quos cum ceperint facile redemptitios faciunt. Nam inter redeundum rem omnẽ
ijs significant qui illos amiserunt. In locis itaq; quæ sunt principibus subdita, qui
iniuriam accepere aliquod præsidium ab ijs habent, qui sæpe illos insecuti, lembos
atq; piratas capiunt. Regio uero quæ sub Romanis est minus habet auxilij, pro-
pter eorum negligentiam qui mittuntur. Harum itaq; gentium uita talis est quæ
Sceptuchi. Sceptuchis subditæ sunt, Sceptuchi autem regibus uel tyrannis. Heniochi reges
quatuor habebant, cum Mithridates Eupator è paterno regno fugiens Bospho-
Zygi. riorum regionem permeauit, quæ quidem ipsi peruia fuit. Zygorum uero terram
propter locorum difficultatem atq; asperitatem accedere diffisus, ægre maritima o-
ra profectus est, sępe mare ingressus quousq; in Achæorũ agrum peruenit, quibus
adiutoribus iter ex Phasi de consũmauit ad quatuor ferè millia stad. A Coroconda
Sindiacus por. me orientem uersus recta nauigatio est. Hinc ad stad. C. & LXXX. est Sindiacus por
Bata. tus & ciuitas, dehinc ad XL. stad. sunt ea quæ Bata nominantur uicus & portus,
Sinope. ubi Sinope austrum uersus huic oræ plurimum uidetur opponi, quemadmodum

Caram

Carambis Fronti arietis, ut ante dictū est, author est Artemidorus, à Batis oram esse Cercetarum octingentorū & L. ferè stad. quæ stationes & uicos habeat. Dehinc Achæorum regionem stad. quingentorum, dehinc Heniochorum mille, dehinc magnum Pityuntem trecentorum ferè LX. usq; Dioscuriadem. Qui Mithridatica cōscripsere (nam ijs maxime accedendū est) prius Achęos ponunt, deinde Zygos, deinde Heniochos, deinde Cercetas & Moschos & Colchos, & Phthirophagos qui ultra hos sunt, & Thoanas, & alias circa Caucasum paruas gentes. Ab initio igitur ora ad orientē tendit, & ad austrū spectat. Ab ipsis uero Batis paulatim detorquens respicit occidentē & ad Pityuntē & Dioscuriadē desinit. Nam hæc Colchidis loca dictæ oræ iuncta sunt. Post Dioscuriadem est reliqua Colchorum ora, cui Trapezus continua flexum quendam admirabilem efficit, deinde in rectum latus extenditur, quod Ponti dexteriora efficit ad septentrionem spectantia. Vniuersa uero Achæorum & cæterorum ora, usq; Dioscuriadem & loca mediterranea austrū uersus in rectum exeuntia Caucaso subiacent, qui mons utriq; pelago imminet & Pontico et Caspio, muniens isthmum qui ea dirimit. Is austrum uersus Albaniam Iberiamq; disterminat, septentrionem uersus Sarmaticos campos, arboribus & omnigena sylua plenus, ea pręcipue quæ fabricandis nauibus est idonea. Eratosthenes ait Caucasum ab indigenis Caspium uocitari, à Caspijs fortasse cognominatū. Ab eo quasi cubiti quidam ad meridiem procurrunt, qui Iberiam complectentes, Moschicis & Armenijs montibus cōiungūtur. Item monti Scœdisę & Paryadrę. Hi omnes Tauri partes sunt, qui australe Armeniæ latus efficit & ab eo quodammodo abrupti septentrionem uersus usq; ad Caucasum & maritimam Euxini orā percurrunt, quæ à Colchide in Themiscyram tendit. Dioscurias itaq; in hoc sinu posita & orientalissimum totius pelagi sinum obtinens, Euxini recessus, & extrema nauigatio appellatur. Vnde illud quod in prouerbio dicitur,

ἐς φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. id est,

In Phasim ubi cursus carinis ultimis.

Pityus. Dioscurias. Cercetæ. Moschi. Colchi. Phthirophagi. Thoanes. Trapezus. Caucasus. Albania. Iberia. Scœdisa. Paryadra. Taurus. Themiscyra. Prouerb. Phasis flu.

Sic intelligendum est, non quod poëta qui iambicum fecit, de flumine dicat, nec de urbe eiusdem nominis, quę ad flumē sita est, sed de Colchide, ut de parte, quod recta nauigatio à flumine, & ab urbe in recessum sit sexcentorum ferè stad. Eadem Dioscurias Isthmi initium est, qui inter mare Caspium iacet, atq; pontum & commune forum earum gentium quæ proxime sunt ulteriores. Dicunt itaq; nonnulli qui parum res animaduertunt LXX. nonnulli CCC. gentes in eam conuenire, atque omnes diuersarum linguarū, propterea quod sparsim et impermixte ob asperitatē atq; intractabilitatē habitent, quorum pleraq; pars Sarmatę sunt, atq; omnes Caucasij, ac de Dioscuriade quidem hactenus. Reliqua uero quę Colchis est, magna ex parte ad mare pertendit. Hanc Phasis illabitur ingens flumen, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucū in se recipit atq; Hippum è uicinis montibus cadentes. Nauigatur autē usq; Sarapanos, quę munitio urbis habitatores recipere posset. Ex ea pedestri itinere, curribus uecti, quadriduo in Cyrū proficiscūtur. Ad Phasim urbs iacet eiusdem nominis, Colchorum emporium, quod ex alia parte amni procingitur, ex alia lacu, ex alia mari. Hinc biduo triduóue Amisum Sinopenq; nauigatur. Hæc litora & fluminis ostia amœnissima sunt, regio fructibus & omnibus quæ ad fabricandas naues pertinēt opportuna. nam multa producit ac fluminibus defert. Mel tamen frequentius amarum est, sed præcipue linum, canabem, ceram ac

Phasis pro Colchide. Linguarum diuersarū gētes. Sarmatæ. Colchis. Phasis flu. Glaucus flu. Hippus flu. Sarapani. Phasis urbs. Sinope.

picem gignit. Linificium quidem uulgatum est. nam & in peregrina exportatur lo
Colchis cũ Aegyptijs affinitas. ca. Vnde quidam cognationem Colchorum cum Ægyptijs ostendere uolentes, fi-
dem ex ijs captant. Secus hæc flumina in Colchica regione est Leucotheæ fanum,
Leucotheæ phanum. quod Phryxus condiditatq; illius oraculum, ubi aries non mactatur, id olim di-
ues erat, ætate autem nostra à Pharnace, paulopost à Mithridate Pergameno dire-
ptum est. Nam læsa regione etiam diuina ægre habent, nec coli possunt, ut Euripi-
Euripidis sentẽtia. des inquit. Quantam olim hæc regio claritatem habuerit fabulæ declarant, Iaso-
nis exercitum innuentes, qui ad Medos usque processit, ac prius etiam Phryxi ex-
peditionem. Postea cum reges succederent & regionem haberent in prouincias di
uisam, mediocriter agebant. Cum uero Mithridatis Eupatoris potentia uehemen
ter esset adaucta, tota ei regio paruit, à quo semper aliquis ex amicis regionis præ-
Strabonis genus. fectus & administrator mittebatur, è quibus fuit Moaphernes matris nostræ pa-
Moaphernes. truus. Hinc multa regi ad nauales res copia. Sed sublato Mithridate regio omnis
Polemo. quæ sub eo erat, euersa est, multisq; distributa. Postremo Polemo Colchidem ha-
Pythodoris. buit, quo mortuo uxor eius Pythodoris Colchorum, & Trapezuntis, & Phar-
naciæ, & ulteriorum barbarorum regnum tenet. Sed de his postmodum dice-
mus. Moschica in qua fanum esse diximus, tripartita est. Nam partem habent
Moschica. Polichnium. Colchi, partem Iberes, partem Armenij. Polichnium Phryxi ciuitas est in Iberia,
Idessa. ea nunc Idessa dicitur, locus optime munitus. In Colchidis autem finibus non pro
Rhiocharus. cul à Dioscuriade Rhiocharus flumen labitur. Ex gentibus quæ Dioscuriadem
Phthirophagi. conueniunt, est Phthirophagorum natio, cui nomen à sordibus, ac fame datum
Soanes. est, his proximi sunt Soanes nihilo fame meliores, robore autem meliores. nam
ui ac potentia penè præstãt. Hi gentibus circumuicinis dominantur, Caucasi extre
ma obtinentes. Quæ Dioscuriadi imminent regem habent & collegium uirorum
ccc. CC. hominum millia coguntur in exercitum. Nam multitudo omnis bellico
sa est, quanquàm inordinata. Apud eos torrentes dicuntur aurum deferre, quod
Velleris aurei fabula. Barbari perforatis tabulis, ac lanosis pellibus excipiunt. Vnde aurati uelleris fabu-
la conficta est. Et fortasse Iberes eodem nomine uocantur quo occidentales, ab au-
Iberes. ro quod apud utroscp inuenitur. Soanes ueneno ad spicula mirifice utuntur, quod
Soanes. Albania. eos etiam, qui non uenenatis sagittis saucij sunt, odore offendit. Aliæ gentes pro-
Iberia. ximę, quę circa Caucasum sunt, paruam & tenuem regionem habitant. Albanæ
uero & Ibericæ gentes, quæ dictum Isthmum implent, ipsæ etiam dicuntur Cau-
casiæ, & fœlicem etiam habitatu regionem incolunt. Iberia enim magna ex parte
urbibus & habitatoribus plena est, & tecta fictilia & fabrefactas ædificiorum stru-
cturas, & fora & alia publica habet. Circunstans uero regio à Caucasijs montibus
circundatur. nam cubiti quidam fertiles (ut dictũ est) ad meridem procurrunt, qui
uniuersam Iberiam comprehendentes sese ad Harmeniam & Colchidem con-
Cyrus flu. iungunt. In medio planities est fluminibus irrigua, præsertim Cyro qui ortum ex
Arabon flu. Harmenia trahens, mox dictam planitiem intrat, atcp Arabonem am nem à Cau-
caso defluentem, & alias aquas recipiens per angustam fluminis regionem euadit
Alazonius. in Albaniam, inter quam & Harmeniam multus illatus, per uberes campos com-
Sandobanes. plura in se recipit flumina, è quibus est Alazonius & Sandobanes & Rhœthaces et
Rhœthaces fl. Chanes. Chanes, qui omnes nauigabiles facti in mare Caspiũ erumpunt. Hoc nomen olim
Corus flu. Corus uocabatur. Iberiæ campos agricolæ habitant, & homines ad pacem intenti,
Iberiæ cultores. Harmenico ac Medico cultu, montanam uero regionem pars eorum maxima atcp

belli

bellicosa, Scytharum more uiuentes, quorum cognati sunt & conterminí. Setamen colendis agris dedunt, & cum tumultus ingruerit multa ex se atq; illis hominum millia contrahunt. Quatuor aditibus in eam regionem itur, uno per medios Sarapanos Colchorum castellum, atque eius angustias per quas Phasis c. ac xx. pontibus pertransitur, qui propter flexiones asper ac uiolentus in Colchidem defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis. Is ex imminentibus montibus auctus, multis fontibus impletur, ac postquàm in campos uenit, alia in se recipit flumina, è quibus est Glaucus & Hippus. Auctus uero ac nauigabilis factus, exit in Pontum. Secus eum urbs iacet eiusdē nominis & lacus non procul. Aditus itaq; ex Colchide in Iberiā est huiusmodi petris, munitionibus, fluminibus, & cōuallibus clausus. Ex Nomadibus autem septentrionē uersus difficilis ingressus est, trium dierum itinere. Dehinc angusta fluminis regio in Arago flumine dierū quatuor, uiæ finem murus inexpugnabilis munit. Ex Albania primo ingressus est per petram excisam, dehinc per stagnū quod amnis efficit, cadens ex Caucaso. Ex Harmenia uero angustię, quę secus Cyrum sunt atq; Aragum, qui priusquàm inuicem cōcurrāt urbes natura munitas habēt, quę saxis impositæ XVI. inter se stad. absunt, prope Cyrum Armozicā, prope Aragū Seumora, quibus ingressibus prius Pompeius usus est ex Harmenia mouens, postea uero Canidius. Quatuor hominum genera regionem hanc incolunt, primum, ex quo reges duo deliguntur, alter scilicet qui propinquitate & ætate antecedit, alter qui iura det & exercitum ducat. Secundū est sacerdotum qui iura finitimorum curant. Tertium militum & agricolarum. Quartum uulgi quod regibus seruit, & omnia quæ ad uitam pertinent ministrat. Hi omnia per familias communia habent, sed is imperat & rem tenet qui senior est. Iberes & eorum regio talis est. Albani pastoraliores sunt & Nomadico generi proximi, pręter quàm quod non alienigenæ, unde & mediocriter sunt bellicosi. Hi inter Iberas & Caspium mare habitant, ab ortu solis mari coniuncti, ab occasu Iberię finitimi, ex reliquis lateribus boreale Caucasijs montibus munitur, qui campis imminentes & mari plurimum coniuncti, Ceraunia uocantur. Australe latus Harmenia progrediens efficit, quæ partim campestris est, partim montana, quemadmodum Cambysena ad quam Harmenij simul & Iberiæ & Albaniæ coniungun-
tur. Cyrus autem qui per Albaniam fluit & alia flumina eum augentia, terram foecundiorem exhibent. mare autem confundunt, nam limus plurimus occurrens exitum obstruit, ex quo adiacentes† inficile est. Hanc inæqualitatem affluxuum refractiones exaugent, atqui & ostia in ora XII. dicuntur dispartiri, quorū alia cæca, alia omnino fallentia, stationem nullam relinquunt. Quapropter cum ultra LX. stad. litus mari fluminibusq; alluatur, locus omni ex parte inaccessibilis fit. Limus ad quingenta stadia progrediens totum litus efficit aggerosum. Prope Araxes emittit, asper ex Harmenia cadens, & quem ille limum propellit alueum peruiū faciendo, eum Cyrus repellit. Hoc hominum genus fortasse mari non eget, cum nec terra digne utantur. Nam qui ibi militarunt, dicunt eos Cyclopicā uitam degere. Terra enim fructum omnem etiam domesticum affert, & stirpes omnes & ea quæ semper uirent, & cum ne minimam quidem culturam habeat, tamen bona omnia sine satione & inarata gignit, multisq; in locis semel sata, bis terq; fructum affert. Ac primo quidē modios quinquagenos, idq; minime renouata nec ferro prosciſſa sed † ligneo aratro. Babylonius uero & Ægyptius campus fluminibus atq; alijs a-

Scythæ.

Sarapani.
Phasidos pōtes

Glaucus flu.
Hippus flu.

Albaniæ ingressus.

Armozica.
Seumora.

Iberum resp.
Albani.

Ceraunia.

Cyrus flu.

†sic legēdum forte, ex quo adiacētes insulas à cōtinēti separare difficile est, ὅθεν τὰς νησίδας ἐκπίπτειν ἀπὸ τῆς ἠπείρου. Araxes.

* πλὴν ὅσα ἐκβο-
ᾶ.

quis totus irrigatur, quamobrem ſemper herbidam faciem ſeruat, iccirco uberrimus eſt. Adeſt illi præcipua aëris temperies, uineæ manent ineffoſſæ, quinquennijs putantur, in bimatu nouellæ fructum ferunt, adultæ tantum reddunt, ut pars maxima in palmitibus relinquatur. Pecora tum mitia tum agreſtia fœtus edunt pulcherrimos, homines ſunt magnitudine ac pulchritudine excellentes, ſimplices, non autẽ cauponarij, nummi uſum maxima ex parte non habent, numerum ultra centenarium non norunt, commercia inter ſe mercibus faciunt, in cæteris quæ ad uitã pertinent inertes, exquiſitorum ponderum ac menſurarum ignari, ciuilitatis, belli & agriculturę prorſus imperiti, pedeſtri & equeſtri apparatu decertant, expediti & armati ut Harmenij. Exercitum emittunt maiorem quàm Iberes. nam uirorum ad LX. millia, equitum ad XXII. millia armant, quot cõtra Pompeium periclitati ſunt. Hos Nomades ab externis defendunt, quemadmodum Iberes, ijſdem de cauſis, aliter uero ſæpe eos adoriuntur, & quo minus agriculturam exerceant, impediunt, iaculatores ſunt & ſagittarij, clypeos & thoracas habent, item ferinas galeas, quemadmodum Iberes ex Albana regione. Eſt etiam Caſpiana eiuſdem nominis cum gente Caſpia, quæ nunc quidem obſcura eſt, ad eam Caſpium mare pertinet. Ingreſſus ex Iberia in Albaniam fit per Cambyſenam regionem aſperam atq; ſiccam, ad flumen Alazonium. Ipſi & eorum canes excellentes uenatores ſunt ſtudio magis quàm arte. Reges enim differunt. nam nunc unus omnium †differat, cum prius quæque lingua ſuum haberet, eo quod non facile inuicem miſcentur, linguas habent XXVI. Terra ſerpentia quędam letifera progignit, item ſcorpios & araneas. Aranearum quædam coguntridendo mori, quædam flendo deſyderio ſuorum. Deos colunt Solem, Iouem ac Lunam, præcipue Lunam, cuius templũ Iberię proximum eſt, & ſacerdos pręficitur honore ſecundus poſt regem, qui ſacris ſeruit, & ſacræ regioni præeſt, quæ multa eſt & hominibus plena, è ſeruis multi numine affla ti diuinant. Qui plurimum numine correptus eſt, ſolus per ſyluas errat, hunc ſacerdos comprehenſum ſacra catena deuincit, per annum ſumptuoſe alens, poſtea ad deę ſacrificium cum alijs hoſtijs mactandum producit. Sacrificij ritus eſt huiuſmodi. Quidam huius negotij gnarus ſacram haſtam tenens, qua mos eſt hominem mactari, atq; ex multitudine procedens, eam in cor per latus urget, illo cadente, quędam diuinationis ſigna captant atq; in cõmune proferunt, tum corpore in locum quendã delato, id omnes ſupergrediuntur huiuſmodi piaculo utentes. Albani præcipue ſenectutem uenerantur non parentum modo, ſed etiam cęterorũ. Mortuorũ curam habere, aut meminiſſe nephas eſt. Nam cum mortuis pecunias defodiunt. Iccirco pauperes uiuunt, cum patrimoniũ nullum habeant. Ac de Albanis quidẽ hęc tradunt, Iaſonem cum Harmenio Theſſalo cum in Colchos nauigaret, uſq; ad mare Caſpium profectum, in Iberiã Albaniamq; proceſsiſſe, & Harmeniæ ac Mediæ multum peragraſſe, ut Iaſonia & alia complura monumenta teſtantur. Harmenium uero ex Harmenio fuiſſe, quę ciuitas Bœbeidi lacui proxima eſt inter Pheras & Lariſſam, atque eam Acileſinam & Syſpiretim habitaſſe uſq; in Calachanam & Adiabanam, atq; Harmeniam de ſuo nomine appellaſſe. In montibus qui ſupra Albaniam ſunt Amazonas dicũt habitare, et †inter Albanos & Alazonas dicit Gelas & Legas habitare, inter hos & Amazonas Mermandalim flumen labi. Alij uero, è quibus eſt Metrodorus Scepſius & Hypſicrates locorum non ignari, dicunt eas ſeptentrionẽ uerſus Gargarẽſibus eſſe finitimas ſub radicibus montium Caucaſiorũ

Albaniæ fertilitas.

Numerũ ultra centum nõ norunt Albani.

Caſpiana regio.

**Imperat forte legendũ. nam græce eſt, ἀνάγκη.*

Albanorũ mores.

Aranearũ morſus.

Lunæ templũ.

Senũ fatidici.

Albanorum ſacrificãdi ritus.

Senectutis honor.

Pecuniarũ cũ mortuis defoſſio.

Harmenius.

**Ex græco ad hunc ſenſum legitur, In mõtibus qui ſup Albaniã ſũt Amazonas habitare dicunt.*

Theophanes uero qui cum Pompeio militauit, quiq; in Albanis fuit, inter Amazonas & Albanos Gelas dicit habitare.

Legas. ἐν δὲ τοῖς ὄπισθεν τῆς Ἀλβανίας ὅρισι πρὸς ἀμαζόνας οἰκεῖν φασι. θεοφάνης μὲν ὁ συστρατεύσας τῷ πομπηίῳ καὶ γενόμενος ἐν τοῖς ἀλβανοῖς μεταξὺ τ ἀμαζόνων καὶ τ ἀλβανῶν φησὶ γένος οἰκεῖν, &c.

Acileſina.

Gelæ.

Legæ.

Mermandalis.

Gargarenſes.

casiorum, qui Ceraunia uocantur, & earum alias operari quæ ad arationem insitionemq; pertinent, sed præcipuam pascendorum equorum curam habere, robustiores uero in equis uenationes ac bella exercere. Omnes ab infantia dextram mammillam exustas, ut habilius liberiúsque ad omnem usum brachio uti possint. Sed in primis ad iaculationem uti arcu, securi, & pelta, è ferarum pellibus conficere galeas, subligacula, & alia operimenta. Menses duos ueris eximios habere, quibus montem proximum conscendunt, qui eas disiungit à Gargarensibus, quò & illi more quodam peruetusto conscendentes sacrificant, & prolis gratia cum mulieribus coëunt, idq; obscure inter tenebras, in quancunque inciderint, quas postquam prægnantes fecerint, remittunt illas, si fœminã pepererint secum retinent, si mares, illos tollendos reddunt. Vnde propter ignorantiam ualde inter se affici cõtingit, cum quisq; quenq; sibi affinem existimet. Mermodas è montibus descendens per Amazonũ regionem & Syracenam & loca intermedia quæ deserta sunt, emittit in Mæotim. Tradunt Gargarenses cum Amazonibus ex Themiscyra in hæc loca conscendisse, postea ab illis discissos, cum Thracibus & Euboijs quibusdam errabundis aduersum eos bellum gessisse, quo composito, ijs inter se conditionibus conuenisse, ut in filiorum prole communicarent, uiuerent autem utriq; separatim. Sed de Amazonum fama proprium quiddam euenit. Nam cum fabula ab historia distinguatur: antiqua enim & falsa & miraculosa, fabulæ appellantur: historia siue antiqua sit, siue noua, ueritatẽ postulat, miracula uero aut non habet aut perraro: de Amazonibus quidẽ eadẽ nunc dicuntur quę olim, quanquàm miraculosa sint, et à fide plurimũ distent. Quis enim credat ut uel exercitus uel ciuitas uel gens unquàm ex solis constiterit mulieribus, & non solum constiterit, uerũ etiam inuaserit aliena, & nõ modo uicinis fuerit dominata, adeo ut usq; in Ioniam processerit, sed etiam exercitum trans Pontum miserit, usq; in Atticam? Hoc perinde est, ac si quis dicat, uiros tunc mulieres fuisse, & mulieres uiros. Quin eadẽ nunc de eis prędicantur, quam quidem rem adauget & facit ut magis antiqua credantur quàm noua, quod urbes quædam ab illis conditæ & cognominatæ perhibentur, ut Ephesus, Smyrna, Cyrma, Myrina, Paphe, & alia quàm plurima monumenta. Themiscyram enim camposq; Thermodonti proximos, & imminentes montes Amazonum dicunt, atque eas inde pulsas. Vbi autem nunc sint, perpauci id quidem, & sine demonstratione tradunt, quemadmodum de Thalestria Amazonum regina, quam cum Alexandro in Hyrcania permixtam ferunt, & prolis gratia congressam, quæ profecto res non satis constat. Nam rerum scriptores qui maxime ueritatem curant, & quibus fidei plurimum adhibetur, nihil tale dixerunt, & si qui dixerunt, inter se discordant. Clitarchus Thalestriã scribit à Caspijs portis & Thermodonte profectam ad Alexandrũ ueniisse: cum Caspię portæ supra sex milia stadiorum distent à Thermodonte. Quæ uero ad famam uulgata sunt, & si ab omnibus concedantur, tamen qui ea finxere, magis adulationi inseruierunt, quàm ueritati, quemadmodum de Caucaso in Indicos montes, et in uicinũ illis mare trãslato ab ulterioribus Colchorum, & Euxini montibus quos Græci etiã Caucasum nominarunt: cum Caucasus supra triginta millia stadiorũ distet ab India, atq; ibi de Prometheo & eius uinculis fabulas cõfinxerũt. Eos enim tunc ultimos norant orientem uersus. Bacchi quidem atq; Herculis exercitus qui in Indiam profectus est, posterius confictam fabulam ostendit, quippe cum Hercules mille annis post

Ceraunia. *Amazones.* *Amazonũ mores.* *Mermodas.* *Fabula.* *Historia.* *Themyscyra.* *Thalestria.* *Caspiæ portæ.* *Thermodon.* *Caucasus.* *Prometheus Caucaso alligatus.*

ſoluiſſe Prometheum dicatur, & præclarius quidem erat Alexandrum uſq; ad Indicos montes, quàm uſq; in ulteriorem Euxini & Caucaſi receſſum Aſiam ſubegiſſe. Vnde propter montis famam & nomen, & propterea quod Iaſon uidebatur longiſſimam expeditionem peregiſſe uſq; ad loca Caucaſo proxima, & quia Prometheus in extremis terræ etiam monte Caucaſo uinctus dicebatur, iccirco gratificari ſe regi putauerunt, ſi montis nomen in Indiam tranſtuliſſent. Altiſſimæ uero Caucaſi partes Albaniam & Iberiam & Colchos & Heniochos uerſus ſunt, Auſtralesq; ab his habitantur, quos Dioſcuriadem diximus conuenire, conueniunt autem frequentius ſalis gratia. Ex his alij montium tenent cacumina, alij in collibus habitant qui plurimum ex ferina carne & lacte & agreſtibus fructibus uiuunt. Montiũ uertices hyeme ſunt inacceſſibiles, æſtate propter glaciem ac niues, bubulis caligis in tympani modum latis calceati, aſcendunt. Deſcendunt autem cum oneribus ſuper pelle delapſi, quod etiam circa Atropatenam Mediæ & Maſium Harmeniæ montem fit, ubi ſoleas quaſdam ligneas caligatas pedibus ſupponunt. Summa itaque Caucaſi talia ſunt, ad montis ima deſcendenti regio ſeptentrionalior eſt, minor tamen. Iam enim cum campis iungitur Siracorum. Inſunt etiam Troglodytæ quidam, qui propter frigora habitant in cauernis. Iam hi quoque pane abundant. Poſt Troglodytas ſunt Chæanitæ & quos Polyphagos uocant, & aliorum quorundam uici, agriculturæ patientes, cum non omnino ſeptentrioni ſubiaceant. Deinceps ſunt Nomades, Panxani, & Nabiani qui inter Mæotim Caſpiumq; habitant. mox Siracorum Aorſorumq; nationes. Aorſi ac Siraces ſuperiorum Aorſorum exules uidentur & magis ad ſeptentrionem expoſiti. Abeacus Siracorum Rex, dum Pharnaces Boſphorum haberet, equitum miſit uiginti millia, Spanides Rex Aorſorum totidem, ſuperiores Aorſi plura cum terrę plus haberent, & maxima ex parte oræ Caſpiæ imperitarent. Vnde camelis iter agentes, Indicas & Babylonias merces ab Harmenijs Mediſq; accipiebant, atq; ex opulentia aurum geſtabant. Aorſi itaque Tanaim accolunt, Siraces autem Achardeum, qui ex Caucaſo fluens emittit in Męotim. Secunda pars incipit à mari Caſpio, ubi & prior deſinit, idem Hyrcanium appellatur. De mari hoc & gentibus quæ ipſum accolunt, dicendum prius eſt. Sinus itaque qui ab oceano meridiem uerſus recedit, ſatis in initio arctus eſt, in progreſſu autem dilatatur, præſertim in intimo receſſu, ad quinq; ferè millia ſtadiorũ. Nauigatio uſq; in receſſum, quem iam contingit inhabitabilem, paulo maior eſt. Scribit Eratoſthenes maris huius circunnauigationem Græcis cognitam, ſecus Albanos & Cluſios quinq; millium & trecentorum eſſe ſtadiorũ, ſecus Anariacas, Mardos & Hyrcanos uſq; ad Oxi fluminis oſtia quatuor millium & octingentorum. Hinc ad Iaxartem flumen duũm millium & quadringentorum. Verum de his qui in hac parte habitant & tam longe ſepoſiti ſunt, ſimplicius dicendum eſt, maximéque de interualis. Ad dextram itaque nauiganti, Europæ continui ſunt Scythæ & Sarmatæ, qui inter Tanaim & mare hoc habitant magna ex parte Nomades, ad lævam ſunt Scythæ, qui ad orientem ſpectant, atque hi Nomades uſque ad orientale Indorum mare. Græci ſcriptores uniuerſos ſeptentrionales olim Scythas & Celtoſcythas appellant. Qui uero eos prius diſtinxere qui ſupra Euxinum & Iſtrum & Adriam habitant, Hyperboreas, & Sauromatas, & Arimaſpos uocauerunt. Eos autem qui ultra mare Caſpium ſunt, partim Sacas, partim Maſſagetas, quan

Alexandro aſſentatos hiſtoricos.

Siraci. *Troglodytæ.* *Chæanitæ.* *Polyphagi.* *Panxani.* *Nabiani.* *Aorſi.* *Abeacus.* *Spanides.* *Siraces.* *Achardeus.* *Cluſij.* *Anariacæ.* *Mardi.* *Hyrcani.* *Oxus.* *Iaxartes.* *Scythæ.* *Sarmatæ.* *Nomades.* *Celtoſcythæ.* *Hyperborei.* *Sauromatæ.* *Arimaſpi.* *Sacæ.*

quanquam de ijs nihil exquisite dixerunt, nec etiam qui Cyri bellum aduersum Massagetas gestum conscripsere. Nam de ijs nihil omnino exacte dictum est. Sed nec Persarum res gestæ, nec Medorum, nec Syrorum propter scriptorum simplicitatem ac studium fabularum multum fidei sunt assecutæ. Nam cum eos uiderent magnopere probari, quod aperte fabulas conscriberent, arbitrati sunt scripturam suam iucundiorem fore, si in historiæ formam ea dicerent, quæ nec ipsi unquam uidissent, nec à scientibus audiuissent. Et quia talia libenter audiuntur, iccirco facilius & Hesiodo & Homero de heroibus prædicandi fides adhibetur, quàm Ctesiæ & Herodoto & Hellanico, ac cæteris eius generis scriptoribus. Sed nec multi facile ijs credunt, qui de Alexandro conscripsere. Hi enim propter Alexandri famam decipiunt, & propterea quod exercitus in extremis Asiæ partibus procul à nobis militauit. Longinquitas enim redargui non facile potest. At Romanorū Parthorūq; imperiū plura retegit, quàm ea quę olim tradita fuere. Nam qui & gentes & loca conscripserunt, in quibus res gestæ memorantur, eo fidelius dicunt quàm superiores, quo plura perspexere. Ad læuam itaque mare Caspium nauiganti Nomades accolunt, eos iuniores Daas appellant, qui etiam Sparni sunt nominati. Dehinc deserta regio interiacet, deinde Hyrcania, ubi iam mare in pelagus crescit, quousque Medorum Harmeniorúmque montibus coniungatur. Horum figura lunaris est ad ipsas montium radices, quæ ad mare desinentes, intimum sinus recessum efficiunt. Has montium radices ad summum usque, à mari incipiendo, Albanorum & Harmeniorum nonnulli quadam ex parte habitant, partem uero maximam Gelæ, Docusini, & Amardi, & Quitij & Anariacę. Proditum est etiam Parasiorum quosdam cum Anariacis habitasse, qui adhuc Parasij nominantur. Ænianas quoque urbem in Vitia condidisse, quæ nunc dicitur Æniana, ubi Græca ostenduntur arma, & ænea uasa, & sepulturæ. Hic etiam Nabarca ciuitas est, in qua oraculum est eorum qui ex insomnijs respondent. Insunt etiam quædam aliæ gentes latroniciæ, belli potius quàm agri colendi studiosæ, id locorum asperitas facit. Maximam circummontanæ oræ partem Caduſij tenent ad quinque millia stadiorum, ut Patrocles ait, qui pelagus hoc Pontico par existimat. Hęcloca tenuia sunt. Hyrcania uero ualde opulenta & multa, & magna ex parte planities præclaris urbibus adornata, è quibus est Talabroca, & Samariana & Carta, & regia Tape, quam paulo supra mare sitam, abesse dicunt à Caspijs portis ad stad. mille & quadringenta. Opulentiæ signum ducunt, quod uitis uini metretam affert, ficus modios LX. Frumentum ex fructu nascitur, qui cadit ex culmo, in arboribus mellificatur, ex folijs mel fluit, quod etiam in Matiana Mediæ, & in Sacagena Harmeniæ, & in Araxena fit, nullam tamen in ea excolenda diligentiam ponunt, nec in eiusdem nominis mari, quod & otiosum est & non nauigatur. Insunt in eo insulæ quædam, ut habitentur idoneæ & (ut quidam dixere) auriferam terram habent. Causa est, quia qui in initio Hyrcanis imperauere barbari fuerunt, ut Medi, Persæ ac postremo Parthi, superioribus deteriores. Tum uicina regio Nomadibus, ac desertis plena tota latronibus patet. Macedones autem paruo tempore imperauerūt, & in bellis occupati, longinqua prospicere nequiuere. Refert Aristobulus Hyrcaniam syluosam esse, & quercum & pinum, & abietem gignere, piceam uero minime, Indiam his abundare. Nysæa ad Hyrcaniam pertinet, nonnulli eam per sese ponunt. Hyrcania usq; ad mare Ocho

Massagetæ.
Ctesias.
Hellanicus.
Herodotus.
Alexandri rerũ scriptores.
Nomades.
Daæ.
Sparni.
Hyrcania.
Gelæ.
Docusini.
Amardi.
Quitij.
Anariacæ.
Parasij.
Aenianæ.
Vitia.
Nabarca.
Insomniorum oraculum.
Caduſij.
Hyrcania.
Hyrcaniæ fertilitas.
Talabroca.
Samariana.
Carta.
Tape.
Matiana.
Sacagena.
Araxena.
Nisæa.

Ochus. Oxus. & Oxo fluminibus irrigatur, quorum Ochus per Nysæam fluit, quidã Ochum in Oxum dicunt emittere. Aristobulus ostendit Ochum maximũ esse omnium fluminũ, quæ ipse in Asia uiderit, præter Indica. dicit enim eum nauigabilem esse (à Patrocle ita, ut Eratosthenes accipiẽs) & multas Indię merces in Hyrcanum mare per eum deuehi. Hinc in Albaniam trajici, ac per Cyrum ad sequentia loca deferri in Euxinum, quanquam Ochus ab antiquis scriptoribus non multum nominatur. Apollodorus Parthicarum rerum conscriptor, quia Parthis proxime labatur, sæpe eum nominauit. Sed multa mendacia de mari hoc propter Alexandri ambitionem, in opinionẽ adducta sunt. Nam cum inter omnes constet, Tanaim flumen Europam ab Asia disiungere, iaceatq; inter Tanaim ac mare maxima Asiæ pars, quæ Macedonibus non parebat, certum est eam exercitum contraxisse, quare Alexander fama solum uidetur partes eas obtinuisse. In unum itaq; coëgerunt Mæotim lacum qui Tanaim recepit, & Caspium mare, quod etiam lacũ uocant, & inter se dicunt permisceri, & alterũ alterius partem esse Polycletus fidem affert, mare hoc lacum esse, quia serpentes nutrit & dulce est, & quod aliud non sit à Męotide, ex eo uidetur coniectare, quod Tanais in id emittat. Ex ijsdẽ enim Indiæ montibus fertur, ex quibus Ochus & Oxus, Iaxartes & complures alij, atq; ita in Caspium pelagus immittit, quemadmodum illi, & omnium septẽtrionalissimus est. Hunc itaq; Tanaim nominauerunt & fidem adhibuerũt eum Tanaim esse quem dixit Polycletus, quod regio trans amnem abietem fert, & Scythæ qui ibi sunt sagittis abiegnis utuntur. Idq; indicium est, ulteriorem regionem ad Europam non ad Asiam pertinere. Asia nec superior nec oriẽtalis gignit abietem. Author est Eratosthenes, etiam in India eam nasci & inde classem ab Alexandro ædificatam. Eratosthenes quidem huiusmodi alia permulta refellere conatur. Sed de his satis sit dictum. Atq; illud ex admirabilibus est, quæ ab Eudoxo & ab alijs de Hyrcania scripta sunt, quod ripæ quædam cauernosæ ante mare stant, inter quas atque mare humile litus iacet, ex uero superioribus rupibus flumina decurrunt, tanta ui delata, ut cum ad ripam peruenerint, aquam in mare iaculentur, subiectum litus aspergine intactum relinquentia, ut etiam exercitui unda tecto peruium sit. Sæpe indigenæ eum locum descendunt epulandi & sacrificandi gratia, & interdum in antris discumbentes, interdum sub ipso fluctu apricantes, alij alio modo delectantur, cum simul hinc mare pateat, hinc litus propter humorem herbidum floridumq; conspiciatur. Ab Hyrcanio mari ad auroram progredienti, ad dextram sunt montes qui usque in Indicum mare pertendunt, eos Græci Taurum uocant, qui à Pamphylia Ciliciáque incipientes, & ab occidente perpetui hucusque procedunt, cum alia atque alia nomina sortiantur. Septentrionales eius partes primo (ut dictum est) habitant Gelæ, Caddusij, Amardi, & Hyrcanorum quidam, postea Parthorum, Margianorum, & Ariorũ gentes. Tum deserta quæ Sarnius amnis separat ab Hyrcania ad auroram atque Ochũ tendunt. Quod autem hucusque pertendit, uel paulo minus, Parachoathras appellatur. A mari Hyrcanio in Arios sunt sex millia ferè stad. Deinde est regio Bactriana & Sogdiana. Vltimi sũt Scythæ Nomades. Montes omnes qui post Arios sequuntur, Macedones Caucasum uocauerũt. Barbari uero et summas & boreales Paropamisi partes, & Eodaas & Himaonum & alia huiusmodi nomina singulis partibus dederunt. Ad lævam horum sunt Scytharum ac Nomadum gentes, quæ omne boreale latus complẽt.

Tanais.

Abiegnæ sagittæ.

Abies ubi multa.

Fluuiorum mirus impetus.

Taurus mons.

Gelæ.
Caddusij.
Amardi.
Margiani.
Sarnius flu.
Arij.
Parachoathra.
Bactriani.
Sogdiani.
Caucasus.
Nomades Scythæ.
Eodaæ.
Himaonus.

Scythæ

Scythæ à Caſpio mari incipientes magna ex parte Daæ appellantur, qui orientaliores ſunt Maſſagetæ dicuntur & Sacæ, & alij communiter Scythæ, priuatim uero aliter atque aliter, uniuerſi frequentius Nomades uocantur. Ex Nomadibus maxime innotuerunt, Aſij, Paſiani, Tachari, Sacarauli qui Bactrianam Græcis abſtulere. Et qui ex ulteriore Iaxartis regione profecti ſunt, quæ apud Sacas & Sogdianos eſt, & quam Sacæ ipſi obtinebant. Ex Daijs alij Aparni, alij Xanthij, alij Piſſuri appellantur. Aparni Hyrcanis & eorum mari proxime adiacent, reliqui uſque ad oppoſitam Ariæ regionem extenduntur. Inter eos & Hyrcaniam & Parthos uſque ad Arianam regio, ut multa eſt, ita & deſerta atq; ſicca, quam longis itineribus permeantes Hyrcaniam, Iſæam & Parthorum campos excurrebant. Hi uero tributum illis ex pacto pendebant. Id erat permittere, ut ſtatis temporibus regionem excurrerent, atque prædam agerent. Cum uero præter conuenta facerent, bellum gerebatur, rurſúmque pax fiebat. Huiuſmodi etiam cæterorum Nomadum uita erat, ut ſemper uicinos infeſtarent, rurſumq; reconciliarentur. Sacæ tales inuaſiones faciebant, quales olim Cimmerij ac Trieres, interdum longinquas, interdum propinquas. Nam & Bactrianam occupauere, & optimam Harmeniæ regionem adepti ſunt, quæ ab ipſis poſtea Sacaſena eſt appellata, atque uſq; ad Cappadocas proceſſerunt, eos præſertim qui ad Euxinum uergunt, quos Ponticos uocant. Sed cum ex ſpolijs feſta celebrarent, Perſarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Ac petram quandam, in campo ſitam, in montis figuram, terra exaggerantes, muro circundederunt, atque Anaitidis & ſociorum deorũ Amani & Anandati, qui ſunt Perſarum numina, conſtructo delubro, annua ibi ſolennia inſtituere nomine Saca, quæ ab ijs, qui Zela habitant, adhuc celebrantur. ſic enim locum eum uocant. Nam id oppidum magna ex parte eorum eſt qui ſacri ſerui appellantur. Pompeius addita illi regione non parua eos qui in ea erãt, intra mœnia deduxit habitatum. Vna fuit ex claris ciuitatibus, quas poſt ſublatum Mithridatem ille conſtituiſſet, ac de Sacis quidem nonnulli ſic tradiderunt. Nonnulli uero quod Cyrus ducto aduerſum eos exercitu, prælio ſuperatus aufugit. Caſtra metatus etiam in eo loco ubi impedimenta reliquerat, bonis omnibus inſtructa, præſertim uino, poſtquam exercitus paululum quieuiſſet, relictis ueſperi tabernaculis fugitabundus diſceſſit, progreſſusq; quantum ſibi commodum uidebatur, conſcendit. Sacæ ingruentes & caſtra uiris deſerta ac rebus uoluptuoſis plena comperientes, immodice implebantur. Cyrus conuerſus uinolentos atque attonitos inuenit. Vnde alij ſomno ac ſtupore preſſi obtruncati ſunt, alij ſaltantes bacchantésque, nudi in arma hoſtium inciderunt, lætíque breui omnes perierе. Ille ratus fœlicitatem hanc diuinitus eſſe, diem illum patriæ deæ conſecrans, Sacæa nominauit, atque ubicunque deæ huius templum eſt, Sacæorum feſta celebrantur. Poſitis enim die ac nocte Bacchanalibus, uiri ſimul ac mulieres eò uſque potant, donec ſtupore comprehendantur. Maſſagetæ uirtutem ſuam maxime in bello aduerſum Cyrum oſtenderunt, de quibus ab ijs audiendum eſt, qui eos prædicant. De ijs tamen hæc dicuntur, quod alij montes habitant, alij campos, alij paludes, quas flumina efficiunt, alij inſulas, quæ in paludibus ſunt. Sed præcipue Aragum dicunt in partes multas diuiſum regionem hanc alluere, alijs oſtijs in aliud mare exeuntem, boream uerſus, uno aut ſolo Hyrcanium ſinum uerſus. Tantummodo ſolem deum putant, atque illi equum mactant.

Maſſagetæ.
Saca.
Aſij.
Paſiani.
Tachari.
Sacarauli.
Aparni.
Xanthij.
Piſſuri.
Sacarũ excurſiones.
Cimmerij.
Trieres.
Sacaſena.
Pontici.
Perſarum dij.
Amanus.
Anaitis.
Anandatus.
Saca. feſt.
Sacæorum inſtitutio.
Maſſagetarum uirtus.
Aragus flu.
Solis adoratio.
Maſſagetarũ deus.
Equus uictima

Singuli singulas uxores ducunt. Vtuntur etiam uxoribus aliorum, idq; haud occulte. Nam qui cum aliena congreditur, pharetram è curro suspendens, in propatulo coit. Genus mortis apud eos optimum iudicatur, ut senio confecti, in frusta cædantur, & cum ouillis carnibus promiscue edantur. Eos qui morbo moriũtur, ut impios abijciunt, & dignos qui à feris deuorentur. Equites ac pedites optimi sunt. Vtuntur arcu, gladio, thorace, ac securi ænea. Aureas zonas habent, & diademata in gladijs. Aurea equorum frena, & aurea pectoralia. Argentũ apud eos non est, ferri parum, ære atq; auro abundant. Qui in insulis habitant, cum semine careant, herbarum radices edunt, & agrestibus fructibus utuntur. Vestis est eis arborum cortex. pecudes enim non habent. Expresso arborum fructu bibunt. Qui paludes habitant piscibus uescuntur. Phocarum coria è mari prodeuntiũ induunt. Montani agrestibus fructibus aluntur. Oues habent, non tamen multas, quas minime occidunt, lactis & lanæ gratia parcentes. Vestes infectorijs uenenis tingunt, quæ florem habent indelebilem. Campestres etsi regionem habẽt, eam tamen non colunt, sed ex ouibus piscibusq; Scytharum ac Nomadũ more uiuunt. Nam horum omnium communis quidam uictus est is, quem sæpe dico. Sepulturæ quoq; & mores & uniuersa uita par, quæ quanquàm simplex sit, siniſtra tamen, bellica agrestisq; est, in †contractando autem non uersuta. Ex Massagetarum & Sacarum gente sunt Attasij & Chorasmini, ad quos Spitamenes ex Bactrianis ac Sogdianis confugit, unus ex Persis, qui ab Alexandro aufugerunt, quemadmodum Bessus & postea Arsaces qui Callinicũ Seleucum fugiens, ad Aspasiatras secessit. Eratosthenes dicit Arachotos & Massagetas Bactrijs occidentem uersus adiacere ad Oxum. Sacas & Sogdianos toto solo Indiæ opponi, Bactrios aliquanto. nam magna ex parte Paropamiso adiacent. Sacas à Sogdianis Iaxartem dirimere, Sogdianos à Bactrianis Oxum. Inter Hyrcanos & Arios, Tapyros habitare. Post Hyrcanos, circũcirca mare esse Amarnos, Andriacas, Caddusios, Albanos, Caspios, Vitios, et nonnullos alios fortasse usq; ad Scythas. Ex altera Hyrcanorum parte Derbicas, Caddusios uero sub Parachoathra, Mediam, Matianamq; contingere. Distantias sic dicit à Caspio in Cyrum circiter mille & octoginta stadia. Hinc ad Caspias portas quinq; millia & quingenta. Hinc usq; Alexandriam, quæ in Ariana, sex millia & quadringenta. Hinc usq; Bactra quæ etiam Zariaspa nominatur, tria millia & octingenta ad LXX. Eas etiam sic colligit à Caspijs portis in Indiam usq; Hecatompylon mille & nonaginta ad LX. Vsq; Alexandriam, quæ est in Ariana, quatuor millia & quingenta ad XXX. Hinc usq; Prophthasiam, quę est in Drape, mille & sexcenta, quidam quingenta dicunt. Hinc usq; Arachotos ciuitatem, quatuor millia ac centum ad uiginti. Hinc usq; Ortospana ad triuium, quo ex Bactris itur, duo millia. Hinc ad Indiæ confinia mille. Quæ omnia sunt XV. millia & quingenta. Hæc distantia si in rectũ intelligatur cõtinuo tractu, ab Indo ad mare orientis, est Indiæ longitudo. Ac de Sacis quidem hactenus. Parthia non multa est, qua propter Parthi cum Hyrcanis Persice uiuebant, etiam multo post tempore quàm Macedones imperarent. Ad paruitatem accedit, quod nemorosa est, montana atque inops, quapropter reges eam cursu præteribant, cum regione minimam quidem exercitus partem alere posset, nunc uero aucta est. Nam Camesena atq; Chorena & tota ferè regio usq; ad Caspias portas, & Aragos & Tapyros quæ prius Medorum erant, Parthorum sunt. Apamea & Heraclea urbes sunt Rhagis uicinæ. A Caspijs

Mortui edun-tur.

Vestimenta è corticibus.

† πρὸς τὰ συμβόλαια.

Attasij.
Chorasmini.
Spitamenes.
Bessus.
Arsaces.
Arachoti.
Massagetæ.
Sacæ.
Sogdiani.
Tapyri.
Amarni.
Andriacæ.
Caddusij.
Albani.
Caspij.
Vitij.
Derbicæ.
Bactra.
Zariaspa.
Prophthasia.
Drape.
Arachoti.
Ortospana.
Triuium Orto spanæ.
Parthia.
Camesena.
Chorena.
Apamea.
Heraclea.
Rhagi.

Caſpijs portis Rhagas uſque ſtadia ſunt (ut Apollonius uult) quingenta, uſque Hecatompylon quæ eſt Parthorum regio, mille CC. & LX. Rhagis nomen impoſi tum dicitur à terræ motibus, qui ibi frequenter fiunt, à quibus multę urbes (ut Poſidonius refert) & duo millia uicorum euerſa ſunt. Inter Derbicas & Hyrcanos Tapyri dicuntur habitare. Memorię proditū eſt Tapyris morem eſſe, ut proprias uxores alijs uiris nuptui concedāt, cum duos trésue filios ex eis ſuſceperint. Quē admodum apud nos Cato indigenti Hortenſio Martiam conceſſit, ſecundum antiquam Romanorum conſuetudinem. Rebus extra Taurum innouatis, propterea quod Syriæ ac Mediæ reges, rerum earum domini, inter ſe diſſidebant, Euthydemus quidem primo Bactrianam, quæ ei commiſſa erat, atq; omnem finitimam regionem ad defectionem perduxit. Poſtea Arſaces uir Scytha, cum ex Dacijs quoſdam haberet, qui Parni dicuntur Nomades, Ochum accolentes, Parthiam inuaſit atq; obtinuit. Sed ipſe & ſucceſſores eius in initio imbecilli erant, dum bellum aduerſum eos gererent, qui regionē abſtulerunt. Poſtea uero ob præclara belli facinora adeo polluerunt, ſemper aliquid finitimis adimentes, ut totius tandem regionis quæ cis Euphratem eſt, potirentur, ac uim Scythis afferentes, Bactrianæ partem eis abſtulerunt, ſed prius etiam Eucratidæ, & nunc quidem tantæ regioni ac populis dominantur, ut propter imperij magnitudinem cum Romanis quodāmodo contendant. Cauſa eſt eorum uita, ac mores, qui cum ualde Barbari ſint, ac Scythici, ad imperandum tamen, & gerendum bellum plurimum ualent. Tradunt Parnos Daas eſſe, ex Dahs profectos, qui ultra Mæotim habitant, quos Xandios, ſiue Parios dicunt. Sed non ualde conſtat eſſe Daas ullos ex Scythis qui ultra Mæotim ſunt. Ab ijs ortum Arſacem putant, quidam eum Bactrianum dicunt. Is cum Diodoti incrementum fugeret, Parthiam ad defectionē perduxit. Nos uero cum multa de Parthorum moribus in VI. hiſtoriarum lib. dixerimus, qui ſecundus eſt, poſt Polybium, cætera omittemus, ne eadem repetere uideamur, hoc dicto duntaxat, quod Parthorum collegium (ut Poſidonius refert) duplex eſt. nam alterum affinium eſt, alterum magorum ac ſapientū, è quibus utriſq; reges fiunt. Arla & Martyana optima apud eos loca, partim montibus clauſa ſunt, partim habitationes in campis habent. Montana Scenitæ quidam incolunt. Campi fluminibus ſunt irrigui. Irrigant eos partim Arius, partim Margus. Aria Bactrianæ contermina eſt, & monti ſubiecta qui Bactrianam habet. Ea diſtat ab Hyrcania VI. millibus ferè ſtadiorum. Cum ea erat etiam Dratiana, uſq; in Charmaniam. Pleraq; Arię pars auſtralibus montium partibus ſubiacet, pars uero ſeptētrionalibus proxima eſt, quæ iuxta Ariam ſunt. Non longe abeſt Arachoſia quæ auſtralibus montium partibus ſubiacet, & uſq; ad Indum flumen extenditur, ea etiam Arianæ pars eſt. Ariæ longitudo eſt ad duo millia ſtadiūm, campi latitudo CCC. Vrbes Artacana, Alexandria, Achaia, à conditoribus appellatæ. Hæc regio optimi uini ferax eſt, quod in uaſis non picatis ad generationes tres perdurat. Similis eſt Margiana, campus deſertis ambitur, quapropter Antiochus Soter muro, admiratus loci naturam, circundedit, cuius ambitus mille & quingentūm erat ſtadiorum, atq; urbem Antiochiam condidit. Ea etiam uites optimas fert, quapropter tradūt ſæpe uitis truncū inueniri, quantum duo uiri complecti queant, racemum duorum cubitorum. Quædam Bactriæ partes, ſeptentrionem uerſus Ariæ adiacent, ſed pars maxima imminet ad auroram, ea multa eſt & omnium ferax, præter oleum. Ob huius

Hecatompylos
Tapyri eorūq; mos.
Mos concedendi uxores.
Cato.
Martia.
Euthydemus.
Arſaces.
Parni.
Xandij.
Parij.
Diodotus.
Strabonis hiſtoriarum libri.
Parthorū collegia.
Arla.
Martyana.
Scenitæ.
Arius.
Margus.
Aria.
Dratiana.
Aracoſia.
Artacana.
Alexandria.
Achaia.
Vinū uetuſtiſſimum.
Margiana.
Antiochus Soter.
Antiochia.
Vitis mira craſſities.
Botri memorāda magnitudo

regionis uirtutem, adeo Græci polluerunt, qui eam occupauere, ut Arianis & Indis fuerint dominati, ut Apollonius Atrammitenus refert, & plures gentes quàm Alexander subegerunt, præcipue Menander qui & Hypanim ad orientem traiecit, & usque ad Isamum progressus est, partem ipse, partem Demetrius Euthydemi filius regis Bactriorum non solum Pattallenam, sed etiam cæteram oram quæ Tesarioſti dicitur, & Sigertidis regnum obtinuerunt. In summa dicit totius Arianæ tutamen esse Bactrianam. Inde usque ad Syros & Phaunos imperium protulerunt. Vrbes habuere Bactra, quæ etiam Zariaspa appellata est, per quam flumen eiusdem nominis defluens emittit in Oxum. Item & Darapsam & complures alias. Eorum erat etiam Eucratidia ab imperante cognominata. Græci qui eam tenuere in satrapias diuiserunt, è quibus Aspioniam, & Turiuam, Parthi Eucratidæ abstulerunt. Habuere etiam Sogdianam quæ Bactrianæ imminet ad auroram, inter Oxum qui Bactrianam, & Sogdianam, & Iaxartem qui Sogdios & Nomadas terminat. Olim Sogdiani ac Bactriani uita & moribus non multum à Nomadibus differebant, Bactriani aliquanto erant mitiores. Verum Onesicritus de ijs non recte dicit, quod qui iam senio morbóue confecti sint, uiui canibus apponantur, ad hoc ipsum de industria enutritis, quos patria lingua sepulchrales uocant. Et quod ea, quæ extra metropolis mœnia sunt, munda sint, interiora uero humanis ossibus referta, & quod Alexander legem eam sustulerit. Similia ferè de Caspijs scribuntur, quod parentes inclusos fame necent, cum iam septuagesimū annum excesserint. Hoc quidem tolerabilius est, & eorum moribus conuenientius, cum Scythicum sit. Sed multo magis id Scythicum est, quod faciunt Bactriani, & profecto consyderare possumus, cum Alexãder talia ibi comperiret, qualia ea esse debebant, quę apud primos Persas, atq; etiam superiores Persarum duces fuere, qualia scilicet credibile est apud eos fuisse consueta. Tradunt Alexandrum octo urbes in Bactriana & Sogdiana condidisse, nõnullas etiam euertisse, è quibus fuit Cariata in Bactriana, ubi Callisthenes comprehensus est, & in uincula coniectus. Paracanda uero in Sogdiana & Cyra, ultimum Cyri opus ad Iaxartem flumen conditum, quod Persici imperij cõfinium erat. Id Alexander quanquã Cyro amicus esset, tamen propter continuas rebellationes euertit. Petras etiam munitissimas cepit per proditionem, ut petram Sisimithræ in Bactriana, in qua Rhoxanam Oxyartis filiam habuit. Item aliam in Sogdiana, & aliam secus Oxum, quam nonnulli Ariamazæ dicunt. Sisimithricę altitudinem scribunt stad. xv. ambitum lxxx. In superiore parte planam et feracem, ut uiros quingentos alere possit. In ea Alexander & hospitio sumptuose acceptus est, & Rhoxanam Oxyartis filiam uxorem duxit. Quæ in Sogdiana erat, altitudine duplam dicunt. Circa hæc loca Branchidarum urbem sustulit, quos Xerxes secum sponte è propria terra secutos, ibi collocarat, propterea quod dei pecunias, ac thesauros, qui apud Didyma erant, ei tradidissent, Alexander eos sustulit, proditionem & sacrilegium exosus. Ferunt amnem fluere per Sogdianam, quem Macedones pretiosum reddiderunt, quemadmodum & alia permulta, quibus partim nomina ab illis imposita sunt, partim innouata. Is cum regionem multam irrigauit, euadit in desertam & arenosam terram, atque ibi absorbetur, quemadmodum Arius, qui per Arios labitur. Ii prope Ochum effodientes, olei fontem inuenerunt, nam uerisimile quidem est, ut nitrosa quædam, & aluminosa, & sulphurea, & bitu

Euthydemus. Demetrius.
Pattallena.
Tesarioſti ora.
Sigertidis regia.
Bactra opp.
Zariaspa.
Darapsa.
Eucratida.
Aspionia.
Turiua.
Sogdiana.
Iaxartes.
Canes sepulchrales.
Senes canibus obijciuntur. Caspij.
Cariata.
Callisthenes.
Paracanda.
Cyra.
Petra Sisimithræ.
Rhoxana.
Branchidarũ opp.
Arius.
Oleifons.

bituminosa, terram perfluant, ita quoque pinguia inueniantur. Raritas enim effi= cit admirationem. Ochum alij per Bactrianam labi dicunt, alij secus eam, alij ab O= xo diuersum, usq; ad ostia atq; australiorem, ambos in Hyrcanium mare decurre= re, alij ab initio diuersum. Coire autem in unum cum Oxi alueus multis in locis sex septémue stadijs latitudinem habeat. Iaxartes ab initio usq; in finem ab Oxo diuer sus est, & in idem mare desinit. Ostia inter se, ut Patrocles uult, ad octoginta distant parasangas. Persicum parasangam alij LX. stadiorum fecere, alij CCC. & XL. Nos cum Nilum nauigaremus, alijs atque alijs mensuris utebamur, quas schœnos ap= pellabant, ab urbe in urbem, ut idem schœnorum numerus alibi maiorem alibi minorem nauigationem contineret, qui ut ab initio traditus est, ita adhuc obserua= tur. Ab Hyrcania usq; in Sogdianam ad orientem solem eunti, gentes extra Tau= rum habitantes, primo Persis, ac Macedonibus cognitæ fuerunt, postea etiam Par= this. Quæ uero recto tractu sunt ulteriores, ex formæ similitudine, Scythicæ esse in= telliguntur. Exercitum, quãtum ego sciam, aduersum eos nemo duxit, quemadmo dum nec aduersum Nomadas, qui magis ad Boream uergunt, ad quos Alexander expeditionem aggressus, cum Bessum ac Sepitamenem dimisit, Besso captiuo ad eum deducto, & Spitamene à Barbaris interempto, destitit ab incœptis. Quod au= tem quisquam ab India circunnauigarit in Hyrcaniam, id non satis constat, quã= quam Patrocles id effici posse arbitratur. Dicunt etiam ultimam Tauri partem In= dico mari contiguam, quam Imæum uocant, nec magis ad auroram excedere, nec magis recedere quàm India. Ad boreale autem latus prætereunti semper ma= re aliquid de longitudine ac latitudine subtrahit. Quare Miurum aperit Asiæ par tem nunc describendam, quam Taurus amplectitur oceanum uersus. A quo Ca= spium pelagus impletur. Maxima partis huius longitudo est ab Hyrcanio mari in oceanum Imæo uicinum, stad. circiter XXX. millia, si quis secus montanam Tauri regionem proficiscatur. Latitudo autem citra X. millia. Dictum est enim ab Isico sinu usq; ad orientale mare Indis uicinum, esse ad XL. millia stad. Ab extremo occi= dente Columnis propinquo, ad Issicum XXX. millia. Recessus Issici sinus, aut nihi= lo aut paulo orientalior est Aminso. Longitudo ab Aminso in Hyrcaniam est X. millia ferè stad. quæ pariter progreditur cum ea quam ab Issico in Indiam diceba= mus. Restat igitur dicta longitudo partis nunc peragratæ XXX. millium ferè stad. Rursum cum maximæ habitabilis, quæ chlamydalis est latitudo sit XXX. ferè mil= lia stad. Ea distantia meridionali proxima erit, quæ per Hyrcanium & Persicum mare scribitur, si totius habitabilis longitudo est LXX. millia. Si itaq; ab Hyrcania usq; in Artemisiam Babyloniæ sunt octo millia stad. ut Apollodorus uult, inde ad Persici maris ostium tantundem, rursumq; tantundem, uel paulo minus ad ea quæ iam cum extremis Æthiopiæ pariter & ex aduerso consurgunt, reliquum erit dictæ latitudinis orbis terrarum ab Hyrcanij maris recessu, in eius ostio quantum dixi= mus. Cumq; Miurus sit segmentum ad partes orientem uersus, erit figura popina= rio cultro persimilis, monte quidem in rectũ tendente, & ex parte aciei intellecto. Ex altero uero latere maritima ora ab Hyrcanio ostio usq; Tamarum porrecta, & Miuro in circularem lineam desinente. Sed de admirabilibus quibusdam, quæ de Barbaris uulgata sunt, facienda mentio est, de ijs præsertim, quę circa Caucasum, ac cæteram montis huius regionem habitant. Tradunt enim quibusdam Euripi= dis illud in more esse,

Ochus.

Iaxartes.

Parasanga Persicus.

Schœni.

Taurus mons.

Imæus mons.

Miurus.

τὸν φῦτα θρηνεῖν εἰς ὅσα ἔρχεται κακὰ
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας ἀφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. id est,

Natum lugere, propter ea, in quæ uenit, mala.
At contra mortuum, quasi uitæ laboribus
Perfunctum, efferre lætitia plurima ac iocis.

Sunt qui pro maximis etiam delictis neminem interficiant, sed in exilium cum
Derbicum mores. filijs mittant. econtra Derbices. nam pro minimis quibuscp delictis iugulant, telurem uenerantur, fœmininum nullum sacrificant nec edunt. Iugulant eos qui septuagesimum annum excesserint, qui genere proximi sunt eius carnes absumunt. Anus autem strangulant, deinde sepeliunt. Eos qui citra septuagesimum annum
Siginnorũ mores. obierint non eduntur, sed sepulturæ mandant. Siginni in cæteris rebus Persice uiuunt. Equis uero utuntur pusillis & hispidis, qui equitem uehere non possunt, quadrigis iungunt, quarum mulieres sunt aurigæ, à pueritia exercitatæ, & quæ optime ducere iudicatur, cuicunque uult, nubit. Ferunt nonnullas earum curare, ut capite longissimo, & fronte exporrecta uideantur, adeo ut mento emi-
Tapyri. neat. Tapyri atras uestes gerunt, & comas longas, mulieres uestes candidas & comas breues, habitant inter Derbicas & Hyrcanos, qui fortissimus iudicatur,
Caspij. quam uult ducit. Caspij eum qui septuagesimum annum excesserit, fame necant, quo in solitudine exposito, euentum eminus speculantur. nam quem ab auibus è lectulo distrahi uiderint, fœlicem putant. si à feris uel canibus, nequaquam. si à nullo, ducunt infœlicem. Quoniam Taurus Boreales Asiæ partes efficit, quas intra
Intra Taurum Taurum uocant, de eo prius dicendum uidetur. Hæc enim uel omnia, uel pleraque in ipsis montibus sunt. Quæcunque uero Caspijs portis orientaliora sunt, ea propter syluestrem regionem, simpliciorem habent peragrationem, nec multum refert, cum hoc, an cum alio climate connumerentur. Occidentalia autem omnia magnam de se dicendi copiam præbent, quare ad ea quæ Caspijs portis adiacent, procedendum est. Adiacet itaque Media occidentem uersus, regio
Tauri situs. sanè multa, atque olim potens, in medio Tauro sita, qui circa hæc loca multifidus est, & conualles magnus comprehendit, quemadmodum etiam Harmenia. Mons hic à Caria Lyciaq; incipiens, ibi nec latitudinem mentione dignam ostendit, nec
Chelidoneæ insulæ. altitudinem. Attollitur autem multum primo circa Chelidoneas (hæ sunt insulę in initio oræ Pamphiliæ) porrectus uero ad orientem, conualles apud Ciliciam com-
Amanus. plectitur, non sanè magnas. Deinde ab eo Amanus scindit̃, & Antitaurus, in quo
Antitaurus. Comana sunt apud Cappadocas supra memoratos, atque hic in Cataonia desinit.
Melitina. Amanus ad Euphratem & Melitinam usq; progreditur, ad quam Commagena
Comana. Cappadociæ adiacet. Deinde montes sequuntur qui trans Euphratem, sunt prędictis continui, nisi quantũ flumẽ per medium fluens interrumpit. Crescit Amanus
Cataonia. multum in latum & altũ, & multifidus est. Pars australior est Taurus, qui Harme-
Commagena. niam disterminat à Mesopotamia. Hinc fluunt Tigris & Euphrates, qui Mesopotamiam circundãt, & apud Babylonios inuicem cohærent, deinde in mare Persicũ
Tigris. emittunt. Quorum Euphrates maior est, & plus regionis flexuoso alueo percurrit.
Euphrates. Fontes habet in parte Tauri boreali, fluit ad occidentem per Harmeniam, quæ
Mesopotamia. maior appellatur, usq; in Harmeniam minorem, quam à dextris habet, à sinistris
Lisana. uero Lisanam. Deinde ad austrum flexus confinijs iungitur Cappadocum, quæ

ad

ad dextram relinquit, ad sinistram Commagenorum confinia, rursumq; à Sicinsi- Sicinsina.
na etiam Sophena maioris Harmeniæ, ad sinistram relicta progreditur in Syriam Sophena.
atq; iterum flexũ alium capit in Babylonios, & Persicum sinum. Tigris ex eodem
monte Seleuciam illatus ad Euphratem accedit, ibiq; efficit Mesopotamiam, dein- Trigridis fons
de in eundem sinum intrat. Euphratis ac Tigridis fontes inter se distant ad stadia Euphratis fons
duo millia et quingenta. Taurus itaq; septentrionem uersus in multos quasi ramos Taurus.
discinditur, quorum unus est Antitaurus. sic enim ibi appellatur. Is Sophenã com- Tauri rami.
prehendit in conualle quadam, quæ inter eum iacet, atq; Taurum ultra Euphratẽ.
Circum Harmeniam minorem, protinus post Antitaurum mons quidam exten- Sophena.
ditur, magnus atq; multifidus, cuius partem Polyarrhẽ, partem Moschicos mon- Polyarrhes.
tes, partem aliis nominibus uocant. Hi Harmeniam omnem comprehendunt, us- Moschici mon-
que ad Iberas & Albanos, deinde alij ad auroram Caspio mari imminentem con- tes.
surgunt, usq; in Mediam Atropatinã, ac etiam maiorem. Has montium partes Pa- Parachoathra
rachoathram uocant, atq; eas etiam quæ usq; ad Caspias portas & ulterius tendũt,
præterea orientem uersus Boreales montes, qui Ariæ coniunguntur. Boreales sic
uocantur, australes uero ultra Euphratem & Cappadociam, et Cõmagenam ad au
roram tendentes, hic ipse mons in initio Taurus uocatur, Sophenam cæterámque
Harmeniam disterminans à Mesopotamia. Sunt qui Gordyæos montes uocent. Gordyæi.
In his est Masius mons, qui supra Tigranocertam Nisibim iacet. Postea magis Masius.
magisq; elatus Niphates appellatur. Hoc in loco sunt Tigridis fontes ad australe Tigranocerta
montanæ regionis latus. Deinde iugum à Niphate magis ac magis extensum, Za- Nisibis.
grium montem efficit, qui Medos Babyloniósque disterminat. Post Zagrium Niphates.
supra Babylonios Elymæorum ac Parætasinorum montes sequuntur, supra Me- Zagrius.
diam uero Cossæorum regio. In medio est Media & Harmenia multos montes Elymei mon.
comprehendens, & colles, & campos, & conualles non paruas. Gentes etiam fre- Parætasini.
quentes quæ circum paruos montes habitant, & magna ex parte latrocinium exer- Cossæi.
cent. Hoc itaq; pacto Harmeniam Mediamq;, cuius sunt Caspiæ portæ, intra Tau Armenia.
rum collocamus. Hæ gentes ad nos sunt boreales, quoniam & intra Taurum. Era Media.
tosthenes uero cum diuisionem in partes australes feciſſet, in locis borealibus, & iis
quæ ab eo sigilla appellantur, partim borealia nominans, partim australia, amborũ Sigilla.
climatum terminum Caspias portas ostendit. Iure quidem australiora Caspiarum
portarum ad auroram tendentia, australia ostendit, è quibus est Media & Harme-
nia, septentrionaliora uero borealia secundum alium atq; alium locorum ordinẽ
contingunt. Hoc fortasse idcirco non aduertit, quia nulla nec Harmeniæ nec Me-
dię pars extra Taurum est, austrum uersus. Media est in partes duas diuisa, quarũ
alteram maiorem uocant, cuius metropolis sunt Ecbatana, magna ciuitas & Medi- Ecbatana.
ci imperij caput, qua nunc etiam Parthi regia utuntur. Nam reges ibi æstatẽ agunt,
(frigida enim est Media) hyemem uero Seleucię, quę secus Tigrim est, prope Baby Seleucia.
lonẽ. Altera pars est Media Atropatia ab Atropato duce nominata, qui ne ea Ma- Atropatia.
cedonibus subigeretur, obstitit, cum maioris Mediæ pars esset. Is postea rex decla- Atropatus.
ratus, regionem hanc per sese posuit, & ex illo successores ad hoc usq; tempus perdu
rant. Ii postea cum Harmeniorum regibus affinitatem coniunxere, postea cum Sy
ris, postremo cum Parthis. Hæc regio Harmeniæ, & Matianæ ad orientẽ adiacet, Matiana.
Mediæ uero maiori ad occidentem, utriq; ad aquilonem. Habitantibus autem cir-
ca Hyrcanij maris recessum & Matianam, ab austro iacet. Ea satis opibus pollet

(ut Apollonides ait) nam equitum X. millia, peditum XL. millia exhibet. Lacum habet nomine Spauta, in quo sales nascuntur & congelascunt, ij pruritum dolo-
Spauta. remq; efficiunt, morbi remedio est oleum. Si quis uestes in eum per imprudentiam lauandi gratia immerserit, aqua dulcis exustas emendat. Ii ualidos uicinos habent Harmenios & Parthos, à quibus sæpe aliquid circunciduntur, resistunt tamen & ablata recuperant, quemadmodum Simbacem ab Harmenijs receperunt, qui sub Romanis erant, & ipsi ad Cæsaris amicitiam accessere. Colunt simul etiã Parthos.
Gaza. Eorum regia æstiualis est, Gaza in campo sita & Vera castellum munitissimum
Vera. quod Antonius in Parthica expeditione obsedit. Id ab Araxe flumine, quod Har-
Araxes. meniam & Atropatiam terminat stadijs abest duobus millibus quadringentis, ut
Adelphius. Adelphius refert, qui Antonio familiaris, illius in Parthos expeditionem conscri-
psit, in qua ipse & affuit & præfuit. Cætera huius regionis loca opulenta sunt. Se-
ptentrionalia uero montana, & aspera, & frigida, Caddusiorum montanorum &
Cyrcij. Amardorum domicilium, necnon Tapyrorum, Cyrciorum & eiusmodi alio-
rum, qui latrones extorresq; sunt. Nam Zagrus & Niphates gentes has sparsas
Cartij. habent, & Cartij & Amardi, qui in Persia & Harmenia sunt, adhuc eodem nomi-
Caduſij. ne appellati, eandem formam seruant. Caddusij peditum multitudine non multũ
ab Arianis superantur. Hi sunt iaculatores optimi, in locis asperis pedites pro equi
Antonij in Parthos expeditio Artauasdes. tibus pugnant. Antonij expeditionem, non loci natura grauem reddidit, sed uiarũ dux Artauasdes rex Harmeniorũ, quem illi sibi insidiantem consilij participem fecit, ac bellicæ sententiæ compotem. Eum tamen quanquam sero ultus est, postquã multorũ malorum causa Romanis extitisset, tum ipse, cum ille quisquis uiam Zeugmate, quod est iuxta Euphratem quousq; in Atropatiam perueniatur octo millia stadiorũ ultra duplũ rectæ uiæ per montes regressus, & anfractus effecit. Media maior olim totius Asiæ dominata est, Syrorum imperio subacto, postea à Cyro ac Persis, ea tanta potentia sublata est, sub Astyage tamen multum patriæ dignita-
Ecbatana. tis seruauit. Erant enim Ecbatana Persarum hybernaculum, & Macedonum,
Media. qui subactis illis Syriam habebant. Nunc etiam Parthorum regibus eundem u-
Cossæi. sum & tutelam præstant. Media ab oriente Parthia terminatur, Cossæorúmque
τὴν πρὸς ἀνθρήνην. montibus latrocinium † exercitium. Hi olim cum aduersum Susios & Babylonios Elymęorum socij essent, sagittariorum XIII. millia exhibebant. Nearchus re-
Mardi. fert quatuor esse gentes, quæ latrocinium exercebant, earum Mardi Persis erãt fini-
Vxij. timi. His atque Susijs Vxij & Elymæi, Cossæi autem Medis, atque omnes tribu-
Elymæi. tum regibus pendebant. Cossæi etiam cum rex æstate Ecbatanis peracta, Babylonem descenderet, dona accipiebant. Horum audaciam Alexander contudit, hye-
Paræsitaceni. me eos adortus. Media itaq; ab oriente ijs terminatur & Paræsitacenis, qui etiam
Caduſij. montani sunt & latrones, ac Persis contigui. A septentrione Caddusijs & alijs cir-
Apolloniatis. ca Hyrcanium mare habitantibus, de quibus paulo ante pertractauimus. Ab au-
Sitacyna. stro Apolloniatide, quam Sitacynam ueteres appellabant, item Zagro apud quem
Zagrus. Sabatica est, quæ ad Mediam pertinet, quidam eam ad Elymæam dicũt pertinere:
Sabatica. ab occidẽte Atrapijs & Armeniorũ quibusdã. Sunt etiam Gręcę urbes in Media
Laodicea. à Macedonibus cõditę, è quibus est Laodicea, Apamia, & Rhaga, quæ apud Rha-
Apamia. gas est. Rhagam Nicator condidit, & Europum nominauit, Parthi uero Arsaciã.
Rhaga. Ea australior est, q̃ Caspię portæ, quingentis ferè stad. ut Apollodorus Adramy-
Nicator. tinus ait. Media itaq; magna ex parte alta est & frigida, cuiusmodi sunt montes Ec-
Europum. batanis
Arsacia.

batanis imminentes, & qui apud Rhagas & Caſpias portas conſurgũt, ac omnes deniq; ſeptentrionales partes uſq; in Matianam & Harmeniam huiuſmodi ſunt. Regio uero quæ ſub Caſpijs portis in humili & concauo ſolo iacet, opulenta eſt, & omnia fert, præter oleam, quæ & ſi ibi naſcitur, arida tamen eſt & ſicca. Hæc regio & Harmenia eximie paſcendis equis apta eſt, unde pratum quoddam Hippobo- *Hippoboton.*
ton uocatur, per quod iter faciunt, qui ex Perſia & Babylone in Caſpias portas pro ficiſcuntur, in eo paſci dicunt equorum L. millia, quæ armenta regia ſunt. Niſæos *Niſæi equi.*
equos, quibus reges utebantur, optimos, ac magnos, alij hinc genus habere dicũt, alij ex Harmenia propriam quandam formam habentes, quemadmodum Par- thia præ Græcis, exterisq;, qui apud nos ſunt. Et herbam quæ præcipue equos nu- trit, eo quod ibi abundet, proprie Medicam uocamus. Hæc regio ſilphium fert, à *Medica herba.*
quo Medicus ſuccus appellatur, Cyrenaico longe inferior, nõnunquam etiam illi *Medicus ſuc.*
præſtat, ſiue propter locorũ diuerſitatem, ſiue quod ſtirps ſpeciem mutet, ſiue pro- pter eos qui ſuccum exprimunt atq; conficiunt. Vnde etiam ad uſum reconditur. Media itaq; talis eſt. Eius latitudo ac longitudo penè par. Maxima eius longitudo ea uidetur quæ eſt à Zagri tranſitu, qui uocatur Medica porta, ad Caſpias portas, *Medica porta.*
per Sigrianam ſtad. IIII. milliũ ſupra centũ. Cum magnitudine & opibus regio- nis cõcordant ea, quæ de tributis traduntur. Nam cum Cappadoces Perſis quot- annis pendant, præter argentũ, mille & quingentos equos, mulorũ duo millia, o- uium L. millia, duplũ ferè horũ Medi pendebant. Mores magna ex parte Medis & Harmenijs ijdem ſunt, propterea quod etiã regio ſimilis eſt. Tradũt Medos multa rum rerum authores Harmenijs fuiſſe, ac prius etiam Perſis, qui in poteſtate Aſiæ ſucceſſerunt. Nam quæ nunc Perſica ſchola dicitur, & equitandi & ſagittandi ſtu- *Perſica ſchola.*
dium, & cultus, & ornatus, & religioſa à ſubditis in reges ueneratio, à Medis pro- *Perſarũ fines.*
fecta eſt. Idq; uerum eſſe ueſtitus declarat. Nam tiara, & citharis, & pileus, & mani- *Tiara.*
catæ tunicæ, & anaxyrides in frigidis & borealibus locis, quales ſunt Medici, apta *Citharis.*
geſtamina uidentur. In auſtralibus uero nequaquam. Perſæ autem magna ex par- *Pileus.*
te rubrum mare accolunt. magis enim meridionales ſunt, quàm Babylonij, uel Su- *Manicatæ tuni cæ.*
ſij. Hi poſt ſubactos Medos quædam ſibi uendicauere, quæ Medorum erant, & *Anaxyrides.*
adeo honeſti & regij uictorum mores uincentibus uiſi ſunt, ut pro nudis ac leui- bus muliebria geſtare, & uelamentis contegi paterentur. Sunt qui dicant Medeam *Medea.*
quæ ibi imperauit, quemadmodum Iaſon, ueſtem hanc prius commonſtraſſe. Nam ea faciem ſuam occultabat, cum pro rege exiret. Dicunt etiam Iaſonis monu menta eſſe Iaſonia, quæ illi à Barbaris poſita in honore maximo habentur. Eſt etiã *Iaſonia.*
mons quidam ingens ſupra Caſpias portas ad læuam, qui Iaſonius appellatur. *Iaſonius mon*
Medeæ eſt & ueſtis & regionis nomen. Dicitur præterea Medus eius filius regni *Medus.*
ſucceſſor, regioni nomen impoſuiſſe. His concordant Iaſonia, quæ ſunt in Har- *Medorum re*
menia & regionis nomen, & alia permulta, de quibus poſtmodum dicemus. Atq; *quis.*
hoc Medorum eſt, quanquam non omnium, ſed montanorum, eum in regem eli- gere, qui fortiſſimus ſit. Illud quoque Medorum eſt reges uxores multas habere, *Medis uxores multæ.*
qui mos & ad montanos, & ad omnes permanat, pauciores autem quàm ſeptem non licet. Eodem modo proditum eſt, mulieres pulchrum ſibi exiſtimare, ut uiros habeant quamplurimos, pauciores quinque calamitatem ducere. Cum cæte- ra Mediæ regio ſumme opulenta ſit, ſeptentrionalis montana tenuis eſt, quare arborum fructibus nutriuntur. Ex malis ſiccis ac tritis maſſas conficiunt, ex *Medorũ cibus.*

ex amigdalis toſtis panes, è radicibus quibuſdam uinum exprimunt, ferinis carnibus utuntur, mitia pecora non alunt, ac de Medis quidem hæc. De totius autem Mediæ Nomadibus, quoniam ĩj propter Perſarum potentiam Perſis acceſſere, cum de illis loquemur, mentionem faciemus. Auſtrales Harmeniæ partes Taurũ obĩjciunt, qui eam ab omni regione dirimit, quę inter Tigrim eſt atqꝫ Euphratem, quam Meſopotamiam uocant. Orientales uero Mediæ maiori, & Atropatiæ ſunt contiguæ, ſeptentrionales ſunt montes Parachoatræ Caſpio mari imminentes. Itẽ Albani & Iberes, & Caucaſus, qui gentes has circuit, & Harmeniæ & Moſchicæ, & Colchicis montibus contiguus eſt, uſque ad eos, qui Tibarani appellantur. Ab occaſu ſunt gentes hæ, atque Paryadra, & Cydiſa uſque in Harmeniam minorem & fluuialem Euphratis regionem, quæ Harmeniam à Cappadocia dirimit, & Cõmagena. Nam Euphrates à boreali Tauri latere exoriens, primo per Harmeniam fluit occidentem uerſus, deinde ad auſtrum flexus inter Harmenios & Cappadocas & Commagenos Taurum reſcindit. Egreſſus uero, cum prope Syriam peruenerit, ad hyemales ortus reuertitur uſque Babylonem, & ad Tygrim Meſopotamiam efficit. Ambo in Perſicum ſinum finiunt. Circuniacentia quidem huiuſmodi ſunt montana ferè & aſpera omnia, paucis exceptis Mediam uerſus. Rurſum dicti Tauri incipientis ab ulteriore Commagenorum, & Melitinorum regione, quam Euphrates facit, eſt Maſius mons, qui ab auſtro in Meſopotamia Mygdonibus imminet, apud quos eſt Niſibis. A parte autem ſeptentrionali eſt Sophena, inter Maſium & Antitaurum, qui ab Euphrate Tauroqꝫ initium ſumens ad orientales Harmeniæ partes deſinit, & Sophenam Mediæ complectitur. Ex altera parte habet Aciliſenam inter Taurum ſitam, & Euphratis Meſopotamiam, priuſqꝫ is ad auſtrum deflectat. Carcathiocerta Sophenæ regia eſt, Maſio orientem uerſus iuxta Gorgodylenam Niphates mons imminet. Deinde ab ĩjs ex quo Euphrates & Araxes fluunt alter ad ortum, alter ad occaſum. Deinde Nibarus uſque in Mediam extenditur. Quomodo autem Euphrates fluat dictum eſt. Araxes ad orientem illatus uſqꝫ in Atropatiã ad occaſum ſeptentrionemqꝫ deflectit, & primo Azara præterlabitur, deinde Artaxata Harmeniæ urbem, poſtea per Araxinum campum in mare Caſpium emittit. Multi montes & multi colles ſunt in Harmenia, in quibus non facile uitis naſcitur, multæ etiam conualles, aliæ modicæ, aliæ opulentæ, quemadmodũ campus Araxinus, per quẽ Araxes fluens ad extrema Albaniæ & in mare Caſpiũ egreditur. Poſtea eſt Sacaſſena, quæ & Albaniæ & Cyro flumini finitima eſt, deinde Gogarena. Tota hæc regio fructibus ac domeſticis arboribus affluit, & ĩjs quæ ſemper uirent, fert etiam oleum. Harmeniæ pars eſt Fannena & Cõmiſena & Orchiſtena, quæ equis abundat. Chorzæna uero & Cambyſena ſeptentrionales, & ualde niuales ſunt, Caucaſĩjs montibus uicinæ, & Iberiæ & Colchidi, ubi iter agentes in ſummis montiũ cacuminibus niue obrui dicũt. Nam ibi plurima cadit, unde baculos habent ad eiuſmodi pericula, quos in ſummã niuem reſpirandi gratia exerãt, et ut eo ſigno auxiliũ ab aduenientibus cõſequantur. Qua propter ſæpe effoſſi ſeruãtur. In niue glebas quaſdã cõcauas congelaſcere prodiderunt, aquã optimã tanꝫ in tunica cõtinentes. In niue animalia quædam cõcreari, quę Apollonides uermes appellat, Theophanes uero montanas teredines atqꝫ in illis aquã optimã contineri, & ruptis tunicis bibi. Horũ animalium generationem talem putant, qualem culicum, ex flumine & bractea metallorum. Tradũt Harmeniam

Harmenia. Meſopotamia. Parachoatræ mon. Caucaſus. Tibarani. Paryadra. Cydiſa. Euphrates. Melitini. Maſius mons. Niſibis. Sophena. Aciliſena. Carcathiocerta. Gorgodylena. Niphates. Nibarus. Araxes. Azara. Araxinus cãp. Artaxata. Sacaſſena. Gogarena. Fannena. Commiſena. Orchiſtena. Chorzæna. Cambyſena. Baculi ad ſpirãdum niue oppreſſis. Vermiũ aquæ.

niam cum prius parua esset, ab Artaxia & Zariada auctam, qui magni Antiochi imperatores fuere, quo superato, alter Sophenæ & Amisenæ, & Odomantidi, & quibusdam alijs, alter regioni quæ circa Artaxata est imperantes, multum coaluere, & uicinis loca plurima abstulerunt. Medis Caspianam & Phaunitem, & Basoropedam, Iberibus circummontanam Pæadri regionem, & Chorzenam, & Gogarenam, trans Cyrum. Chalybum gentibus & Mosynœcis Parenetam & Xerxenam, quæ Harmeniæ minori conterminæ, uel eius partes sunt, Cataonibus Aclisinam, & regionem quæ circa Antitaurū est. Syris uero Tamonitam, ut omnes unius linguæ essent. Harmeniæ urbes sunt Artaxata, Artaxiasata appellata, quam Annibal Artaxiæ regi condidit. Item Arxata, ambæ prope Araxem. Arxata iuxta fines Atropatię, Artaxata apud Araxinum campum bene habitata, & eius regionis caput. Ea in flexu quodam iacet, qui peninsulam facit, pro muro flumen opponit, præter Isthmum, quem & fossa & uallo clausum habet. Non procul ab urbe sunt castella quædam munitissima, Babyrsa & Olana, ubi Tigranis Artabasdæ thesauri seruabantur. Alia secus Euphratem erant. Sed Artageras, qui custodiæ præerat Ador prodidit. Id etiam Cæsaris imperatores diuturna obsessione ceperunt, atque mures ademerunt. Multi amnes sunt in Harmenia, sed clarissimi Phasis & Lycus in mare Ponticum exeuntes. Antisthenes Thermodontem pro Lyco posuit non recte. In Caspium Cyrus & Araxes emittunt, in Rubrum mare Euphrates & Tigris. Sunt etiam in hac regione magni quidam lacus, è quibus est Mantianus, qui Ceruleanus interpretatur. Is post Mæotim maximus est, ut ferunt, aquæ salsæ, progreditur autem usque in Atropatiam, & salis fontes habet. Arsenus uero quem etiam Thoatin uocant, nitrosus est, unde uestes dilacerat, ac rumpit, & propterea eius aqua non bibitur. Per hunc lacum Tigris fertur, à Montana regione iuxta Niphatem ruens, propter celeritatem undam impermixtam seruant, unde & nomen habet. nam Medi sagittam Tigrim uocant. Lacus hic uarios pisces fert, cū huiusmodi aquæ unius formæ pisces habere soleant in interiore lacus recessu, flumen in uoraginem quandam incidens, & longo spatio subter terram delatum exoritur iuxta Chalonitim, inde iam ad Opam & Semiramidis murum defertur, à dextris Gordyæos & totam Mesopotamiam relinquens. Econtra Euphrates à sinistra eandem regionem habet, cum uero inter se iam appropinquarint, ac Mesopotamiam fecerint, alter per urbem Seleuciam fertur, Persicum sinum uersus, alter per ipsam Babylonem, ut in ijs patet quæ aduersus Eratosthenem & Hipparchū à nobis dicta sunt. Auri metalla in Syspiretide effodiuntur, apud Cambala, ad quę Alexander Memnonem cum militibus misit, sed id ab indigenis relatum est. Sunt & alia metalla, eius scilicet quæ Opandix dicitur, quam Harmenium colorem uocant, Calchæ persimilem. Hæc regio nō minus pascendis equis apta est, quàm Media, unde Nysæi equi, queis Persarū reges utuntur hinc sunt, & Harmeniæ Satrapes quotannis per se xx. millia pullorū ex Mithracina mittebat. Artuasdes Antonio prę̄ter alios equos cataphractorū instructorum septem millia ostendit, cum in Mediā cum eo ingressus est, quorū equorū nō Medi solū et Harmenij studiosi fuere, sed etiā Albani. nam illi cataphractis utūtur. Non paruū diuitiarū et opū huius regionis indiciū est, quod cū Pompeius Tigrani patri Artabasde sex millia talẽtorū argenti scripsisset, mox Romanorū copijs uiritim distribuit, militi quinquagenas drachmas, centurioni millenas, singulis præfectis prouincię et chiliarchis talen

Artaxias. *Zariadas.* *Odomantis.* *Phaunites.* *Basoropeda.* *Pæadrus.* *Parencta.* *Xerxena.* *Cataones.* *Aclisina.* *Tamonita.* *Artaxata.* *Artaxiasata.* *Babyrsa.* *Olana.* *Artabasdæ thesauri.* *Artageras.* *Ador.* *Phasis.* *Lycus.* *Thermodon.* *Cyrus.* *Araxes.* *Euphrates.* *Mantianus.* *Ceruleanus lacus.* *Arsenus.* *Thoatis.* *Tigris unde appellatus.* *Chalonitis.* *Opa.* *Gordyæi.* *Syspiretis.* *Cambala.* *Opandix.* *Artuasdes.* *Tigranes.* *Artabasdes.*

tum. Regionis latitudinem Theophanes tradit, schœnorum centũ longitudinem duplam, quadragenûm stad. schœnum faciens, in quo ueritatem transgredi uidetur. Est ergo ueritati proximum ponere longitudinem ab illo dictam, latitudinem dimidium, uel paulo plus. Harmeniæ natura ac potentia est huiusmodi, sed antiquus quidam sermo perhibetur de hac gente. Harmenius ex Harmenia Thessaliæ urbe, quæ inter Pheras & Larissam iacet, iuxta Bœbeida, ut dictum est, cum Iasone in Harmenia militauit. Cyrsilus uero Pharsalius, & Medius Larissæus, qui cũ Alexandro militarunt, dicunt ex huius nomine Harmeniam appellatam. Eos autem qui cum Harmenio erant Acilesinam habitasse, quæ prius sub Sophinis erat. Alios uero in Syspiretide usq; in Chalachanam & Diabenam extra Harmeniæ montes. Atq; Harmeniacã uestem Thessalicam dicunt, id est longas tunicas, quas in tragœdijs Ætolicas uocant, cingunt quoq; circa pectus, in prætextis etiam tragici Thessalos sunt imitati. Opus enim illis fuit aliquo tali accõmodato habitu. Thessali enim, ut par est, quia longas uestes gestant, cum inter omnes Græcos ualde boreales sint, & quia frigidissima loca incolunt, aptissimam imitationem, id est poëticarum personarum cultum præbuerũt. Equitandi quoq; studium tam his quàm Medis simile Thessalicum dicunt. Iasonis autem expeditionem, Iasonia testantur, quæ à principibus sunt structa, quemadmodum à Parmenione Iasonis templum, apud Abderam. Araxem uero ex Penei similitudine, & eodem nomine ab Harmenio uocatũ putant. Nam & ille Araxes uocatus est, eo quod Ossam abrumpit ab Olympo, ac etiam Tempe. Huncuero in Harmenia è montibus delapsum, & subiecta planitie olim diluta cum exitum non haberet dilatatum prodidere. Iasonem uero Tempe imitatum, uiam fecisse, per quam nunc aqua in mare Caspium decurrit, unde Araxinus campus nudatus est, per quem amnis defertur in Cataractem. Hæc quæ de Araxe dicũtur, rationem aliquam habent. At quæ Herodotus dicit, non ualde sunt uerisimilia. Dicit enim eum ex Mantiana profluentem, in quadraginta amnes scindi, & Scythas Bactrianosq; diuidere. Hunc secutus est Callisthenes. Ex Ænianis alios Vitia dicunt habitasse, alios ultra Harmenios, supra Abum & Imbarum qui Tauri partes sunt. Abus prope uiam est quæ Ecbatana fert iuxta Baridis templum. Dicuntur etiam Thraces quidam Saraparæ appellati, id est decapitatores, ultra Harmeniam habitasse, prope Guranios ac Medos, homines profecto immanes, indociles & montani, bracati, ac decapitatores. Sic enim Saraparæ significant. De Media autem dictum est in rebus Medicis. Quare ex his omnibus colligi potest, Medos Harmeniosq; è Thessalis esse, ab Iasone & Medea ortos. Ac de antiquis quidem hæc. Recentiora uero à Persis ad nostra usq; tempora, in summam sic dicuntur, quod Persæ Harmeniam tenuerunt, postea Macedones, qui Syriam Mediamq; habuere, postremus Orontes ex Hydarni genere, unius exseptẽ Persis, postea ab Imperatoribus magni Antiochi, qui cum Romanis bellum gessit Artaxia scilicet ac Zadriada in partes duas diuisa est. Ii enim permittente rege, imperauerunt, quo superato Romanos adorti, ac reges nuncupati, per sese fuerũt. è genere Artaxiæ fuit Tygranes is, qui eam habuit, quæ proprie Harmenia est appellata. Ea Medis, Albanis, & Iberibus contigua erat usq; in Colchidem & Cappadociam, quæ iuxta Euxinum est. E Zadriada fuit Artanes Sophenus, qui australes partes habuit, eas maxime quæ uergunt ad occidentem. Hic à Tygrane deletus est, qui quanquam rerum omnium potitus, uaria tamen fortuna usus est. Nam in

Harmeniæ appellatio.
Harmenius.
Medius Lariſsæus.
Acileſina.
Syſpiretis.
Chalachana.
Cyrſilus.
Diabena.
Armeniaca ueſtis.
Aetolicæ ueſtes.
Araxes.
Oſſa.
Olympus.
Aeniani.
Abus.
Imbarus.
Baridis templ.
Saraparæ.
Guranij.
Orontes.
Hydarnus.
Artaxias.
Zadriades.
Artanes Sophenus.

initio apud Parthos obſes fuit, deinde LXX. Harmeniæ uallibus in pretium datis, reuerſus eſt. Auctus uero, loca ea recepit, & Parthorum regione uaſtata, Perinium & loca circum Arbela, Atropatinum quoque, & Gordyæum, & cum ijs reliquam Meſopotamiam ſubegit, præterea Syriam, Phœniciámque ui cepit, Euphratem tranſgreſſus. Inde plurimum elatus, urbem condidit prope Iberiam, inter hanc atque Zeugma, quod iuxta Euphratem eſt, quam Tigranocerta nominauit, hominibus XII. Græcarum urbium, à ſe euerſarum, congregatis. Sed Lucullus qui aduerſum Mithridatem bellum geſſit, continuo ſubſecutus, habitatoribus in ſedes ſuas dimiſſis, opus quod adhuc erat imperfectum, facto impetu demolitus eſt, atq; in paruũ uicum redegit, Tygrane ex Syria ac Phœnicia pulſo. Artabaſdes autem eius filius, quandiu manſit in amicitia populi Ro. tandiu fuit fortunatus. Poſtea uero quàm Antonium in Parthico bello Parthis prodidiſſet, perfidiæ pœnas dedit. Nam uinctus ab eo Alexandriam ductus, & contumelioſe per urbem circunlatus, ac primum cuſtodiæ traditus, deinde interemptus eſt. Poſt illum multi reges ſub Cæſare ac Romanis fuere, & nunc etiam ſunt. Omnia Perſarum templa tam Medi, quàm Harmenij in ueneratione habent, Tanaidis templa præcipue Harmenij, cum in cæteris locis ea ædificantes, tum etiam in Acileſina dedicant illis ſeruos ac ſeruas, quod ideo minus eſt mirandum, quod etiam nobiliſſimi gentis eius, filias ſuas dedicant, quibus lex eſt, ut diu apud deam proſtitutæ nuptui dentur, nullo renuente talibus coniugari. Huiuſmodi quiddam Herodotus de Lydis commemorat, quæ omnes meretricantur, & tam benigne amatoribus ſuis utuntur, ut eos hoſpitio ſuſcipiant, & dona dent plura etiam quàm accepere, quippe quæ à copioſis dotibus ſuppeditantur. Accipiunt tamẽ non quoſcunq; hoſpites, ſed eos maxime qui æque ſint digni.

Perinium.
Arbela.
Zeugma.
Tigranocerta.
Artabaſdes.
Tanaidos templum.
Acileſina dedicatio.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

ARGVMENTVM DVODECIMI LIBRI.

DVodecimus reliqua Ponticæ regionis continet, ac deinceps Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Myſiam, Phrygiam, Mæoniam, & ante hęc Sinopen ciuitatem Ponticam, & Heracleam, & Amaſiam. Præterea Iſauriam, Lyciam, Pamphiliam, Ciliciam cum inſulis, montibus, ac fluminibus adiacentibus.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER DVODECIMVS.

Cappadocia.

CAPPADOCIA multas partes habet, & mutationes plurimas accepit, maximeq; eiusdem linguæ sunt, qui austrum uersus Cilicio terminantur, qui dicitur Taurus, orientem uersus Harmenia Colchide, ac diuersarum linguarum gentibus, quæ intermediæ sunt septentrionem uersus Euxino, usq; ad Halys ostia, occasum uersus Paphlagonum gente & Galatis, qui in Phrygiam transmigrarunt, usq; ad Lycaonas & Cilicas, Ciliciam Tracheã incolentes. Ex his qui unius erant linguæ antiqui Cataones separatos ponebant. Et in dinumeratione gentium eos à Cappadocibus tanquam alterius linguæ gentibus distinguentes. Post Cappadociam Cataoniam locabant, postea Euphratẽ, & gentes quæ trans eum sunt, ut etiam Melitinam post Cataoniam collocarent, quæ inter hanc iacet & Euphratem, Commagenę continua, & decima Cappadociæ pars est secundum regionem in decem præturas diuisam. Sic enim reges ante Archelaum, Cappadociæ principatum distinctũ habuere. Decima pars est etiam Cataonia, & utraq; ætate nostra suum prætorem habuit. Sed mirum profecto est, cum nulla nec linguæ nec morum diuersitas in his erga cæteros Cappadocas appareat, quomodo peregrinæ gentis signa omnino deleta sunt. Erant itaq; distincti, eos autem Ariarathes adeptus est, qui primus Cappadocum rex est nuncupatus. Locus hic est tanquam magnæ cuiusdã peninsulę Isthmus, duobus maribus coartatus, mari scilicet Issici sinus usque in Tracheam Ciliciam, & Euxino inter Sinopam atque Tibarenorum oram. Omnem uero regionem Cappadocibus ad occidentem uersus, quæ intra Isthmum est, peninsulam dicimus, quam Herodotus cis Halym uocat. Hæc est cui Crœsus imperitauit, quem ille gentium dominum appellat, quæ cis Halym sunt. Iuniores uero eam quæ intra Taurum est Asiam uocant, eodem nomine quo totam continentem. In ea gentes hæ continẽtur. Primũ ab oriente Paphlagones, Phryges, & Lycaones: deinde Bithyni, Mysi, & quæ Epictetus dicitur: præterea Troas, & Hellespontia: post hos ad mare ex Græcis Æoles, & Iones. Ex alijs Cares ac Lycij, in mediterranea Lydi. De cæteris postmodũ dicemus. Macedones Cappadociam in duas satrapias à Persis diuisam accipientes, partim spontanei, partim inuiti, ex satrapijs in regna redegerũt, atq; maiorem Cappadociam quæ Taurum uersus est proprie Cappadociam nominarunt, alteram Pontũ. Quidã eam quę Pontum uersus est, Cappadociam uocauere, nos autem maioris Cappadocię ordinem nunc ignoramus. Nam Archelao uita functo, Cæsar ac senatus decreuere, ut ea Romanorum prouincia esset. Cum uero regio sub illo, ac prioribus in decem præturas esset diuisa, quinq; Taurum uersus censebantur, ut Melitina, Cataonia, Cilicia, Tyanensis, & Isaurien sis. Quinq; reliquæ è Lauinasena, Sargasena, Sarauna, Chamanena, Rhimnena. Postea addita est à Romano ex Cilicia, quod ante Archelaum erat undecima prætura, regio scilicet,

Cataones.
Cataonia.
Melitina.
Commagena.
Ariarathes.
Tibareni.
Cappadocia cis Halym.
Paphlagones.
Phryges.
Lycaones.
Bithyni.
Mysi.
Epictetus.
Troas.
Hellespontia.
Aeoles.
Iones.
Cares.
Lycij.
Lydi.
Cappadocia maior.
Pontus.
Tyanensis.
Isaurien sis.
Cappadociæ præturæ.

Castab

Castabalis & Cydistrę uicina usqꝫ Derbam, Antipatri Piratæ sedem. Ab Archelao autem Trachea Cilicia circa Eleusam, & omnis ea quę piraticam exercuerat. Melitina persimilis est Commagenæ. Sola enim ex omni Cappadocia, tota domesticis arboribus consita est, ut etiam oleum ferat, & Monariticum uinum, quod cum Græco decertat. Hæc Sophenę opponitur, habens in medio Euphratem, ei Commagena contermina est. In ulteriore regione est castellum quoddam Cappadocum satis clarum, nomine Tomisa. Id Sophenæ regi uenditum est talentis centum. Postea à Lucullo uirtutis gratia in bello aduersum Mithridatem gesto, Cappadoci cuidam donatum. Cataonia planities est lata & concaua, & omnia fert, præter ea quæ semper uirent, circunstant eam montes, cum alij, tum Amanus à parte australi, qui à Tauro Ciliciæ quodam modo auulsus est, & Antitaurus in contraria abruptus. Amanus enim in Cilicia & Syriacū mare ad occasum porrigitur, à Cataonia contra Notum, quo spatio totum Issicum sinum circuncludit, & campos, qui inter Cilicas sunt Taurū uersus. Antitaurum uero ad septētrionem inclinat, & orientis nonnihil apprehendit, deinde finit in mediterranea. In Antitauro conuales sunt profundæ & angustæ in quibus sita sunt Comana ciuitas, memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana uocant. Ea ciuitas clarissima est, maximamꝙ numine afflatorum & sacrorum seruorum multitudinem habet. Eam Cataones incolunt, qui quanquam regi subditi sint, parent tamen sacerdoti, qui fani, & sacrorum seruorum magna ex parte dominus est, qui tempore quo nos peregrinati sumus, supra sex millia erant, uiri simul ac mulieres. Fano, regio adiacet non parua, cuius fructum ac prouentum sacerdos accipit. In honore secundus est in Cappadocia post regem. Reges ac sacerdotes frequentius ex eadem esse progenie solebant. Hoc sacrorum genus Orestes cum sorore Iphigenia è Scythia Taurica huc uidentur attulisse, quæ Dianæ Tauropolæ erāt, lugubrem comam hic deposuisse, ex qua urbi nomen datum est. Vrbem Sarus amnis interfluit, qui per Tauri conualles deuolutus, ad Cilicum campos & subiectum pelagus pertransit. Pyramus uero perlabitur Cataoniam, et è media planitie exoritur, & nauigabilis est. Est etiam fossa quędam memoratu digna, per quam aqua purissima magno spatio occulte sub terram fertur, deinde in summum exoritur, tanta ui, ut si quis hastam superne demiserit, adeo aquæ impetus obsistit ut uix immergi queat. Fertur etiam fundo innauigabili, & latitudine immodica. Cum uero se Tauro iunxerit, mirum in modum cōtrahitur. Mira est præterea montis cæsura, per quam alueus ducitur. Nam quemadmodum in petris rimam trahentibus & per medium scissis, contingit, alterius partis depressionibus ita conuenire, ut coniungi possint, sic uidere est imminentes fluminis petras, utrinque ferè usqꝫ ad montis summa pertendentes, duorū, triūmue iugerum spatio, concauitates quasdam eminentijs oppositas habere. Solum uero quod interiacet, totum saxeum, ualde profundam & angustam rupturam in medio habet, ut eam canis ac lepus transiliat. Hic fluminis alueus, ad labrum usque plenus est, latitudine aquæ ductui par, propter obliquitatem autem & angustias & uallis profunditatem, mox de longinquo accedentibus sonitus exauditur tonitrui persimilis. Montes uero egressus tantum limum in mare deducit, partim ex Cataonia, partim ex Ciliciæ campis, ut huiusmodi de eo oraculum ēditum feratur,

ἔστι τις ἰσομήνιος ὅτε πύραμος ὑρυοδίνης,

Castabalis
Cydistra.
Derba.
Antipater pirata.
Trachea Cilicia.
Eleusa.
Melitina.
Monariticum uinum.
Sophena.
Tomisa.
Cataonia.
Amanus mons
Issicus sinus.
Comana.
Bellonæ fanū.
Sacerdotū honor.
Orestes.
Iphigenia.
Diana Tauropola.
Comana unde dicta.
Sarus.
Pyramus.
Pirami fluuij impetus.

πίονα προχέων ἱερὸν ἐς κύπρον ἵκηται.

Tempus erit rapidis olim cum Pyramus undis
In ſacram ueniet, congeſto littore, Cyprum.

Ibi enim ſic euenit, ut in Ægypto, in qua ſemper Nilus ex aggeſtione, mare cõtinentem efficit. Vnde Herodotus Ægyptum fluminis donum appellat. Poëta quoque dicit, Pharum prius in pelago fuiſſe, quæ nunc Ægypto cohæret. Tertia eſt Dacia, in qua Iuppiter colitur, non inferior hac, ſed memoratu digna. In ea aquæ ſalſæ foſſa eſt, quæ magni lacus ambitum habet, altis & erectis clauſa ſupercilijs, ut ſcalarem deſcenſum habeat. Aquam nec manifeſtum ulla ex parte exitum habere, nec augeri, proditum eſt. Cataonum campi, & Melitina, ciuitatem nullam habent, caſtella in montibus munita ſunt, Azamora, & Daſtacum, quod Carmala flumen circunfluit. Habet etiam Apollinis Cataonis delubrum, quod in tota colitur Cappadocia. Aliæ præturæ urbes non habent, exceptis duabus. E reliquis præturis in Sargarauſina oppidum eſt Herpa, & flumen Carmala, quod in Ciliciam emittit. In cæteris præturis, Argus munitio alta iuxta Taurum eſt, & Nora, quæ nunc Neroaſſus uocatur, in qua Eumenes obſeſſus diuerſtitit. Ætate autem noſtra Siſinus, in eo theſauros habebat. Is Cappadocum imperium adortus eſt. Huius regia erat Cadena in urbis modum inſtructa, ea in montibus eſt Lycaoniæ. Nam & Sauera olim uicus dicitur fuiſſe, in modum urbis, & regionis metropolis. In Morimena Iouis fanum eſt, qui apud Venaſinos colitur, in eo habitant ſacrorum ſeruorum ferè tria millia. Sacra regio fertilis eſt, quæ annuum prouentum ſacerdoti dat, talẽtorum quindecim. Is per totam uitam ſacerdos eſt, ſicut ille qui eſt apud Cõmana, & poſt illum ſecundus in honore. Duæ tantum præturæ urbes habent, Tyanenſis, Tyana Tauro ſubiacentia, qui apud Cilicias portas eſt, ad quas montium cacumina, in Ciliciam ac Syriam tendentia, facillima ſunt, & omnibus communia. Regio quæ iuxta Taurum eſt, Euſebia uocatur, ea fertilis eſt, & magna ex parte planities. Tyana aggeri Semiramidis ſubiacent, optime munito. Non procul hinc ſunt Caſtabala & Cybiſtra oppida monti propinqua. Caſtabalis eſt Dianæ Perſicæ fanum, ubi dicunt ſacras mulieres illæſas nudis pedibus ſuper prunas ingredi, atque hic etiam eandem hiſtoriam narrant Oreſtis & Tauropolæ, & Peraſiam idcirco uocitatam dicunt, quod ex ulteriore regione fuerit allata. In Tyanenſi prætura una ex decem ſupradictis oppidum eſt Tyana. Eam uero quæ Epictetus dicitur, his non connumero, Caſtabala ſcilicet & Cybiſtra, & quæ in Cilicia Trachea ſunt, in qua Archelaus Eleuſam inſulam fertilem muniuit, opus memoratu dignum, ubique magna temporis parte degebat. In Cilicia eſt ea quæ Mazaca uocatur, gentis eius metropolis, atque ea etiam Euſebia nuncupatur, quæ iuxta Argæum eſt. latet enim ſub Argæo monte omnium altiſsimo, qui ſemper in ſummo niues habet, ex quo dicunt, qui eò aſcendunt, quanquàm ij perpauci ſunt, ſereno cælo utrunque æquor perſpici Iſſicum ſcilicet ac Ponticum. Cætera ad ciuitatis habitationem incommoda ſunt. Nam & ſicca eſt & debilis & propter principum negligentiam immunita, & fortaſſe de induſtria, ne mœnibus ut munimento freti, nimis confidant, planitiem habitantes, quæ colles arduos & difficiles habet. Loca uero circunſtantia omnino ſunt ſterilia et inculta, quãquàm campeſtria ſint. Arenoſa enim ſunt & petroſa, paululũ uero progredienti campi ſunt igne exuſti, & ſolum incenſum per multa ſtad.

Aegyptus fluminis donum.
Pharos.
Dacia.
Axamora.
Daſtacum.
Carmala.
Apollo Cataonius.
Herpa.
Argus caſtell.
Nora.
Neroaſſus.
Siſinus.
Cadena.
Sauera.
Morimena.
Venaſini.
Sacerdos Venaſinus.
Tyana.
Euſebia.
Caſtabala.
Prunæ Dianæ.
Mulieres ſuper prunas ingredientes.
Peraſia.
Tyana.
Epictetus.
Cybiſtra.
Cilicia Trachea.
Eleuſa.
Mazaca.
Argæus.

qua

quapropter neceſſaria è longinquo afferuntur. Et quod etiam abunde periculoſum uideatur, non longe abeſt periculi materia. Nam cum tota ferè Cappadocia lignis careat, Argæus tamen circuncirca ſyluam habet, unde de proximo lignari adeſt. Sed loca ſyluæ ſubiecta ignes habent. Sunt etiam gelidis aquis plena, quanquàm nec ignis nec aquæ in ſummum extant, quapropter maxima ex parte herbida ſunt. Quibuſdam in locis ſolum paluſtre eſt, & per noctem ex eo flammæ conſurgunt, rei itaque gnari caute lignantur, ſed multis periculum eſt, præſertim pecori in obſcuras ignis foſſas incidenti. Eſt flumen in planitie ante urbem nomine Melas, diſtans ab ea ſtadia XL. Is fontes habet in loco urbis humillimo, ſed hac in parte inutilis eſt, cum non aptum exitū habeat. In lacus ac paludes diffuſus, urbis aërem æſtate corrumpit, & lapicidinas, cum utiliſsimę ſint, efficit inutiles. Mazaceni enim lapidum copiam pro ædificijs ex ripis habent. nam lapidum cruſtæ aquis tectæ reſiſtunt, atque paludes, hæ ubiq; ardent. Ariarathes rex auguſtijs quibuſdam obſtructis, ad quas Melas exitum in Euphratem habet, proximam planitiem totam lacu diluit, atque inſulas quaſdam, tanquàm Cycladas comprehendens, pueriliter ibi immorabatur. Clauſura uero ad unum rupta aqua ſoluta eſt, intumefactúsque Euphrates, magnam Cappadociæ partem traxit, & multas habitationes & conſita deleuit. Agrum quoque Galatarum, qui Phrygiam habitant, non paruo affecit detrimento. Qua ex re XXX. talentorum damno mulctatus, eius rei iudicio Romanis commiſſo. Idem circa Herpam contigit. Nam & ibi Carmalæ exitu obſtructo, ore deinde rupto, cum aqua quædam Cilicū loca deuaſtaſſet, pœnas dedit ijs, quia iniuria affecti fuerunt. Mazacenorum itaq; loca, quanquàm plurimis rebus incōmoda ſint, ea tamen reges ad habitādum præcipue uidentur elegiſſe, quia locus totius regionis medius erat, & lignis & lapidibus abundabat, & herba, qui plurimū ad alenda pecora indigebant. Nam ea urbs quodammodo illis caſtra erat. Cæterum uero tutelam ex munitionibus & caſtellis habebant, quæ ibi plurima ſunt, alia regis, alia amicorum. Diſtant Mazaca à Ponto ad ſtadia octingenta auſtrum uerſus, ab Euphrate paulo minus quàm duplum. A Cilicijs portis VI. dierum itinere, & à Cyrinis caſtris per urbem Tyana, quæ circa medium ferè iter iacet, à Cybiſtris ad ſtadia CCC. Mazaceni Charondæ legibus utuntur, eligentes aliquem legiſperitum, qui ſit eis legum interpres, quemadmodum apud Romanos ſunt Iuriſconſulti. Hos Tygranes Harmenius male affecit, cum Cappadociam excurreret. omnes enim tranſtulit in Meſopotamiam, & Tigranocerta magna ex parte ex his coluit, poſtea captis Tigranocertis, potentiores reuerſi ſunt. Regionis latitudo eſt à Ponto taurum uerſus, mille ferè & octingentorum ſtadiorum. Longitudo uero à Lycaonia atque Phrygia uſque ad Euphratem, ad auroram & Harmeniam ad tria millia ſtadiorum. Ea frugibus abundat præſertim frumento, & pecore omnis generis, quæ cum Ponto auſtralior ſit, frigidior tamen eſt. Gabadania campeſtris eſt, & cæteris auſtralior. nam Taurum ſubit, & uix ullam fructiferarum arborum producit. Ipſa & magna reliquæ religionis pars paſcua optima habet, præſertim quæ circa Garſauram eſt & Lycaoniam & Morimenam. In Cappadocia naſcitur ea, quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica decertat, idcirco Sinopica appellatur, quod eam mercatores eò deferebant, prius quàm Epheſiorum emporium tam celebre eſſet. Dicunt etiam Cryſtalli, & Onychiti lapidis cruſtas, prope Galatas ab Archelai perquiſitoribus

Cappadociæ ſolum.
Melas flu.
Ariarathes.
Galatæ.
Herpa.
Carmala.
Mazaceni.
Mazacorum ſitus.
Mazacenorū iuriſperiti.
Charondæ.
Tygranes.
Cappadociæ ſitus.
Gabadania.
Sinopica rubrica.
Cryſtallus.
Onychius.

inuentas. Eratq; locus quidam candidi lapidis, colore ebori persimilis, qui tãquàm cotes quasdam nõ magnas producebat, è quibus cultrorum capuli fiebãt. Alias uero ad specularia facienda, glebas magnas ferebat, ut etiam extra exportaretur. Ponti atq; Cappadocię confinium est regio quędam montana, cum Tauro pariter progrediens, quæ ab occidentalibus Commagenæ extremis initium sumit. In ea castel
Dasmeni. *Chãmanena.* *Laniasina.* lum quoddam præruptum conditum est, nomine Dasmenorum, usq; ad Laniasinæ orientalia. Cappadocię prętureę cedunt Chammanena & Laniasina. Sed cum primum Romani res Asiaticas persequerentur, Antiocho superato, amicitias atq; societates cum regibus ac populis iungebant, ac cæteris quidem regibus priuatim hic honor Cappadociæ, & Cappadocum genti, etiam publice datus est. Regia deinde stirpe extincta, Romani concessere, ut gens ea libera esset secundum amicitiam
Libertatem recusant Cappadoces. & societatem ante contractam, principes libertatem recusare, & dicere se eam ferre non posse, ut rex sibi daretur, orare. Romani admirati quod inuenirentur qui libertatem recusarent, permisere ut quem uellent regem eligerent. Elegerunt itaq; Ario-
Ariobarzanes Archelaus. barzanen, qui in progressu, tertia ætate defecit. Tum creatus est Archelaus, nihil illi affinitate coniunctus, idq; Antonij opera, Atque de maiore Cappadocia hactenus. De Trachea uero Cilicia illi addita, præstat, ut tunc persequamur, cum de to-
Mithridates Eupator. ta Cilicia dicemus. Mithridates Eupator Ponti rex constitutus, eam habuit, quæ
Tibarni. *Amastris.* Haly flumine terminatur, usq; ad Tibarnos & Harmenios, & regionem quæ cis Halym est, quæ uero Amastrim usque pertendebat, & quasdam Paphlagoniæ
Heraclides Platonicus. partes adeptus est, item oram Heracliam, usq; ad occidentales patriæ Heraclidis Platonici partes, ad contraria uero usq; in Colchidem & Harmeniam minorem, quæ quidem Ponto adiecit. Nam & Pompeius, à quo ille sublatus est, his finibus regionem accepit. Quæ uero Harmeniam uersus, & circa Colchidem sunt, principibus distribuit, qui secum militauerant. Reliqua in duodecim gubernationes diuisit, & Bithyniæ addidit, ut ex utriusq; una prouincia efficeretur. Paphlagonum quosdam ijs regendos dedit, qui à Pylemone erant, quemadmodum Galatas ijs, qui erant genere tetrarchæ. Postea Romanorũ duces alias atq; alias partitiones fecerunt. Nam & reges ac principes constituebant. Ex ciuitatibus alias liberabant, alias principibus tradebant, alias sub Romano Po. dimittebant. Nos autem qui singula persequimur, paululum de prioribus differamus, attingentes quæcunque utilia uidebuntur, atq; ab Heraclia incipiamus, quæ horum locorum occidentalissima est. In
Heraclia. *Byzantium.* *Ponti læua.* Pontum itaque Euxinum à Propontide nauigantibus, à læua iacent ea quæ Byzantio sunt contigua, & à Thracibus habitata, & Ponti læua appellãtur Thracea, à dextris sunt Chalcedoni proxima, è quibus Bithynorum sunt priora, sequentia
Marandini. *Eupatoris regna.* Marandinorum, quidam ea Cauconum dicunt, reliqua Paphlagonum, usque ad Halym flumen. Postrema Cappadocum, qui iuxta Pontum sunt, & reliquorum usq; in Colchidem. Hæc omnia Ponti Euxini dextra nominantur. Toti huic orę à Colchide, Heracliam usque Eupator imperauit. Vlteriora uero ad os, & Chalcedonem, regis erant Bithynorum. Sublatis regibus Ro. eosdem terminos seruauere, ut Heracliam Ponto concederent, ulteriora Bithynis. Bithyni cum prius Mysij
Bithyni unde. *Thyniacum litus.* *Apollonia.* *Salmydessus.* *Bebryces.* essent, à Thracibus Bithynis, & Thynis, qui ibi habitauere, ita sunt postea nominati. Inter plurimos quidem constat & indicium Bithynicæ gentis ea ducunt, quæ adhuc sunt in Thracia, quod quidam Bithyni dicuntur. Thynicę uero gentis Thyniacũ litus quod iuxta Apolloniam est & Salmydessum. Bebryces quoq; qui

ante

ante hos Mysiam incoluerunt Thraces quantum ego existimo fuere. Dictum est autem Mysios colonos esse Thracum, qui nunc Mysij appellantur. atq; hæc à non nullis ita dicuntur. De Mariandynis uero & Cauconibus non eodem pacto omnes sentiunt. Nam Heracliam quam Milesij condidere, inter Mariandynos sitã tradunt, qui uero sint & unde, nemo id dicit, sed nec dictio nec alia ulla gentis differentia in huiusmodi hominibus apparet, sunt tamen Bithynis persimiles. Videtur itaq; & hæc natio è Thraciæ partibus profecta. Theopompus author est, Mariandynum quendam, Paphlagonum parti multis subiectæ imperitasse, atq; facto impetu Bebrycum regionem occupasse, quam uero cepisset de suo nomine reliquisse. Atq; illud dictum est Milesios qui primi Heracliam condiderunt, Mariandynos in seruitutem redegisse, qui prius locum eum tenebant, ut etiam ab eis in contemptum uenderentur. Nam his contigit, quemadmodum ijs qui Minous cœtus appellati sunt. Ii enim Cretensibus dicuntur seruiuisse, Thessalis uero Penestæ. Cauconesautem quos eam oram dicunt habitasse, quæ post Mariandynos est, usq; ad Parthenium flumen habentes urbem Teium, alij Scythas putant, alij Macedones, alij Pelasgos. Sed de his prius dictum est. Callisthenes in dinumeratione scribebat hos uersus post hunc uersum,

Κρώμνάν τ' αἰγίαλόν τε κὰὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

Cromnam atq; Ægialum, præcelsos inde Erythinos.

Hos alios ponebat scilicet,

Καύκωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέους ὑὸς ἀμύμων,
οἳ πρὸὶ πηγάων ποταμοῦ κλυτὰ δώματ' ἔναιον.

Inde Polycle satus magno Cauconas agebat,
Parthenium circa fluuium qui tecta colebant.

Mysij.
Heraclia.
Mariandyni.
Minous cœtus.
Parthenius fluuius.
Teius.
Cromna.
Aegialus.
Erythini.
Locus Hom. in Catalogo.

Progrediuntur enim à Mariandynis & Heraclia usque ad Leucosyros, quos & nos Cappadocas appellamus. Cauconum uero gentes circa Teium usque ad Parthenium amnem, post Parthenium Eneti sequuntur, Cytorum habitantes, atque nunc etiam Caucones quidam circa Parthenium sunt. Heraclia optimum portum habet, ciuitas alioqui memoratu digna, quæ colonias emisit. nam Cherronesus eius colonia est, & Calapis. Ea cum prius libera esset, postea diu sub tyrannis fuit, deinde rursum se in libertatem uendicauit. Postea cum sub Ro. esset, regem habuit. Ro. coloniam in parte urbis & agri admisit. Adiatorix Meclij tetrarchæ Galatarum filius hanc urbis partem ab Antonio accipiens, quam Heraclienses tenebant, paulo ante Actiaca bella, Ro. noctu adortus, ad unum omnes iugulauit, iussu (ut ipse dicebat) Antonij: post Actiacam uero uictoriam, in triumphum ductus ipse cum filio iugulatus est. Hæc ciuitas ad Ponticam prouinciam pertinet, cum Bithynia ordinatam. Inter Chalcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis & Calpas, & Sangarius, cuius poëta mentionem fecit, fontes habet apud Sangiam uicum. Distat à Pisinunte C. & L. stadijs, & magnam Phrygiæ Epicteti ac Bithyniæ partem percurrit, ut ab urbe Nicomedia paulo pluribus quàm CCC. stadijs absit, ubi Gallus amnis in eum influit, initium habens ex Modris Phrygię, quæ in Hellesponto hæc eadem est, quæ Epictetus, & Bithyni eam prius habuere. Auctus autem & nauigabilis factus, cum prius non esset nauigabilis, ad ostia Bithyniam terminat. In fronte huius oræ iacet insula Thynia. In Heracliensi agro nascitur aconitum. Distat hæc urbs à fano Chalcedonio stad. M. quingen-

Leucosyri.
Cytorum.
Calapis.
Adiatorix.
Chalcedon.
Psillis.
Calpas.
Sangarius.
Sangia.
Pisinus.
Nicomedia.
Gallus flu.
Modræ.
Epictetus.
Thynia.

Teioniticũ op. tis, à Sangario flumine D. Teioniticum oppidum nihil habet memoratu dignum,
Philetærus. præter quàm quod Philetærus hinc fuit author generis regum Attalicorum, dein-
Parthenius un de. de Parthenius amnis per florida defertur, unde & nomen assecutus est, ortum ha-
Paphlagonia. bens in Paphlagonia. Postea est Paphlagonia, & Eneti. Sed quærũt quosnam poẽ-
ta Enetos dicat, cum ait,

In Catalogo. Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο θυλαιμένεϑ λάσιον κῆρ,
ἐξ Ἐνετῶν ὅθεν ἠμιόνων γένεϑ ἀγροτεράων.

Pylæmon. Paphlagonasq; ferox ducebat in arma Pylæmon,
Ex Enetis muli ducunt genus unde feroces.

Eneti. Nunc dicunt nusquàm Enetos in tota Paphlagonia ostendi, quidam dicunt ui
Venetia. cum esse in litore decem schœnis ab Amastri distantem. Zenodotus de Enetia scri-
bens, putat eam significari, quæ nunc Aminsus appellatur, alij nationem quan-
dam Cappadocibus finitimam prodiderunt cum Cimmerijs militasse, postea A-
driam peruenisse. Sed quod maxime inter omnes constat est, quod Eneti clarissi-
ma Paphlagonum natio erant, ex qua Pylæmon fuit, cum quo plurimi ex illis mili
tarunt. Amisso autem duce post captam Troiam, in Thraciam traiecerunt. Erran-
tes uero in eam regionem deuenere, quæ nunc Enetia appellatur. Quidam Anteno
rem dicunt, & eius filios, classis huius participes in interiore Adriæ recessu consti-
Strabonis res Italicæ. tisse, ut in rebus Italicis à nobis dictum est. Atq; idcirco uerisimile est Enetos dese-
Halys flu. cisse, & nusquàm in tota Paphlagonia apparere. Paphlagonas ad orientem Halys
Syri. flumen terminat, à meridie fluens inter Syros atq; Paphlagonas, exitq; (ut Herodo
Cappadoces. tus ait) in eum qui Euxinus pontus appellatur: Syros Cappadocas dicens, qui nũc
Leucosyri. etiam Leucosyri appellantur, cum qui extra Taurum sunt etiam Syri nominentur,
& cum illi in comparatione ad eos, qui intra Taurum sunt, colore sint adusto, non
eandem appellationem habuere. Pindarus dicit Amazonas, Syrium, hastatumq;
Themiscyra. exercitum ducere, significans Themiscyræ habitatores. Themiscyra enim Amin-
senorum est, ea autem Leucosyrorum qui post Halym sunt. Halys itaq; orientem
uersus Paphlagonum confinium est, austrum uersus Phryges & Galatæ qui ibi
Caucones in- terierunt. habitarunt, occidentem uersus Bithyni & Mariandyni. Cauconum uero genus o-
mnino interijt. Septentrionem uersus est Euxinus. Hac regione in mediterraneam
diuisa, & maritimam oram, quæ ab Haly usque in Bithyniam pertendit oram, ha-
buit Eupator Heracleam usq;, ex mediterranea uero partem propinquiorem. Cu-
ius partes quædam trans Halym tendebant, & hucusq; Pontica prouincia Roma
nis terminatur. Reliqua potentibus parebant, etiam post Mithridatis euersionem.
De Paphlagonibus mediterraneis qui Mithridati non paruerũt, postea dicemus,
Pontus. nunc ea prosequi propositum est, quæ illi paret & Pontus uocatur. Post Partheni-
Amastris. um amnem est Amastris, de conditoris nomine appellata, ea posita in peninsula
portus habet ex utraq; isthmi parte. Amastris uxor fuit Dionysij Heracliæ tyran-
ni & Oxyathris filia fratris Darij eius, qui cum Alexandro bellum gessit. Ea è tri-
Sesamus. Cytorũ. um urbium incolis, unam confecit ciuitatem, nimirum è Sesamo, Cytoro, & Cro-
Cromna. mna, quarum poëta in instruendis Paphlagonibus meminit. Quarta Teio, quæ
Teius. cito desciuit à communione, cæteris in ea permanentibus. Sesamus Amastris arx
dicitur, Cytorum olim Sinopensium emporium fuit, dictum à Cytoro Phryxi fi-
lio, ut Ephorus tradit. In Amastriano agro plurima atque optima buxus nascitur,
præsertim circa Cytorum. Litoris uero tractus supra centum stadia longus uicum

habet

habet eiusdem nominis, cuius poëta meminit, cum dicit,

κρώμναν τ' ἀιγίαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς ἐρυθίνας. *Homeri locus*

Cromnam atq; Ægialum præcelsos inde Erythinos. *In Catalogo.*

Nonnulli scribũt κρώμναν κωβίαλόν τε, id est Cromnam & Gobialum. Erithynos uero eos dici putant, qui nunc Erythri uocantur, à colore sic nominati. sunt enim duo scopuli. Post Aegialum est Carambis promontoriũ magnum, ad septentrionem porrectum, & Scythicam peninsulam, de qua sæpe fecimus mentionem, & de Fronte arietis ei opposita, quæ Euxinum pontum † bimarem efficit. Post Carambim sequitur Cinolis, & Anticinolis, & oppidum quod Abonus cõdidit, & Harmena, de qua prouerbium fertur, cui nullum negotium erat Harmenam construxit. Ea Sinopensium uicus est, & portum habet. Deinde Sinope, urbium quæ in hac regione sunt clarissima, distans ab Harmena stadijs L. Sinopen Milesij condidere, quæ classe comparata, mari, quod intra Cyaneas est, imperauit, extra uero multorum certaminum particeps fuit cum Græcis. Et cum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperauit. Fuit enim obsidione capta, postea successoribus eius, usq; ad Eupatorem & Romanos qui illum sustulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximie illam coluit, & regni metropolim fecit. Ea naturali prouidentia optime munita est. nam super colle peninsulę cuiusdã sita, ex utraq; Isthmi parte portus & stationes habet, & mira pelamydia, de quibus diximus, quod secundam piscationem Sinopenses, tertiam Byzantini habent. Peninsula circuncirca ripas iugosas obtendit, & fossas quasdam in petris excauatas, quas chœnicidas uocant. Hæ mari tempestate elato complentur, ut non facile adiri possint, præterea petræ summa echinis plena, nudo pedi inaccessibilia sunt. In superiore urbis parte optimum solum est, & agrestibus hortis ornatum, præsertim suburbana hæc urbs optime structa est & gymnasio & foro, & porticibus splendide ornata. Bis tamen capta est, primum à Pharnace, de subito & præter opinionem ingruente, post ea à Lucullo, & incidẽte tyranno, cum interius & exterius obsessa teneretur. Nam Bacchides ab rege custos impositus, ac semper aliquam proditionem à ciuibus suspicans, tandem multis flagris, & cæde usus, homines ad desperationem perduxit, cum nec strenue tueri se possent, nec ex composito hostem adoriri. Ergo capti sunt, sed cætera urbis ornamenta Lucullus seruauit. Billari uero pilam abstulit, & Autolytum, Sthenidis opus, quem illi urbis conditorem putantes, ut deum colebant. Ibidem eius oraculum habebant. Hic unus ex ijs uidetur fuisse, qui cum Iasone nauigarunt, atq; hunc locum occupasse. Postea Milesij loci opportunitate, & incolarum imbecillitate perspecta, illos ex his sedibus pepulerunt, & colonos induxerunt. Nunc Romanorum coloniam accepit, unde & urbis & regionis pars illi data est. Distat à fano stadijs tribus millibus, & quingentis, ab Heraclia duobus millibus, à Carambi septingentis. Viros claros tulit philosophos, Diogenem Cynicum, & Timotheũ Patrionem: ex poëtis, Diphilum comicum: rerum † scriptores, Batonem, qui de rebus Persicis pertractauit. Deinceps sunt Halys fluminis ostia, nomen habẽtia ab Halybus quos prẽterfluit, fontes habet prope Ponticam, in maiore Cappadocia iuxta Cambysenam & multus ad occidẽtem defertur, post ea ad septentrionem conuersus, per Galatas & Paphlagonas, hos & Leucosyros terminat. Tota Sinopica regio ac montana, quę dictæ oræ imminet usq; in Bithyniam, optimã ad ædificãdas naues materiem, & productu facilem habet. Sinopica

Gobialus.
Erythini.
Erythri.
Carambis.
κεφαλαφλορ.
Cinolis.
Anticinolis.
Harmena.
Sinope.
Prouerb.
Eupator.
Pelamydia.
Chœnicidæ.
Bacchides.
Billari sphæra
Autolycus.
Diogenis patria.
τῶν δὲ συγγραφέων.
Patrion.
Diphilus.
Baton.

Halyos ostia. quoque acerem gignit, & nucem montanam, è quibus mensas faciunt. Tota oleis
Gadilonetica. consita est. Quæ uero paulo supra mare est, culta est. Post Halyos ostia, est Gadilo-
Nux montana. netica usq; ad Armeniam, fœlix quidem regio, ac tota campestris, & omniũ ferax.
Oues habet mollis pellis & lanæ, quod in tota Cappadocia atq; Ponto perrarum
est, insunt etiam damæ quarum alibi paucitas est. Huius regionis partem habent
Amiseni. Amiseni, partem Pompeius Deiotaro dedit, ut ea quæ Pharnaciæ & Trapezun-
Deiotarus. tiæ proxima sunt, usque in Colchidem, & Harmeniam minorem, atque horum re
gem fecit, cum & paternam tetrarchiam haberet. Ex Galatis autem eos qui Teli-
Teliſtobogij. stobogij appellantur, quo mortuo multi successerunt. Post Gadilonem est Sara-
Gadilon. mena, & Aminsus ciuitas insignis à Sinope distans ad stadia noningenta. Refert
Sarámena. Theopompus prius Milesios, postea Cappadocum principem eam condidisse.
Athenocles. Deinde ab Athenocle & Athenien sibus habitatam, & Piræa nominatam. Hanc
Aminsus. reges occupauerunt. Eupator eam templis exornauit, & partem muris instruxit.
Piræa. Hanc Lucullus obsedit, dein de Pharnaces Bosphoro traiecto, Antonius autem
Straton. regibus dedit, à diuo Cæsare liberatam. Postea à Stratone tyranno uexata est, dein
de rursum post res Actiacas ab Augusto Cæsare liberata, & nunc optime constitu
ta est, quæ cum cæteram regionem optimã habet, tum etiam Themiscyram Ama-
Themiscyra. zonum domicilium, & Sidenam. Themiscyra campus est, qui partim pelago allui-
Sidena. tur, ad xxx. stadia ab urbe distans partim à montana, arboribus plena, & irrigua,
cum flumina inde scaturiant. E quibus omnibus flumen unum auctum, nomine
Thermodon. Thermodon campum percurrit. Alterum huic æquale ex Phanarœa fluens, ean-
Iris flu. dem planitiem irrigat nomine Iris, qui in Ponto exoritur, fluens autem per media
Ponti Comana, & per Daximoniticam fœlicem campum, occidentẽ uersus, post-
Gaziura. ea apud Gaziura antiquam regiam, nunc uero desertam, conuertitur ad septentrio
Scylax flu. nem, postea rursum reuertitur ad auroram, Scylace, & fluminibus alijs assumptis,
Amasia. & ad ipsa Amasiæ mœnia, patriæ nostræ, urbis munitissimæ, illatus egreditur in
Strabonis pa- tria. Phanarœam, ubi Lycus cum eo circuncurrens, & initia ex Harmenia trahens, no
Phanarœa. men amittit. Deinde Themiscyra & Ponticum pelagus, aquam hãc excipit. Qua-
Lycus. propter hæc planities semper roscida est, & herbida, & tam boum, quàm equorum
Aquæ copia. nutrix, semen plurimum recipit, panici, & milij, imò nunquàm deficit. Nam sem-
Themiscyræ solum fertile. per aquæ copia, quàm siccitas melior est. Quapropter nunquã ij homines famem
Sidena. sensérunt. Tantam præterea agrestium pomorum, & ultro nascentium copiam
Side. præter montana regio affert, uuæ, prunorum, malorum ac nucum, ut quocunque
Chabax. anni tempore in syluas exierint, ijs abundent. Cum interdum adhuc fructus in ar-
Phauda. boribus pendeant, interdum in folijs iaceant, quæ lapsa multa & alta humi effusa
Amisena reg. sunt. Multa est ferarũ omnis generis uenatio, propter alimoniæ copiam. Post The
miscyram est Sidena planities, quanquam non ualde ferax, irrigua tamen, habens
in ora maritima loca munita, Siden ex qua Sidena nominantur, & Chabacem, &
Phauda, atq; hucusq; Amisena pertendit. Hinc uiri in disciplinis memorabiles fue
Demetrius. re, Mathematici quidam, Demetrius Rhateni, & Dionysiodorus eodem nomine
Rhateni. quo Hicenes geometra, fuit etiam Tyrannion grãmaticus, quem nos audiuimus.
Dionysiodorus Hicenes geome tra. Post Sidenam est Pharnacia, oppidum munitissimum, deinde Trapezus Græca
Tyrãnion grã- maticus. ciuitas, in quam ex Amiso duûm millium & cc. stadiorum nauigatio est. Hinc in
Pharnacia. Phasim mille & quadringentorum, quare uniuersa stadia à templo usq; in Phasi-
Trapezûs. dem sunt circiter octo millia uel paulo plura. In hac ora ab Amiso nauigantibus,

primo

primo est promontorium Herculanum, deinde promontorium Iasonium & Genetes, deinde Cytorus oppidum, ex quo Pharnacia habitata est, postea Ischopolis humi prostrata. Postea sinus, in quo sunt Cerasus, & Hermonassa, mediocres habitationes, postea non procul ab Hermonassa habitatio quædam Zygopolis appellata. De Colchide autem & ulteriore ora dictum est. Trapezunti & Pharnaciæ imminent Tibareni & Chaldæi & Sanni, prius Macrones nominati, & minor Harmenia & Appaitæ his locis quodammodo proximi, qui prius Cercitæ dicebantur. Per hos præterit Scydissa mons asperrimus, & Moschicis montibus cõiunctus, qui ultra Colchidem sunt, cuius summa ab Heptacometis obtinentur, & Paryadra, qui usque in Harmeniam protenditur, à locis Sidenæ & Themiscyræ proximis, & orientale Ponti latus efficit. Sunt autem omnes hi agrestes homines, præsertim Heptacometæ, horum nonnulli super arboribus ac turribus habitant. Vnde antiqui Mosynœcos appellauere. turres enim mosyni uocantur. Ii ex ferina carne & arborum fructibus uiuunt, atque ex lignis desilientes, peregrinos adoriuntur, iter agentes. Heptacometæ tres Pompeij cohortes obtruncarunt dum montana pertransirent. Miscentes enim crateras furentis mellis, quod rami arborum ferunt, potos & mente alienatos adorti, facile interemerunt. Quidam ex his Barbaris, Byzares uocabantur, & qui nunc Chaldæi, olim Chalybes dicti sunt, apud quos Pharnacia sita est, in mari habens pelamydum copiam. Nam hoc in loco præcipue eiusmodi piscis capitur. In terra sunt metalla, nunc ferri, prius etiam argenti. Et omnino in his locis ora angustissima est, imminent continuo montes, metallis pleni ac syluis, quæ non ualde coluntur. Restat ergo ut metallorum operatores ex metallis uiuant, maris autem studiosi, ex piscatu maxime pelamydum, ac delphinum, qui piscium gregem insequentes, ut cordylos, thunnos, & pelamydas, pinguescunt. Vnde facile capiuntur, cum terræ appropinquant, ac facile inescantur. Atque hi delphines in frusta cædunt, & aruina multa ad res omnes utuntur. Hos ego poëtam Halizonas dicere existimo in dinumeratione post Paphlagonas, ut,

Herculanũ promontorium.
Iasoniũ prom.
Genetes.
Cytorus.
Ischopolis.
Cerasus.
Harmonassa.
Zygopolis.
Tibareni.
Chaldæi.
Sanni.
Macrones.
Scydissa mons
Appaitæ.
Cercitæ.
Moschici mon.
Heptacometæ pop.
Paryadra.
Mosynœci.
Mosyni quid.
Arborum habitatores.
Mel furens.
Byzares.
Chaldæi.
Chalybes.
Pharnacia.

αὐτὰρ ἁλιζώνων ὀδίος θ' ἐπίστροφός θ' ἡγήσατο
τηλόθεν ἐξ ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Halizones.
In Catalogo.

Hinc & Halizonas Odiusq; & Epistrophus unà
Longinqua ex Alyba ducunt, argenti ubi uena est.

Alyba.

Siue quod scripturæ transpositio facta sit ab eo, quod est longinqua ex Chalyba, siue quod homines prius Alybes pro Chalybes sint nominati. Nõ enim si nũc Chalybes Chaldæi dici potuerunt, prius non potuere pro Alybes Chalybes nominari, cum nomina multas mutationes suscipiant, præsertim Barbara. Nam Thraces quidẽ prius Sitines uocabantur, postea Sinti dicti sunt, deinde Saij, apud quos Archilochus dicit se clypeum abiecisse,

ἀσπίδα μὲν Σαίων τιν' ὑπὲρ θάμνου
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

Sitines.
Sinti.
Saij.
Thammæi.
Sapæ.
Bregi.
Breges.
Phryges.
Mysij.
Merones.
Mæones.
Mennes.

Criminis expertem clypeum, non sponte reliqui,
Cum bene Thammæos dimico apud Saios.

Idem nunc Sapæ appellantur, omnes hi circa Abdera, & in insulis lacus habitabant. Eodẽ modo Bregi, & Breges & Phryges ĩdem sunt, et Mysij, & Merones, et Mæones, & Mẽnes, sed quid multiplicato opus est? Scepsius Alybes in Chalybes

mutari existimat, consequentia uero & consentanea non intelligit, & ex eo maxi-
Alybes. me, ex quo Halizonas Chalybes dixit, opinionẽ eam reprobat. Nos illius & alio-
rum opinionem cum nostra conferentes consyderemus. Alij Alizonas, alij Ama-
Amazones. zonas scribunt, istud uero ex Alyba ex Alopa uel ex Aloba faciunt. Scythas uero
Alopa. Alizonas ultra Borysthenem, & Callipidas & alia nomina quæ Hellanicus & He
rodotus & Eudoxus ut uana contempsere. Amazonas inter Mysiam, Cariam ac
Cuma. Lydiam (ut Ephorus putat) prope Cumam patriã suam. Sed rationem aliquam
Ephori patria. habet. fortasse enim regionem dicit, quę prius ab Amazonibus habitabatur, post-
Ephesus. modum ab Æolibus, & Ionibus habitatam, & urbes quasdam ab illis cognomina
Smyrna. tas, ut Ephesum, Smyrnam, Cumam, & Magnesiam. Alyba uero uel, ut quidam
Magnesia. uolunt, Alopa uel Aloba, quomodo in his locis censeatur? quomodo longinqua?
quomodo argenti ubi uena est? Hæc autem soluit sequenti uersu, quem sic scribit,

αὐτὰρ ἀμαζόνων ὀδιός κ' ἐπίστροφος ἦρχον
In catalog. ἐλθόντες ἐξ ἀλόπης, ὅθ' ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

Hinc & Amazonas Odiusq; & Epistrophus unà
Ducunt ex Alopa, unde ferox genus est mulierum.

Hac solutione in aliam fictionem incidit. nusquam enim hic Alopa inuenitur, & mutatio præter scripturæ fidem innouata, rei fictitiæ similis est. Scepsius nec huius opinionem recipere uidetur, nec eorum qui existimant Halizonas circa Pallenem habitare, de quibus in rebus Macedonicis fecimus mentionem. Dubitat etiam quomodo ex Nomadibus qui ultra Borysthenem habitant, putandum sit
Scepsij senten- societatem Troianis ueniisse. Hecatæi uero Milesij, & Menecratis Elaitæ Xeno-
tia discutitur. crati familiarium & Palæphati opinionem summopere laudat, quorum alter in
Rhymus flu. peragrationẽ terræ, dicit Rhymum amnem ad urbem Alaziam fluere, & per My-
Alazia. gdonem campum ab occidente è Dascylitico lacu, in Rhyndacum emittere, nunc
Mygdon. dicit Alaziam desertam esse, & multos Amazonũ uicos habitari, per quos Odrys-
Dascyliticus lacus. sa fluit, atque in ijs eximie Apollinem coli, præsertim apud Ephoriam Cyziceno-
Rhyndacus. rum. Menecrates in Hellesponti peragratione locis ultra Myræam regionem im-
Odryssa. minere ait montana quædam perpetua, quæ Halyzonum gens habitauit, scriben-
Ephoria. dum, inquit, est per geminum ll, quanquam poëta per simplex scripsit, propter me
Myræa. trũ. Palæphatus putat ex Amazonibus tunc Alopam nunc uero Zeliam habitan-
Zelia. tibus, Odium & Epistrophum cum exercitu ueniisse. Hæ itaque opiniones quam
laudẽ merentur? nam nisi antiqua scriptura & hi moueantur, nec argentariæ osten-
Myrleaticus di possunt, ubi sint in Myrleatico lacu, nec quomodo qui hinc Ilion uenerunt, de
lacus. longinquo fuerint, etiam si detur Alopam uel Alaziam esse. Hæc enim multo sunt uiciniora Troiæ, quàm ea quæ circa Ephesum iacent. Sed qui dicunt Amazonas circa Pygella esse, inter Ephesum & Magnesiam, & Prienem, garriunt (ut Demetrius ait) nam longinquitas ei loco nullo modo potest accommodari, imò nec ei accõmodatur qui circa Mysiam Teutraniamq; est. Dicit itaq; accipienda esse quędam ac si improprie addantur, quemadmodum illud,

In Catalogo. τῆλ' ἐξ ἀσκανίης

Longe ab Ascania. Et illud,

ἀρνεῖος δ' ὄνομ' ἔσκε, τὸ γὰρ βέβε πότνια μήτηρ.

Quod dederat genitrix Arnæus nomen habebat. Et illud,

εἵλετο δὲ πλείδ' ὀυκαμπία χειρὶ παχείᾳ πωιελόπη.

Ipsa

Ipsa manu clauim comprendit Penelopea.

Quod si detur, at illa certe danda non sunt, quibus Demetrius accedit, qui existimantibus dici oportere τηλόθεν ἐκ χαλύβης, id est longinqua ex Chalyba, nequaquam probabiliter contradixit. nam concedens, quod licet nunc apud Chalybes non sint argentariæ, fuisse tamen contingit, illud non concedit, quod illustres essent, & memoratu dignæ, quemadmodum ferrariæ. Inquiet aliquis, quid uetat eas illustres fuisse, quemadmodum ferrariæ? Nam si ferri copia locum illustrem facit, quare non argenti? quid si non heroum tempore ac Homeri ætate, argentum in opinionem uenerat? sed num quisquam poëtæ dictum accuset? quomodo æris fama è media Italia, quomodo Thebaicarum opum ex Ægypto peruenerat ad poëtam? cum ipse duplo ferè ab Ægyptijs Thebis abesset, quàm à Chaldæis? Sed nec cum ijs concordat, quibus assentitur. nam cum de Scepsi docet patria sua, dicit prope Scepsim & Æsapum, Eneam uicum & Argyriam, & Alazoniam esse, quæ profecto si sint, circa Æsapi ortum sunt. Hecatæus ait ultra eius ostia. Palæphatus autem prius Alopam habitatam nunc Zeliam, diuersa ab illis dicens. Nec itaque Menecrates dicet, quæ sit Alopa, uel Aloba, siue quomodocunque scribere uelint, nec ipse etiam Demetrius, cum aduersus Apollodorum eisdem de rebus in Troiana instructione disputat. Sed cum antea multa dicta sint, nunc etiam dicenda sunt. Is enim nequaquã putat Halizonas extra Halym accipi oportere, cũ nulla belli societas Troianis aduenerit ab ijs, qui trans Halym sunt. Primum itaque postulabimus ab eo, ut doceat, qui nam sunt Halizones cis Halym, & longinqua ex Alyba argenti ubi uena est. nequaquam enim id poterit. Præterea quam ob rem non concedit ex ulteriore Halyos regione societatem uenisse. Nam si omnes alias cis flumen fuisse contingit, præter Thraciam, nihil obstat unam hanc uenisse ex ulteriore regione, quæ trans Leucosyros est, aut ex his locis atque ulterioribus bellandi gratia traijcere poterant, quemadmodum Amazones & Treres & Cimmerij, societatem uero coniungere non poterant. Amazones itaque belli sociæ non fuerũt, quia Priamus bellum aduersum eas, in societatem † Ionum gesserat. dicit enim Priamus,

οἵ ῥα τότ' ἦλθον ἀμαζόνες ἀντιάνειραι,
κοὐ γὰρ ἐγὼν ἐπικερθ- ἰὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην.
Tunc & Amazonidum turmas uenisse recordor,
Vnde uiris delectus ego socia arma ferebam.

Quomodo Amazonibus finitimi erant, cum non adeo de longinquo essent, ut difficulter inde accersirentur, & cum nullæ subessent inimicitiæ, nihil mea sententia uetabat in societatem cum Troianis coniungi. Sed nec antiquorum opinio dicere potest, quod cum omnes concordiã haberent, nemo ex ulteriore Halyos regione cõmunicarit in bello Troiano, quin potius in contrariũ testes inueniũtur. Mæandrius putat Enetos à Leucosyris profectos, Troianis auxilium tulisse, atq; inde cum Thracibus digressos, in Hadriæ sinu habitasse. Enetos uero Cappadoces, huius expeditionis nõ fuisse participes, quæ res hinc confirmatur, quod tota Cappadocia quæ prope Halym est, & Paphlagoniæ adiacet, duabus utitur linguis, & Paphlagonicis nominibus abũdat, ut Bagas & Biasas & Aeniates, & Rhatoces et Zardoces & Tiberos & Gasys & Ologasys & Manes. Hæc enim nomina in Bamonitica et Pemolitica, et Zaguitica, et Gazacena, alijsq; cõpluribus locis abũdãt.

Scepsis.
Aesapus.
Eneа uicus.
Argyria.
Alazonia.
In Apollodorũ digressio.
Amazones.
Iliad. 3.
Vide num in societate Troianorum legendũ. Nam Græce sic est, συμμαχῶντα ζὶς τρωσίν. Homerus refert Otreo et Mygdoni Priamum auxilio uenisse, Iliad. 3.
Eneti.
Paphlagonica nomina.
Cappadociæ linguæ.
Bagas.
Biasas.
Aeniates.
Rhatoces.
Zardoces.
Tiberi.
Gasys.
Ologasys.
Manes.
Nomadum mores.

Apollodorus ipse Zenodoti illud affert, qui scribit,

In Catal. ἐξ ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Ex Eneta muli ducunt genus unde feroces.

Hanc dicit Hecatæum Milesium pro Amiso accipere. Dictum est enim Amisum Leucosyrorum esse, & extra Halym. Est etiam ab eo alibi dictum, quod poëta Paphlagonum mediterraneorū historiam ex ijs habebat, qui regionē pedestri itinere permeabant, oram uero maritimam ignorabat, sicut & aliam Ponticam. nominasset enim eam. Imò ex peragratione nunc pertractata, contrarium dici potest, quod oram maritimam omnem permeauit, & nihil prætermisit, quod tunc esset memoratu dignum. Quod si Heracliam & Amastrim, & Sinopen non nominat, nihil mirum. nondum enim habitabantur. nec absurdū est si mediterraneam non commemorat. nam non nominare etiam multa quæ nota sunt (ut in superioribus declarauimus) nequaquam ignorantię signum est. Ignorare illum dicit multa circa Pontum illustria tum gentes, tum flumina. nominasset enim. Hoc profecto in quibusdam ualde insignibus concedi potest, ut Scythis, Mæotide, & Istro. Nequaquam enim per signa de Nomadibus dixit,

Homerus quare Heraclę non attigerit.

Iliad. v. γαλακτοφάγων ἀβίων τε ἡδὲ δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Lac potant, inopes degunt, iustumq; sequuntur.

Sauromatæ. Sarmatæ. Præterea claros equimulgos. De Scythis uero id non dixit, uel Sauromatis, uel Sarmatis, siquidem à Græcis ita dicebantur. Nec etiam cum de Thracibus ac Mysis, qui apud Istrum sunt mentionem facit, eum silentio præterit, cum maximus sit fluuiorum, & cum alioqui commode loca fluminibus disterminentur. Nec cum de Cimmerijs diceret, Bosphorum aut Mæotim omisit. In ijs uero quæ non ualde sunt insignia, aut non tunc, aut non ad propositum, quare quisquam accusetur. ut Tanais. Tanaim ipsum ob nullam rem aliam cognoscimus, quàm quia Asiæ atq; Europæ confinium est. Sed eius temporis homines nondum Asiam, nec Europam nominabant, nec dum terrarum orbis diuisus erat in tres cōtinentes. Eas enim nōnunquam propter maximam claritatem nominasset, quemadmodum Libyam, ac Libs. bem, qui ab occidentalibus Libyæ partibus flat. Sed nec Tanaim, cum nondum continentes essent separatæ. oportuisset enim mentionē de eo fieri. Sed multa sunt memoratu digna, quæ non prætermijt. Multiplex profecto est ea ratio, quæ & ad agendum, & dicendum hoc potius, quàm illud homines inclinat. Quibus ex rebus certum est quod coniectura non bona utuntur, qui poëtæ ignorantiam ex eo argui putant, quod aliquid ab eo reticeatur. malum certe multis redargui argumētis debet. nam multi eo plurimo utuntur. Refellendi itaq; sunt, qui talia dicūt, quanquam sæpius eadem repetamus, ut si quis dicat ideo flumina ignorari, quia nō nominentur, stulte dictum dicemus, quando nec Homerus Meletem amnem prope Smyrnam fluentem nominauit, quæ à plurimis patria eius dicta est. Et cum Hermum flumen & Hyalum nominet, Pactolum nusquā nominat, qui in idem fluentum immittit, in quod illi, & initium à Tmolo habet. Nec Smyrnam, nec alias Ionum ciuitates nominat, cum ex Æolicis pleraſq; commemoret, ut Miletum, Samum, Lesbum, Tenedum. Nec Lethæum fluentem iuxta Magnesiam, nec Marsyam, qui in Mæandrum emittit, cum illum nominet, ad hæc etiam,

Meletes flu. *Hermus.* *Hyalus.* *Pactolus.* *Lethæus flu.* *Marsya.*

Rhesus. *Rhodius.* *Caresus.* ῥησόν θ' ἑπτάπορόν τε κάρησόν τε ῥόδιόν τε.

Et septem Rhesi uada, tum Rhodium, atq; Caresum.

Quor

Quorum pleraq; non ſunt aquæductibus maiora, & cum multas urbes ac regiones nominet, interdum flumina & montes adnumerat, interdum minime. Ætolica enim & Attica, & alia complura flumina non nominat, & cum de longinquis fecerit mentionem, propinquorum non admodum meminit, non quod ea ignoret quæ cæteris ſunt nota, ſed nec propinquos æque nominat. nam alios nominat, alios minime, ut Lycios, ac Solymos, Mylies uero & Pamphilios & Piſidas minime. Et Paphlagonas quidem, & Phryges & Myſios nominat, Mariandynos uero & Thynos & Bithynos & Bebryca minime. Amazonum quidem meminit, de Leucoſyris, Syris, Cappadocibus, & Lycaonibus mirum ſilentium. Phœnicas & Ægyptios diuulgat, & Haleium campum, & Arimos nominat, gentem uero in qua hæc ſunt reticet. Quare huiuſmodi argumentum falſum eſt, ſed tunc uerum cum aliquid falſo dictũ oſtenditur. Sed nec Apollodorus in hoc clare ſe geſsit, nec auſus eſt hęc figmenta appellare, claros equimulgos, & lactis potores. Atq; hęc aduerſus eum dicta ſint, nunc ad reliquam peragrationẽ redeamus. Vltra loca Pharnaciæ & Trapezunti proxima ſunt Tibareni & Chaldæi uſq; in Harmeniam minorem. Ea eſt regio ſatis fœlix, ac ſemper à potentibus occupata, quemadmodum Sophena, qui interdum cum cæteris Harmenijs amicitiam habebant, interdum per ſeſe uiuebant. Hi ſub ſe Chaldæos & Tibarenos habuere, ut eorum imperium uſq; Trapezuntem, Pharnaciamq; pertenderet. Mithridates uero Eupator auctus, Colchidis, et horum omnium imperiũ adeptus eſt, cedente ei Antipatro Siſide, atq; ita regionem omnem curauit, ut LXXV. caſtella in ea conſtruxerit, quibus maximam opum ſuarum partem credidit. Horum clariſſima erãt Hydara & Boſgœdariza, & Hynoria locus in confinibus maioris Harmenię ſitus, quapropter Theophanes eum Synoriam nominauit. Nam tota Paryadræ montana multas huiuſmodi commoditates habet. Aquoſa enim eſt & ſyluoſa & præruptis uallibus, ac præcipitijs munita, quibus in locis maximam theſaurorum ſuorum partem habebat, atq; in hos tandem Pontici regni fines, urgente Pompeio aufugit, occupans in Acileſina iuxta Daſtira, montem quendam aquis abundantem, prope quem Euphrates fluebat, qui ab Harmenia minore diſterminat Acileſinam, et tam diu ibi eſt immoratus, donec propter obſidionem in Boſphorum fugere coactus eſt. Pompeius circa hũc locum urbem condidit in minore Harmenia, nomine Nicopolim, quę nunc etiam ſtat et optime habitatur. Nam cum minorem Harmeniã ſæpe alij atq; alij haberent, prout Romani uolebant, poſtremo eam Archelaus tenuit. Tibarenos & Chaldæos, uſq; in Colchidem & Pharnaciam & Trapezuntẽ Pythodoris habet, pudica ſanè mulier, & imperandi perita. Ea Pythodori Trallia-ni filia fuit, & uxor Polemonis, quæ aliquandiu cum illo regnauit. Deinde in imperio ſucceſsit, illo apud Apurgianos mortuo, qui Barbari circa Sindicem ſunt. Ex Polemone filij duo relicti, & filia, quæ Cotyi Sapæo data eſt, quo dolo interempto, cælibatum agit, ex eo filios habens, quorum natu maior imperat. Ex filijs Pythodoridis, alter ut priuatus cum matre adminiſtrat imperium, alter maioris Harmenię nuper rex declaratus, ipſa Archelao nupta, cum eo mãſit uſq; ad extremũ. Nũc uidua eſt & dicta loca habet, & alia illis elegantiora, de quibus deinceps dicemus. Nam Pharnaciæ continua eſt Sidena & Themiſcyra, ultra has eſt Phanaroëa quæ Ponti partem optimam obtinet. nam & oleis & uitibus conſita eſt, & cæteris rebus excellit, à partibus orientalibus Paryadrã obtendit, in longitudine ſecũ pariter pro

Haleius camp.
Tibareni. Chaldæi.
Sophena.
Mithridates Eupator.
Hydara.
Boſgœdariza.
Synoria.
Acileſina.
Daſtir.
Nicopolis.
Pythodoris eiuſq; diuio.
Apurgiani.
Cotys Sapæus
Sidena.
Themiſcyra.
Phanaroëa.
Paryadra.

Lithrus. Ophlimus. Lycus. Iris. Eupatoria. Megalopolis. Cabira. Palmẽtum ὁ τῶν φοινίκων. Nouus locus. Mithridatis thesauri. Zelienſis ager. Megalopolitanus ager. Diopolis Augusta. Ameria. Pharnacis mẽſis. Comana. Exitus deæ feſtum. Dorylaus. Comanorum ſacerdotium. Moapharnes.

gredientem, ab occidentalibus Lithrum & Ophlimum, in ea eſt conuallis quędam longitudine ac latitudine inſigni. Hanc ab Harmenia Lycus irrigat, ab anguſtijs circa Amaſiam Iris, ambo in media ualle concurrunt, in concurſu urbs ſita quam primus fundator à ſe Eupatoriam nominauit. Pompeius cum eam inchoatam inueniſſet addita illi regione, & colonis, Megalopolim appellauit. Ea itaque in media planitie iacet. Sub ipſis autem Paryadræ radicibus, Cabira ſita ſunt, ſtadijs centum & L. quàm Megalopolis auſtraliora. Mithridatis ſedes Cabiris erat, item Palmetum & uiuaria, & uicinæ uenationes, & metalla. ibi etiam is erat, qui nouus locus appellatus eſt petra munita, ac prærupta, ad CC. ſtadia à Cabiris diſtans. Ea in uertice habet aquæ fontem uberrimum, ad radicem flumen, ac uallem profundam, petræ altitudo ingens, quare obſideri non poteſt, mœnibus autem mirifice ſtructa, niſi quantum Romani diruerunt, circuncirca ſyluoſa & montana & ſicca, adeo, ut intra centum ac uiginti ſtadia caſtra non patiatur. In ea erant pretioſiſsimi Mithridatis theſauri, qui nunc in Capitolio ſunt à Pompeio dicati. Totam hanc regionẽ Pythodoris habet, Barbaris cõiunctam, qui ſub ipſa ſunt. Habet etiam Zelienſem & Megalopolitanum agrum. Et cum Pompeius Cabira ſtruxiſſet in urbis modum, ac Diopolim nominaſſet, Pythodoris eam auxit, & Auguſtam appellauit, atq; pro regia utitur. Habet etiam fanum, quod menſis Pharnacis appellatur, Ameriam ſcilicet uicum, in urbis modum, multos ſacros ſeruos habentem, & regionem ſacram, cuius fructum ſacerdos percipit. Hoc fanum adeo reges uenerati ſunt, ut quod ipſi regium iuſiurandum uocant, id regis fortunam & Pharnacis menſam dixerint. Eſt autem hoc Lunæ fanum, quemadmodum id, quod apud Albanos eſt, & ea quæ ſunt in Phrygia, menſis ſcilicet templum, in eiuſdem nominis loco & Aſcæi templum, quod apud Antiochiam eſt, Piſidiam uerſus, & id quod in agro eſt Antiochię. Vltra Phanaroëam ſunt Comana Pontica, eodem nomine quo maioris Cappadociæ Comana, & eidem deæ conſecrata, & inde ædificij exemplum ſumptum eſt, & ferè ſimili ritu utuntur & ſacrorum & diuinationum, & cultus erga ſacerdotes, & ijs maxime, quæ ante reges fiebant, quando bis in anno in feſtis, quæ deæ exitus appellantur, ſacerdos diadema geſtabat, & ſecundus erat in honore poſt regem. Sed prius de Dorylao Tactico diximus qui proauus fuit matris noſtræ & de altero Dorylao, qui illius nepos fuit, & filius Philetæri. Quia ille cum maximos alios honores, & Comanorum ſacerdotium ab Eupatore accepiſſet, regnũ prodere Romanis deprehenſus eſt. Illo euerſo totum genus in calumnia fuit. Tandem Moaphernes matris noſtræ patruus, in regni euerſione ſe clare geſsit, quapropter rurſum cum rege fuit fortunatus, & ipſe & illius amici quicunque ab eo non deſeruerunt, quemadmodum auus noſter ex patre matris. Qui cum regis ſtatum periclitari cerneret, in eo bello quod cum Lucullo gerebatur, alienatus ab eo, & ualde infenſus, propterea quod Tibium conſobrinum ſuum, & Theophilum illius filium pauloante interfeciſſet, ad ſe, atq; illos ulciſcendos, permotus eſt. Quare fide publica à Lucullo accepta XV. caſtella ad defectionem perduxit, quibus ex rebus pollicitationes ei maximæ ab imperatore factæ. Sed cum Pompeius belli ſucceſſor aduenisſet, quicunque Lucullo gratificati fuerant, omnes inimicos habuit, propter eam ſimultatem, quæ ſibi cum illo erat. Finito autem bello Romam reuerſus euicit, ne pollicitationes quas Lucullus Ponticis fecerat, Senatus perficeret: iniquum eſſe dicens, ut cum alter bellum confeciſſet, alter

præmia reportaret, & munera distribueret. Comana itaque sub regibus adminis-
strabantur, ut dictum est. Pompeius potestate rerum accepta Archelaum sacerdo-
tio præfecit, atq; duos agri schœnos sacrę regioni addidit, id est, stad. LX. iussitq; ha
bitatoribus, ut ei obtemperarent. His ergo imperabat, & in sacris seruis potestatem
habebat, urbem habitantibus, pręterquam uendendi. Qui quidem non pauciores
erãt VI. millibus. Archelaus filius fuit eius quem Sylla & senatus in honore habue- *Archelaus.*
runt, Gabinio quoq; uiro consulari ualde familiaris, quo in Syriam misso, & ipse
spe communicandi cum eo profectus est, iam ad Parthicum bellum parato, quod
cum Senatus non permitteret, hac spe amissa, aliam maiorem nactus est. Per id
tempus Ægyptij Ptolemæum eiecerant patrem Cleopatræ, cuius filia natu gran- *Ptolemæus Ae*
dior, Cleopatræ soror regnum tenebat. Sed cum uir huic è stirpe regia quæreretur, *gypto pulsus.*
Archelaus fauentibus quibusdam seipsum obtulit, Mithridatis Eupatoris fili- *Cleopatra.*
um affingens, quare susceptus sex mensibus regnauit. Hunc postea Gabinius *Gabinius.*
in prælio interemit, reducto Ptolemæo, eius uero filius sacerdotium accepit.
Postea Lycomedes, cui & alia regio schœnorum quatuor addita est. Eo sublato *Lycomedes.*
Dyteutus possidet Adiatorigis filius, qui dignitatem hanc à Cæsare Augusto ob *Dyteutus.*
uirtutem uidetur obtinuisse. Nam Cæsar Adiatorigem cum uxore ac filijs in *Adiatorix.*
triumphum ducens, illum cum filio maiore statuit interimere. Maior uero hic
erat, sed cum secundus ex fratribus militibus qui eum ducebant se maiorem affir-
maret, diu inter ambos contentio fuit, quousque parentes Dyteuto persuasere,
ut iuniori cederet, asserentes, cum ipse ætate esset prouectior, maiorem de ma-
tre ac reliquo fratre curam habiturum. Itaque alter cum patre interemptus est,
alter uero seruatus, qui dignitatem hanc est consecutus. Nam Cæsar ubi uiros
interemptos sensit, doluit uehementer. Quare eos qui seruati erant, beneficio
& cura prosecutus, hanc eis dignitatem impertiuit. Comana hominibus ab- *Comana.*
undant, insigne Harmeniorum emporium. Conueniunt eò ad deæ festa, quæ *Exitus festi ce-*
Exitus appellantur, undique ex ciuitatibus uiri simul ac mulieres. Multi huc ex *lebritas.*
uoto uenientes deæ sacra perficiunt. Incolæ molles sunt, ac delicati, omnia uiti-
bus consita, mulierum multitudo maxima & operantium, quæ magna ex parte
sacræ sunt. Hæc enim ciuitas quasi quædam parua Corinthus est. Nam & Co- *Corinthus.*
rinthum, propter maximam meretricum multitudinem, quæ Veneri erant con-
secratæ, multi proficiscebantur, atque ibi festa celebrabant. Mercatores uero ac mi- † *Exhauriebã-*
lites † consumebantur. Vnde huiusmodi de eis prouerbium effertur, Non omnis *tur pot. ἐξαυκί-*
hominis est Corinthum nauigare. Ac Comana quidem sunt huiusmodi. Cir- *σκουζ.*
cunstantem uero regionem totam Pythodoris tenet. Eius est etiam Phanarœa & *Prouerb.*
Zeleticus & Megalopolitanus ager. De Phanarœa dictum est. Zeletica regio *Pythodoridis*
Zela urbem super aggere Semiramidis conditam habet. in ea templum est A- *ditio.*
naitidis, quæ ab Harmenijs colitur. Hoc in loco sacra cum sanctimonia maxi- *Zela.*
ma celebrantur, & iusiurandum de rebus maximis hic fit. Sacrorum seruorum *Anaitis.*
multitudo, & honores sacerdotum ab regibus facti, eundem ritum habebant *Zelorum sacer*
quem supra memorauimus. Nunc omnia Pythodoris tenet. Sacrorum autem *dotium.*
seruorum multitudo, ac cætera copia, à multis labefactata & imminuta est. Immi- *Serui sacri.*
nuta est etiam adiacens Zeletica regio, in complures principatus distributa, quæ *Zeletica regio*
super aggere (ut diximus) Zela ciuitatem habet. Nam reges olim Zela non ut
ciuitatem, sed ut Persicorum deorum templum colebant, & sacerdos rerum o-

mnium poteſtatem habebat. Habitabatur à multitudine ſacrorum ſeruorum, & à ſacerdote poteſtatem maximam habente. Non enim pauca hæc urbs poſſidebat. Pompeius multas ei prouincias adiecerat, & tum eam, tum Megalopolim urbes nominarat, hac & Camiſena, quæ minori Harmeniæ & Lanaſenæ finitimæ ſunt, in unum compoſitis. Hæ ſales foſsiles habent, & Camiſa peruetuſtum caſtellum, quod nunc dirutum eſt. Poſteriores Romanorum duces ex Comanis in partes diuiſis, alia ſacerdotibus Comanorum dederunt, alia ſacerdoti Zelorum, alia Teporigi cuidam homini præpotenti, & è Tetrarchica ſtirpe Galatarum, quo mortuo portio hæc quæ non multa erat, Romanis ceſsit, & prouincia eſt appellata. Incolæ ad oppidum Carana conueniunt, à quo Caranenſis regio dicitur. Reliqua Pythodoris & Dyteutus habent. Reſtant ex Ponto ea quæ inter hanc regionem & Amiſenos & Sinopenſes tendunt. Cappadociam & Galatiam & Paphlagoniam uerſus poſt Amiſenum agrum, uſque ad Halym eſt Phazemonetica, quam Pompeius Megalopolim nominauit, & facta apud Phazemonem uicum habitatione, eam Neapolim appellauit. Septentrionale huius regionis latus Gazilotus & Amiſenus ager claudit, occidentale Halys, orientale Phanarœa. Reliquum Amaſienſium noſtra regio, quæ plurima eſt & cæterarum omnium optima, partem itaque Phazemoneticam uerſus, lacus quidam occupat, pelagi magnitudine, nomine Stiphana, piſcoſus, & uarijs paſcuis abundans. Adiacet ei Cizara caſtellum munitiſsimum, nunc autem deſertum, propè regia conſtructa eſt. Reliqua regio magna ex parte nuda, frumenti tamen ferax. Amaſienſibus imminent aquæ calidæ & ualde ſalubres, quæ Phazemonenſium ſunt. Imminet etiam Sagylium caſtellum ſuper monte quodam ſitum erecto & excelſo, & in acutum tendente. Id aquas abundantiſsimas habet, nunc autem quanquàm regibus ad multa utiliſsimum, neglectum tamen eſt. Hic Arſaces dominatum, & nouas res mouens, à filijs Pharnacis regis captus, interemptúsque eſt, nemine id ex ducibus permittente. Captus eſt autem non ui ſed fame, munitione à Polemone & Lycomede regibus capta. Nam ex planitie pulſus, in montem aufugit ſine ullo commeatus apparatu, & aquam arduis petris obſtructam inuenit. id enim Pompeius effecerat, iubens caſtella omnia dirui, ne latronibus in monte aufugere uolentibus utilia relinquerentur. Ille Phazemonenſem agrum ſic conſtituit, poſteriores uero eum regibus diſtribuerunt. Vrbs noſtra in ualle quadam iacet magna & profunda, per quam Iris flumen fertur mira prouidentia & natura conſtructa, quæ caſtelli uſum poteſt exhibere. Nam petra quædam eſt alta, & præceps, & in flumẽ abrupta, quę in fluminis ripa, ad quam urbis habitatio eſt, murum habet, ex utriſque lateribus ad uertices duos recurrit, qui pulcherrime turriti, pariter conſurgunt. In hoc circuitu regiæ ſunt, & regum monumenta. Vertices ipſi anguſtum utrinque iugum habent, quinque ſéxue ſtadiorum altitudine, à flumine & ſuburbanis utraq; ex parte aſcendentes. A iugo ad uertices eſt alius ſtadij aſcenſus, acutus ſanè qui uim omnem exuperat. Habet etiam aquas introrſum, quæ auferri non poſſunt. Sunt enim fiſtulæ duæ, quarum altera ad flumen tendit, altera ad iugum. Flumen pontibus iungitur, altero ab urbe in ſuburbanum, altero à ſuburbano in exteriorem regionem, ad hunc pontem mons deſinit qui ſaxo imminet. Conuallis à flumine progreditur non admodum lata, in initio poſtea dilatatur, & planitiem efficit, quæ Chiliocomium appellatur. Deinde eſt

Megalopolis. *Lanaſena.* *Camiſena.* *Camiſa.* *Teporix.* *Carana.* *Phazemoneticа.* *Phazemon. Neapolis.* *Gazilotus ager.* *Stiphana.* *Cizara.* *Amaſea.* *Sagylium.* *Arſaces.* *Iris flu.* *Chiliocomiũ.*

Diacop

Diacopena, & Pimoliſena regio, tota fœlix, uſque ad Halym atq; ſeptentrionales Amaſienſium partes, hæ ſunt quingentorum ferè ſtadiorum longitudine. Deinceps reliqua ſequitur, ac multo longior, uſque in Babanomum, ac Ximenam, quę etiam ad Halym uſque deſcendit. Longitudo quidem hæc eſt. Latitudo uero à ſeptentrione auſtrum uerſus in Zeleticam & Cappadociam maiorem uſque ad Trogos. In Ximena ſunt ſales foſſiles, à quibus Halym flumen dici putant, in noſtro agro multa regio deſerta eſt, & multa caſtella diruta, propter Mithridaticum bellum. Ea arboribus plena, & paſcendis equis, ac cætero pecori idonea, & tota habitabilis eſt. Amaſia prius fuit regibus data, nunc prouincia eſt. Reliqua pars ad Ponticam prouinciam pertinet trans Halym, circa Olgaſym, Sinopenſi agro contigua. Olgaſys mons eſt altiſsimus, & aditu difficillimus, in quo plurima Paphlagonum templa ſunt, circunſtat Blaëna & Domanetica regio ſatis ferax, per quam Amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præſens, ſed per imperatores, unde ille cum paucis domum fugiens ſeruatus eſt, & inde in Italiam nauigauit. Hic uero ſecretus, impetu facto, Bithyniam cepit, Aſia uſque in Cariam ac Lyciam occupata, atque hic urbs Pompeiopolis conſtructa eſt. In hac urbe eſt Sandaracurgium, non multum diſtans à Pimoliſis, quod caſtellum regium eſt, nunc autem dirutum à quo regio ex utraq; fluminis parte Pimolitica appellatur. Sandaracurgium mons eſt concauus, propter metallorum effoſſionem, hunc operatores maximis cuniculis ſubeunt. Solebant olim publice operari, & foſſoribus utebantur ſeruis, ex aliquo maleficio redemptis. Nam præter operandi laborem qui maximus eſt, dicunt aërem ex metallis letiferum eſſe atque intolerabilem, propter odoris grauitatem è glebis prodeuntem. Vnde corpora cito ibi mori, ſæpe metallorum effoſſionem deficere, propter operariorum incõmoditatem, qui cum plures ſint quàm CC. continue & morbis & labe abſumuntur. Atq; hæc de Ponto dicta ſint. Poſt Pompeiopolim eſt reliqua Paphlagoniæ mediterranea, uſq; in Bithyniam euntibus occidentem uerſus, huic quæ parua quidem eſt, paulo ante ætatem noſtram multi imperabant, nunc ſtirpe regia extincta, Romani habent. Quæ autem Bithyniæ finitima eſt, Timonetica, & Marmoletica, & Saniſena & Potamia nominatur. Erant etiam Ciniſtena quædam, in qua erant Ciniata, caſtellum munitiſſimum, Olgaſy monti ſubiectum quo Mithridates, qui eius conditor dicitur, receptaculo uſus, Ponti imperium adeptus eſt, & qui ab eo profecti ſunt, uſq; ad Eupatorem ſucceſſionem ſeruauere. Poſtremus uero Deiotarus Caſtori filius, cognomento Philadelphus Paphlagoniæ imperauit, & Gangra Morzei regiam habuit, id autem eſt oppidum ſimul & caſtellum. Eudoxus author eſt foſſiles piſces eſſe in Paphlagonia in locis ſiccis, locum tamen non determinat, item in humidis circa lacum Aſcanium, qui apud Cumi eſt, ſed nec id perſpicue dicit. Poſtquam Paphlagoniam Ponto finitimam expoſuimus (nam Paphlagonibus, occidentem uerſus finitimi ſunt Bithyni) quæ ad hos pertinent, perſequi conabimur, poſtea ex ijs atq; Paphlagonibus alio ſumpto principio, cætera contexemus, quæ poſt hos ſunt auſtrum uerſus, uſque ad Taurum montem, quæ ſcilicet, cum Ponto & Cappadocia æque procedunt. Nam huiuſmodi ordinẽ ac partitionem ipſam, locorum natura deſcribit. Bithyniam ab oriente Paphlagones, & Mariandyni & Epicteti pars terminat, à ſeptentrione mare Ponticum, quod ab oſtijs Sangarij, uſ-

Diacopena. *Pimoliſena.* *Babanomum.* *Ximena.* *Halys unde.* *Amaſia.* *Olgaſys mons* *Blaëna regio.* *Domanetica regio.* *Amnias flu.* *Pompeiopolis.* *Sandaracurgium.* *Bithynia.* *Timonetica.* *Marmoletica.* *Saniſena.* *Potamia.* *Ciniſtena.* *Ciniata.* *Deiotarus.* *Gangra.* *Paphlagoniæ imperium.* *Piſces foſſiles.* *Bithyniæ ſitus* *Epicteti.*

Chalcedon. que ad os tendit, quod iuxta Byzantiũ est, & Chalcedonem, ab occidente Propon
tis. Ad austrum Mysia & Phrygia, quæ Epictetus dicitur. Eadem Hellespontia,
Phrygia nominatur. Huius est Chalcedon, in Ponti ore sita, quam Megarenses cõ
Crysopolis. didere, & Crysopolis uicus, & Chalcedoniũ fanum. Hæc regio paulo supra mare
Azaritius. fontem habet nomine Azaritiũ, qui paruos Crocodilos nutrit. Pòst Chalcedonũ
Astacenus sin. sequitur litus, quod Astacenus sinus appellatur, qui Propontidis pars est, in eo cõ=
Nicomedia. dita est Nicomedia, dicta de nomine regis cuiusdã Bithyni, qui eam condidit. Mul
Nicomediæ re= ges. ti enim eodẽ nomine uocati fuerunt, quemadmodũ Ptolemęi, propter prioris clari
Astacus. tatem. In ipso sinu fuit urbs Astacus, quam Megarenses & Athenienses cõdidere,
Dœdalsus. & postea Dœdalsus, à qua sinus nominatus est. Deinde à Lysimacho diruta, hab i
tatores eius Nicomediam à Nicomediæ conditore translati sunt. Astaceno sinui
Prusias. alius continuatur magis ad orientem solem recedens, in quo Prusias est quæ prius
Cius. Cius appellabatur. Cium Demetrius euertit deditq; Prusiæ Zelę qui hanc euertit,
Myrlea. & Myrleam Prusiæ uicinam. Is à ruinis eas excitans, Cium à se Prusidam, Myrleã
Apamia. uero ab uxore Apamiã nominauit. Hic est ille Prusias qui Annibalẽ huc conceden
tem suscepit, post Antiochum superatum, & Phrygię Hellespontiæ seditionẽ, ad=
Epictetus. uersum Attalicos ex composito factam. Hanc priores minorẽ Phrygiã, illi Epicte=
Arganthonius mons. tum nominauere. Prusiadi mons imminet, quẽ Arganthoniũ uocant. Hoc in loco
Hylas. Hylam unũ ex socijs Herculis, qui etiam Argonauta erat, cum aquatũ egrederetur,
à Nymphis captũ finxerũt, Cium uero cum & ipse Herculis socius esset, & cum eo
nauigaret, è Colchis redeuntem ibi remansisse, & urbem de suo nomine cõdidisse.
Et adhuc festa quædam apud Prusienses celebrãtur, in quibus per montes uagi, ac
saltantes Hylam uocãt, quasi in syluas ad illũ inquirendũ egrediantur. Prusienses
cũ beneuole se erga Romanos gessissent, libertatẽ sunt assecuti. Apamienses Roma
Prusa opp. norum coloniam acceperunt. Prusa urbs est, in Olympo Mysio sita, & recte guber
Olympus. natur, Phrygibus ac Mysis finitima. Ea à Prusia condita est, qui cum Crœso bel=
Phryges. lum gessit. Sed Phrygum & Bithynorũ & Mysorum fines determinare, item Do=
Myси. Dolliones. lionum, qui circa Cyzicum sunt, & Mygdonum & Troum, difficile est. Quod u=
Prouerb. naquęq; natio distincta esse debeat, id conceditur. Nam & de Mysis ac Phrygibus
Mysorũ Phry= gumq; incerti= sedes. huiusmodi prouerbium est, Phrygum ac Mysorum fines separati, sed diffinire dif
ficile. Causa est, quia cum incolæ Barbari ac militares essent, quæ uicissent non fir=
miter tenebant, sed frequentius ut uagi errantes, modo illi alios eijciebant, modo i=
psi eijciebantur. Hæ gentes omnes Thraciæ putandæ sunt, quia ulteriorẽ regionẽ
Mysia. ij colunt, & nõ facile altera ab altera immutatur. Verum quantũ nos coniectura as=
sequi possumus, inter Bithyniam & Æsapi ostium, Mysia poni potest, quę mari cõ
tigua est, & usque ad totum penè Olympum progreditur. Circuncirca in mediter=
Ascanius la= cus. ranea est Epictetus, quæ nusquam mari contigua, usq; ad Ascanij lacus, & regionis
orientales partes euadit. nam eodem nomine & lacus & regio appellabantur, atque
alia Phrygiaca erat, alia Mysiaca, sed Phrygiaca à Troianis remotior. nam & illud
poëtæ dictum sic accipiendum est, cum ait,

In Catalogo. φόρκυς δ' αὖ φρύγας ἦγε καὶ ἀσκάνιος θοωσμίλης,
τηλ' ἀπ' ἀσκανίης. id est,

Phorcys & Ascanius Phrygias duxere cateruas
Longe ex Ascania.

Phrygiaca scilicet, quod alia Ascania uicinior sit quæ Mysiaca est, iuxta eam,

quæ

quæ nunc Nicæa appellatur, cuius poëta meminit, cum dicit,

θάλμιος τ' ἀσκανίου τε, μόρυ θ' ἡγησιππότιον θ'
μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορε, Ilias 2.
οἵ ῥ' ἔξ ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.

Mysorumq; duces bellatum cominus armis
Palmys & Ascanius necnon Morys, Hippotione
Natus, ab Ascaniæ campo uenere feraci.

Ascanius dux. Ascania.

Nec mirandum est, cum quendam Phrygum ducem Ascanium dixerit, ex Ascania profectum, si dicat etiam Ascanium quendam ductorem Mysorum ex Ascania uenientem. multa enim flumina & lacus & loca, apud eum eodem nomine appellantur. Nam & ipse poëta Æsapum Mysorum confinium dicit. Nam cum prætermontanam Troiæ regionem supra Ilium recensuit, quæ sub Ænea erat & quã Dardaniam nominauit, mox septentrionem uersus Lyciam ponit Pandaro subditam in qua Zelia est, dicens,

Homonymia apud Homer. Aesapus. Lycia. Zelia.

οἱ δὲ Ζέλειαν ναῖον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης
ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαν αἰσήποιο τροῶες. In Catalogo.

Quiq; colunt Zeliam, extremæ radice sub Idæ,
Aphniq; ab Æsapo potantes flumine Troës.

Zeliæ autem subiacet mare uersus, & supra Aesapum, Adrastiæ campus, & Tiria & Pitya, ac ea quæ Cyzicena regio appellatur, Priapum uersus, quam mox dinumerat, deinde rursum ad orientales & ulteriores partes reuertitur. Quare ostendit se regionem usque ad Aesapum septentrionalem & orientalem Troiadis terminum arbitrari. Sed post Troiadem Mysia est, & Olympus, ac huiusmodi gentium situm antiqua memoria prodit, nunc omnia sunt immutata. Nam cum sæpe alij atque alij imperauerint, alia confusa sunt, alia penitus euersa. Nam post captam Troiam, Phryges ac Mysi imperauere, deinde Lydi, post eos Aeoles, & Iones, deinde Persæ ac Macedones. Postremo Romani, sub quibus iam plurimi & linguas & nomina simul amiserunt. Cum alia quædam regionum diuisio facta sit, quã iuniores plurimum curare debent, priscæ autem partitioni mediocriter intendendũ est. In mediterranea Bithyniæ, Bithynica Teios imminent, & regionem Saloni proximam, pascendis bobus idoneam habent, unde etiam Salonensis caseus dicitur. Et Nicæa Bithyniæ metropolis, iuxta lacum Ascanium est, & campus ingens & ualde fœlix circunstat, æstate nõ admodum salubris. Eam primo Antigonus condidit, Philippi filius, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus eam ab uxoris nomine, filiæ Antipatri, Nicæam appellauit. Vrbis ambitus est stadiorum sedecim, in figura quadrata, quæ in campo sita portas quatuor habet. Ad rectos angulos, & in munitionem excisa, quare ex uno lapide, qui circa medium gymnasium positus est, omnes quatuor portæ cernuntur. Paulo supra Ascanium lacum est oppidum Otrœa ad orientales Bithyniæ fines, eam ab Otreo dictam putant. Quod prius Mysi Bithyniam habitauerint, testis est Scylax Cariandreus, qui Phryges ac Mysos dicit circum Ascanium habitare. Postea Dionysius condi-

Adrastiæ cãp. Tiria. Pitya. Priapus opp. Troias. Mysia. Olympus. Phryges. Troianæ ditionis successores Salon. Salonensis cãseus. Antigonia. Nicæa. Otrœa. Dionysius urbium scriptor.

tarum urbium scriptor, ait angustias apud Chalcedonem & Byzantium, quæ nunc Thracius Bosphorus appellantur, prius Mysium Bosphorum nominatas, atque illud etiam testimonium poni potest, Mysos Thraces esse, quod Euphorion dicit,

Bosphorus Thracius. Euphorion.

μυσοὶ παρ' ὕδασιν ἀσκανίοιο. id est,

Ascanium propter Mysum.

Alexand. Aetolus. Alexander quoque Ætolus ait,

οἵ κε᾽ἐπ᾽ἀσκανίῳ δ᾽ὤματ᾽ἔχουσι ῥοῶν
λίμνης ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν ᾗθα Δολίων
υἱὸς σιληνοῦ νάσατο καὶ μελίης.

A quibus Ascaniæ circunhabitantur aquæ,
Ascanij per labra lacus, quibus ante Dolion
Sileni mansit filius ac Meliæ.

Xenocrates. Dionysius Dialecticus. Hipparchus. Theodosius. Cleophanes. Asclepiades. Mysi. Galatæ. Phrygia. Lycaonia. Cum Ascanius lacus nusquam nisi hic inueniatur. In Bithynia fuere uiri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici. Itē Cleophanes orator ex Myrlea & Asclepiades medicus Prusiensis. Bithynis ad austrū Mysi adiacent, Olympo proximi, quos alij Olympinos, alij Hellespontios uocant, & Phrygia, quæ in Hellesponto est, Paphlagonibus autem Galatæ, ex his utrisq; austrum uersus, maior Phrygia, & Lycaonia usq; ad Taurum Cilicium ac Pisidicum. Sed quoniam quæ Paphlagoniæ cōtinua sunt, Ponto adiacent, & Cappadociæ, & gentibus quę circūstant, proprium erit ut partes his uicinas ante pertractemus, postea cōsequentia loco ostendamus. Paphlagonibus itaq; ad austrum sunt Galatæ, quorum gentes tres sunt, duæ Trogini & Tolistobogi à ducibus nominatæ, tertia à gente quæ in Celtica est Tectosages. Hanc regionem post multos errores, & multas excursiones, in loca Attalicis regibus & Bithynis subdita, Galatæ occuparunt, donec eam quæ nunc Galatia est & Gallogræcia dicitur, ab illis non inuitis acceperūt. Dux trāsitus in Asiam uidetur fuisse Leonorius. Harum trium gentiū, quæ unius sunt linguæ, & in re nulla discrepant, qui unam quanq; in partes quatuor diuisere, unāquanq; Tetrarchiam uocauerunt, quæ proprium tetrarcham habebant, item iudicem & tribunum tetrarchæ subiectos, & duos subtribunos, & XII. tetrarcharum consilium, qui erant uiri CCC. & in locum conueniebant nomine Drynæmetum, consilium de sanguine, de rebus cæteris tetrarchæ ac iudices iudicabant. Antiquus itaq; ordo huiusmodi erat, ætate nostra ad tres duces res delata est, postea ad duos, deinde ad unum Deiotarum tota potentia deuenit, cui postea successit Amyntas, nunc & hanc, & eam quæ sub Amynta erat, Romani tenent, omnibus in unam prouinciam redactis. Partem Pontum & Cappadociam uersus Trogini habent, ea optima omnium est, quas Galatæ incolunt, castella mœnibus circundata habet Tauium emporium eorum qui in hac regione sunt, in quibus est ænea Iouis statua, & delubrum eius Asylum, item Mithridatium quod Pompeius Bogodotaro dedit, è Pontica pulso. Tertium est Danala ubi Lucullus & Pompeius conuenere, cum alter in belli successionem, alter illi potestate permissa ad triumphum pergeret. Trogini itaq; has partes habēt. Tectosages uero partes Phrygiam maiorem uersus, iuxta Pisinuntem & Orcaorcos, eorum castellū erat Anchora, eodem nomine quo & id quod Lydiam uersus est circa Blayrum Phrygiæ oppidum. Tolistobogi Bithynis sunt finitimi, & Phrygiæ quæ Epictetus dicitur. Horum castella sunt Blucium & Peium, quorum alterū Deiotari regia erat, in altero thesauros habebat. Pisinùs emporium est eorum, qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnæ uenerationis matris deûm, quam Angidistam uocant. Sacerdotes olim præpotentes quidam erant & sacerdotium maximum habebant, nunc

Trogini. Tolistobogi. Tectosages. Galatia. Gallogræcia. Leonorius. Tetrarchia. Drynæmetus. Amyntas. Tauium. Asylum. Mithridatium. Danala. Troginorum fines. Tectosagum fines. Orcaorci. Anchora. Blayrum. Blucium. Peium. Deiotarus. Pisinus. Angidista.

eorū

eorum dignitas imminuta est, emporiū adhuc manet. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide, Romani templum celebre reddiderunt, accersita inde deæ statua, quemadmodum ea quæ Æscu lapij erat ex Epidauro. Mons quidam urbi imminet nomine Dindyma, à quo Dindymena dicitur, quemadmodum à Cybelis Cybele, prope Sangarius amnis fluit, secus quem erant antiqua Phrygum domicilia, ut Midæ, & prius Gordij, & aliorum quorundam, quæ nunc urbium uestigia non seruant, sed in uicos redacta sunt paulo alijs maiores, sicut Gordium & Gorbeus, Castoris Saocondarij regia, in quo Deiotarus generum & filiam iugulauit, arcem uero demolitus est maxima habitationis parte deuastata. Post Galatiam austrum uersus est lacus nomine Tatta, Cappadociæ maiori adiacens, iuxta Morimenos, & pars est Phrygiæ maioris, item ea quæ huic continua est, usque ad Taurum, cuius partem plurimam Amyntas habuit. Tatta salis sponte nascentis fontes habet, atque adeo faciliter sal rebus immersis circūgelascit, ut sæpe cum funalem torquem demiserint, salis coronas educant. Volucres ipsæ alis aquas contingentes facile capiuntur, cum propter salis concretionem cito decidant. Tatta etiam ea dicūtur, quæ circa Orcaorcos sunt, & Pignisum & frigidos Lycaonum colles & nudos & pascendis onagris aptos, ubi multa aquæ penuria est, quæ sicubi inueniatur profundissimos puteos habet, quemadmodum Soatris ubi aqua uenditur. Item uicus in urbis modum prope Garsabora, quæ regio quanquam sicca sit, oues tamen mirifice nutrit, sed asperæ lanæ, unde nonnulli maximas ex eis diuitias compararunt. Amyntas supra CCC. ouium greges in his locis habuit. Insunt etiam lacus quorum maior Coralis dicitur, minor Trogitis. Hoc in loco est Iconium oppidum optime habitatum, quod fortunatiorem regionem habet, quàm ea quæ onagros producit, hoc Polemo habuit. Iam Taurus locis his appropinquat, Cappadociam & Lycaoniam terminans, ad imminentes Cilicas Trachiotas. Lycaonum atque Cappadocum confinium est locus qui inter Coropasum iacet Lycaonum uicum, atque Garesthyra oppidum Cappadociæ, interuallum inter hæc castella est centum & XX. ferè stadiorum. Lycaoniæ est etiam Isaurica Taurum uersus, deinde Isauria quæ uicos duos habet eiusdem nominis, & eum qui uetus dicitur Benemunitum. his alia loca obtemperabant, omnia latronum domicilia, quæ Romanis negotia exhibuerunt. Publius uero Seruilius cognomento Isauricus, quem nos uidimus, hæc Romanis subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, uicepit. In Isauricæ lateribus est Derba, præsertim Cappadociæ adiuncta, Antipatris Derbensis sedes. Eius erant Laranda & ætate nostra Isaura. Amyntas Derbensem adortus, Derbam cepit & illum interemit. Isaura uero habuit à Romanis hic regiam sibi constituens antiqua Isauria diruta, & in eodem loco nouum opus ædificans, perficere nequit. Nam cum Omonades inuaderet, per insidias captus est, & à Cilicibus interemptus. Cum enim Antiochiæ partem haberet Pisidiam uersus, usque in Apolloniadem quæ est Apamiam Cibotorum uersus. Item ex prætermontana regione nonnulla ac etiam Lycaoniam tentabat, Cilicibus ex Tauro excurrentibus, & Pisidijs regionem eam auferre, quæ Phrygum erat, & multa profecto loca cepit, quæ nunquam antea capi potuerunt, quorum est Cremna. Sandalio autem accedere non est ausus, quod inter Cremnam atq; Sagalassum iaceret. Cremnam habent Romanorum coloni.

Cybeles statua
Dindyma.
Dindymena.
Sangarius.
Midas.
Gordius.
Gorbeus.
Tatta.
Morimeni.
Pignisum.
Soatri.
Garsabora.
Oues aridis gaudent pascuis.
Coralis.
Trogitis.
Iconium.
Taurus.
Trachiotæ.
Coropasus.
Garesthyra.
Isaurica.
Isauria.
Benemunitus uicus.
P. Seruilius Isauricus.
Derba.
Antipater Derbensis.
Laranda.
Isaura.
Omonades.
Pisidia.
Apollonias.
Cremna.
Sandalium.
Sagalassus.

Sagalaſſus ſub eodem Romanorum duce eſt, ſub quo totum Amyntæ regnum. Diſtat ab Apamia diei itinere, deſcenſum habens ab arce xxx. ferè ſtadiorum, uocant etiam eam Selgeſum. Hæc ciuitas ab Alexãdro capta fuit. Amyntas itaq; Cremnam cepit, progreſſusq; uſque ad Omonades, qui nunquam capi poſſe exiſtimabantur, multorum iam locorum dominus, interempto à ſe eorum tyranno, fraude uxoris tyranni captus eſt, atq; ab illis interemptus. Cirenius autem eos fame cõfecit, & quatuor hominum millia, à ſe capta in alias propinquas urbes traduxit habitatum, regionem uero iuuentute deſertam reliquit. Ea eſt in altis Tauri partibus, in rupibus præruptis, & magna ex parte inacceſſibilibus. In medio eſt planities concaua, & ferax, in multas conualles diſtincta, hanc excolentes in ſuperioribus montium ſuperciliis ac ſpeluncis habitabant, & cum frequentius armati eſſent, aliena excurrebant, cum montana haberent, eorum regionem circummunientia. His contigui ſunt cum aliꝫ Piſidæ, tum etiam Selgenſes Piſidarum optimi. Maxima eorum pars ſumma Tauri obtinet, quidam ſupra Sidam Aſpendumq; habitant Pamphyliæ urbes, tenent loca edita, oleis conſita. Ad montana quæ ſupra hos ſunt, Catanenſes incolunt, Selgenſibus & Omonadenſibus finitimi, Sagalaſſenſes uero interiora Milyadem uerſus. Artemidorus dicit ex Piſidarum ciuitatibus eſſe Selgam, Sagalaſſum, Petneliſum, Adadatam, Briadem, Cremnam, Pityaſum, Amblada, Anabura, Sinda, Araſum, Tarbaſum, Termeſum. Ex his aliꝫ omnino ſunt montani, aliꝫ uſque ad montium ima deſcendunt, ex utraque parte, & in Pamphyliam & Milyadem, Phrygibus, Lydis & Caribus finitimi, quæ gentes quanquam boreales ſint, omnes tamen ſunt pacatæ. Pamphyli uero multum Ciliciæ nationis participes, non omnino abſtinent à latrociniis, nec finitimos ſinunt in quiete uiuere, quanquam auſtrales partes radicis Tauri habitent. Sunt etiam Phrygibus & Cariæ finitima, Tiaba, & Sinda, & Amblada, unde & Ambladenſe uinum effertur, ad medicas curationes accommodatum. Ex montanis, ut ſic dicam, Pyſidis, cæteri ſunt per tyrannidas diuiſi, & quemadmodum Cilices latrociniis exercitati, dicunt Lelegas quoſdam uagos olim eis immixtos, propter morum ſimilitudinem ibi remanſiſſe. Selga urbs ab initio fuit à Lacedæmoniis condita, & ante à Calchante, poſtea per ſeſe manſit, & propter legitimam gubernationem tantum adoleuit, ut aliquando uiginti uirorum millia haberet. Mira profecto eſt locorum natura, cum in ſummis Tauri partibus locus ſit adeo ferax, ut multa hominum millia poſſit enutrire, pleraque loca ibi oleis & uitibus conſita ſunt, & omnium pecorum paſcuis abundant, circum imminent ſyluæ uaria materie plenæ. Plurimus apud eos ſtyrax naſcitur, arbor non magna, recta, ex qua ſtyracinæ haſtæ fiunt, corneis ſimiles, in trunco edaciſſimi uermis genus innaſcitur, quo lignum uſque ad corticem ſurſum erodente, furfur ſiue micæ quædam profundun tur eis ſimiles, quæ cadunt ex ſerra, ex his aceruus ad radicem congregatur, poſtea humor quidam diſtillat qui facile coagulatus, ſuccino ſimilis eſt, huius pars ad radicem cum ſcobe ac terra permiſcetur, uerum quod in ſummo collectum eſt, purum manet, pars uero in trunco congelaſcit, ubi defluit, atq; hoc etiam purum. Ex non puro ſcilicet ligno, ac terra mixturam quandam conficiunt, puro odoratiorem, uiribus tamen imparem, quæ res multos fallit, atque eo plurimum ſuperſtitioſi ad ſuffitus & odoramenta utuntur. Laudatur etiam Selgica iris, & unguentũ quod ex eo fit. Selgenſiũ montana circa urbem ac regionem paucos aditus habent,

præcip

Selgeſus.
Cirenius
Sida.
Aſpendus.
Catanenſes.
Piſidæ.
Selga.
Sagalaſſus.
Petneliſus.
Adadata.
Brias.
Cremna.
Pityaſus.
Amblada.
Anabura.
Sinda.
Araſſus.
Tarbaſus.
Termeſus.
Pamphylia.
Milyas.
Tiaba.
Selgæ conditores, ſitus.
Styrax arb.
Selgica iris.

præcipitijs & uallibus munita, quæ cum cætera flumina efficiunt, tum etiam Eurymedon & Ceſtrus à Selgicis montibus in Pamphylium mare exeuntes, propter loca ardua, pontes paſſim uijs impoſiti ſunt. Selgenſes nunquam antea cuiquam paruerunt, & cæteram regionem intrepide habentes, pro inferiore, quæ in Pamphylia, & quæ intra Taurum eſt, cum regibus decertabant. Cum Romanis uero certis conditionibus regionem tenebant. Alexandro per legatos reſponderunt, ſe ut amicos imperata ſuſcepturos. Nunc omnino ſubditi ſunt, & in ea cenſentur, quæ ab Amynta fuit. Bithynis (ut dixi) finitimi ſunt Phryges ac Myſi, qui circa Olympum habitant. utraq; gens duplex eſt. Nam Phrygia altera dicitur maior, cui Mydas imperauit, & partem Galatæ habuerũt. Altera minor circa Olympum in Helleſponto quæ Epictetus appellatur. Myſia quoq; altera Olympina eſt, Bithyniq & Epicteto continua, quã Artemidorus à Myſis qui trãs Iſtrum ſunt, dicit habitatam. Altera circa Caicum eſt, & Pergamenũ agrum, uſq; in Teuthraniam, & huius fluminis oſtia. Sed adeo hęc immutata ſunt (quemadmodum iam ſæpe diximus) ut etiam regionem Sypilo uicinam antiqui Phrygiam nominarint, quæ utrúmne maioris an minoris Phrygiæ pars ſit, incertũ eſt. Vnde Niobem & Tantalum & Pelopen Phrygas dixerunt. Et utcunq; ſe habet, mutatio certe manifeſta eſt. Nam Pergamenus ager Elaiticus ad quẽ Caicus exit, & Teuthrania inter hæc media, in qua Teuthras, & Telephi educatio fuit, inter Helleſpontum ſunt & regionem Sipylo & Magneſiæ circunſtantem, & eam quæ ſub illa eſt, quare Myſorum ac Phrygum fines (ut ante diximus) diuerſi. Sed eos definire operoſum. Lydi & Mæones quos Homerus Mæonas uocat, cum his & inter ſe confuſi ſunt, hos alij eoſdem alij diuerſos putant. Item Myſos alij Thracas dixerunt, alij Lydos, ſecundum ueterem quandam hiſtoriam, quam Xanthus, Lydus, & Menecrates Elaita referunt, Myſorum nomen interpretantes, quod Lydi fagociſſimam ſic uocent. multa enim eiuſmodi arbor eſt in Olympo, ubi expoſitos eos dicunt, quorum poſteri à fagociſſima Myſi ſunt appellati, teſtimonio eſſe ſermonẽ, ex Lydo Phrygioq; permixtum, tandem ipſos circa Olympum habitaſſe. Phrygas uero ex Thracia traijcientes Troiæ ac propinquæ regionis principes eſſe cœpiſſe, eos itaq; hoc in loco habitaſſe, Myſios uero ſupra Caici fontes, prope Lydos. Auget has fabulas gentium earum confuſio, & opulentia regionis, quæ cis Halym eſt, præſertim in ora maritima, cuius cauſa multi eam undique inuadebant, præſertim ex ulteriore fluminis regione, ac etiam uiam inter ſe decertabant. Sed præcipue circa Troiana tempora, ac etiam poſtea excurſiones tranſmigrationésque factæ fuerunt, cum Barbari ſimul ac Græci impetu quodam ad aliena adipiſcenda ferrentur. Sed ante res Troianas hæc erant. Tunc enim Pelaſgorũ natio, & Cauconum Lelegum erat. Dictum eſt enim quod olim ij, quos poëta Troianis ſocios fecit, nequaquam ex ulteriore regione in multis Europæ locis errabant. Nam quæ de Phrygibus Myſisque memorantur, Troianis ſunt antiquiora, duplices quoque eiuſdem generis Lycij, ſuſpicionem exhibent, uel Troianorum uel eorum qui Cariam uerſus alios habitare fecerunt. Idem fortaſſe, & de Cilicibus contigit. nam & hi duplices ſunt, & ſi huiuſmodi teſtimonium non eſt recipiendum, quia qui nunc Cilices dicuntur ante res Troianas fuerunt, & Telephus cum matre ex Arcadia ueniſſe perhibetur, qua Teuthranti qui eum recepit, in coniugem data imperium accepit, & filius putatus eſt. Cares quoq; cum prius Leleges & inſularęs

Eurymedon fl.
Ceſtrus.
Phrygia duplex.
Mydas.
Epictetus.
Myſia duplex.
Niobe.
Tantalus.
Elaiticus ager.
Caicus.
Teuthras.
Telephus.
Sypilus.
Lydi.
Mæones.
Iliad. β. et κ.
Myſi unde appellati.
Cilices.
Telephus.
Cares.
Leleges.

* ἀπὸ βότου. Miletus. essent, ut fertur, terrestres † facti sunt, fauentibus Cretensibus, qui Miletum condi-
dere. Conditorem ex Mileto, quæ in Creta est, Sarpedonem accipientes, & Termi-
las in eam quæ nunc Lycia dicitur, habitatum deduxerũt. Hos Sarpedon Minois
Termilæ. Rhadamanthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit, cum prius
Sarpedon. Minyæ uocarentur, ut Herodotus refert. Ac prius etiam Solymi, postea Lycon
Minyæ. Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellauit, quæ profecto ratio Lycios ac Soly
Solymi. mos eosdem esse ostendit, quanquam poëta eos separat. nam de Bellerophonte è
Lycon. Lycij. Lycia profecto dicitur,

σολύμοισι μαχέσατο κυδαλίμοισι.

Iliad. ζ. Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

Pysander. Pysandrum etiam eius filium (ut ille inquit) pugnantem cum Solymis Mars interemit. Sarpedonem quoq; indigenam esse dicit, sed uictori in cõmune præmiũ propositum esse terræ uirtutem opulentiamq;, quæ ego dico ex multis confirmantur, etiã post res Troianas, unde & Amazones eos inuadere ausæ sunt, aduersum quas Priamus & Bellerophontes duxisse exercitum dicuntur, & multæ ciuitates ab illis cognominatæ sunt. in Iliensi campo tumulus quidam est,

τλὼ ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν
In Catalogo. ἀθάνατοι δ' εἶσι σῆμα πολυσκάρθμοιο μυρίνης.

Hunc homines proprio Batiæam nomine dicunt,
Ast immortales uolucris monumenta Myrinæ.

Quam tradunt unam fuisse ex Amazonibus, coniecturam ex adiectiuo capien
ὠύσκαρθμος. tes. Equi enim propter celeritatem ὠύσκαρθμοι, id est uolucres dicũtur, unde & illam
Myrina. ab equorum celeritate πολύσκαρθμον, id est uolucrem dictam, & Myrina ciuitas ex ea
nominata est. Vicinæ quoque insulæ hæc eadem ob terræ fertilitatem passæ sunt, è
Rhodus. quibus est & Rhodus, & Cos, quæ ante conditam Troiam à Græcis habitabãtur,
cuius rei Homerus manifestum exhibet testimonium. Post Troiam uero Græco-
Treres. rum coloniæ & Treres & Cimmerij & Lydi, deinde Persæ ac Macedones, postre-
Cimmerij. mo Galatæ, omnia excursionibus perturbarunt atq; confuderunt. Et non solum
propter mutationes res ipsę incertæ sunt, sed etiam propter dissidentes scriptorum
opiniones, qui eisdem de rebus non eadem tradiderunt. Nam hi Troas Phrygas
Lycij. Cares. uocant, sicut tragici, illi uero Lycios Caras, & eodem modo alios. Sed Troës adeo
Troës. ex paruis aucti sunt, ut reges regum essent, & poëtæ & eius expositoribus occasio-
nem præbuerunt, quam oporteat Troiam appellari. Nam omnes Troianorum
Danai. socios in communi Troas uocat, quemadmodum aduersarios Danaos & Achi-
Achæi. uos, sed nequaquam per Iouem Paphlagoniam Troiam dicemus, nec Cariam nec
Lyciam ei finitimam, ut cum ita dicit,

Iliad. γ. τρῶες μὲν κλαγγῇ ὀπὶς τ' ἴσαν,
οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μεμαῶτες ἀρήνοντες ἀχαιοί.

Clamore ingenti Troes, sonituq; fremebant,
At Danai tacito spirabant corde furorem.

Sæpe etiam aliter atq; aliter dicit, quæ cum ita sint, necesse est ut singula pro uiri-
bus transigamus, quæ uero nos fugiunt ex antiqua historia, ea omittẽda existima-
mus. Non enim in ijs est Geographiæ opus, sed quæ nũc sunt, ea dicere debemus.
Ida. Duo itaq; montes Propontidi imminent, Olympus Mysius & Ida, Olympo Bi-
Olympus. thynica subiacent. Inter Idam atq; mare Troia iacet monti contigua, de hac & de
Troiæ situs. ijs quæ austrum uersus ei monti contigua sunt, postmodum dicemus. Nunc de

Olym

Olympenis dicendum est, ac deconsequentibus usq; ad Taurum, quæ cum locis à nobis ante peragratis æque progrediuntur. Olympus in circuitu non habitatur, in altis syluas ingentes habet, & loca optime septa, quę latrones alere possint. In hęc loca sæpe tyranni conueniunt, ubi diutius perdurant, quemadmodum ætate nostra Cleon latronum princeps, qui fuit è uico Gordo, quem postea augens urbem fecit, & Iuliopolim appellauit. Ab initio uero prædonum receptaculo utebatur loco ualidissimo nomine Callydio. Is Antonio ualde utilis fuit. nam profectus ad eos, qui pro Labieno tributa colligebant, omnia impediuit, quo tempore ille Asiã obtinebat. In bello autem Actiaco cum ab Antonio desciuisset, Cæsaris ducibus adhæsit, ac supra quàm eius meritum pateretur, in honore habitus est. Is ultra munera ab Antonio data, accepit etiam quæ Cæsar dedit, quare iam pro latrone principis habitũ gerebat. Erat enim Iouis Abretani sacerdos, qui Mysius deus est, & parti Morenę imperabat, quę etiam Mysia est, quemadmodum Abretana. Postea Comanorum sacerdotiũ in Ponto accepit, ad quod cum uenisset, intra menstruũ tempus excessit è uita. nam grauis eum morbus arripuit, siue ex nimia crapula, siue ex ira deæ, ut dixerunt qui in fano erant. Nam intra sacri loci ambitum, utriusq; sacerdotis maris scilicet ac fœminæ habitatio est, fanum quoq; præter cæteram religionem expresse uetat suillarum carnium esum, unde nec in totam urbẽ sus infertur. Ille mox primo ingressu, ex huius consuetudinis præuaricatione, latrocinantiũ morem ostendit, non ut sacerdos, sed ut corruptor ingressus. Olympus talis est. Habitant tamen circum eum, à septentrione Bithyni & Mygdones & Doliones, reliquum Mysi habent & Epictetus. Dolionas maxime eos dicunt, qui circa Cyzicũ habitant, ab Æsapo usque in Rhyndacum & Dascyliticum lacum. Post hos Mygdones sunt usque in Myrleanorum agrum. Super Dascyliticũ lacum sunt alij duo lacus Apolloniaticus & Miletopolitanus. Iuxta lacum Dascyliticum Dascylium ciuitas est, iuxta Miletopolitanũ Miletopolis, iuxta Apolloniaticum super Rhyndaco est ea, quæ Apollonia uocatur, sed horum pleraque pars, nunc Cyzicenorum est. In Propontide est insula Cyzicus duobus pontibus iuncta continenti, feracissima quidem, quingentorum ferè stadiorum ambitu, ea iuxta pontem eiusdem nominis urbem habet, & portus duos clausos, & naualia supra CC. Vrbis pars iacet in planitie, pars secus montem qui Vrsarum mons appellatur, huic alia Dindyma imminent unius uerticis, quæ delubrum habent Dindymenę matris deûm ab Argonautis ædificatum. Ciuitas ipsa & magnitudine & pulchritudine & æquitate cum primis Asiæ ciuitatibus contendit, paci & bello apta. Ea ad Rhodiorum & Massilienssium & antiquorum Carthaginensium formam uidetur instructa. Sed cęteris omissis, ea publicorum ędificiorum & instrumentorum architectos curatores tres habet, & tria armentaria, aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti. Frumentum ne corrumpatur chalcidica immixta præstat. Huius rei utilitatem, in Mithridatico bello ostenderunt. nam rege præter opinionem ingruente, cum C. & L. millibus hominum, & multo equitatu, & suburbanum, & oppositum montem occupante, quem Adrastiæ uocant, postea in iugum quod urbi imminet traĳciente, & terra marique pugnante, Cyziceni quadringentis nauibus contra omnia restiterunt, ut propè etiam regem ipsum in cuniculo opprimerẽt contra effodientes, ille uero præcauit, ac sese extra cuniculum recepit. Tandẽ Lucullus Romanorum Imperator quibusdam ad auxilium missis eos confirmauit. Fuit etiam pe-

Cleon latro.
Gordus uicus.
Iuliopolis.
Callydius.
Iuppiter Abretanus.
Morena.
Abretana.
Comanũ sacerdotium.
Suillarum carnium ęsus prohibitus.
Olympus.
Bithyni.
Mygdones.
Doliones.
Aesapus.
Rhyndacus.
Dascylitícus lacus.
Apolloniaticus lacus.
Dascylium.
Miletopolis.
Apollonia.
Cyzicus.
Vrsarũ mons.
Dindyma mõs
Dindymena mater.
Cyzicenorum armentaria.
Frumenti seruandi ratio.
Chalcidica.
Adrastia.

ſtis adiumento, quam rex nequaquam ualuit prouidere, uerum multis amiſsis diſceſſit. Romani ciuitatẽ honore proſecuti ſunt, & adhuc libera eſt, & agri multum habet. Aliud ab antiquo, aliud à Romanis additũ. Nam ex Troadis regione ea habet, quę trans Æſapum ſunt, Zelię & Adraſtię campis uicina. Ex Daſcylitico lacu alia ipſi tenent, alia Byzantij. Dolionas uero ac Mygdonas uerſus, regionẽ multã habent, & uſq; ad Miletopolitanũ & Apolloniaticum lacum, per quæ loca Rhyndacus fluit, ex Azanitide ortum habens, qui aſſumptis ex Abretana Myſia cum aliįs, tum etiam Meceſto, ab Anchora Abaſitica in Propontidem iuxta Besbicũ inſulam emittit. In hac Cyzicenorum inſula mons eſt arboribus plenus, nomine Artaca, in fronte iacet parua quædã inſula eodem nomine, propè eſt promontorium, quod Nigri appellatur, id in præternauigatione eſt è Cyzico Priapũ delatis. Phrygiæ Epicteticæ Azaani, Nacolla, Cotyaium, Mydaium, & Dorylæum urbes, & Cadi, quamuis Cados quidam ad Myſiam dicunt pertinere. Myſia in mediterranea ab Olympina regione in Pergamenam deſcendit, & in Caici campos, quare interIdam iacet atq; Exuſtam, quam alij Myſiam, alij Mæoniam uocant. Supra Epictetum auſtrum uerſus eſt maior Phrygia, quę à ſiniſtra Piſinuntem, à dextra Męonas & Lydos & Caras relinquit. In ea eſt Phrygia, quæ prætermontana dicitur, & regio Piſidiam uerſus, & ea quæ Amorio & Eumeniæ & Sinadæ proxima ſunt. Deinde eſt Apamia, quæ Cibotus dicitur & Laodicea, quæ Phrygiarum urbium maximæ ſunt. Has oppida circunſtant, Aphrodiſias, Coloſſe, Themiſonium, & Sanaus Apolloniæ metropolis. Item ultra has Peltæ, Tabeæ, Eucarpia, Lyſias. Prętermontana regio iugum quoddam habet in monte, quod ab ortu occaſum uerſus extenditur. Huic utrinque planities magna ſubiacet, in qua urbes ſunt à ſeptentrione Philomelium, ex altera parte Antiochia, iuxta Piſidiam, quæ partim in campo iacet, partim colle quodam Romanorum coloniam habet, hanc Magnetes habitarunt, qui iuxta Mæandrum ſunt. Romani eam liberauere à regibus occupatam, & Aſiam quę cis Taurum eſt, Eumeni dederunt. Hic ſacerdotium quoddam erat menſis Arcei, maximã quidem ſacrorũ ſeruorũ & ſacrorũ locorũ multitudinẽ habebat, ſed poſt Amyntæ obitũ euerſum eſt ab įjs, qui in eius hæreditatẽ miſsi fuerant. Sinada urbs eſt non magna, ante quam planities iacet oleis conſita LX. ferè ſtadiorum, ulterius eſt Docimia uicus, & Sinadici lapidis lapicidifodina (ſic enim eum Romani appellãt) indigenæ uero Docimitem & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum ſumptus, columnæ integræ, & ingentes extrahuntur, & uarietate alabaſtritæ lapidi proximæ, quare multa huiuſmodi onera ad mare deuehuntur, & columnæ & lapideæ tabulæ, magnitudine ac pulchritudine admirabiles, Romam deferuntur. Apamia inſigne emporium eſt eius, quæ proprie Aſia nominatur, ſecundas poſt Epheſum ferens, ea commune Italicorum & Græcorum hoſpitium eſt, in Marſyæ oſtijs ſita, qui amnis urbem mediam perlabitur, ab ipſa ortum habens, ſed uehementi ac prono flumine in ſuburbanum delatus, immittit in Mæandrum, qui iam Orgam amnem accepit, per planitiem æqualem leniter ac placide delapſum. Hinc iam auctus Mæander per Phrygiam currit, poſtea Cariam, Lydiamq; diſterminat, ad campos qui Mæandri dicuntur, ualde quidem flexuoſus, unde obliquitates omnes ab illo Mæandri appellantur. Finiens uero apud Cariam, regionem ſecat, quam nunc Iones tenent, & inter Miletum, Prienemq; egreditur. Incipit

Zelia.
Rhyndaci ortus.
Meceſtus.
Beſbicus.
Artaca mons.
Nigri prom.
Azaani.
Nacolla.
Cotyaium.
Mydaium.
Dorylæum.
Cadi.
Myſiæ ſitus.
Mæonia.
Piſinûs.
Phrygia.
Amorius.
Eumenia.
Sinada.
Apamia.
Cibotus.
Laodiçea.
Aphrodiſias.
Coloſſe.
Themiſoniũ.
Sanaus.
Peltæ.
Tabeæ.
Eucarpia.
Lyſias.
Philomelium.
Antiochia.
Magnetes.
Menſis Arceus
Sinada.
Docimia.
Sinadicus lapis.
Lapis Docimitis.
Apamiæ ſitus.
Marſyas.
Orga.
Mæander.
Caria.
Miletus.
Priene.

cipit uero à Celænis, qui collis quidam est, in quo urbs fuit eiusdem nominis. Hinc Antiochus Soter homines transtulit in eam, quæ nunc Apamia dicitur, & urbem appellauit de nomine matris Apamæ, Artabazi filiæ, quæ Seleuco Nicatori nupta fuit, hoc in loco de Olympo Marsyaq; conficta est fabula, & de contentione quam Marsyas cum Apolline habuit. Imminet lacus quidam, qui calamum gignit, ad tibiarum linguas idoneum, ab eo dicunt Marsyę, ac Męandri fontes emanare. Laodicea cum prius parua esset, ætate nostra & patrum nostrorum maximũ cepit augmentum, quanquã ab obsidione Mithridatis Eupatoris admodum labefactata. Nam loci uirtus & ciues quidam fortunati ualde eam magnificarunt, primum Hiero, qui hæreditatem populo dimisit, supra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit, postea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob probitatem regnum meruit, prius Antonio, postea Augusto Cæsare concedente. Loca Laodiceæ proxima oues optimas ferunt, non modo in mollitie lanæ, qua Milesias † præstant, sed in colore, ex quibus Coraces maximũ prouentum capiunt, quemadmodum à colore eiusdem nominis qui Colossen prope habitant. Hoc in loco Caper, & Lycus in Mæandrum influunt, ingens flumen, à quo Laodicea Lyco proxima nominatur. Mons urbi imminet nomine Cadmus, ex quo Lycus fluit, & alius eodem nomine quo mons appellatur. Hic plurimum sub terram delapsus, postea erumpens, in idem influit, in quod alia flumina, ex quo simul regionem ualde cauernosam & quassabilem esse ostenderunt. Nam Laodicea, & proxima ei regio, plurimum terræmotibus concutitur. Carura Phrygię Carięq; confinium est. Hic uicus diuersoria habet, & feruentes aquas, alias in Mæandrum exeuntes, alias ultra flumi nis ripam. Narrant leonem aliquando cum magna mulierum caterua in diuersorio hospitatum, nocte facto terręmotu, cum omnibus perijsse. Nam tota ferè regio circa Mæandrum à terræmotibus quatitur, & aquæ & ignis ductibus peraratur usq; in mediterraneam. Eiusmodi habitus regionis à campis incipiens usq; in Charonia pertendit, ea est regio circa Hierapolim & Characa Nesaidis, & Magnesiam & Myuntem. Nam terra resoluta est, & putris & salsugine plena, & facile igni corrumpitur, propterea fortasse Mæander flexuosus est, quoniam alueus multas recipit mutationes, & multum limum deducens, modo huic modo illi ripæ adijcit. Pelagus uero fluctuum ui illum extrudit, unde Prienem quæ prius ad mare erat, facta limi aggestione, mediterraneam fecit, ad stad. CC.L. Exusta quoq; quam Lydi ac Mysi obtinent, idcirco hanc appellationem sortita est. Vrbs etiam Philadelphia, apud eam minime fideles parietes habet, sed quottidie cõcutiuntur et pandũtur. Illi intenti terræmotus præcauent, semper architecturas alias cõtra extruẽtes. Apamia inter cæteras urbes ante Mithridaticum bellum sæpe fuit concussa. Rex uero cum urbem euersam uideret, ut repararetur C. talenta exhibuit. Dicunt Alexandri quoque tempore similia contigisse, quare non immerito apud eos Neptunus colitur, quanquam mediterranei sint. Addunt etiam à Calæno Neptuni filio ex Calæno una Danaidum procreato, urbem sic appellatam, uel propter lapidem atq; nigredinem ab exustione prouenientem. Quę uero de Sipylo & eius euersione memorantur, non debent fabula existimari. nam & Magnesiam, quæ sub eo est, nuper terræmotus deiecerunt, & Sardas & alias clarissimas urbes labefactarunt. Princeps uero pecunia data, ea restituit, quemadmodum prius in calamitate Trallianis facta, cum gymnasium & aliæ urbis partes corruissent, pater eius & his & Laodicensibus de-

Celænæ.

Apamiæ appellatio.

Marsyæ cũ Apollinecõtẽtio.

Laodicea.

Hieron.

Zeno.

Polemo.

Colossę.

Caper.

Lycus.

*Superant, ὑπερέχει.

Mæandri obliquitates.

Cadmus.

Carura.

Leonis mirum

Charonia.

Charax.

Myus.

Mæander quare flexuosus.

Priene.

Exusta.

Philadelphia.

Apamiæ terræmotus.

Calænus.

Sipylus.

Magnesia.

Sardes.

derat. Audire est ex antiquis scriptoribus, qualia Xanthus, Lydiarum rerum scriptor referat, commemorans quas mutationes sæpe hæc regio habuerit, de quibus in superioribus fecimus mentionem. Hoc in loco Typhonis casum fabulantur, & Arimos, & hanc Exustam dicunt, nec dubitant quæ inter Mæandrũ ac Lydos sunt, omnia eiusmodi suspicari, tum propter lacuum ac fluminum multitudinem, tum etiam propter multiplices terræ cauernas. Lacus uero qui inter Laodicenam est & Apamiam cum pelagi magnitudinem habeat, cœnosam & subter errantem exhalationem emittit. Dicunt pœnam esse, si quis locum Mæandro permutet, fluminis angulos circunferiendo, qui deprehensi fuerint, damnum ex portitorijs uectigalibus persoluunt. Inter Laodicenam atq; Caruram templum est mensis Cari appellatum in maxima ueneratione, ætate nostra maxima medicorum schola, ibi à Zeuxide constructa est, & postea ab Alexandro Philalethe, quemadmodum tempore patrum nostrorum Erasistratiorum schola Smyrnæ ab Icesio. Nunc nihil tale fit. Nominantur præterea quædam Phrygiæ nationes, quæ nunc nusquam extant, quemadmodum Berecyntes. unde Alcman dicit,

Typhonis casus. Arimi. Mensis Carus. Medicorũ schola. Zeuxis. Alexand. Philalethes. Icesius. Berecyntes.

φρύγιον ἤυλησε μέλος τὸ λεῤῥέσιον.

Cerbesia. Phrygium Cerbesiumq; cecinit modum.

Et fossa quædam Cerbesia dicitur, quæ pernitiosas exhalationes habet, quę quidem ostenditur, homines uero non amplius Cerbesij dicuntur. Æschylus hæc in Niobe confundit. Illa enim recordari se ait sociorum Tantali,

Aeschylus.

οἷς γὰ ἰδαίω πάγῳ διὸς πατρῴα βωμὸς ὅδε. id est,

Quis in Idæo saxo Iouis patrij ara est. Item,

σίπυλον ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα. id est,

Sipylus. Sipylon Idæam per humum. Tantalus quoq; dicit,

σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκ' ἡμερῶν ὁδὸν
βερεκυντίαν χῶρον, ἵνα δ' ἀδραστείας ἕδος
ἴδης τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν ἕρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐρέχθει πέδον.

Sero arua, duodecim dierum iter,
Berecynthia. Berecynthiæ loca, ubi Adrastiæ solum
Idæq; totum rugitu atq; mugitibus sonat.

LIBRI DVODECIMI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMITERTII LIBRI.

TErtiusdecimus liber Asiæ, reliqua Propontidis continet, inferius à Cyzico incipiens, & totam deinceps consequentem oram, & siquæ insulę insunt, præsertim circa Troiam (quanquam deserta sit) propter loci claritatem, & uulgatam belli famam immoratur.

STRABONIS
GEOGRAPHICORVM
LIBER DECIMVSTERTIVS.

HACTENVS de Phrygia definitũ ſit, nunc in Propontidẽ redeuntes, & in oram quæ poſt Æſapum eſt, eundem peragrationis ordinẽ ſeruemus. Huius oręprima eſt Troas, fama quidẽ percelebris, quę quanq̃ diruta ſit ac deſerta, pluri ma tamẽ de ea ſunt dicenda, licet non quęcunqꝫ, ſed ad hæc exhortatione, & uenia opus eſt, ut qui nos legerint, nõ magis nobis cauſam prolixitatis tribuant, quàm ijs qui res antiquas & claras noſſe cupiũt. Quam prolixitatẽ tum Græcorum & Barbarorũ multitudo auget, qui regionem hanc incoluerũt, tum ſcriptores qui eiſdem de rebus non eadem perſcripſere, quorũ in primis eſt Homerus, qui de multis coniectandi cauſam prębet. Opus eſt itaqꝫ, ut & huius & aliorum dicta tranſigamus, ſi prius locorũ naturã ſummatim deſcripſerimus. Nam à Cyzicena regione, & locis Æſapo & Granico uicinis uſqꝫ Abydum, & Seſtum, Propontidis oram eſſe contingit. Ex Abydo uero Lectũ uſqꝫ & Iliꝫ & Tenedi & Troianæ Alexandriæ regionẽ. His omnibus Ida imminet, Lectum uſqꝫ deſcendens, à quo uſqꝫ in Caicum flumen †eſt Aſſus & Adramyttium, & Atarneus, et Pitana, & Elaiticus ſinus, quibus omnibus Lesbiorum inſula ex aduerſo conſurgit, deinde Cumanus ager uſqꝫ ad Hermũ & Phocenſes, quod Ionicæ initium eſt, & Æolidis terminus. Quæ loca cum huiuſmodi ſint, poëta dicit Troianos præcipue ab Æſapo & ea regione, quę nũc Cyzicena eſt, imperaſſe uſqꝫ ad Caicum flumen, per principatus in octo uel nouem partes diuiſos. Cæterorũ uero multitudo, qui auxilium tulere inter ſocios annumeratur. At poſteriores illorũ fines dicunt, & uariꝫ nominibus partitiones multas conficiunt. Sed maxime Gręcorũ colonię dicendi copiam præbuerunt. Ionia uero non multum, cum à Troade plurimũ abſit, Æolis autem omnino. per totam enim diſperſa eſt à Cyziceno agro uſqꝫ ad Caicum, et plus etiam regionis occupauit, inter Caicũ atqꝫ Hermum. Quatuor enim ſeculis Æoliam coloniam Ionica dicunt antiquiorem. moras enim & longiora tempora ſuſcepiſſe, atqꝫ Oreſtẽ claſsi imperaſſe, quo in Arcadia mortuo, Penthilum eius filiũ ſucceſsiſſe, & uſqꝫ in Thraciã proceſsiſſe annis LX. poſt Troiam, quo tempore Heraclidę in Peloponneſum redierunt. Deinde Archelaũ illius filium cum Æolica claſſe circa Daſcylium traieciſſe, in eam quæ nunc Cyzicena nominatur. Graum uero filium eius iuniorẽ uſqꝫ ad Granicum flumen progreſſum, & meliore apparatu cum maiore exercitus parte in Lesbum tranſmiſiſſe atqꝫ ea occupaſſe. Cleuam Dori filium, & Malaum, qui et ipſi ab Agamemnone, profecti erant, eodẽ tempore exercitũ contraxiſſe, quo Penthilũ, ſed Penthili claſſem tranſitũ ex Thracia in Aſiam anticipaſſe. Hos uero circa Locrenſem agrum, & Phricium montẽ multum temporis contriuiſſe, poſtea tranſgreſſos Cumã condidiſſe, quę Phriconia à Locrorũ monte dicta eſt. Sed cum Æoles diſperſi eſſent per totam regionẽ, quam diximus à poëta Troianam appellari, quidam ex poſterioribus totam Æolida uocauerunt, quidam partẽ & Troiã, alij totam, alij partẽ eius, quo fit, ut nihil omnino inter ſe conueniant. Mox enim in lo-

Propontis.
Troas.
Alexandria Troiana.
Ida.
†Deeſt, et quæ appellãtur Canæ, μέχρι Καΐνης ποταμοῦ καὶ τῶν Μυρμιδόνων Καινῶν.
Canæ.
Aſſus.
Adramyttiũ.
Atarneus.
Pitana.
Elaiticus ſinus
Leſbos.
Cumanus ager.
Hermus.
Phocenſes.
Ionica.
Aeolis.
Troianorum imperium.
Cleua.
Phricius mons
Cuma.
Phriconia.

cis Propontidis Homerus ab Æsapo Troadis initiũ facit. Eudoxus iam eam cõtrahit, à Priapo incipiẽs, et Artaca, qui locus in Cyzicenorũ insula situs, aduersus Priapum cõsurgit. Damastes magis eam cõtrahit à Pario initiũ faciens. nam is Lectum usq; progreditur, alij uero aliter. Charon Lampsacenus alia CCC. stad. admit, à Practio incipiens. nam totidem Practiũ abest à Pario, atq; Adramyttiũ usq; progreditur. Scylax Caryandeus ab Abydo incipit. Eodẽ modo etiam Æolida, Ephorus dicit, ex Abydo Cumã usq;, alij uero aliter. Sed Idæ situs pulcherrime describit eam, quæ uero Troia dicitur, qui mons altissimus est, & ad occidentem spectat, & mare quod ibi est, paululũ ad septentrionẽ atq; oram eam conuersus. Ea ab angustijs Abydi usq; ad Æsapum, et Cyzicenũ agrum ad Propontidem pertinet. Occidentale autem mare est Hellespontus, in quo Ægæum pelagus est. Ida cum multipes sit, in Scolopendrę modũ his ultimis terminatur, promontorio quod circa Zeliam est, & eo quod Lectum appellatur, quorum alterũ finit in mediterraneam paulo supra Cyzicenum agrum (nam nunc Zelia Cyzicenorum est) Lectum uero in Ægæum pelagus descendit, in præternauigatione situm, quę in Lesbum fit, ut

Artaca.
Priapus flu.
Damastes.
Parium opp.
Practium.
Κόντος. Troia.
Hellespontus.
Lectum prom. Zelia.

Locus Homeri Iliad. ξ.

ἴδλην δ' ἱκανον πολυπίδακα μητέρα θηρῶν
λεκτὸν ὄθι πρῶτον λίπε τλὼ ἅλα νύπνος.

Idæ fontes.

Venimus in plenam uenatu, & fontibus Idam,
Lecton ubi primum egressi, maria alta relinquunt.

Nam proprie poëta Lectũ dixit. Lectum enim ad Idam pertinet, & primus è mari exitus ibi fit, in Idam ascendentibus. Recte & πολυπίδακα, id est fontibus plenam dixit. nam hac in parte mons aquis abundat, quod fluminũ multitudo declarat, à montibus Idæis in mare profluentium, ut septem Rhesi uada & reliqua, quæ & ille cõmemorat, & à nobis sunt inspicienda. Extremos autẽ montis pedes utrinq; Lectum spectat, atq; etiam Zeliam, montana horũ cacumina summus Gargarus disterminat. nam Gargarus in superioribus nunc Idæ partibus ostenditur locus, à quo Gargara dicuntur Æolica ciuitas. Quare ea inter Zeliam Lectumq; prima sunt à Propontide incipientibus, quæ usq; ad Abydi angustias tendunt, deinde ea quæ à Propontide Lectum usq;. Sed Lectum deflectenti ingens sinus diffunditur, quem & Ida efficit à Lecto continentem uersus secedens, & Canæ quod promontorium ex altera parte Lecto opponitur. Hunc alij Idæum sinum, alij Adramyttenum uocant. In eo sunt Æolicæ urbes (ut diximus) usq; ad Hermi ostia. In superioribus enim dictum est, quod è Byzantio septentrionem uersus nauigantibus, recta nauigatio primo est Sestum & Abydũ per mediam Propontidem, postea est Asiæ ora usq; in Cariam. Hacitaq; seruata opus est, ut consequentium argumentũ audiamus, & si quos sinus in ora dicemus, necesse est etiam ut sciamus promontoria, quę ipsos efficiunt, in eadẽ linea sita esse, tanquam in aliquo meridiano. Quare qui harum rerum curam habent, ex ijs quę à poëta dicuntur aliquid plus cõiectant, totam scilicet hanc oram sub Troianis fuisse in nouẽ principatus diuisam, & sub Priamo in bello Troiano constitutam, & Troiam appellatam, quod ex singulis notum est. Nam Achillis socij urbium debellatores cum uiderent initio Ilienses exterius bellum gerere circumuicina sunt agressi.

Canæ promõ.
Sestos.
Abydus.
Priami imperium.
Troiana ditio.

Iliad. ι.

δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλαπαξ' ἀνθρώπων,
τεσσὶς δ' ὑστάτη φημι ἧι προΐλιον εἰβώλην.

Bissenas curuis euerti nauibus urbes,

Per

Per Troiam undenas terrestri Marte subegi.

Troiam uocat continentem quæ uastabatur. nam inter cætera uastata sunt, quę Lesbo erant oppositа, ut Thebæ, Lyrnessus, & Pedasus, quæ Lelegum erat, & Eurypyli regio filij Telephi. Vnde, *Thebæ.* *Lyrnessus.* *Pedasus.* *Leleges.* *Odyss.λ.* *Eurypylus.*

ἀλλ' οἷον τὸν τηλεφίδλω κατεφήρατο χαλκῷ
ὀγεσπόλεμον ἥρω' Εὐρύπυλον. id est,
Ipse Neoptolemus ferro traiecit acuto
Magnanimum Heroa Eurypylum, quem Telephus olim
Progenuit, multi circum cecidere sodales.

Hæc itaque uastata dicit, atque Lesbum ipsam,

ὅτε λέσβον ἐϋκτιμένην ἔλες αὐτός.
Cum Lesbum instructam cepisti mœnibus urbem. Et illud, *Odyss.ρ.*

λυρνησσὸν δ' ἀπορθήσας, καὶ τένεδον. id est,
Lyrnessum atque ipsum populatus Pedason. Et illud, *Lesbus.* *Iliad.ν.*

λυρνησσὸν δ' ἀπορθήσας τ' εὐτείχεα θήβας. id est,
Lyrnessum & magnæ populatus mœnia Thebæ. *Iliad.β.*

Ex Lyrnesso quidem Briseis capta fuit. Vt illud, *Briseis ubi capta.*

τὴν ἐκ λυρνησσοῦ ἀξάμενος. id est, *Ibidem.*
Hanc è Lyrnesso excipit. In cuius captiuitate Mynetem & Epistrophum cecidisse dicit, quod Briseis Patroclum lugens declarat, *Mynetes.* *Epistrophus.*

οὐ δέ μὴν ἀδίην ἔασκες ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
ἔκτανεν, ἠΐρσεν δὲ πόλιν θείοιο μύητος, κλαίῃν. id est,
Nec me dure meum uoluisti flere maritum
Quem celer è uita quondam submouit Achilles,
Funditus euersa diuini sede Mynetis. *Loc. Iliad. τ.*

Nam cum diuini Mynetis sedem dicit, Lyrnessum significat, ut ei subiectam, atque eum ibi pugnando cecidisse. Ex Theba uero capta fuit & Chryseis. *Theba.* *Iliad.α.*

ὠχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν ἠετίωνος.
Nos Thebam aduecti sacram Eetionis ad urbem.

Ex aduectis eò dicit etiã Chryseida. Illud autẽ non ita intelligendũ putant, ut iacet, *Chryseis ubi capta.*

σὺ μὲν γὰρ πρόσθ', αὐτὰρ ἐγὼ θήβῃσιν ὑπὸ θήβῃφιν
ἀνδρομάχην θυγάτηρ μεγαλήτορος ἠετίωνος
ἠετίων, ὃς γάμεν ὑπὸ πλακὸν ὑληέσσαν
θήβην ὑποπλακίην κιλίκεσσιν ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. id est, *Loc. Iliad. ζ.*
Tu patris in laribus Priami ad Troiam, ast ego Thebis,
Andromache magno quondam genita Eetione,
Qui cinctam syluis habitabat Hypoplacon, atque
Ductor Hypoplaciam Thebam Cilicasque tenebat.

Secundus itaque Troum principatus hic est, post eum qui Mynetis erat. Illud quoque his congruit, quod ab Andromacha dicitur,

ἕκτορ ἐγὼὰ δύστηνος ἰῆν, ἄρα γεινόμεθα αἶσαν
ἀμφοτέροι, σὺ μὲν γὰρ τροίῃ πριάμου γε οἴκῳ. id est, *Iliad.ζ.*
Heu mihi, quo fato trahimur nunc Hector uterque,
Tu patris in laribus Priami ad Troiam, ast ego Thebis.

Imò per transpositionem,

ἀμφότεροι ἐκ τροίης, σὺ μὲν πριάμου γε οἴκῳ,
αὐτὰρ ἐγὼ θήβῃσιν. id est, *Iliad.φ.*
Vterque ex Troia, sed

Tu patris in laribus Priami, aſt ego Thebis.

Leleges. Tertius principatus eſt Lelegum, & ipſe Troianus, ut

ἄλτεω, ὃς λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.

Maximus Altes,

Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Lycaon. Polydorus. E cuius filia Priamus Lycaonem & Polydorum genuit, qui in dinumeratione ſub Hectore conſtituti, Troës dicuntur. Vt

In Catalogo. τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε, μέγας κορυθαίολος ἕκτωρ.

Hector item Troas galea præſignis agebat.

Cæteri uero ſub Ænea erant. Vt,

Ibidem. δαρδανίων αὖτ' ἄρχεν ἐϋς πάϊς ἀγχίσαο. id eſt,

Dardanios agit Anchiſæ pulcherrima proles.

Qui etiam Troës erant. unde Homerus ſic inquit,

Iliad. v. αἰνείαν τρώων βουληφόρε. id eſt,

Magnanime Aenea dux conſultiſſime Troum.

Lycij. Lycij uero ſub Pandaro erant, quos etiam Troës appellat. Vt

In Catalogo. οἳ δὲ Ζέλειαν ἐναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης
ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαν αἰσήποιο
παῖδες, τῶν αὖτ' ἦρχε λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς πάνδαρος.

id eſt,

Zelia. Quiq; colunt Zeliam extremæ radice ſub Idæ,

Aphnij ab Aeſapo potantes flumine, Troës

Pandarus. Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit.

Hic ſextus eſt principatus. nam qui inter Aeſapum, Abydumq; ſunt, Troës dicuntur. Abydenſia enim ſub Aſio ponuntur. Vt

Indidem. οἱ δ' ἄρα περκώτην τε πράκτιον ἀμφενέμοντο
τε σηστὸν τε ἄβυδον ἔχον τε δῖαν ἀρίσβην
τῶν αὖ ὑρτακίδης ἦρχ' ἄσιος. id eſt,

Et qui Percoten atq; ipſum Praction, & qui

Percotæ. Praction. Claram Seſton habent, & Abydum, & dian Arisbam.

Seſtus. Abydus. Aſius Hyrtacides dux horum. Priami quoque filius paternæ equas Abydi paſcebat, ut

ἀλλ' ὅγε πριάμοιο νόθον βάλε δημοκόωντα
ὃς οἱ ἀβυδόθεν ἦλθε πατὴρ ἵππων ὠκειάων. id eſt,

Iliad. λ. Ille nothum Priami transfixit Democoontem

Pernices qui nuper equas paſcebat Abydi.

Et Hicetaonis filius, apud Percoten boues paſcebat, nec ipſe alienas. Vt

Iliad. ο. πρῶτον δ' ἱκεταονίδην ἐπιειπέμεν
ἴφθιμον μενάλιππον, ὃς ἀγέλας εἰλίποδας βοῦς
βόσκ' ἐν περκώτῃ.

Atq; Hicetaoniden primo alloquitur Menalippum,

Flexipedum Percotæ cuſtodem armentorum.

Troës. Quare hæc regio & conſequens Adraſtiam uſq; Troas uocarunt. nam duo filij Meropis Percoſij ei imperabant. Ab Abydo igitur Adraſtiam uſq; Troës erant, bifariam tamen diuiſi. nam alij ſub Aſio erant, alij ſub Meropis filijs, quemadmodũ

Cilicum regio. & Cilicum regio duplex eſt. nam altera Thebaica eſt, altera Lyrneſſia, poſt quam de ea dicetur, quæ poſt Lyrneſſum eſt, Eurypylo ſubdita. Quod autem omnibus

Priami ditio. his Priamus imperaret, Achillis uerba manifeſte declarant,

Iliad. ω. ἐκάστε γέρον τὸ πρίν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι

ὅσον

ὅσσον λέσβης ἄνω μακάρων ἕδος ὑπὸς ἐέργει,
ⓒ φρυγίη καθύπερθε καὶ ἑλλήσποντος ἀπείρων. Iliad. ω.

Ante tuas noramus opes, ſpatioſaq; regna,
Quæ fœlix pariter Lesbos complectitur, & quæ
Comprendit Phrygiæ tellus, ac Helleſpontus.

Tunc quidem hæ erant, poſtea uariæ mutationes ſunt conſecutæ. nam circa Cyzicum Phryges habitauere Practium uſque, circa Abydum Thraces, ante utroſq; Bebryces ac Dryopes, conſequentia Treres habuerunt, atque hi Thraces, Thebæ campum Lydi, qui tunc Mæones erant. Ex Myſis autem ij, qui ſuperfuerũt Teuthranti & Telepho ſubditi. Cum itaq; poëta Aeolicã regionẽ & Troiam in unam componat, cumq; Aeoles totam oram ab Hermo uſque Cyzicum occupauerint, atque urbes condiderint, nec nos abſurde faciemus, ſi eam quæ nunc proprie Aeolis appellatur, ab Hermo uſque Lectum, & conſequentia uſque ad Aeſapum in idem congeramus. Nam cum ſingula pertractabimus, rurſum eas ſecernemus, & ijs quæ nunc ſunt ea conferemus, quæ à poëta & ab alijs dicuntur. Poſt Cyziceno rum igitur urbem & Aeſapum eſt Troadis initium, ſecundum Homeri deſcriptionem. nam de ea ſic inquit,

Phryges. *Thraces.* *Bebryces.* *Dryopes.* *Treres.* *Aeolis.* *Aeſapus.* *Troadis initiũ*

οἳ δὲ ζέλειαν ὑπαὶ πώδεα νείατον ἴδης
ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν αἰσήποιο
πρῶες, τῶν αὖτ' ἦρχε λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς πάνδαρος. *In Catalogo.*

Quiq; colunt Zeliam, extremæ radice ſub Idæ,
Aphnij, ab Æſapo potantes flumine Troes,
Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit.

Hos quidẽ Lycios uocauit. Aphnios uero ab Aphnitico lacu dici putant. nam & Daſcyliticus lacus ita dicitur. Zelia in extrema Idæ prætermontana eſt, diſtans à Cyzico ſtad. c. & xc. à proximo mari, ad quod Æſapus emittit, ad ſtad. LXXX. Ea uero quæ ſecũdum oram ſunt poſt Æſapũ, continuo partitur in hũc modum,

Aphnij unde. *Daſcyliticus lacus.*

οἳ δ' ἀδρήστειάν τ' εἶχον ⓒ ἀπαμοσῦ,
ⓒ πιτύειαν ἔχον, ⓒ τηρείης ὄρος ἀκπύ,
τῶν ἦρχ' ἄδρηστός τε ⓒ ἄμφιος λινοθώρηξ
υἵε δύω μέροπος πεφνωσιν. id eſt, *In Catalogo.*

Qui campos Adraſtiæ habent, necnon & Apæſum,
Qui Pityam Tiriæq; colunt iuga maxima terræ
His in dura præeſt Adraſtus & Amphius arma,
Pignora Percoſi Meropis duo chara parentis.

Aeſapus. *Pitya.* *Tiria.*

Hæc loca Zeliæ ſubiacent, habent autem Cyziceni & Priapeni uſque in maritimam oram. Circa Zeliam eſt Tarſius amnis qui eadem uia xx. locis tranſitur, quemadmodum is de quo poëta dixit, & ſeptem Rheſi uada, qui à Nicomedia Niceam fertur xxiiii. Scarthon ex Pholoe in Helienſem agrum xx. Multis uero is qui ex Coſcinijs Alabanda, qui ex Tyanis Solos per Taurum defertur LXXV. ultra Æſapi oſtia ad ſtadia ferè † eſt tumulus quidam, in quo Memnonis ſepulchrum oſtenditur, eius qui Tithoni filius fuit, ei proximus eſt Memnonis uicus. Inter Aeſapum Priapumq; Granicus fluit, magna ex parte per Adraſtiæ campos, ubi Alexander Darij ſatrapas prælio ſuperauit, totamq; regionem cepit, quæ inter Taurũ erat & Euphratem. Ad Granicũ urbs fuit nomine Sidena, quæ regionẽ multam eodem nomine habuit, nunc diruta eſt. In Cyziceni &

Zelia. *Tarſius flu.* *Scarthon.* *Rheſi uada.* * *deeſt numerus aliquis.* *Memnonis uicus.* *Memnonis ſepulchrum.* *Granicus flu.* *Sidena.*

Harpagia. Priapeni agri confinio Harpagia fuit, locus unde raptum dicũt Ganymedem, alij
Ganymedes unde raptus. circa Dardanium promontorium id contigisse arbitrantur. Prope Dardaniam
Priapus port. & opp. Priapus portus est, & urbs ad mare sita. Hanc alij conditam uolunt à Milesijs, qui
& Abydum & Proconnesum eodem tempore incoluerunt. Alij à Cyzicenis, &
Hornea. nomen habet à Priapo, qui apud eos colitur, siue ex Horneis, quæ apud Corinthũ
sunt id acceperint, siue Liberi patris ac Nymphæ filius dicatur, homines profecto
Priapus iunior deus. ad eum colendum moti sunt. Nam hæc regio & finitima Pariana & Lampsacena
uineis abundat, unde Xerxes Lampsacum Themistodi in uinum dedit. Hic à iu-
Orthane. Conisalus. Tychon. nioribus in deũ habitus est. Nam Hesiodus Priapũ non nouit, & Orthanę & Co
nisalo & Tychoni, & eiusmodi Athenienſium dijs persimilis est. Regio hęc cõsue
Theba & Thebæ camp. tudine quadam Adrastia uocabatur, & Adrastiæ campus. duobus enim modis di
Lampsacus. Adrastia. citur, sicut Theba & Thebæ campus, & Mygdonia & Mygdoniæ campus. Calli-
Mygdonia. Nemesios fanũ Apoll. Actæi oraculum. sthenes dicit ab Adrasto rege, qui primus Nemesis templũ ædificauit Adrastiã uo
citatam. Hæc ciuitas inter Priapum est, atq; Pariũ, & subiectum campum eodẽ no
mine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit, iuxta Picatum. De-
lubro diruto, omnis ea structura & lapides Parium sunt translati, ubi ara ædifica-
ta est, Hermocreontis opus & magnitudine & pulchritudine memorabile. Oracu
lum omnino deletum est, quemadmodum & Zelienſe, quare hoc in loco nullum
Antimachus. nec Adrastiæ nec Nemesis templum extat, circa Cyzicum uero Adrastiæ delubrũ
est, de qua sic Antimachus inquit,

ἔσι δέ τις νέμεσις μεγάλη θεὸς ἠτάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχε, βωμὸν δὲ οἱ ἔισαθ πρῶτος
ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον αἰσήποιο,
ὄφθα τετίμηταί τε καὶ ἀδρήστεια καλεῖται.

Nemesis dea. Est dea quam Nemesim dicunt, dea magna potensq;,
Quæ bona cælestum concessu cuncta deorum
Possidet, huic primus sacratam condiderat am
Adrastus Nemesis. Fluminis Aesapi gelidas Adrastus ad undas,
Atq; ibi nunc colitur, seruatq; Adrastia nomen.
Parium. Parium ciuitas est iuxta mare, quæ maiorem portum habet quàm Priapus, ex
ea aucta. Nam Pariani Attalicis obsequentes, sub quibus est ager Priapensis, mul-
Anguigenæ. tum ex horum regione abscid erunt, permittentibus quidem illis. Hoc in loco fin-
xerunt Anguigenas cognationem quandam cum serpentibus habere. proditum
est enim mares serpentum morsibus remedio esse, si eos continuo attigerint, quem
admodum incantatores, ac primo liuorem transferre, postea tumorem ac dolo-
rem sedare. Gentis huius authorem tradunt Heroëm quendam, ex serpente immu
tatum, qui fortasse unus aliquis fuit ex Libycis Psillis, uis autem ea aliquandiu in
Pitya. genus permansit. Parium Mylesij & Erythræi & Parij condidere. Pitya est apud
Pityuntem, Parianæ regionis, & montem Pityum imminentem habet. Ea inter
Linum. Cochliæ Linus, sij. Parium iacet ac Priapum, iuxta Linum, qui locus ad mare est, ubi cochliæ linu-
sij appellati, optimi omnium capiuntur. E Pario Priapum nauiganti est antiqua
Proconnesus, & noua quæ ciuitatem habet & albi lapidis uenam magnam, & ap
Aristæus poëta. prime laudatam. Vnde Cyzicena opera circunstantium ciuitatum pulcherrima,
ex hoc lapide fiunt. Hinc fuit Aristæus carminum poëta, quæ Arimaspia dicun-
Arimaspia carmina. tur, uir facundiæ blanditijs uehemens, si quis alius. Rheæ montem, alij eos pu-
Thera. tant, qui circa Pirossum sunt, quos Cyzicenì habent, Zeliæ uicinos. In his The-

ra

ra est primo Lydorum regia, postea Persarum. Nonnulli collem quendam ostendunt stad. quadraginta à Lampsaco distantem, in quo templum est matri deorum sacrum, quod Rheæ dicitur. Lampsacus insignis urbs est ad mare sita, quæ portũ optimum habet, ea adhuc optime perstat quemadmodum Abydus, à qua distat ad centum & LXX. stad. Prius autem Pityusa uocabatur, quemadmodũ de Chio dicunt. In peninsula oppidum est Callipolis, quod in litore iacet ad Asiam exposito, non procul à Lampsaco, ut ab ea non plus quàm XL. stad. absit. Inter Lampsacum atque Parium Pæsus urbs fuit, & flumen, urbe diruta iam Pæsini Lampsacũ migrauere, cum & ipsi Milesiorum coloni essent, quemadmodum Lampsaceni. Poëta dupliciter eos protulit, & addita prima syllaba, ut κὴν Λῆμνον ἀπαυσον, id est, nec non & Apæsum, & detracta, Vt

Rheæ mons.
Pityusa.
Callipolis.
Lampsaci situs
Pæsus.
Apæsus.

ὅσσ' ἐνὶ Θρῃσῃ
ναῖε πολυκτήμων. id est,

In Catalogo. Iliad. ν.

Dives opum uariarum habitabat mœnia Pæsi.

Et adhuc flumen ita uocatur. Vltra Lampsacum in eius mediterranea sunt colonæ Milesiorum. Aliæ sunt ad exterius Hellespontimare, stadijs centum & XL. ab Ilio distantes, è quibus Cygnum dicũt. Anaximenes tradit in Erythræa & in Phocide & in Thessalia colonas dici, in Pariano etiam agro est Licocolona. In Lampsaceno locus est uineis consitus, qui Gergithium appellatur. Fuit etiam ciuitas Gergitha à Gergithis dicta, quæ in Cumano agro erat. Ibi enim ciuitas fuit pluraliter & fœminine dicta Gergithes, unde fuit Cephalo Gergithius. Adhuc locus in Cumano ostenditur Gergithium apud Lariss am. Ex Pario fuit Neoptolemus cognomento Glossographus uir memoratu dignus. E Lampsaco fuit Charon rerum conscriptor, & Adimantus, & Anaximenes orator & Metrodorus Epicuri sodalis. Atqui Epicurus ipse quodammodo Lampsacenus fuit, diu Lampsaci uersatus, atque Leontei & Idomenei amicitia usus, qui primi erant in ea ciuitate. Ex hoc loco Agrippa leonem qui corruerat transtulit, Lysippi opus, eumq; collocauit in luco, qui inter lacum est & Euripum. Post Lampsacum est Abydus, & interme dia loca, scilicet Lampsacenus ager, & Pariani pars, quæ poëta sic comprehendit. Nam hæ urbes Troianis temporibus nondum erant,

Colonæ.
Licocolona.
Gergithi.
Gergithium.
Gergithes hæ.
Cephalo Gergithius.
Neoptolemus
Glossograp.
Charon.
Adimantus.
Anaximenes.
Metrodorus.
Epicurus.
Abydus.
Leonteus.
Idomeneus.
Leo Lysippi.

οἵ θ' ἅρα Περκώτην τε Πράκτιον ἀμφενέμοντο,
καὶ σκηπσὶν τ' ἄβυδον ἔχον ἠδ' ἀδρήστειαν ἀρίσβην
τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' ἄσιος,
ὃν ἀρίσβηθεν φέρον ἵπποι,
αἴθωνες μεγάλοι ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος.

In Catalogo.

Et qui Percoten atq; ipsum Praction, & qui
Claram Sestonhabent, & Abydum dian Arisbam.
Asius Hyrtacides dux horum uenit Arisba,
Magnanimis aduectus equis, Seleentis ab amne.

Quod cum ita dicat, uidetur significare Arisbam regiam esse Asij, unde eum profectum dicit, uenit Arisba Seleentis ab amne. Quæ loca adeo sunt obscura, ut de eis historici non conueniant, nisi quod circa Abydum sunt & Lampsacũ & Parium, & quod antiquæ Percotæ nomen immutatũ est. Ex fluminibus autem poëta dicit Seleentem apud Arisbam fluere, siquidem Asius Arisba uenit, & Seleen-

Arisba.
Seleis.

Practium. tis ab amne. Practius amnis est, urbs ipsa non reperitur, ut nonnulli putauerunt. Is inter Abydum & Lampsacum fluit. Cum autem Praction ait de flumine accipiendum est, quemadmodum & illud,

οἵ τ' ἄρα ποζ ποταμὸν κηφισσὸν δῖον ἵκανον.

In Catalogo. Et qui præclarum Cephissi flumen habebant. Et illud,

Eodem. ἀμφὶτε παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δῶ' ἔχεμεν.

Parthenium circa fluuium qui tecta tenebant.

Arisba. In Lesbo ciuitas fuit Arisba, cuius agrum Methymnæi habent. Est etiam fluMethymnæi. uius quidam Arisbus in Thracia (ut dictum est) prope quē Cebrenij Thraces haArisbus flu. bitant. Multa enim apud Troës & Thraces eisdem nominibus appellātur, ut Sceæi
Cebrenij. Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus & Scææ Troianæ portæ. Item
Scæi. Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Arisbusq; quoq; in Hebrum immit
Scæus flu. tit. Arisba Troiæ ciuitas est. Item Rhesus apud Troiam fluit. Rhesus etiam Thra-
Scæa porta. cum rex fuit. Item alter Asius apud Homerum inuenitur,
Xanthus. ὃς μήτρωρ ἰῶν ἕκτορος ἱπποδάμοιο
Locus Iliad. π. αὐτοκασίγνητος ἐκάβης, υἱὸς δὲ δύμαντος
Thracum cum Troianis affinitas. ὃς φρύγιον ναίεσκε ῥοὰς ἐπὶ σαγγαρίοιο.
Xanthi pop. Asius hic & auunculus erat domitoris equorum
Rhesus. Hectoris atq; Hecubæ frater, natusq; Dymantis,
Asius. Sangarium Phrygiæ campos habitantis ad amnem.
Sangarius. Abydum Milesij condidere, Gyge Lydorum rege permittente. nam ea loca &
Gyges. tota Troas sub illo erat, atq; promontorium quoddam iuxta Dardanum Gygas
Gygas. appellatur, id in ore Propontidis iacet, & Hellespontiā Lampsaco & Ilio æquali spatio distans, ad stadia centū et LXX. Hoc in loco est illud septem stad. mare quod Asiam dirimit ab Europa, à Xerxe ponte iunctū, promontorium ipsum propter
Mare ponto iunctum. figuram Cherronesus appellatur, quæ ubi pons iunctus est, angustias facit, pons
Sestus. Abydo obiacet. Sestus Cherronesiarum ciuitatum optima est, quæ propter uicini
Abydus. tatem sub eodem præfecto constituta erat, cum præfecturæ nondum continentibus distinguerentur. Abydus ac Sestus ad stadia triginta inter se distant, à portu in portum pontis locus est, paululum ab urbibus digredienti, Abydo quidem Propontidem uersus, Sesto uero in eius aduersum. Apud Sestum locus quidam Apo-
Apobathra. bathra nominatur, ad quem ratis iuncta fuit. Sestus autem est interius Propontidem uersus ad dextram partem fluxus, qui ab ea fertur. quapropter facilius è Sesto nauigatur ad Iunonis turrim, si quis paululum deflectat, atq; inde soluat, cum fluxus ibi ad transitum adminiculetur, ex Abydo uero transeuntibus in cōtraria præternauigandum est circiter octo stadia ad turrim quandam Sesto oppositam, postea in obliquum eundum est, & nequaquam aduersus fluxum nauigādum. Thraces post res Troianas, Abydum habitauere, deinde Milesij. Sed cum urbes circa Propontidem à Dario Xerxis patre concremarentur, Abydus etiam calamitatis eius particeps fuit. Nam post reditum è Scythia, intelligens Nomadas aduersus se transitum parare, ad ea ulcisenda, quæ perpessi fuerant, ueritus ne urbes exercitui transitum præberent, eas concremauit, unde ad cæteras mutationes & tempora, hæc etiam confundendorum locorum causa accessit. De Sesto ac tota Cherrone
Sestus. so tunc diximus, cum de Thracia tractaremus. Theopompus ait Sestum paruam quidem esse, sed bene munitam, & duorum iugerum crure ad portum cōiunctam, unde propter hæc & propter fluxum aditus dominam esse. Abydenorum regioni

ni in Troade Astyra imminent, quæ nunc Abydenorum sunt urbs diruta. Ea prius per sese erat, & auri metalla habebat, quæ nunc perrara sunt, utpote consumpta, quemadmodum ea quę in Tmolo, & circa Pactolum erant. Dicunt Abydum ab Æsapo distare ad septingenta stadia, recta autem nauigatione pauciora. Ilienſia extra Abydum sunt, tum cætera maritima Lectum usque, tum etiam quæ in Troiano iacent campo, & Idæ prætermontana Aeneæ subdita, quam poëta duobus modis nominat, interdum ita dicens, *Astyra.* *Aeneæ ditiõ.*

δαρδανίων αὖτ' ἔρχιος υἱὸς ἀγχίσαο.

Dardanios agit Anchisæ pulcherrima proles, *In Catalogo.*

Dardanios uocans, interdum Dardanos, ut

τρῶες δὲ λύκιοι δὲ δάρδανοι ἀγχιμαχηταί. id est, *Iliad. e.*

Et Troës simul & Lycij tum Dardana pubes.

Verisimile autem est, hoc in loco eam fuisse, quam poëta Dardaniam uocat, ut *Dardania. Loc. Iliad. v.*

δάρδανον ὃν πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα ζεύς,
ἔκτισε δὲ δαρδανίην. id est,

Nubigena primum satus ab Ioue Dardanus ipsam
Dardaniam posuit.

Nunc uero ne urbis quidem uestigium usquam apparet. Plato post diluuium tria uiuendi genera putat constituta. Primum in ipsis montium cacuminibus, simplex & agreste eorum qui aquas formidant, quæ in campis solent abundare. Secundum in ipsis montium radicibus eorum qui iam auderent, maxime cum campi iam arescere cœpissent. Tertium in campis. Dicet aliquis & quartum & quintum & fortasse plura. Postremum uero in ora maritima, & in insulis, iam metu omni amoto. nam magis & minus audere ad mare accedere, multas uitæ & morum differentias efficiet, & ut boni illi & agrestes mitiorem quodammodo uitæ modũ secundorum subeunt. Sic est quædam præter hos differentia rusticorum hominum & semirusticorum & ciuilium, à quibus iam nomina paulatim immutata, in optimum & urbanum uitæ genus desierunt, secundum mutationem morum in melius factam, præter locorum & uitæ diuersitates. Has itaque differentias Plato dicit à poëta descriptas. nam primum uiuendi exemplum Cyclopas ponit, qui fructibus sponte nascentibus utebantur, & montium cacumina in speluncis habitabant, de quibus sic ait, *Hominũ tria genera post diluuium. Platonis opinio quædam.* *Cyclopũ uita.*

ἀλλὰ πάτ' ἄσπαρτα δὲ ἀνήροτα πάντα φύοντα, *Odyss. i.*
τοῖσιν δ' οὐκ ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες,
ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
ἠὲ κατ' ἄντρα γλαφυρὰ θεμιστεύει δ' ἕκαστος
παίδων ἠδ' ἀλόχων. id est,

Omnia per sese nullo nascuntur aratro.
Non fora, non causas norunt, non sancta senatus
Iura, sed in celsis habitantes montibus antra,
Et puer & magnis de rebus iudicat uxor.

Secundæ ciuilitatis exemplum Dardanum ponit, qui

κτίσε δὲ δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπως ἦεν ἰλιος ἱρή, *Iliad. v.*
ἐν πεδίῳ πεπόλισο πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
ἀλλ' ἔτι ἐν ὑπωρείας ὤκεον πολυπιδάκος ἴδης. id est,

Dardaniam posuit, quoniam nondum Ilion esset *Dardania.*
In campo, sed adhuc Ida montana tenerent.

Protinus illa fuit multis habitantibus aucta.

Ilium. Ilus. Tertię exemplum Ilum ponit, quem Iliȝ conditorem tradunt. Vnde par est eum in medio campo sepultum esse, quoniam prior ausus est in campis habitare, unde illud est,

Iliad. ν. οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ δαρδανίδαο,
μέσσου καππεδίου παρ' ἐρωεὸν ἐστεῶτες.

Hi ueterem ad tumulum, atq; Ili monumenta ruebant,

Erineos. Dardanię medium qua campus Erineon ambit.

Ilię situs. Sed nec hic omnino ausus est. nam nec ibi urbem condidit, ubi nunc est, sed triginta ferè stadiȝs superius ad orientem Idam & Dardaniam uersus, iuxta eum qui nunc Ilienſium uicus dicitur. Noui Ilienses gloriæ cupidi cum uellent hanc esse antiquam urbem, coniectandi causam præbuerunt ex Homeri poesi. Hæc enim non uidetur ea esse, quæ ab Homero describitur. Sunt aliȝ qui scripserunt, urbem hanc multa loca mutasse, postremo hic constitisse, idq; ex oraculo. Tales itaque mutationes, quæ tunc in inferioribus partibus contigerunt, ciuilitatum & uiuendi differentias efficere arbitror. Sed de his aliàs. Tandem Ilienſium, qui nunc sunt, urbem uicum esse dicunt, qui Palladis templum habet, idq; paruum ac tenue. Alexandrum uero cum ex uictoria rediret apud Granicum habita, templum donis exornasse, atq; urbem appellasse, & ut ædificiȝs repararetur, curatoribus mandasse, & liberam & immunem censuisse. Postea subactis Persis humanissimam epistolam misisse, in qua se eam magnificaturum pollicebatur, & insigne templum conditurum, & sacrum certamen instituturum. Post eius obitum Lysimachus urbis cura susceptа, delubrū constrvxit & murum circunduxit, & uicinas & antiquas urbes in ea habitatum deduxit, quæ iam erant labefactatæ. Is etiam Alexandriam curauit, quæ iam ab Antigono habitata erat, & Antigonia appellata, nomine tamen immutato. Pium enim uisum est Alexandri successoribus, ut prius de nomine illius urbes conderent, postea de suo. Ea quidem permansit & aucta est, nunc quoq; Romanorum coloniam accepit, & inter claras putatur. Et quod nunc Ilium est, uicus erat in urbis modum, cum primum Romani Asiam ingressi Antiochum magnum ejecerunt ex ea regione, quæ intra Taurum est. Demetrius Scepsius refert, cum adolescens adhuc in eam urbem peregrinaretur, adeo neglectam uidisse, ut ne coctilia quidem tecta haberent. Agesianax scribit, Gallos ex Europa transgressos, in urbem ascendisse tutelæ gratia, sed cum eam sine mœnibus comperissent, ilico reliquisse. Postea multum reparata est, deinde rursum Romani, qui cum Fimbria erant, eam labefactarunt obsidione captam in bello aduersum Mithridatem gesto. nam tunc Fimbria quæstor missus est cum Valerio Flacco consule, bellum aduersum Mithridatem aggrediente. Ille mota seditione, & consule à se in Bithynia interempto, exercitu potitus est, progressúsque Ilium cum Ilienses eum (utpote latronem) non susciperent, admoto ad urbem exercitu, undecimo die eam cepit. Cui glorianti, quòd quam urbem Agamemnon decimo anno uix cepit, cum mille nauium classem & uniuersam Græciam secum haberet, ipse eam undecimo die cepisset: respondit quidam ex Ilienſibus, Non enim Hector aderat, qui pro ciuitate pugnaret. Sed cum Sylla aduentasset, hunc sustulit, Mithridate conditionibus quibusdam domum remisso, Ilienses uero multis beneficiȝs solatus est. Ætate noſtra diuus Cæsar maximam de iȝs curam susceptit, Alexandrum æmulatus.

Ilium ab Alexandro restauratum.

Mineruæ templum.

Alexandria. Antigonia.

Fimbria.

Iulius Cæsar.

nam

nam ille ut cognationem innouaret, ad eos curandos impulsus est, simul quia Homeri studiosus fuit, unde etiam Homericæ poëseos emendatio quædam fertur, quę ex Alexandri ferula dicitur cum Callisthene & Anaxarcho. Is enim quædam adnotauit, quæ postea in ferulam coniecit, quam in Persica gaza inuenerat sumptuose instructam. Homeri itaq; studio & Æacidarum cognatione, qui Molossis imperarunt, apud quos etiam dicunt Andromacham regnasse Hectoris uxorem, Alexander erga Ilienses magnopere erat affectus, Cæsar uero quia & Alexander amantissimus fuit, & certissima cum Ilienſibus cognationis signa habebat, impendio ad beneficium incitabatur, certissima quidem, quia Romanus erat, Romani autem authorem generis Æneam putant. Iulius enim ab Iulo quodam, uno ex progenitoribus, & ille ab Iulo cognomen hoc habuit, qui uuus fuit ex posteris Æneæ. Regionem itaque eis tribuit, libertate et immunitate seruata, in quibus adhuc permanent. Quod autem antiquum Homeri Ilium non sit in hoc loco, ex his coniecturam capiunt. Sed prius loca describenda sunt, quæ ab ora maritima incipiunt, ubi nos desiuimus. Post Abydum itaque est promontorium Dardanium, de quo paulo ante fecimus mentionem: & ciuitas Dardanus LXX. stad. ab Abydo distans. Inter hæc Rhodius amnis emittit, apud quem in Cherroneso Cynossema est, Hecubæ sepulchrum. Quidam Rhodium dicunt in Æsapum emittere, qui unus ex his est, qui à poëta commemorantur,

ἑπτὰ δ' ἐπίσποροί τε λάρνακός τε ῥόδιός τε.

Et septem Rhesi uada tum Rhodium atq; Caresum.

Ilium Homeri.
Alexandri ferula.
Romanorũ origo.
Dardanium promontoriũ.
Dardanus ciuitas.
Rhodius fluui.
Cynossema.
Hecubæ sepulchrum.
Iliad. μ.
Rhesi uada.
Caresus.

Dardanus prisca res est, & adeo spreta, ut sæpe reges alij Abydum transtulerint, alijrursum in pristinam habuerint conditionẽ. Hoc in loco Cornelius Sylla Romanorum imperator, & Mithridates cognomeuto Eupator conuenerunt, ut bellum dissoluerent. Non procul hinc est Ophruniũ, & in eo Hectoris lucus, in loco cõspicuo, deinde Pteleus lacus, deinde Rhætiũ urbs in colle sita, & regio litoralis Rhætio continua, & Haligenes, & Aeantiũ. In ea est Aiacis tumulus & templũ & statua, quam ab Antonio ablatam, & in Aegyptum asportatam, Augustus Cæsar Ilienſibus restituit, quemadmodũ & pleriſq; alijs. Nam pulcherrima dona, quæ ille ex clarissimis templis ahstulerat, Aegyptię largiens, hic deis reddidit. Post Rhætium est Sigeum urbs diruta, & nauale & Achiuorũ portus, & Achaia castra, & lacus, qui Os dicitur, & Scamandri ostia. Nam Simois & Scamander in campo concurrentes, multũ lutum deuehunt, unde maritimã oram exaggerantes os obstruũt, & maria stagnantia & loca palustria efficiunt. Iuxta Sigeum promontoriũ in Cherroneso est Protesileũ & Eleusa, de quibus in rebus Thracijs ante dictum est. Huius oræ spacium à Rhętio usq; Sigeum & Achillis tumulum, rectà nauigantibus est stadiorum LXX. Nouo autem Ilio tota subiacet XII. ferè stad. ab eo distans, iuxta Achiuorum portum, à priore autem alijs XXX. stad. ad partem, quæ est Idam uersus. Achilles & templum habet, & tumulum iuxta Sigeum: Patroclus autem & Antilochus tumulos, quibus omnibus & Aiaci Ilienses sacrificant. Herculem uero non colunt, causam afferentes, quòd is urbẽ fuerit depopulatus. At ille (inquiet aliquis) ita eam depopulatus est, ut posteris depopulaturis, labefactatam quidem relinqueret, ciuitatem tamen, unde poëta sic inquit,

Ophrunium.
Hectoris lucus.
Pteleus.
Rhætium.
Haligenes.
Aeantium.
Aiacis tumulus.
Sigeum opp.
Os lacus.
Scamander.
Simois.
Protesileum.
Eleusa.
Achillis tẽplũ.
Patrocli tumulus.

ἀλλὰ δῄαλάπαξε πόλιν χήρωσε δ' ἀγυιὰς.

Pergama diripuit, plateas uiduauit & omnes.

Locus Homeri Iliad. ι.

Viduatio enim quædam hominum imminutio est, non tamen extremum exitium, sed ij quibus ipsi sacrificant, & quos ut deos colunt, ex toto eam deleuere. Nisi hoc causæ dicant esse, quod hi iustum bellum intulerũt, Hercules uero iniustum, Laomedontis equorum gratia, cui rei rursum fabula occurrit, non enim equorum gratia, sed mercedis pro Isione ac Ceto. Sed omittamus hæc. nam in fabularum cõmenta recidimus, fortasse aliquæ ueriores causę non latent, propter quas Iliensibus incesit, ut alios colerent, alios minime. Poëta significare uidetur eam paruam urbẽ fuisse, cum de Hercule dicit,

Hercules Troiam expugnauit.

Ibidem. ἐξ οἴης σὺν νηυσὶ καὶ αὐδήσασι τωωροτρόοισιν
ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν. id est,

Cumq; uiris paucis, & sex cum nauibus, ipsa
Pergama diripuit, plateas uiduauit & omnes.

Hac ratione Priamus magnus ex paruo & rex regum effectus uidetur, ut diximus. Paululũ ab hac ora progredienti, est Achæiũ, quod iam ad ulteriorẽ Tenedio rum regionem pertinet, quæ loca cum ad mare talia sint, ij s Troianus campus imminet usq; ad Idam stadia plurima ascendens orientem uersus. Huius prætermontana peranguſta quidem est, partim ad meridiẽ extensa usq; ad loca quæ apud Scepsim sunt, partim ad septentrionem usque ad Lycios, qui iuxta Zeliam habitant.

Achæium. *Tenedij.* *Troianus campus.* *Scepsis.*

Hanc poëta sub Aenea & Antenoridis ponit, ac Dardaniam uocat. Postea est Cebrinia, magna ex parte campestris, quæ quodammodo pariter cum Dardania progreditur. Erat etiam olim urbs Cebrinia. Demetrius hucusq; Ilij agrum Hectori subditum pertendere arbitratur, progredientem à nauali usq; in Cebriniam, ibiq; Alexandri & Oenones sepulturam ostendi, quam dicunt Alexandri uxorem fuisse, prius quàm Helenam raperet. Et poëta inquit,

Dardania. *Cebrinia.* *Paridis sepulturum.* *Oenones sep.*

Iliad. π. λιβηίονίω νόθον υἱὸν ἀγακλῆϊ πριάμοιο. id est,

Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

Quem consentaneum est à regione, uel ab urbe potius nomen habuisse. Cebriniam uero Scepsim usque procedere, & eorum confinium esse Scamandrum, medium inter ea fluentem. Cebrinios cum Scepsijs semper inimicitias exercuisse, donec Antigonus eos Antigoniam transtulit, quę nunc Alexandria dicitur, ac Cebrinios quidem cum alijs Alexandriæ remansisse, Scepsios uero domum redijsse, Lysimacho permittente. A regione Idæ quæ montana est, duos quosdam flexus ad mare excurrere tradit, alterum Rhœtium, alterum Sigeum uersus, atque ex utriusq; dimidiati circuli lineam effici, & tantum à mari distare, quantum nouum Ilium, atque in planitiem desinere. Nouum itaq; Ilium intra dictorum flexuum finem esse asserit. Antiquum uero intra initium, interius autem Simoisium campum comprehendi, per quem Simois fertur, & Scamandriũ, per quẽ Scamander fluit. Atq; hic proprie Troianus campus appellatur. Poëta quoq; maximam certaminum partem, hoc in loco factam ostendit. nam & latior est, & loca celebrata hic uidemus, ut Erineon Æsyetæ sepulchrũ, & Batiam Ili tumulum. Flumina etiam Simois & Scamander, quorum alterum Sigeo, alterum Rhœtio proximum est. Ea in conspectu noui Ilij concurrunt, postea Sigeum delata lacum efficiunt, qui Os dicitur. Vtrosq; campos alterum ab altero ingens quidam collis dictorum flexuum in rectum dirimit, qui à nouo Ilio incipiens, & ei cõiunctus usq; in Cebriniam tendit. Itaq; ad utrosq; flexus philosophi †literam efficit. Paulo ultra eum est Ilienſium uicus, ubi

Cebriones. *Antigonia.* *Alexandria.*

Ilium nouum. *Simoſius cam.* *Scamandrius campus.* *Troianus cam.* *Erineos.* *Batia.* *Os lacus.*

†Pithagoræ intellige literam, hoc est, v. Græce sic legitur. καὶ ἀπὸ τούτων τὸν χαμαὶ μὲν πρὸς τὸν ἴκαρον τεθλασμένον ἀγκῶνα.

fuisse

fuisse existimatur antiquum Ilium distans ab urbe quæ nunc est, stad. xxx. Vltra Ilienſium uicum est Callicolona collis quidam, iuxta quem Simois labitur, quinq; stad. spatium habens. unde illud quod de Marte dicitur, non caret ratione, ut

ὦρτο δ' ἀρὴς ἐπόρουσεν ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος
ὀξὺ κατ' ἀκροπάτης πολίου προὔτοσι κελεύων,
ἄλλοτε πὰρ σιμόεντι ἰὼν καλλικολώνῃ. Iliad. ϱ.

Parte alia Mauors, uiolenti turbinis instar
Fertur, & excelsa Troas hortatur ab arce,
Nonnunquam ad Simoënta ruit, quâ Callicolona est.

Nam prælio in Scamandri campo inito, conuenienter Mars interdum ab arce Troianos exhortabatur, interdū ab alijs locis Simoënti, & Callicolonæ proximis, quouscq; uerisimile est pugnam progredi. Cum uero Callicolona XL. stad. absit à nouo Ilio, quid opus erat tantum spatium comprehendi, in quantū castra non extendebantur? Id quoq; quid Lycij sortiti erant, ante Thymbram ualde conuenit antiquę urbi. nam Thymbra campus est tibi proximus, & Thymbręus q per eum fluit, in Scamandrum emittens ad Apollinis Thymbręi templū L. stad. distat. Erineos etiam asper quidā locus, in quo multæ sunt caprificus, antiquę urbi subiacet, quare illud quod ab Andromacha dicitur, ualde huic conuenit, ut

Thymbra.
Thymbræus fluuius.
Erineos.

λαὸν δὲ σῆον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα
ἄμβατός ἐστι πόλις ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος. Iliad. ζ.

Tu populis consiste tuis, ad Erineon Hector
Qua patet accessus uel adiri mœnia possunt.

Nouæ autem urbi non conuenit. Phagus quoq; paulo inferior est Erineo, de qua Achilles ait,

ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' ἀχαιοῖσι πολεμίζω
οὐκ ἐθέλεσκε μάχῃ ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν ἔκτωρ
ἀλλ' ὅγε σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκοντο. Iliad. λ.

Dumq; ego apud Troiam certarem, è mœnibus Hector
Longius ad pugnam nunquam prodire uolebat,
Sed Scæas portas, & phagum exibat aduscq;.

Phagus Troiæ
Nauale Troiæ

Præterea id quod nunc nauale dicitur, adeo uicinum est nouæ urbi, ut merito partim Troianorum dementiam liceat admirari, partim metum. Dementiam quidem, si tanto tempore id immunitum habebant, cum urbs propinqua esset, & tanta ciuium & sociorum multitudine abundaret. Nuper enim factum murum inquit, uel non est factus, sed poëta qui eum finxit, etiam deleuit, ut Aristoteles dicit. Metum uero, si facto muro ex eo pugnabant, cum hostes ad nauale irruentes, è nauibus certarent. Verum cum illi id immunitum haberent, non audebant ad obsidendum accedere, cum distantia parua esset. nauale enim iuxta Sigeum est, & Scamander prope emittit, distans ab Ilio stad. XX. Quod si quis dicat, eum qui nunc Achiuorum portus uocatur, nauale fuisse, propinquiorem locum dicet XII. stadijs ab urbe distantem, et campum ad mare addet, quia totus campus qui ad mare ante urbem iacet, fluminum aggestio est. Quapropter si nunc XII. stad. interuallum est, tunc dimidio minus errat. Narratio quoq; ab Vlysse ad Eumæum habita, à nauali ad urbem magnum spatium esse significat, ut aciem sub Troiam duximus, & in progressu ait, nimium longe à nauibus uenimus. Mittuntur etiam speculatores uisuri, num apud naues maneant, ualde remoti à mœnibus, an in

urbem retrocedant. & Polydamus dicit,

Locus Homeri Iliad. σ. ἀμφὶ μάλα φρεζὶ σῇσι φίλοι, μέλομαι γὰρ ἔγωγε,
ἄστυ δὲ νῦν ἰέναι ἐπὶ δ' αὖ τεῖχος ἔμμεν. id est,

Núm ne reuertamur, socij decernite in urbem,
Ipse quidem iubeo, nam longe à mœnibus itum est.

Hestiæa Alexãdrina. Demetrius Hestiæam Alexandrinã in testimoniũ affert, quæ de Homeri Iliade conscripsit, interrogantẽ num apud nouum Ilium bellum fuit, & Troianus campus, quem poëta dicit inter urbem fuisse atq; mare. nam fluminum aggestio, quæ nunc ante urbem cernitur, posterius facta est. Polites quoq;,

Iliad. β. ὃς πρώων σκοπὸς ἧστο ποδωκείῃσι πεπυθὼς
τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ αἰσυήταο γέροντος. id est,

Qui senis Æsyetæ tumulo spectabat ab alto
Quid struerent Danai, pedibus pernicibus audax.

Stultus erat. nam quanquam ab alto, tamẽ è maiore arcis altitudine speculari poterat, & ex æquali ferè distantia nihil indigẽs pedum ope ad tutelã. Nam Æsyetæ sepulchrum quod nunc ostenditur, quinq; stadijs abest iuxta uiam, quæ Alexandriã fert. Præterea Hectoris discursus circum urbem ratione caret. Nam noua urbs, propter perpetuum iugum circuiri non potest, antiqua uero potest, cuius merito uestigium nullum extat. Nam cum uicinæ urbes uastatæ essent, non tamen omnino eruta, & antiqua funditus deleta, omnes eius lapides ad illarum instaurationẽ sunt trãslati. Vnde Archæanactem Mitylenæum dicunt, ex ijs lapidibus Sigeum construxisse, quod postea Athenienses, misso Phrynone Olympionice occuparunt, cum Lesbij de uniuersa ferè Troade disceptarent, à quibus maxima eius regionis pars possidebatur. Eius autem habitationes partim adhuc stant, partim sunt deletę. Pittacus Mitylenæus unus ex septem sapientibus, aduersus Phrynonem imperatorem nauigans, & prælio cum eo conserto, maximam cladem accepit. Vnde Alcæus poëta dicit, se in quodam certamine male latum, abiectis armis aufugisse, & præconi cuidam imperasse, ut ijs qui domi erant, nuntiaretur, Alcæus incolumis nequaquam ipsum tollet tyrannum, in clarum Palladis templum, quem Attici suspenderunt. Postea Phrynonem illum ad singulare certamen prouocante, concurrit, sumptisq; piscatorijs instrumentis, funda conuoluit, & fuscina gladioq; confodit. Stante adhuc bello Periander ab utrisque arbiter electus id diremit. Demetrius Timęum mentiri ait, qui scribat è lapidibus Ilij Achilleum à Periandro munitum, dum Athenienſibus contra Pittacum auxiliaretur. Munitum quidem hunc locum à Mitylenæis apud Sigeum concedit, sed nequaquam ex his lapidibus, nec à Periandro, qui quomodo arbiter esset electus, qui erat aduersarius? Achilleum locus est, in quo Achillis monumentum ostenditur, parua sanè habitatio. Ilienses Sigeum cum minus obtemperaret, euerterunt. nam tota ora Dardanum usq; sub illis fuit, & nũc est. Olim maxima pars sub Æolibus erat. Quapropter Ephorus nõ dubitat totam regionẽ quę Abydo Cumam pertendit, Æolida nominare. Thucydides dicit, Athenienses Troiam Mitylenæis abstulisse in bello Peloponnesiaco, quod Pachetium dictũ est. Noui autẽ Ilienses asserunt urbem ab Achiuis captam, non tamen penitus euersam, nec unq; funditus deletã fuisse. Vnde Locrenses uirgines paulo post quotannis mitti incœperũt, quæ profecto minime sunt Homerica.

Ilium uetus.

Archæanax Mityl.

Sigeum.

Phryno.

Pittacus Mity.

Alcæus.

Achilleum.

Aeolis.

Pachetiũ bellum.

Nam

Nam nec Homerus Cassandræ uiolentiam nouit, sed eam tunc uirginem dicit, ut, Cassandra. Iliad. ν.

ὣς ἔφατ᾽ οὐδ᾽ ἀπίθησε κασιγνήτη ἑκυίης,
ὃς ξανθὸν Μενέλαον ἐϋκνήμιδα τε λαὸν
ἔτλη γὰρ πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη
καπνοδόκην ἀνάειρον. id est,

Interiore domus parte Othryonea peremit,
Quem noua bellorum iam pridem fama Cabesso
Traxerat intactam, & forma præstante petentem Cassandram.

Violentiæ uero nusquam meminit, nec quod Aiacis interitus in naufragio, Pal ladis ira euenerit, an alia simili causa, sed quod Palladi esset exosus in communi dixit. Nam cum omnes in templum scelerati atq; impij fuissent, omnibus erat infensa, interemptos autem à Neptuno dicit, propter eorum insolentiam. Locrenses uirgines mitti contigit, cum iam per se obtinerent. Ilienses itaq; hoc modo inquiunt. Homerus autem expresse urbis excidium ponit, ut Aiacis interit.

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ᾽ ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή. Troiæ excidiũ Iliad. ζ. Odyss. γ. & alibi.

Tempus enim ueniet, quo concidat Ilion ingens. Et illud,

ἦ γὰρ ἐπὶ πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν ἀπτὴν. id est,

Si Priami claram pugnando euertimus urbem. Et illud,

πέρθετο δὲ πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ. id est, Iliad. μ.

Vrbs Priami decimo iam tandem corruit anno.

Huius rei coniecturam hanc faciunt, quod Palladis simulacrum nunc stat, cum Homerus id sedere significet. Iubet enim peplum Palladis genibus apponi pro imponi, ut est etiam illud, Palladis simulacrum.

μήποτε γουνάσιν οἷσιν ἐφίζεσθαι φίλον υἱόν. id est, Iliad. ζ.

Non cernet genibus charos assidere natos.

Quod melius est, quàm ut quidam exponunt, pro παρὰ τοῖς γουνάσι θεῖναι, id est iuxta genua poni, afferentes illud,

ἥστ᾽ ἦσαι ἐπ᾽ ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ. id est,

Illa foco astabat, rutilumq; sedebat ad ignem.

ἀντὶ τοῦ παρὰ ἑσχάρᾳ, id est iuxta focũ. Quænã enim pepli positio esset iuxta genua? Ii quoque qui γουνάσιν, id est genibus accentu circunflexo pronuntiant, quemadmodum in multis alijs fit, utcunque accipiant, uerba in infinitum protrahunt. Permulta uero antiqua Palladis simulacra sedentia ostenduntur, ut Phoceæ, Massiliæ, Romæ, Chij, & multis alijs in locis. Iuniores quoque urbis excidium confitentur, ut Lycurgus orator. nam Ilij mentionẽ faciens, Quis (inquit) non audiuit id semel à Græcis euersum, quod nunc desertum est? Sunt qui putent posteriores hos condidisse, ratos locum eum inauspicatum esse, propter calamitates, uel quod Agamemnon antiqua consuetudine eum fuerit execratus. Quemadmodum Crœsus cum Sidenam cepit, in quam Glaucias tyrannus aufugerat, execratus est, quicunq; eum locum instaurarent. Quare ab eo loco illos credunt abstinuisse atque alium condidisse. Astypalienses itaque qui Rhætium tenuerunt primi oppidum iuxta Simoëntem habitauere, quod nunc Polisma nominatur, in loco nõ ualde idoneo, quapropter cito euersum est. Noua uero habitatio & templum apud Lydos condita sunt. Ea in initio non erat urbs, sed multis annis post, & paulatim, ut diximus, creuit. Hellanicus uolens Ilienſibus gratificari, ut illius fama est, concedit nouam & antiquam urbem eandem esse, qua deleta, qui Astypaliẽses. Rhætium. Polisma.

Sigeum & Rhætium habitabant, regionem inter se partiti sunt, ea autem restitu-
Idæ fontes. ta, omnia reddiderũt. Idam proprie πολυπίδακα, id est multifontem dici existimãt,
propter fluminum multitudinem ex ea profluentium, præsertim ubi Dardanica
regio ei subiacet usq; Scepsim & Iliensia. Demetrius eorum locorum gnarus, ut ho
mo indigena, ita inquit: Est collis quidam Idæ nomine Cotylus, ultra Scepsim ad
Cotylus collis Scamandri ortus. centum ac XX. stad. ex quo Scamander & Granicus, & Aesapus fluunt, sed hi ad se
ptentrionem & Propontidem tendũt, è pluribus fontibus manantes, Scamander
Aesapus flu. ad occasum ex uno fonte. Fontes inter se distant XX. stad. interuallo, & finis Aesapi
Granicus. ab ortu suo plurimum distat quingentis ferè stadijs, ut poëta inquit,

Iliad. χ. κρουνῶ δ' ἵκανον καλιῤῥόω ἔνθα δὲ πηγαὶ
δοιαὶ ἀναΐσσουσι σκαμάνδρου δινήεντος
ἣμὲν γάρθ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς
γίνεται ἐξ αὐτῆς ὥσει πυρὸς αἰθομένοιο,
ἂδ' ἑτέρη θέρει προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ, ἢ ψιόνι ψυχρῷ. id est,

Dicendi causam præstat mirandus aquarum
Fluxus hic geminis Scamander fontibus exit,
Alter enim tepidis fumosus labitur undis,
Alter at in medio tam fertur frigidus æstu,
Quàm nix & grando, glacie districtus aquai.

λιαρῷ dixit tepida, id est calida. Addidit etiam fumosus, quia fumus ex eo fit sicut ex igni, sed in eo loco nunc calidæ aquæ non inueniuntur, nec Scamandri fons ibi est, sed in monte, isq; unus & non duo. Calidas quidem defecisse uerisimile est, frigi dæ autem per deriuationem è Scamandro effluentes iuxta hunc locũ exoriuntur, uel quia prope Scamandrũ sunt, atq; hæc aqua Scamandri fons dicitur. nam hoc
Andrius flu. modo plures fontes eiusdem fluminis dici possunt. In hũc Andrius influit ex qua
Carisena reg. dam Carisenæ montana regione, compluribus uicis habitata & optime culta, quæ
Caresus flu. Dardanicæ adiacet, usq; ad loca Zeliæ ac Pityæ finitima. Eam regionem à Careso flumine dictam putant, cuius poëta meminit,

Iliad. μ. ῥῆσός θ' ἑπτάπορός τε Καρησός τε ῥόδιός τε.

Et septem Rhesi uada, tum Rhodium atq; Caresum.

Rhesus flu. Hic idem dicit urbem de nomine fluminis appellatam erutam esse. Rhesus flu-
Rhoites. uius nunc Rhoites appellatur, nisi qui in Granicum influit, Rhesus sit. Septemua-
dus, quem multiuadũ nominant, septies pertransitur à locis pulchræ pinui finiti-
Pulchra pinus mis, uicum Celenas eunti, & Æsculapium Lysimachi opus. De pulchra pinu At-
talus qui primus regnauit, ita scribit, ambitum eius esse pedum XXIIII. altitudi-
nem à radice LX. & VII. postea in tria scissam æqualiter inter se distantia, iterum in
unam apicem cohiberi. Totam eius altitudinem esse duorum iugerum & XV. cubi
torum, distat ab Adramyttio stad. centum & octoginta ad septentrionem. Care-
sus à Malunte fluit, qui locus inter Palæscepsim iacet, & Acheium ulterioris Tene
Rhodius flu. diorum agri, immittit autem in Aesapum. Rhodius à Cleandria & Gordo fluit,
Cleandria. quæ stad. LX. distant à pulchra pinu, influit autem in Ænium in Aesapi conualle,
Polichna. quæ à sinistra cursus eius est. Primum inuenitur Polichna locus munitissimus, de-
Palæscepsis. inde Palæscepsis, deinde Halizoniũ, quod iam ad Halizonum materiam (de quis-
Halizonium. bus ante diximus) confictum est. Postea Caresus urbs deserta, & Caresina regio, &
Caresus urbs. flumen ab eo dictum, quod conuallem ingentem efficit, minorem tamen ea quæ
Caresina reg.
Demetrius no-
tatur.

Aesapi

Aesapi est. Iam uero deinceps Zeliæ sequũtur campi, & loca collibus plena & optime culta. In Aesapi dextra, inter Polichnam & Palæscepsim est uicus nouus, & argentariæ. Quod etiam ad eandem materiam ponendũ est, ut illud saluum esse possit, ὅθεν ἀργύρα ὄσι γενέθλη, id est, Argẽti ubi uena est. Siue Alybam siue Alopam, siue utcunq; uelint nominare. Oportuit enim eos & hoc fingere, parumper sibi frontem perfricantes, nec claudum quicquã, & reprehensioni obuium relinquere, cum iam semel ausi fuissent. Iis itaq; sic accurritur, cætera quoque uel plurima ab eo animaduertenda erant, ut ab homine perito & indigena, & tantam de his rebus curam habente, ut XXX. libros conscripserit, in expositionem paulo plurium LX. uersuum, ex dinumeratione Troianorũ. Dicit itaq; Palæscepsim ab urbe Aenea distare stad. L. ab Aesapo flumine XXX. rursum ab hac Palæscepsi nomen ad alia plurima loca deduci, sed ad oram unde digressi sumus, redeundum est. Post Sigeum promontorium est Achilleum & Achæium, ulterior Tenediorum regio & ipsa Tenedos, distans à cõtinenti ad stad. XL. Ea ambitũ habet ad stad. LXXX. & urbem Aolicam, & portus duos & Apollinis Sminthei delubrum, ut poëta testatur,

τηνέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις σμινθεῦ. id est,

Smintheu præclaræ Tenedi dominator Apollo.

In Catalogo.
Aenea urbs.
Achilleum.
Achæium.
Tenedos.
Aolica.
Sminthеus Apollo.
Iliad. α.

Circũstant eam duæ paruæ insulæ, quas Calydnas uocant, sitas in nauigatione Lectum uersus. Tenedum alij Calydnam dixerunt, alij Leucophrym. Circa eam sunt aliæ quædam insulæ. In hac de Tene conficta fabula narratur, à quo insula nominata est, & de Cygno qui genere Thrax fuit, & Tenæ pater (ut quidam uolunt) & Colonarum rex. Achæio continua erat Lariſſa & Colonæ, quæ prius ad Diam pertinebãt, & Chrysa in loco excelso & petroso supra mare sita, & Amaxitus quæ continue Lecto subiacet, nunc Achæio continua est Alexandria. Oppida uero illa, quemadmodum & alia complura castella Alexandriam migrauere, è quibus est Cebrina & Neandria, regionem tamen illi habent. Locus ipse in quo nunc est Alexãdria, Sigia uocabatur. In urbe Chrysa est Apollinis Sminthei delubrum, & signum quod nominis ueritatem seruat. Nam mus quidam pedi statuæ subiacet. Hanc statuam Scopa Parius fecit. Historia siue fabula, quæ de muribus narratur, huic loco congruit. nam Teucris è Creta profectis (de quibus primo Callinus elegiæ poëta tradidit, pòst multi sunt secuti) datum erat oraculum, ibi eos sedem posituros, ubi terrigenæ eos adorirentur. Id circa Amaxitum dicunt contigisse, maximámq; agrestium murium multitudinem noctu exortam, quicquid armorum & utensilium ex corio inuenissent corrosisse, Teucros ibi mansisse, atq; Idam ab Ida quæ in Creta est appellasse. Heraclides Ponticus author est, mures ibi circa templũ abundare, & sacros existimari, simulacrum uero ita instructum esse, ut murem pedibus premat. Alij Teucrum quendam prodidere ex Attica profectum, ex urbe Troum, quæ nunc Oxypeteon nominatur, Teucros uero nullos ex Creta uenisse. Signumq; coniunctionis Troum cum Atticis dicũt, quod apud utrosque Erichthonius quidã generis author prędicatur, iuniores ita dicunt. Homeri autẽ carminibus ea præcipue uidentur concordare, quæ sunt in campo Thebano, & uestigia, quæ Chrysæ in eo sitæ olim ostendebantur, de quibus mox dicendum est. Sed multis in locis est Sminthei nomẽ. nam iuxta Amaxitũ duo loca sunt, quæ Sminthia uocantur, præter eum qui est iuxta templum. Item alia Lariſſæo agro proxima. In Pariano etiam agro locus est Sminthius appellatus. Item apud Rhodum

Calydnæ.
Leucophryt.
Tenæ fab.
Lariſſa.
Colonæ.
Chrysa.
Amaxitus.
Cebrina.
Neandria.
Sigia.
Sminthеus quare dict. Appol.
Idæ mons.
Oxypeteon.
Erichthonius.
Sminthia.

& Lyndum & alia plurima loca, nunc templum Sminthium uocant. In agro ita-
Halysius cam. que Lecti seorsum est Halysius campus, & Trageseï sales, qui spon te nascuntur, &
Trageseï sali- næ. Ethesijs uentis congelascunt. Iuxta Amaxitum ara quoq; XII. deorũ, quam Aga-
Duod. deorum ara. memnon construxit, Lecti ostenditur. Hæc loca contra Ilium sunt ad stad. c c.
Adramyttinus sinus. uel paulo plura. Sic ex altera parte sunt Abydensia, quanquam paulo propior est
Leleges. Abydus. Deflectenti autem Lectum sunt clarissimæ Aeolum urbes. Postea est si-
nus Adramyttenus, in quo poëta maximam Lelegum partem uidetur collocare,
& Cilicas qui duplices sunt. Hic est Mitylenæorum litus, quod uicos aliquot ha-
bet in illorum continenti. Eundem sinum Idæum nominant. nam iugum à Lecto
ad Idam porrectum primis sinus partibus imminet, in quibus poëta primum Le-
legas sitos dixit, de quibus & si prius dictum est, nunc tamen est repetendum, quia
Pedasus. Pedason urbem quandam sub Alte positam inquit,

Iliad. φ. ἄλτεω, ὃς λελίγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει
πηλασον ἀμπνειοσαν ἔχων ἐπὶ σατνιόεντι.

Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur,
Pedasus & fluuio quæ iuncta est Satnioënti.

Satniois. Nunc urbis locus desertus ostẽditur. Quidam ὑπὸ σατνιόεντι, id est sub Satnioen-
te scribunt, sed non recte quasi urbs sub monte Satnioënte sita sit, cum nullus ibi
mons Satniois existat, sed fluuius ad quem urbs sita est, quanquam nunc deserta,
nominat autem fluuium,

Iliad ξ. σάτνιον γὰρ οὔτασε δουρὶ μετάλμενος ὀξυόεντι
οἰνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε νηΐς ἀμύμων
ἤνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας σατνιόεντος. id est,

Satnion Oenopidem contorta perculit hasta,
Quem quondam Nais peperit pulcherrima Nympha,
Oenopi, seruaret dum Satnioentis ad undam Ille boues. Et illud,

Iliad. ξ. καὶ δὲ σατνιόεντος ἐύῤῥείταο παρ' ὄχθας
* In Hom. exẽplaribus legitur νᾶεν, id est, habitabat, non autẽ κᾶεν, quo pacto uidetur legisse interpres. πηλασον ἀμπνειόν. id est,

Ad rapidi ripas † ardebat Satnioentis
Pedason excelsam.

Postea Satnioënta dixit, alij uero Saphnioënta, qũi torrens magnus est, & cele-
bris propter poëtã qui eum nominauit. Hæc loca Dardanio agro & Scepsio sunt
continua, tanquam alia quædam Dardania, humiliora tamen. Nunc Assiorum et
Saphniois. Assij. Gargarensium sunt usq; ad mare Lesbum, contenta in regione, quæ olim Antan-
Antandria. Cebrini. Neandrini. Amaxitani. Amaxitus. dria erat & Cebriniorum & Neandrinorum & Amaxitanorum agro. Neandri-
ni enim ultra Amaxitum sunt, cum & ipsi circa Lectum sint, & magis mediterra-
nei, & magis Ilio propinqui. nam centum & quinqnaginta stadijs ab eo distant.
Vltra hos sunt Cebrinij, ultra Cebrinios Dardanij usque Palæscepsim atque Sce-
Antandrus. psim ipsam. Acæus Antandrum Lelegum urbem dixit, Vt,

πρῶτον μὲν καὶ ἄντανδρος λελίγων πόλις.

Vrbs Lelegum in primis Antandros.

Scepsius eam in adiacentibus ponit, ita ut in Cilicum terram exeat. His enim
Leleges. quodammodo Leleges sunt finitimi, australe Idæ latus terminantibus, humiles ta
Adramyttium men sunt & ij qui maritimam oram attingunt, præsertim iuxta Adramyttiũ. nam
Polymedium. post Lectum est Polymedium locus quidã ad stad. XL. ab eo distans, uel ad LXXX.
Gargara. lucus paruus est circa mare, uel ad C. & XL. Gargara, quæ in promontorio quodã

iacent

iacent, quod ſinum efficit, qui proprie Adramyttius uocatur. nam tota ora à Lecto uſq; Canas hoc eodem nomine appellatur, in quo & Eleaticus comprehenditur, & proprie eum Adramyttinum dicunt, qui à promontorio clauditur, in quo Gargara ſunt, & à promontorio Pyrrha uocitato, in quo Aphrodiſium ſitum eſt. Oris latitudo eſt à promontorio in promontoriū ſpatium c. & xx. ſtad. Interius eſt Antandros, cui mons imminet, quem Alexandriam uocant, ubi deas à Paride iudicatas dicūt: & Aſpaneus, ubi Idæ materies cæditur. hic enim eam aptant, poſtea per flumen deducunt. Deinde eſt Aſtyra uicus, & lucus Aſtyrenæ Dianæ ſacer. In proximo eſt Adramyttium Athenienſium colonia, quæ & portum habet & naual. Extra ſinum & Pyrrheam promontorium eſt Ciſthena urbs deſerta, quę portum habet. Vltra eam in mediterranea eſt æris uena & Perperena & Trariū, & aliæ huiuſmodi habitationes. In ſequenti Mitylenæorum ora ſunt habitationes Coryphantis & Heraclia, deinde Attea, deinde Atarneus, & Pitana, & Caici fluminis oſtia, quæ iam ad Elaiticum ſinum pertinent. In ulteriore regione eſt Malia, & reliquus ſinus uſq; Canas. Sed rurſum de ſingulis dicamus, ſi quid prætermiſſum eſt memoria dignum, ac primum de Scepſi. Eſt autem Paleſcepſis ultra Cebrinem, ad excelſiorem Idæ partē prope Polichnam. Ea olim Scepſis uocabatur, poſtea aliter, poſtea ex eo dicta eſt, quòd locus eſſet circūſpectus, ſi antiqua Barbarorū nomina Græcis interpretanda ſunt. Poſtea LX. ſtad. inferius in eam migrauere, quæ nunc Scepſis dicitur, authore Scamandrio Hectoris filio, & Aſcanio Aeneæ. Atq; hæc duo genera multo tempore dicuntur Scepſi imperaſſe, poſtea in paucorum principatum conuerſa ſunt, poſtea cum Mileſijs populari ſtatu habitauere, nihilominus qui ex eo genere erant reges dicebantur, & honores quoſdā habebant. Poſtea Antigonus Scepſios Alexandriā deduxit, qui deinde Lyſimacho permittente, domū rediere. Scepſius Scepſim putat Æneæ regiā fuiſſe, quæ media erat inter regionē illi ſubditam, & Lyrneſſum, in quam ab Achille agitatus fuiſſe dicitur. Dicit enim Achilles,

Pyrrha.
Aphrodiſium.
Antandros.
Alexādria.
Paridis iudicium.
Aſpaneus.
Aſtyra.
Adramyttium
Ciſthena.
Perperena.
Trarium.
Coryphantis.
Heraclia.
Attea.
Atarneus.
Pitana.
Caicus.
Elaiticus ſinus
Malia.
Canæ.
Paleſcepſis.
Scepſis unde.
Cebrine.
Polichna.
Scepſis.
Scamandrius.
Lyrneſſus.

ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε πῶεσι βοῶν ἀπὸ μῆλον ἐόντα
σεῦα κατ' ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσι,
κεῖθεν δ' εἰς λυρνησσὸν ἐπείκφυγες. id eſt,

Iliad. v.

Nónne memor, cum te ſequerer, montana per Idæ?
Tu fugeres, curſuq; celer Lyrneſſon adires?

Aeneæ fatum.

Quæ uero de Ænea memorantur, non concordant cum ijs quæ nunc de ductoribus Scepſijs dicta ſunt. Dicūt enim eum in bello ſuperfuiſſe, propterea quod Priamo infenſus eſſet, ut

ἀεὶ γὰρ πριάμῳ ἐπεμήνιε δῖος
οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκε.

Iliad. v.

Hic odio Priamum regem indignatus habebat,
Quod ſibi promeritos non impartiret honores.

Alios & principes ut Antenoridas, & ipſum Antenorem euaſiſſe exiſtimant, propter hoſpitalitatem quam cum Menelao habebant. Vnde Sophocles in captiuitate Ilij dicit, Perdalin ante Antenoris ianuam poſitam fuiſſe, ſignum ut eius domus intacta relinqueretur. Vnde Antenorem ac filios eius cum Enetis in Thraciā ſeruatos tradunt. Inde circa Adriam in eam partem ueniſſe, quæ nunc Enetia nominatur, Aeneam cum patre Anchiſe & Aſcanio filio multis comitantibus enauigaſſe. Alij eum dicūt circa Macedoniā Olympū habitaſſe, alij circa Mantiniam

Antenor.
Enetia.
Mantinia.

Capuæ. in Arcadia Capuas condidisse,& à Capi quodam urbi nomen imposuisse,alij in
Aegestia. Siciliam Aegestam profectum, cum Elymno & Troiano Erycem & Lilybæum
Scamander. occupasse & fluuios circa Aegestã appellasse Scamandrũ & Simoëntem. Inde in
Simois. Latiũ profectũ,ibi permansisse responso quodã iubente,in eo loco sibi permanen
Mensæ Aeneæ. dum esse ubi mensas ederet,quod in Latio prope Lauinium accidit. Ibi enim in=
gens panis pro mensa per imprudentiã appositus,cum carnibus qui super eo erãt
absumptus est. Homerus nec cum ijs consentire uidetur,nec cum alijs, qui de au=
thoribus Scepsios memorantur. Significat enim Aeneam imperij successorem in
Troia remansisse,ac Troiæ imperium extincto Priamidarum genere,natis nato=
rum tradidisse,ut

Iliad. ν. ἤδη γὰρ πριάμοιο γενεὴν ἐφιλήσατο Ζεύς,
νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει,
καὶ παίδων παῖδες, τοῖσιν μετόπισθεν γένωνται.
Iam Priami genus est miseratus Iuppiter,at nunc
Imperium Troiæ Æneas uiolentus habebit,
Et nati natorum,& qui nascentur ab illis.

Sed hoc modo nec Scamandrij successio seruabitur,multo magis etiam ab ijs dis
sentit,qui Aeneam dicũt usq; in Italiã errasse,atq; ibi obijsse. Sũt & qui sic scribãt,

Ibidem. αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει,
ἠδὲ παῖδες παίδων. &c.
At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum,& qui nascentur ab illis.

Erastus philos. Quod de Romanis dicunt,è Scepsi fuere philosophi Socratici,Erastus, & Co=
Coriscus. riscus,& Neleus Coriscifilius,qui Aristotelem & Theophrastum audiuit, & suc=
Neleus phil. cessor fuit bibliothecæ Theophrasti,in qua Aristotelica inerat. nam Aristoteles &
Aristotelis bi= bliothecam & scholam reliquit Theophrasto,& primus omnium quos scimus
bliotheca. Theophrasti bibliotheca. libros congregauit,& Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus
uero eam tradidit Neleo,Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, homini=
bus sanè imperitis,qui libros inclusos,ac negligenter positos tenebant. Cumq; At=
talicorum regum sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum libro=
rum, ad instruendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat,eos in fossa quadam
sub terram occuluerunt, quos & tineis & humiditate labefactos, tandem qui ex
Apellicon Tei= eo genere erant Apelliconi Teio tradiderũt,magno emptos argento,Aristotelicos
us. scilicet atq; Theophrasticos. Apellicon,ut qui magis librorũ esset studiosus,quàm
De his Politia. sapientiæ,uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non
Miscel. 1. capi. commeminit. recte suppleta,quapropter libros edidit erroribus plenos. Sed antiqui Peripathe=
tici post Theophrastum,cum omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat
exceptis,exteriorum sermonum, nihil habebant in quo firmiter philosopharen=
tur,sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores postquam hi libri in lucem
uenere,Aristotelem imitantes,longe melius quàm illi,philosophati sunt. nam pro=
pter errorum multitudinem consentanea dicere necesse habuere. Multum ad hoc
Romani contulerũt. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla qui Athenas
Tyrannion cepit,allata illius bibliotheca huc eam transtulit. Tyrannion quoq; grãmaticus in=
grãmaticus. cœpit,cum Aristotelis amantissimus esset,eo sibi conciliato qui bibliothecę præ=
rat. Item librarij quidam scriptoribus utentes non bonis, nec scripta conferentes,
quod in his libris præsertim fieri solet,qui uendendi transcribuntur, tum hic, tum

etiam

etiam Alexandriæ. Sed de his satis. E Scepsi fuit Demetrius grãmaticus is, de quo sæpe fecimus mentionem, & qui Troianam instructionem exposuit, eodem tempore, quo Crates & Aristarchus. Posthunc fuit Metrodorus, qui è philosophica uita inciuilẽ mutatus est, magna ex parte in scriptis suis oratorie loquens, & nouo quodam dicendi genere usus est, quo multos deterruit, propter famam uero, quanquam pauper erat, clarum tamen coniugium apud Carthaginenses est assecutus, atque uti Carthaginensis uiuebat. Cumq; Mithridatis amicitiam sibi conciliasset, ad illum cum uxore discesit, & honore maximo affectus est. Nam reddendo iuri præpositus fuit, à quo non erat ad regem prouocatio, ei tamen non fœliciter cessit. Nam cum in hominum improborum odium incidisset, legatus ad Tigranem Armenium missus à rege desciuit. Tigranes inuitum eum remisit Mithridati, iam è paterno regno fugienti. Ille siue regis opera, siue morbo (nam utrunque dicitur) in itinere mortuus est. Ac de Scepsijs quidem hæc. Post Scepsim sunt Andira & Pioniæ & Gargarensis ager. Circa Andira lapis quidam inuenitur, qui combustus ferrum fit, deinde cum terra quadam in fornace excoctus pseudargyrum exudat terra, quæ terra si æs acceperit fit mixtura, quam quidam orichalcum uocant. Pseudargyrum etiam circa Tmolum gignitur. Hæc sunt ea loca quæ Leleges tenebant. Eodem modo † & Assersia Assus & arte & natura munita est. Ea à mari & portu longum & erectum ascensum habet. Vnde illud Stratonici commode dictum est,

ἄσσον ἰὼν ὤσκων θάσσον ὀλέθρῳ πείραθ' ἵκηαι. id est,

Qui sceleri passu Assum it, mortis periculum adit.

Portus aggere ingenti constructus est. Hic fuit Cleantes philosophus Stoicus, qui Zenonis Citiensis scholæ successit, quam postea Chrysippo Solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permansit, propter eam affinitatem quam cum Hermia tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias eunuchus, trapezitæ cuiusdã famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemq; audiuit, postea ad dominum reuersus atque cum eo primum & Aternenses & Assenses aggresso imperauit. Postea illi successit, & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curauit, Aristoteli etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius cum Persis ministraret, & exercitum duceret, simulata cum eunucho amicitia, hospitalitatis nomine, & tractandarum rerum gratia illum ad se uocat, quem cum comprehendisset ad regem misit, ibique suspensus est. Philosophi uero fugientes loca à Persis occupata, incolumes euasere. Myrsilus dicit Methymnæos Assum condidisse, Hellicanicus eam Æolicam esse uult, quare & Gargara & Lamponia Æolica sunt. nam Assij Gargara condiderunt, quę non benè habitatur. nam reges incolis ex urbe Mileto deductis illam desertam reddiderunt. Quare Demetrius Scepsius eos pro Æolibus semibarbaros effectos dicit. Vt uero Homerus putat hæc omnia Lelegum erant, quos quidam Cares nominãt, quanquàm Homerus eos separat, ut

πὸς μὲν ἅλὸς λἀρὸν τ' παίωνὸν ἀγκυλότοξοι
τ' λέλεγες τ' καύκωνὸν. id est,

Ad mare stant Cares, curuato & Pæones arcu,
Et Lelegum populi, & Caucones.

Quod quidem diuersi à Caribus fuerunt, habitabant autem inter eos qui sub

Demetrius Scepsius.
Crates.
Aristarchus.
Metrodorus qui fuerit.
Andira.
Pionis ager.
Lapis ferreus.
Pseudargyrũ.
Orichalcum.
Leleges.
*In Greco Assersia non legitur, τὰ πρὸς ἑῴαν σου, Assersia.
Assus.
Cleanthes philosophus.
Hermias.
Aristotelis uxor.
Memnon Rhodius.
Gargara.
Lamponia.
Iliad. x.
Cares.
Pæones.
Leleges.
Caucones.

Ænea erant, & eos qui à poëta Cilices appellãtur, sed ab Achille uastati in Cariã mi-
Halicarnassus. grauere, & loca occupauerũt circa eam, quæ nũc Halicarnassus dicitur. Vrbs Peda
sus ab eis deleta, nõ amplius extat. In Halicarnassensiũ uero mediterranea, quæ ab
eis Pedasa dicta sunt, urbs erat & regio, nũc Pedasensis appellatur. In ea dicũt octo
urbes prius Lelegas habitasse cum hominibus florerent, quapropter Cariam occu
Mindus. pauerũt usq; Mindum & Bargylia, & Pisidię multũ absciderunt. Postea exercitũ
Bargylia. cum Caribus ducentes, in totam Gręciã sunt diuisi, & genus deletum est. Ex octo
ciuitatibus sex Mausolus in unam contulit Halicarnassum, ut Callisthenes refert.
Gela. Mindum uero cum Gela seruauit. Pedasij & eorum finitimi (ut Herodotus scribit)
Herod. lib. 1. maximam diligentiã habent, ut eorũ sacerdos Palladi sacra barbam habeat, quod
Pedasus. eis ter contigit. Pedasus oppidũ est in agro Satratonicensiũ, Lelegum sepulturæ, &
munitiones, & habitationũ uestigia apud Milesios, et in tota Caria apparẽt. Oram
quę post Lelegas sequitur, Leleges habitauerunt, ut Homerus uult. Nunc eã Adra
Atarna. mytteni habent, & Atarnenses & Pitanæi usque ad Caici fluminis ostia. Cilices (ut
Cilices. ante diximus) in duos diuisi erant principatus, alterũ Eetionis, alterũ Minetis, un-
Theba. de Thebam Eetionis urbem dicit, ut
Iliad. α. ὠχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν ἠετίωνος.
Nos Thebam allati sacram Eetionis ad urbem.

Chrysa. Eius etiam Chrysam significat, in qua Apollinis Sminthei templum est, siqui-
Chryseis ubi dem Chryseis ex Theba capta fuit,
Ibidem mox se quitur. ὠχόμεθα γὰρ ἐς θήβην
τλήμεναι δηϊπάθοιό τε καὶ ἄγομεν ἤθεά τε πάντα.
Nos Thebam inquit allati,
Nos urbe euersa res huc aduexim omnes. Et illud,
καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν
ἐκ δ' ἔλον ἀτρεΐδῃ χρυσηίδα καλλιπάρηον. id est,
Hæc inter se partiti, Chryseida solum
Excepere duces, Agamemnoni munus Atridæ.
Lyrnessum autem Mynetis,
Iliad. υ. ἐπεὶ δὴ λυρνησσὸν δ' ἀπορθήσας καὶ τείχεα θήβης.
Lyrnessus. Quoniam Achilles
Mynetes. Lyrnessum & magnæ populatus mœnia Thebæ.
Epistrophus. Mynetem & Epistrophum interemit, unde cum Briseis dicit,
Briseis. οὐδέ μ' ἔασκες ὅτ' αὖτε φίλῳ ἐμὸν ὦκυς ἀχιλλεὺς
Iliad. τ. ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο μύνητος.
Nec me dure meum uoluisti flere maritum,
Quem celer è uita quondam submouit Achilles,
Funditus euersa diuini sede Mynetis.

Non Thebam dicit quę Eetionis erat, sed Lyrnessum. ambæ enim in eo campo
Thebanus cãp. erant, quí postea Thebanus campus est appellatus. Is propter fertilitatem prius à
Mysis ac Lydis, postea à Græcis infestatus est, qui eum ex Æolide ac Lesbo habita
Adramyttium uerunt, nunc bonam partẽ habent Adramytteni. In eo Theba est, & Lyrnessus lo-
cus natura munitus, nunc ambę sunt desertę. Altera ab Adramyttio distat stad. LX.
Chrysa. altera LXXX. In agro Adramytteno est & Chrysa & Cilla. Nunc quoq; prope The
Cilla. bam est locus quidam Cilla appellatus, in quo Cillei Apollinis templum est. Hunc
Cilleus Apollo Cilleus flu. locum Cilleus amnis pręterlabitur ex Ida delatus. Hęc autẽ sunt in Antandri agro.

Cilleum

Cilleum quod in Lesbo est, ab hac Cilla nominatū cōstat. Est etiam Cilleūs mons inter Gargara & Antandrū. Testis est Daes Coloneus, apud Colonas Cillei Apollinis templum ab Æolibus è Græcia nauigantibus ædificatum esse. Dicunt etiam Chryse Apollinem Cilleum esse. Sed incertum, num idem sit qui Sminthius an diuersus. Chrysa oppidū erat ad mare portū habens, cui proxime Theba imminet. Hic fuit Apollinis Sminthei delubrum, & Chryseis, nunc locus omnino desertus est. delubrum ipsum Chrysam, quę nunc iuxta Amaxitū est, translatum fuit, cum ex Cilicibus alij in Pamphyliam exissent, alij Amaxitum. Veterum autem historiarum periti dicunt Chrysen & Chryseida hinc fuisse, & Homerum loci huius fecisse mentionem. Sed hic nullus est portus, ille uero dicit,

οἳ δ' ὅτε δὴ λιμένα τον πολυβενθέα νῆας ἵκοντο.

At Danai postquàm portum tenuere profundum.

Nec templum ad mare est, ille uero ad mare id fecit, ut

ἐκ δ' ἐς χρυσηΐδος υηὸς βᾶ πουτοπόροιο,
τλὴ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ βωμὸν ἀγὼν πολύμητις ὀδυσσεὺς
πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει.

Vt primum exposita est bibula Chryseis arena,
Hanc Laerte satus sacras deducit ad aras,
Inq; manu chari genitoris ponit alumnam.

Nec prope Thebam, ille autem prope eam dicit, atq; illic captam Chryseida. Sed nec locus ullus in Alexandriorum agro ostenditur Cilla appellatus, nec Cillei Apollinis templum, poëta uero ea coniungit, ut

ὃς χρύσην ἀμφιβέβηκας λίμνην τε ζαθέην τε. id est,
Qui Chrysam circum regis Cillamq; sacratam.

In Thebano autem campo prope ostenditur. Nauigatio quoq; à Cilicia Chrysa ad nauale LX. ferè stad. est, unius quodammodo diei, quantum Vlysses uidetur nauigasse. Nam quàm primū egressus est, sacrificiū deo facit, nocte uero occupante ibi manet, mane rursus nauigat, ab urbe Amaxito tertia ferè parte dicti interualli. Quare Vlysses eadē die nauigare poterat ad nauale, si sacrificiū perfeciſſet. Circa Apollinis Cillei templum, est Cilli monumentū, ingens quidam tumulus, hunc Pelopis aurigam, ducem locorū dicūt, à quo forsan Cilicia dicta est, uel contra. Quæ de Teucris aut de muribus traduntur, à quibus Sminthius appellatus est, quandoquidem sminthei mures uocantur, huc transferenda sunt. Solent enim homines à paruis rebus imposita, huiusmodi quibusdā lenimentis mitigare. Nam & à culicibus quos Otei conopas uocāt, Hercules Conopius apud illos colitur, quoniā eos ab ijs liberauit. Apud Erythræos quoq; Miliuntem habitātes Ipoctonus colitur, quòd ips uineis infestissimus sit. nam ex Erythręis omnibus, apud illos solum talis bestiola non gignitur. Rhodij autem Apollinis Erythibij templū habent in agro suo. Hi rubiginem erythibam uocāt. Apud Æoles qui in Asia sunt, mus quidā pornopion uocatur, Bœotij autem hoc modo culices uocant, & sacrificiū fit Apollini Pornopio. Mysia itaq; circa Adramittiū est, ea olim sub Lydis erat, & adhuc in ipso Adramittio Lydię portę appellantur, cum urbs (ut dicunt) à Lydis fuerit condita. Astyram uero, qui uicus propinquus est, ad Mysiā putāt pertinere. Fuit olim oppidulū in quo erat Astyrinę Dianę templū in luco, cui Antandrij religiose præerant, quibus id apprime uicinum est, distat ab antiqua Chrysa stad. XX. quę etiam templum in luco habet, eius est Achillis uallū. In mediterranea est Theba ad stad. L.

Cilleum.
Cilleus mons.
Chrysæ situs.
Thebæ situs.
Smintheus ap.
Amaxitus.
Chryses.
Loc. Iliad. a.
Chrysæ temp.
Eodem.
Ibidem.
Cillus eiusq; monumentū.
Cilicia unde.
Sminthius quare Apollo.
λοιμοσόν.
Conopius Hercules.
Milius.
Ipoctonus.
Ips uermiculus
Apollo Erythibius.
ἐρυθίβη quid
Apollo Pornopius.
πορφύρα apud Bœotos quid.
Lydiæ portæ.
Mysia.
Astyra.

Theba Hypoplacos. quam poëta cinctam ſyluis Hypoplacon dicit, ubi nec placos, nec plax, quicquam uocatur, nec ſylua imminet, quãquàm Idę proxima ſit. Theba ab Aſtyris diſtat ad ſtad. LXX. ab Andiris LX. quæ omnia ſunt deſertorum locorum nomina, uel male habitatorum, uel torrentium fluuiorum, tamen propter antiquas hiſtorias celebrata. Vrbes memorabiles ſunt Aſſus, & Adramyttium quod in bello Mithridatico calamitate maxima oppreſſum eſt. Nam Diodorus imperator conſilium ciuium deleuit, regi cupiens gratificari, ſimulq; ex Academicis philoſophis ſe unum eſſe, & ius dicere & oratoriam exercere ſimulans, qui & in eum locum cum rege profectus eſt. Rege autem euerſo, ijs quos iniuria affecerat pœnas dedit. Nam cum multa in eum crimina eſſent illata, non ferens infamiam, turpiter & obſtinate perijt. In urbe noſtra uir Adramyttenus, cum orator clarus Aſiatici ſtyli, tum certator, ſi quis alius fuit, Xenocles. Is in ſenatu pro Aſia dixit, quo tempore Mithridaticæ factionis eſt accuſatus. Apud Aſtyra eſt lacus quidam uoraginoſus nomine Sapra, qui in iugoſum quoddam maris litus erumpit. Sub Andira templum eſt, matri deûm Andirinæ ſacrum, & ſubterraneum antrum Paleam uſq; Eſt autem Palea habitatio quædam ſic appellata, quæ ab Andiris diſtat ſtadijs centum & XXX. Subterraneum hunc meatum torrens quidam in os eius incidens aperuit, qui poſtera die à paſtore quodam ad ſacrificium eunte, apud Andira fortuito repertus eſt. Atarnius eſt Hermini tyranni ſedes, poſt quem eſt Pitana urbs Æolica, quæ portus duos habet, & Euœnus fluuius qui eam præterfluit, ex quo aquæductus Adramyttenis factus eſt. E Pitana eſt Arceſilaus Academicus, qui cum Zenone apud Polemonem didicit. In ipſa Pitana locus quidam mari proximus Atarneus uocatus, ſub Pitanam iuxta eam quæ Inſula nuncupatur. Tradunt apud Pitanam lateres ſuper aquis innatare, quod & in Etruria in inſula quadam contingit. Nam cum terra leuior ſit quàm aqua, uehi eam contingit. Poſidonius uidiſſe ſe refert ex quadam creta, quæ res dealbentatas abſtergit, lateres factos fluitare. Poſt Pitanam eſt Caicus, qui ad ſtadia XXX. in ſinum Elaiticum emittit. Elæapolis XII. ſtadijs eſt ultra Caicum, quæ Æolica eſt, & Pergamenorum portus centum & XX. ſtadijs diſtans à Pergamo. Deinde ad ſtadia centum eſt Cana promontorium, quod contra Lectum conſurgens Adramyttenum ſinum efficit, cuius pars eſt Elaiticus. Canæ Locrorũ oppidulum, qui ex Cygno profecti ſunt, ad auſtraliora Lesbi extrema, ſitũ eſt in agro Canæo. Is enim uſq; ad Arginuſas pertendit. Et ulterius promontorium quod nonnulli Ægam nominant, eodem nomine quo animal, ſed ſecundam ſyllabam longam proferri oportet ἀιγᾶν, ſicut ἀκτᾶν & ἀρχᾶν. ſic enim totus mons nominabatur, quem nũc Canam et Canas uocant. Circum montem auſtrũ & occaſum uerſus eſt mare, orientem uerſus Caici campus ſubiacet, aquilonem uerſus Elaiticus ager. Mons ipſe ſatis per ſeſe contractus eſt, uergit tamen ad Ægæum pelagus, unde ei nomen eſt, poſtea id promontorium Ægæ eſt appellatum, ut Sappho dicit. Reliquum uero Cana & Canæ. Inter Elæam, Pitanam, Atarnæum, & Pergamum eſt Teuthranea, diſtans à qualibet harum citra Caicum ſupra ſtadia LXX. Teuthras Cilicum & Myſorum rex memoratur. Euripides dicit Augam ab Alæo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impoſitam & in mari demerſam eſſe, ſed Palladis prouidentia urnam ad Caici oſtia tranſmiſſam euaſiſſe, Teuthrantem cum eos excepiſſet, Augam in uxorem, Telephum etiam pro filio habuiſſe. Quæ cum fabuloſa ſint, aliam profecto

Aſſus.
Adramyttium
Diodorus.
Xenocles.
Sapra lac.
Andira.
Andirina dea.
Palea.
Atarnius opp.
Pitana.
Euœnus flu.
Arceſilaus.
Inſula opp.
Lateres natantes.
Caicus.
Elæapolis.
Cana promontoriũ.
Canæ opp.
Arginuſæ.
Aex & Aega promon.
Aegæum pelagus.
Teuthranea.
Auga.
Telephus.

cto cauſam fuiſſe par eſt, quamobrem Arcadis filia cum Myſorum rege congreſſa fuerit, & qui ex ea natus eſt, regno ſucceſſerit. Creditum itaq; eſt Teuthrantem & Telephum regioni imperaſſe, quæ Teuthranię & Caico proxima eſt. Poëta ſic huius hiſtoriæ mentionem facit,

ἀλλ' οἷον τὸν τηλεφίδλιν κατεπήκατο χαλκῷ
ἥρω Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτῷ ἑταῖροι
Κήτιοι, κτείνονθ' γωιάων εἵνεκα δώρων.

Loc. Odyſſ. λ.

Ipſe Neoptolemus telo traiecit acuto
Magnanimum heroa Eurypylum, quem Telephus olim
Progenuit, multi circum cecidere ſodales
Cetij, ad exitium ob muliebria dona ruentes.

In quo poëta potius nobis innuit, quàm quicq̃ aperte dicat. Neq; enim ſcimus quos Cetios accipere debeamus, nec propter quæ muliebria dona. Grammatici fabuloſa quædam afferentes, potius inuentiones quaſdam conficiunt, quàm quęſtionem ſoluant, quapropter hæc miſſa faciamus, atq; eo ſumpto quod magis conſtat, dicamus, quod Eurypylus (ut Homerus uult) in locis Caico proximis uidetur imperaſſe, unde forſitan magna Cilicum pars ſub eo erat, et non ſolũ duo principatus apud eos erant, ſed tres. Cui rationi illud aſſentiri uidetur, quod in agro Elaitico Cetius fluuiolus quidam eſt torrenti ſimilis. Is in alium ſimilem incidit, deinde in aliũ qui in Caicum deuoluuntur. Caicus autem non fluit ab Ida, quemadmodum Bacchylides inquit, nec ut Euripides dicit, Marſyas celebres Celænas colit in extremis Idæ locis. Nam Celænæ longe diſtant ab Ida, longe etiam Caici fontes. in campo enim oſtenduntur. Tegnum mons eſt qui campũ hunc terminat, & eum qui Apię dicitur qui in mediterranea Thebani campi imminet. Ex Tegno Myſius amnis fluit, in Caicum emittens, ſub fontes eius. De quo quidam arbitrantur Æſchylum in ingreſſu prologi, in Myrmidonibus dicere,

ἰὼ Καΐκε μύσιαί τε ἐπιῤῥοαί. id eſt,

Io Caice Myſiæq; lymphæ.

Cetij. Eurypylus. Cetius flu. Caicus flu. Celænæ. Tegnum. Apiæ camp. Myſius flu. Aeſchylus. Myrmidones.

Prope eius ortũ uicus eſt Gergetha, in quẽ Attalus eos tranſtulit, qui in Troade erant, cum locũ eum cepiſſet. Sed quoniã contra oram à Lecto uſq; Canas, Lesbus extenditur inſula memoratu digna, circũ quam etiam inſulę quędã iacent, aliæ exterius, aliæ inter eam atq; continentem, iam nos tempus admonet ut de his dicamus. Nam & hęc Æolica ſunt, & Lesbos ferè Æolicarũ urbiũ metropolis eſt. Sed ab ijs incipiendum eſt, à quibus oram quę iuxta ipſam eſt perſecuti ſumus. A Lecto itaq; Aſſum nauigãti, Lesbiæ regionis initium eſt ſecundũ Sigrium promontoriũ eius ad aquilonem. Hoc in loco eſt Methymna Lesbiorũ urbs LX. ſtad. diſtans ob ora Polymedij, Aſſum uerſus uniuerſæ inſulæ ambitus eſt ſtadiorum C. ſupra mille. Singula quidem ita ſe habent à Methymna uſque Maliam, quod eſt auſtraliſſimum extremum, à dextra inſulam habentibus, ad quod Canæ plurimum inſulę opponuntur & terminãtur, ſtad. ſunt CCC. & XL. Hinc uſq; Sigrium, quod eſt inſulæ longitudo, quingenta & ſexaginta, inde in agrum Methymnæum CC. ac X. Mitylene inter Methymnam & Maliam iacet, ciuitas maxima quæ à Malia diſtat ſtadijs LXX. à Canis C. ac uiginti, totidem etiam ab Arginuſis, quæ tres inſulæ ſunt non ſanè magnæ cõtinenti proximæ, Canis adiacentes, inter Mitylenẽ & Methymnam iuxta uicũ agri Methymnæi nomine Ægirum, inſula eſt anguſtiſsima, tra-

Gergetha. Leſbos. Sigriũ promõ. Methymna. Polymedium. Malia. Arginuſæ. Aegirum.

Pyrrha. Mitylene.

iectum habens in Pyrrhæum euripum ſtadiorum xx. Pyrrha ſita eſt in occidenta li Lesbi latere, diſtat à Malia ſtadijs c. Mitylene portus duos habet, quorum auſtralis clauſus eſt, & L. triremiū ac nauium capax, borealis uero magnus eſt ac profundus aggere protectus. Ambobus obiacet parua quædam inſula partem quandam habens urbis ibi habitatam. Ea rebus omnibus pulcherrime inſtructa eſt, uiros claros habuit, antiquitus quidē Pittacum unum ex ſapientibus, & Alcæum poëtam, & Antimenidem fratrem eius, quem Babyloniorum ſocium Alcæus dicit, magnū certamen peregiſſe, atque eos è maximis laboribus eripuiſſe, uiro pugnaciſsimo, & ut inquit, regum luctatore interempto, ac ſolo relicto & calamitate oppreſſo. Cum ijs Sappho claruit. admiranda res. nam nullam fœminam ſcimus hoc memorabili tempore huic ſimilem uiſam, nec in minima parte poëticæ cum illa comparandam. Per hæc tempora ciuitas à compluribus tyrannis oppreſſa fuit propter inteſtinas ſeditiones, unde Alcæi poëmata quæ Staſiotica uocantur, de rebus ijs pertractant. Inter tyrannos etiam Pittacus fuit, unde Alcæus tam ei quàm alijs conuiciatur, ut Myrſilo & Megalagyro & † Cleantidi, & alijs quibuſdam. Sed nec ipſe harum nouitatum non particeps fuit. Pittacus enim ad dominatus eruendos principatu uſus eſt, quibus ſublatis ciues in priſtinam libertatem reſtituit. Diophanes orator multo tempore poſterior fuit, ætate autem noſtra Potamon, & Lesbocles, & Crinagoras, & Theophanes rerum ſcriptor. Hic ciuilis uir fuit & Pompeio Magno admodum familiaris, præcipue propter eam facultatem, & omnia geſta ea perfecit, quibus patriam partim per illum, partim per ſeſe ornauit, ſéque Græcorum omnium clariſsimum exhibuit. Filium reliquit M. Pompeium, quem Cæſar Auguſtus Aſiæ curatorem conſtituit, & nunc inter primos Tiberij familiares numeratur. Athenienſes periclitati ſunt in maximum dedecus incidere, cum S. C. decreuiſſet omnem Mitylenæorum pubem ad unum iugulari, pœnituit tamen eos, ac decretum una die antè allatum eſt ad imperatores, quàm mandata eſſent peracturi. Pyrrha euerſa eſt, ſuburbanum adhuc habitatur & portum habet, à quo Mitylenen uſque traiectus eſt ſtadiorum LXXX. Poſt Pyrrham eſt Ereſſus in colle ſita ſed ad mare deſcendit. Ab ea Sigrium abeſt ad ſtadia X. & VIII. Ex Ereſſo fuere Theophraſtus & Phanias philoſophi Peripatetici, & Ariſtoteli familiares. Theophraſtus prius dictus eſt Tyrtanus. nam Ariſtoteles mutato nomine eum Theophraſtum uocauit, ſimul prioris nominis abſurditatem euitans, ſimul etiam ſtudij facundiam eius ſignificans. Nam Ariſtoteles diſcipulos ſuos omnes eloquentes fecit, Theophraſtum uero eloquentiſsimum. Poſt Sigrium Antiſſa ciuitas eſt, quæ portū habet: poſtea Methymna, unde Arion fuit is, quē Herodotus in Tenarum ſeruatum fabulatur, cum à prædonibus in mari obrutus fuiſſet. Hic quidem citharœdus fuit. Dicunt Terpandrum eiuſdem muſicæ artificem ex eadem inſula fuiſſe, qui primus pro tetrachordo lyra heptachordo uſus eſt, ut hi uerſus declarant, qui ad eum referuntur,

Pittacus Mitylenæus. Alcæi patria. Antimenis. Sappho poëtria. Dichoſtaſiotica Alcæi. Pittacus Tyrānidos inſimulatus. Myrſilus. * Cleonactidis aliâs. Megalagyrus. Cleanthes. Diophanes. Potamon. Leſbocles. Crinagoras. Theophanes hiſtoricus. Pyrrha. Ereſſus. Sigrium. Theophraſti patria. Theophraſto à quo nomē indi tum. Phaniæ patr. Tyrtanus. Antiſſa. Methymna. Arion eiuſq; patria. Heptachordi inuentor. Terpandrus.

Οἱ δ' ἡμεῖς τετράγηρυν ἀπεστρέψαντον ἀοιδὸν
ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέας κελαδήσομεν ὕμνους.

Nos tibi mutato chordarum quatuor uſu,
Iam noua per ſeptem modulamur carmina neruos.

Hellanicus. Callias.

Item Hellanicus rerum conſcriptor, & Callias, qui Alcæum Sapphōq; expoſuit. In freto quod inter Aſiam eſt ac Lesbum, inſulæ ſunt circiter uiginti, & (ut Timoſthenes

sthenes scribit) quadraginta. Hę composito uocabulo Hecatonnesi nominantur, quemadmodum Peloponnesus, consuetudine quadam geminandi n, sicut Mionnesus & Proconnesus & Halonnesus. Significant autem Hecatonnesi quasi Apollonnesi. Hecatos enim Apollo est. nam per totam hãc oram Apollo colitur, usque in Tenedum: Smintheus, uel Cillæus uel Gryneus, uel alio aliquo nomine uocatus. Proxima his est Pordoselena, in qua est eiusdem nominis ciuitas, & ante ciuitatem alia insula maior ea, & urbs eiusdem nominis deserta, quæ Apollinis templũ habet. Nõnulli nominum infamiam fugientes, hanc Poroselenam dici malunt. Montem quoque Aspordenon Pergamo proximũ, cum sit asper & sterilis, Asporenon, & templum quod ibi est, matris deûm Asporenæ. Quid igitur dicemus de Pordali & de Saperda, & Perdicca & de Simonidio illo?

Hecatonnesi.
Peloponnesus unde dicta.
Hecatos Apollo.
Apollinis ueneratio.
Pordoselena.
Poroselena.
Aspordenus.
Asporena dea.
Simoni. car.
Pordalis.
Saperda.

σὺν πορδάκοισιν ἐκπεσόντες ἱμάσθαι. id est,
Cum loris Pordacis cadentes.

πορδάκοις, id est madidis, & in antiqua comœdia Pordacum locus est stagnantibus aquis. Lesbos æqualiter distat à Tenedo, Lemno & Chio, intra L. fere stadia. Cum Leleges ac Cilices adeo cum Troianis congruerent, quærunt quare non ponantur in dinumeratione Troiana. Verisimile quidem est, cum propter ducum discordiam & urbium deuastationem Cilices pauci relicti essent, ut sub Hectore ponerentur. Nam Eetion & eius filius ante dinumerationem dicuntur interijsse, ut,

πορδάκου quid
Lesbus.

ἦδη μὲν πατέρ' ἐμὸν ἀπέκτανε δῖος ἀχιλλεύς,
ἐκ δὲ πόλιν περσε κιλίκων θάλλω ὑψίπυλον,
οἱ δ' ἐμοὶ ἑπτὰ κασίγνηθοι ἔσαν οἳ μεγάροισιν,
οἱ μὲν πάντες οἰῷ κίον ἤματι ἆϊδος εἴσω.
πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδαρκὴς δῖος ἀχιλλεύς. id est,
Ipse meum patrem uita spoliauit Achilles,
Et Thebam Cilicum pugnando diruit urbem.
Tum septem fratres, qui se intra tecta tenebant,
Abstulit una dies, pariterq; in Tartara misit.
Hos etenim cunctos celer interfecit Achilles.

Iliad. I.

Eodem modo qui sub Mynete erant, & duces & urbem amiserunt, ut,

καδ δὲ μύνητ' ἔβαλε καὶ ἐπίστροφον, περσε δὲ πόλιν
θειόιο μύνητος. id est,
Ille quidem deiecit Epistrophon, atq; Myneta,
Funditus euersa diuini sede Mynetis.

In Catalogo.

Leleges autem certaminibus præstantes facit, ut cum sic ait,

πὰς μὲν ἅλὸς κᾶρες τ' παίονες ἀγκυλότοξοι,
καὶ λέλεγες κ' καύκωνες. id est,
Ad mare stant Cares, curuato & Pæones arcu,
Et Lelegum populi & Caucones. Et illud,

Iliad. K.

σάτνιον οὔτασε δουρὶ
οἰνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε νηὶς ἀμύμων
οἴνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας σατνιόεντος. id est,
Satnion Oenopidem contorta perculit hasta,
Quem quondam Nais peperit pulcherrima nympha
Oenopi, seruaret dum Satnioëntis ad undam Ille boues.

Iliad. Ę.

Nam non ita defecerant, ut nullam per seipsos multitudinem facerent, præsertim eorum rege adhuc superstite.

Iliad.φ. ἄλτεω, ὡς λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει. id est,
Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Et urbe non omnino deleta. infert enim,

Ibidem. πηδασσον ἀμπέλοεσσαν ἔχον ὑπὸ σατνιόεντι.
Pedasos. Pedasson excelsam sub Satnionte.

In dinumeratione uero eos prætermisit, ratus multitudinem non sufficere, ut in dinumeratione poneretur. Vel sub Hectore quãdo hos dicat Troianis ualde amicos esse. Nam Lycaon qui Hectoris frater erat, sic inquit,

Lycaon. μινυνθάδιον δέμε γαῖα θρέψει μήτηρ
Eodem. Λαοθόη, θυγάτηρ ἄλτεω γέροντος
ἄλτεω, ὃς λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει. id est,
Me paruum, paruo uicturum tempore, mater
Laothoë. Laothoë genuit, pater illi maximus Alteus,
Alteus. Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Hæc itaq; hanc habẽt ueri similitudinem. Verisimilitudo est, si quis exquisitam rei alicuius determinationem quærat in poëta, ut quousq; Cilices & Pelasgi pertenCetij. debant, & Cetij, qui inter eos sunt, & Eurypylo subditi. De Cilicibus quidem atq; ijs, qui sub Eurypylo erant, quantum attinebat diximus, & quod Caicus maxime hæc terminat. Consentaneum est, ut deinceps Pelasgos constituamus, tum ex ijs, quæ ab Homero dicuntur, tum ex alia historia. Homerus enim sic ait,

ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἐγχεσιμώρων
In Catalogo. τῶν οἱ λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον,
τῶν ἦρχ' ἱππόθοός τε πύλαιός τ' ὄζος ἄρηος
υἷε δύο λήθοιο πελασγοῦ τευταμίδαο. id est,
Hippothous. Hippothous populos ducit turmasq; Pelasgum.
Nam quicunq; tenent Lariſſæ fertilis arua,
Hippothous regit, & par Marti in bella Pylæus,
Tautamidæ Letho geniti de gente Pelasga.

Quibus uerbis satis magnam Pelasgorum multitudinem significat. non enim
Lariſſæ tres. populum dixit sed populos. Cum uero Lariſſę habitationẽ dicat, & Lariſſæ multæ sint, aliqua ex propinquis accipienda est, præcipue ea quæ circa Cumam est. Nam ex tribus ea quæ Aimaxito proxima est, nimis in conspectu est Ilij, & ualde propinqua ad ducenta ferè stadia. Vnde nõ ueri similiter diceretur Hippothoum cecidisse procul ab hac Lariſſa dum pro Patroclo pugnatur, sed ab ea quæ proxima est. nam ad mille stadia intersunt. Tertia est Lariſſa pagus agri Ephesij, in Caystriano campo sita, quam dicunt prius urbem fuisse. Ea Apollinis Lariſſei fanum habebat, & Tmolo quàm Epheso uicinior erat. Ab hac enim centum & octoginta stadijs abest, quapropter sub Meonibus poni potest. Ephesij uero aucti multũ postea ex agro Meonum absciderunt, quos nunc Lydos appellamus, unde nec hæc erit Pelasgorum Lariſſa, sed illa potius. Nam de Caystriana quidem Lariſſa Caystro proxima, nullam satis certam coniecturam habemus, quod iam tunc esset, nec de Ephesia. De Cumana testis est uniuersa Aeolica historia, quæ paulo
Phritium mõs. post Troianas res fuit. Tradunt enim eos qui in Phritio Locrensi erant (qui mons ultra Thermopylas est) inde profectos, in eum locum ueniſſe, ubi nunc
Cuma. Cuma est, cum quia Pelasgos inuenissent Troiano bello labefactos, adhuc tamen Lariſſam obtinentes ad LXX. stadia à Cuma distantem, condidisse apud illos
Nouus murus. locũ eum, qui adhuc Nouus murus appellatur, qui ad stadia XXX. distat à Lariſſa,

prof

profectos autem condidisse Cumam, & homines qui superfuerant eò habitatum deduxisse. Cumam uero à Locrensi monte Phriconida appellant, eodem modo et Lariſſam, ea nunc deserta est. Quod autem Pelasgi magna natio essent, aliam hísto riam testem adducunt. Menecrates quidem Elaita in libris de originibus ciuita= tum, refert totam oram, quæ nunc Ionica est, facto à Mycale initio, prius à Pelas= gis habitatam, & propinquas insulas, Lesbij quoque sub Pylæo positos asserunt, quem poëta dicit Pelasgorum ducem, & montem eis uicinum ab illo Pylæum ap= pellari. Chij authores suos Pelasgos ex Thessalia profectos putant, quæ gens erra= bunda est, & ad transmigrationes facilis, ea ut multum creuit, ita pariter tota extín= cta est, eo tempore maxime, quo Æoles Ionesq; in Asiam traiecere. Sed peculiare quiddam Lariſſeis Caystrinis & Phriconensibus contigit, & ijs qui sunt in Thes= salia. Omnes enim regionem à fluminibus dilutam habuere, illi à Caystro, hi ab Hermo, tertij à Peneo. In Lariſſa Phriconide dicunt Piasum coli, quem tradunt cum Pelasgorum dux esset, Lariſſæ filiæ amore captum fuisse, cumq; puellæ uiolen tiam attulisset contumeliæ pœnas luisse. Nam cum in uini dolium pronus inspi= ceret, puella (quòd rem resciuerat) illum per pedes capiens & attollens in dolium demisit. Atque hæc quidem antiqua sunt, nunc cum Æolicis urbibus Aegæ sunt assumendæ & Temnus, unde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conscripsit. Hæ urbes secus montanam regionem iacent, quæ Cumano & Phocensi & Smyr næo agro imminent, iuxta quam Hermus labitur, nec procul ab his urbibus Ma= gnesia sub Sipylo est ciuitas à Romanis libera iudicata. Hãc terræmotus nuper la= befactarunt. Ex aduerso sunt ea, quę in Caicum uergunt. A Lariſſa Hermũ transi= eunti, usque Cumam stadia sunt LXX. Hinc usque Myrinam XL. & totidem hinc usq; Grynium, & inde usq; Elæam, ut Artemidorus uult. Post Cumam sunt Adę, deinde post stadia XL. promontorium nomine Hydra, quod ad aduersum pro= montoriũ Hermatuntem, Elaiticum sinum efficit. Oris latitudo est LXX. ferè sta= diorum. Intra sinum est Myrina ad stadia LX. Aeolica ciuitas, quæ portum habet. Deinde Achiuorum portus, ubi sunt duodecim deorum aræ. Deinde Grynium Myrinæorum oppidum, & Apollinis fanum, & peruetustum oraculum, & tem= plum candido lapide sumptuosum, usq; ad eam stadia sunt XL. Deinde LXX. us= que Elæam quæ portum habet, & nauale regum Attalicorum, Menesthei opus & Athenienſium, qui cum eo apud Ilium militarunt. De sequentibus autem scili= cet Pitana, Atarnea, ac cæteris, quæ sunt in ea regione dictum est. Aeolicarum ur= bium maxima & optima est Cuma, & ferè ea metropolis est, & Lesbus cæterarum ciuitatũ, quæ numero sunt circiter XXX. quanquã non paucæ sint deletæ. Carpun= tur Cumani, ut homines insulsi & hebetes, ob hãc causam (ut quidã putant) quòd CCC. annis post eius urbis ædificationẽ, portus uectigalia exegerũt, cum antea po= pulus eiusmodi prouentum non haberet. Quare obtinuit opinio, quod hi homi= nes sero sentirent, cum urbem ad mare habitarent. Dicitur etiam aliter, quod publi ca pecunia mutuo accepta porticus construxerunt, postea cum pecuniã constituta die non reddidissent, à deambulatione arcebantur. Sed cum pluuiæ essent, in dede cus quoddam creditores edictum mittebãt, ut Cumani porticus subirent. Et cum præco ita inclamaret, porticus subire, dictum esse prouerbium, quòd Cumani non sentiant, quòd in pluuia porticus subeunda sit, nisi aliquis per præconem admoneat. Vir sine controuersia clarus ex hac urbe est Ephorus, Isocrati oratori

Phriconis.
Menecrates Elaita.
Pylæus mons.
Piasus dux.
Aegæ.
Temnus.
Hermagoras eiusq; patria.
Hermus.
Magnesia.
Adæ.
Hydra promo.
Hermæus.
Elaiticus sinus
Myrina.
Duod. deorum aræ.
Grynium.
Elæa.
Pitana.
Atarnea.
Cuma.
Lesbus opp.
Cumani sero sapiunt, Pro.
Eras. prouerb.
Cumani sero sapiunt.
Ephorus.

familiaris qui & historiam conscripsit, & de inuentionibus tractauit. Et ante hunc etiam Hesiodus poëta. nam ipse dicit patrem suũ relicta Æolica, Cumam in Bœotiam migrasse, ut,

Hesiodus.

νάσατ' ὄκχ' ἐλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Atq; inopem coluit uillam quæ iuncta Heliconi,
Nec per frigus erat cuiquam opportuna, nec æstum.

Hom. patria.

Homerum uero hinc esse, non satis constat. multi enim de eo satis disceptant.

Cumæ unde appellatæ.

Nomen urbi ab Amazone quadam inditum putant, quemadmodũ & Myrinæ,

Myrina.

ab ea quæ sub Batiea in Troiano campo iacet,

Batiea. Iliad. β.

τλὺ δέ τε ἄνδρες Βατίαν κικλήσκουσιν,
ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο μυείνης.

Hunc homines ipsi Batieam nomine dicunt,
Ast immortales, uolucris monumenta Myrinæ.

Ephorus notatur.

Carpitur etiam Ephorus, qui cũ patriæ facinora non haberet, quæ cum alijs gestis dinumeraret, nolens tamen eam silentio præteriri, sic inclamat. Ea tempestate Cumani quietem agebant, postquàm Troianam & Æolicam oram persecuti sumus, mediterraneam deinceps percurramus usque ad Taurum, eodem peregrinationis ordine conseruato. In his locis principatum quendam obtinet Pergamum

Pergamum.

insignis ciuitas, quæ diu sub Attalicis regibus fuit fortunata. Sequentis itaq; peragrationis initium hinc faciendum est, ac primo de regibus unde profecti sunt, &

Attalicorũ regum origo.

quò tandem euasere breuibus aperiendum. Pergamum thesauros seruabat Lysi-

Lysimachus rex.

machi Agathoclis filij, qui unus fuit ex successoribus Alexandri, id montis promontorium habitatum habebat. Mons uero turbineus est, in acutum apicem desinens. Munitionis huius custodia & pecuniarum, quæ erant nouem millia talentorum, commissa erat Philetæro Tyanensi, qui à puero spado fuerat. Contigit enim

Philetærus.

in funere quodam cum ad spectaculum multi adessent, nutricem quæ Philetærum infantem portabat, deprehensam opprimi, adeo ut puer etiam affligeretur. erat igitur eunuchus. Is cum optime esset educatus, dignus uisus est, cui hæc crederentur.

Arsinoë.

Tandem charus Lysimacho erat, sed cum ab Arsinoë illius uxore dissideret, propterea quod eum accusauerat, locum ad defectionem perduxit, & ut tempora erãt, ita se gerebat, uidens ea ad nouitatem apta. Nam propterea quod Lysimachus à

Agathocles.

malis familiaribus coactus fuerat Agathoclem filium interficere, Seleucus Nicator

Seleucus Nicator.

reuersus illum sustulit, & ipse à Ptolemæo Cerauno sublatus est, ac dolo interemptus. Dum res ita tumultuarentur eunuchus sese in arce continebat, & pollicitando semper ualidioribus ac propioribus obsequẽdo uiuebat. Hoc pacto castellum

Eumenes.

ac pecuniam possedit annis uiginti. Erant ei fratres duo, Eumenes natu grandior, & Attalus iunior. Ex Eumene natus est Eumenes de patris nomine. Is Pergami successionem habuit, & iam loca circuncirca tenebat, unde apud Sardes Antiochũ Seleuci filium superauit, cum eo congressus. Obijt autem cum uiginti & duobus

Attalus rex.

annis imperasset. Attalus ex Attalo & Antiochide Achæi filia natus successit in imperio, & primo rex est nuncupatus. Hic Galatas prælio maximo superauit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis aduersus Philippum pugnauit in classe Rhodiorum. Obijt iam senior, cum annis XL. & tribus regnasset. Filios quatuor reliquit ex Apollonide Cyzicena, Eumenem, Attalum, Philetærum, & Athenæum, è quibus iuniores priuatum statum duxerunt, Eumenes natu grandior regnauit. Hic

cum

cum Romanis aduersum Antiochum magnum, & aduersum Persen bellum gessit, à Romanis totam eam regionem accepit, quæ sub Antiocho circa Taurum erat. Pergamum enim in initio regionem Attalici habebat non multam usque ad Elaitici & Adramytteni sinus mare. Is urbem muniuit, & lucum Nicephorium seruit, templorum quoque dona et bibliothecas, & tantam Pergami habitationem quanta nunc est, ille diligentissime curauit. Regnauit autem annis quadragintanouem. Imperium Attalo filio reliquit, qui ex Stratonice, Ariarathi Cappadocum regis filia natus erat. Filij admodum iuuenis & imperij tutorem fratrem Attalum reliquit. Is cum annis xx. & uno regnasset, multis rebus gestis iam senior mortuus est. Nam aduersum Demetrium Seleuci filium, cum Alexandro Antiochi filio bellum gessit, Romanorũ cõtra Pseudophilippũ socius fuit. Diegylim quoq; regem cepit ducto in Thraciam exercitu. Prusiam interemit, præfecto illi filio Nicomede, imperiũ Attalo qui sub tutela erat, reliquit. Is Philomator cognominatus, cum annis quinque regnum tenuisset morbo absumptus est, hæredes Romanos instituit, qui postea eam regionem prouinciam fecerunt, & Asiam uocauere eodem nomine quo & continentem. Caicus Pergamũ præterfluit per campum qui Caicus appellatur, regionem ualde opimam, & totius ferè Mysiæ optimam percurrens. Viri clari Pergameni ætate nostra fuere, Mithridates † Menodoti filius, & Adobogion, qui ex tetrarchia stirpe Galatarum fuit. Hunc cum Mithridatis pellice congressum dicunt, unde & puero nomen impositum est, fingentibus amicis, eum ex rege natum. Hic cõtracta diu Cæsaris amicitia ad id honorum peruenit, ut materni generis tetrarchia, & cum aliorum, tum Bosphori rex efficeretur. Sublatus est à Lysandro, qui Pharnacem regem occidit, & Bosphorum occupauit. Hic quidem magnum nomen assecutus est. Item Apollodorus orator, qui artes conscripsit, & Apollodoriam sectam introduxit, si qua tandem ea est. Nam multa olim obtinuerunt, quæ maius iudicium habuere quàm nunc habent, è quibus est Apollodoria secta & Theodoria. Sed plurimum Apollodorum extulit Augusti cæsaris amicitia, cuius magister fuit. Discipulum memoratu dignum habuit, Dionysium ciuem suum, cognomine Atticum, qui & bonus sophista fuit & historicus, & sermonum conscriptor. Progredienti à campo & ab urbe orientem uersus est urbs Apollonia, in loco edito imposita, austrum uersus est montanum iugum, quod transgressi Sardis eunt. A sinistris est urbs Thyatira, Macedonum habitatio, quam nonnulli Mysorum ultimam dicunt. A dextris est Apollonis, quæ à Pergamo distat stadijs triginta, totidem ab urbe Sardana. Ea idem nomen habet quod Apollonis Cyzicena. Postea sequitur Hermi campus, & Sardis. Septentrionales Pergami partes magna ex parte à Mysis tenentur, quæ à dextris eorum sunt, qui Ableti nominantur, quibus iungitur ea quæ Epictetus dicitur, usque in Bithyniam. Sardis urbs magna est, posterior rebus Troianis, antiqua tamen, quæ promontorium munitissimum habet. Ea Lydorum caput fuit, quos poëta Maonas uocat, posteriores Meonas dixerunt. Hos quidam diuersos à Lydis dicunt, quidam eosdem, sed præstat ut eosdem dicamus. Huic urbi Tmolus imminet mons fœlix, qui in uertice speculam habet, exedram albi lapidis, quã Persæ condiderũt. Ex ea circunstantes spectantur campi, præsertim Caystrianus, circuncirca Lydi, & Mysi, & Macedones habitant. Pactolus à Tmolo fluens, olim multa auri ramenta deferebat, ex quo præclaras illas Crœsi & maiorũ

Nicephorius lucus.
Stratonice.
Pseudophilippus.
Diegylis rex.
Philomator.
Caicus.
Mithridates.
Adobogion.
In Græco, μιᾶ ἑταίρᾳ τὸ καὶ μιλωδόξου ὑὸς, Mithridates et Menodotus filius.
Menodotus.
Apollodorus rhetor.
Apollodoria secta.
Theodoria secta.
Dionysius Atticus.
Apollonia.
Thyatira.
Apollonis.
Hermus.
Ableti.
Sardis opp.
Meones.
Tmolus.
Pactolus.
Crœsi diuitiæ.

diuitias ferunt. Nunc eiusmodi structuræ prorsus defecerunt. Defertur Pactolus in Hermum, in quem etiam Hyllus qui nunc Phrygius appellatur, immittit. Hi tres & alij ignobiliores concurrentes, in Phocaicum mare exeunt, ut Herodotus ait. Hermus Mysiæ initium est, & è monte Dinymene sacro, per Exustam in Sardianum agrum defertur, secundum continuos campos, ut dictum est, usque in mare. Vrbi autem Sardiana planities sabiacet, & Cori, & Hermi, & Caystri campi qui continui sunt, & camporum omnium optimi. Quadraginta stadijs ab urbe lacus distat, qui à poëta Gygæus appellatur, postea mutato nomine dictus est Colous, ubi Coloënæ Dianæ templum est, quod in religione maxima habetur. Hoc in loco diebus sollennibus simias saltare dicũt, num uero inopinabilia an uera dicant, mihi quidem incertum est. Sed cum uersus ita apud Homerum iaceant,

Hyllus. Phrygius flu. Dindymene mons. Cori campi. Caystrus. Gygæus lacus. Colous. Coloëna Diana.

Locus Homeri in fine Catalo.

μήοσι γ' αὖ μάσθλης τε καὶ ἄντιφος ἠγησάσθην
υἷε ταλαιμονίος, τὼ γυγαίη τέκε λίμνη,
οἱ δ' ἄμ' ἔπον ἦγον ὑπὸ τμώλῳ γεγαῶτας.

Antiphus, & Masthles genuit quos maximus olim
Ad perfusa lacu Gygæo rura Palæmon,
Maonas egerunt, Tmoli in radicibus ortos.

Addunt etiam hunc quartum uersum,

τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι πύδνης ἐν πίονι δήμῳ.

Pinguis ubi Hyda iacet, Tmolo suppositа niuali.

Hyda. Tychius. Cum nulla Hyda apud Lydos inueniatur, quidam uolunt, Tychium hinc esse, qui à poëta dicitur,

Loc. Iliad. κ. σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος ὕλην ἐΐ. id est,

Cerdonum q; optimus Hydæ.

Addunt etiam propterea quod locus syluosus est, & fulminibus tangitur, hic Arimos esse, ut,

Arimi. In Catalog. ἐν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι ὀυνάς.

Ex Arimis, ubi stratum dicunt esse Typhoea. Inferunt etiam,

χώρῳ ἐν ὑσπιόεντι ὕδνης ἐνὶ πίονι δήμῳ.

Syluosos per agros, Hydæ præpinguis ubi gens.

Arimi quid. Hyda. Quidam hanc fabulam in Cilicia fingunt, quidam Pithecusis, ij præsertim qui simias dicunt Arimos ab Etruscis uocitari. Nõnulli Sardes Hydam uocant, nonnulli eius arcem. Scepsius uerisimilius eos dicere arbitratur, qui Arimos in Exusta Mysiæ ponunt. At Pindarus cum ijs quæ sunt in Cilicia Pithecusia coniungit, quæ sunt ante Cumanum agrum, ac etiam Sicula. Nam sub Ætna Siciliæ Typhonem esse dicunt,

Pithecusia. Typhon.

τόν ποτε χιλίκιον βρέψε πολυώνυμον ἄντρον,
νῦν γε μὰν κεὖθ' ὑπὲρ κύμ' ἁλιερκέσι ὄχθαις
ἠσπελίαν δ' αὐτῆ πιέζει σέρνα λαχνήεντα. id est,

Quem Ciliciæ celeberrimum ædidit antrum,
Nunc circunfluus maris occulit fluctus,
Eius Sicilia lanigerum pectus premit. Et rursum,

κείνῳ μὲν ἄτνα δέσμὸς ὑπερφίαλος ἀμφίκειται,

Illum Ætna uinculis fortissimis coartat. Et rursus,

ἀλλ' οἷος ἄπλατον κεράϊζε θεῶν τυφῶνα
πολυκορυφοκέφαλον ἀνάγκα ζεῦ πάτερ
ἐν ἀρίμοις ποτέ. id est,

Im

Immenſum pater centimanumq; Typhonem
Vis deûm Iuppiter, apud Arimos excruciat.

Quidam Syros pro Arimis accipiunt, quos nunc Aramos uocant. Ac Cilicas, qui apud Troiam erant, in Syriam cõmigrantes Syris eam regionẽ ademiſſe, quæ nunc Cilicia nominatur. Calliſthenes author eſt Arimos prope Calicadnum eſſe, & Sarpedonis promontoriũ, iuxta antrum Coryciũ, à quibus uicini montes Arimi uocantur. Circum lacum Coloum ſunt antiqua regum monumenta, apud Sardes eſt Alyattis ingens tumulus ſuper crepidine excelſa, & (ut Herodotus inquit) factus à multitudine ciuitatis, cuius maximam partem ancillæ perfecerunt, quæ (ut ille ait) omnes meretricantur. Nonnulli hanc ſepulturam meretricis monumentũ dicunt. Sunt qui tradant lacum Coloum manufactum eſſe ad excipiendas eas inundationes, quæ ex fluminibus auctis fiunt. Hypæpa ciuitas eſt, ex Tmolo in Cayſtri campum deſcendẽti. Calliſthenes dicit, Sardes prius à Cimmerijs captas, poſtea à Treribus ac Cilicibus (quod etiam Callinum elegiæ poëtam ſignificare arbitratur) poſtea à Cyro & Crœſo, cum Callinus dicat Cimmeriorum impetum in Eſionenſes eo tempore factum fuiſſe, quo Sardes captæ ſunt. Scepſius Eſionenſes pro Aſionenſes Ionice proferri putat. nam fortaſſe (inquit) Maonia Aſia dicebatur. unde Homerus ait,

ἀσίῳ ἐν λειμῶνι ἀμφὶ ποτῆρσι ῥέεθρα. ideſt, Iliad. B.

Aſia prata ſuper, circumq; fluenta Cayſtri.

Aramæi.

Sardes.

Alyattis tumulus. Vide Hero. 19.

Colous lacus.

Hypæpa.

Callinus poet.

Eſionenſes.

Aſionenſes.

Poſtea hæc ciuitas incredibiliter ob uirtutem locorum inſtaurata eſt, ut nulla finitimarum inferior ſit. Nuper uero multa eius ædificia ex terræmotibus corruerunt, ſed Tiberij prouidentia, qui per noſtra tempora imperat, & hanc & multas alias ſuo beneficio reparauit, quæcunque eo tempore eiuſdem calamitatis participes fuerunt. Viri memorabiles ex eodem genere fuerunt duo Diodori oratores, quorum natu grandior Zonas uocatus eſt, uir qui multa certamina pro Aſia concertauit. Sed quo tempore Mithridates inuaſit, accuſatus quod ciuitates quæ apud ſe erant, ad defectionem duceret, habita excuſatione omnes calumnias diluit. Iunioris Diodori, qui nobiſcum amicitia coniunctus eſt, hiſtoriæ extant & carmina, & alia opera, quæ ſatis antiquum ſcribendi genus exprimunt. Xanthus antiquus rerum ſcriptor Lydus quidem dicitur, num uero Sardianus ſit, nobis incertum eſt. Poſt Lydos ſunt Myſi & urbs Philadelphia terræmotibus concuſſa. Non enim ceſſant parietes Romam ducere alia atq; alia urbis parte labefacta. Qua propter pauci eam incolunt, maxima eorum pars in agris degunt, agriculturam exercentes. Terram enim fertilem habent, & profecto mirandum eſt tam paucos agris ſtudere, cum ædificia tam ruinoſa habebant, imò eos admirari poſſumus, qui eam urbem condiderunt. Poſt hæc regio, quæ Exuſta dicitur, quingentorum ſtad. longitudine, latitudine quadringentorum, ſiue ea Myſia, ſiue Meonia nominanda ſit. nam utroq; modo dicitur. Ea tota arboribus caret præter uitem, quæ Exuſtum uinum fert, ita elegans, ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt, montana, petroſa, & nigra, tanquam ex aduſtione quadam. Quidam putant hoc ex crebro fulminum atq; fulgurum ictu cõtingere, nec dubitant, quæ de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Xanthus ſcribit Arimum quendam horum locorum regem fuiſſe. Sed nequaquam ueriſimile eſt tantam regionem propter eiuſmodi cauſas ex toto deflagrare, ſed potius propter ignem ſubterraneum, cuius ortus

Strabo quo tẽpore claruerit.

Diodori duo orat. Zonas.

Xanthus ſcriptor. Lydi. Myſi. Philadelphia.

Exuſta regio.

Arimus rex.

Folles, fossæ. nunc defecerunt. Monstrantur tamen fossæ tres, quas Folles uocant, hæc inter se ad stadia quadraginta distant, imminent colles asperi, quos par est, ex efflatis laminis esse accumulatos. Quod autem huiusmodi regio uites optimas ferat, ex Catania. Catania scilicet deprehendi potest, quæ quanquam cinere operta sit, nunc tamen optimum uinum & largum gignit. Vnde quidam perurbane atq; eleganter Bacchum ignigenam dicunt, ex eiusmodi locis coniecturam capientes, quæ austrum uersus sequuntur, cum his locis implicantur ad Taurum usq;. Quapropter & Phrygiæ Caria. & Cariæ & Lydiæ, præterea Mysiæ loca difficulter distingui possunt, cum inter Lydia. Phrygia. sese coëant. Ad hanc confusionem non parum facit, quod Romani ea diuiserunt, Mysia. non per nationes, sed alio quodam modo, per administrationes, in quibus fora Tmolus. fiunt & iura redduntur. Tmolus quidem satis coactus est, & ambitum mediocrem habens, & in ipsis Lydiæ partibus terminatur. Mediterranea uero ad partem aduersam pertendit, ad Mycalem usq;, quę pars (ut Theopompus uult) à Celænæ. Celænis incipit, quapropter quædã eius loca Phryges obtinent, quæ sunt Celænas & Apamia. Apamiam uersus, quædam Mysi ac Lydi, quædam Cares & Iones. Sic etiam flumina, præsertim Mæander. nam gentes quasdam disterminant, earum autem per Mæander. quas media feruntur, efficiunt ne facile exquisita distinctio capi possit. De campis qui ex utraque & montanæ & fluuialis regionis parte sunt, eadem ratio est. Sed nobis forsitan non adeo curandum, ut nunc loca metiamur, sed id tantum describendum est, quantum & maiores nostri tradiderunt. Caystriano campo, qui inter mediterraneam cadit & Tmolum, continuus est orientem uersus Cilbianus Cilbianus cãp. campus, multus & bene habitatus, qui regionem optimam habet. Postea Hyrca- Hyrcanius cãpus. nius, cui à Persis nomen impositũ est, qui & inde incolas deduxerunt. Eodẽ modo Cyri campus, quẽ Persæ nominarunt. Posteà Peltinus, qui iam Phrygius est, & Cyri campus. Peltinus cam. Cillanus & Tabenus, qui oppida semiphrygia habet, Pisidicum quiddam obti- Cillanus cam. Tabenus cam. nentia, à quibus ea nominata sunt. Superantibus uero mediterraneam inter Caras Cibyrensis regio. & Nysæum agrum, qui trans Mæandrum est usque in Cibyrensem & Cabalen- Cabalẽsis reg. sem regionem, sunt urbes mediterraneam uersus, contra Laodiceam Hierapolis, Hierapolis. ubi calidæ aquæ scaturiunt, & ubi Plutonium est, quæ utraque non paruam ad- Plutonium. mirationem præstant. Nam aqua adeo faciliter in tofum duratur, ut qui aquæ- Aqua in lapidẽ indurescens. ductus deducunt, integra septa ex eo aquis conficiant. Plutonium est os, in paruo quodam imminentis montis supercilio, ita commensuratum, ut hominem suscipere possit mira profunditate. Huic propositum est uallum quadratum, ambitu ferè semijugero, quod nebulosa & crassa caligine plenum est, ut uix solum discerni possit. Ad septum appropinquantibus, aër innoxius est, purus ab illa caligine, in tranquillitate uentorum. Nam caligo intra ambitum manet, si uero animal introrsum progrediatur, statim moritur. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos passeres immisimus, qui subito mortui ceciderũt. Galli uero execti illæsi accedunt, ut etiam usq; ad os appropinquent & introspiciant, & immergantur quousq; possint spiritum continere. Videbamus enim ex aspectu æstuosæ cuiusdam passionis indicium, siue quod omnes id experiantur, siue soli sacerdotes, siue diuina prouidentia, quemadmodum uerisimile in ijs est qui numine sunt afflati, siue quod hoc uiribus quibusdã reluctantibus contingat. Quod autem aquæ quædam lapidescant, dicunt id in fluminibus cõtingere apud Laodiceam, licet poculentæ sint. Nam & apud Hierapolim aqua quædã adeo tingendis

gendis lanis idonea est, ut ex radicibus tincta cum his decertent, quæ ex uermiculo purpuraq; tinguntur. Et adeo exuberat aquarū uis, ut regio balneis sponte nascentibus, plena inueniatur. Post Hierapolim sequuntur loca, quæ trans Mæandrum sunt. Nos quę ad Laodiceam Aphrodisiademq; pertinent, & quę Carura usq; pertendunt, diximus. Sequentia sunt occidentalia quidem, Antiochia ad Męandrum, quæ iam ad Cariam pertinet. Australia Cibyra ea quæ magna est, & Sinda, & Cabalensis ager, usq; ad Taurum ac Lyciam. Antiochia mediocris urbs est, ad Mæandrum sita, Phrygiam uersus. Ea ponte iuncta est, & regionem multam habet ex utraq; fluminis parte, totam fertilem, & caricam multam fert, quæ Antiochica uocatur. Eandem triphyllon uocant. Hic locus facile concutitur. Ex hac sophista clarus est Diotrephes, quem Hybreas maximus nostri temporis orator audiuit. Credunt Cabalenses Solymos esse, unde collis qui Termesi promontorio imminet, Solymus uocatur, & ipsi Termenses Solymi dicuntur. Proximum est Bellerophontis uallum, & Pisandri eius filij sepulchrum, qui in bello cecidit, contra Solymos gesto. Hæc planè cum ijs concordant, quæ à poëta dicuntur. nam de Bellerophonte sic ait,

Antiochia.
Cibyra.
Sinda.
Cabalensis ag.
Caricæ Antiochicæ.
Triphyllum.
Diotrephes sophista.
Hybreas orat.
Solymū prom.
Bellerophon.
Pisander.

Λύτερον δ' αὖ Σολύμοισι μαχήσατο κυδαλίμοισι.

Iliad. ζ.

Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

De eius autem filio sic,

Πείσανδρον δ' ὑὸν αὖτις ἄτης πολέμοιο
μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανεν.

At natum occidit Pisandrum Bellerophontis,
Pugnantem Solymos contra, in certamine Mauors.

Termesus Pisidica urbs est, quę proxime ac plurimum Cibyrę imminet. Cibyrei à Lydis dicuntur profecti, qui Cabalensem agrum tenuerunt. Postea Pisidæ finitimi eam habitauere atq; in alium locum transtulerunt, munitissimā quidem ambitu c. ferè stad. Ea propter æquitatem plurimum creuit. Et uici propugnati sunt à Pisidia & finitimo Milyæ agro usq; in Lyciam & ulteriorem Rhodiorum regionem, additis tribus urbibus finitimis, Bubone, Balbura, & Oenoandro, quarum conuentus Tetrapolis dictus est. Harum singulæ singula suffragia habebant, Cabyra uero duo. Nam ea triginta peditum millia mittebat, equitum duo millia, semper tyrannis subdita, temperanter tamē, qui status in Moageta finem habuit. Nam eam tyrannidem Murena sustulit, Balburam & Bubonem Lycijs adiecit. Nihilominus Cibyrensis administratio inter maximas totius Asiæ censetur. Cibyrei quatuor linguis utebantur, Pisidarum, Solymorum, Græcorum, ac Lydorum. Proprium apud Cibyreos est, ferrum facile extornari. Milya montana est, quæ ab angustijs Termesi, & à transitu, qui per eas fit ad citeriora Tauri ad Sindā pertendit usq; ad Apameorum regionem & Sagalassum.

Termesus.
Cibyrei.
Pisidæ.
Bubo urbs.
Balbura.
Oenoandros.
Tetrapolis cōuentus.
Cabyra.
Moageta.
Milya.

LIBRI DECIMITERTII FINIS.

ARGVMENTVM DECIMIQVARTI LIBRI.

QVartusdecimus liber circa Cycladas insulas uersatur, & ulteriorem regionem in qua est Pamphylia, Isauria, Lycia, Pisidia, Cilicia, usq; Seleuciam Syriæ, & Asiam, quæ propriè Ionia appellatur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVSQVARTVS.

RELIQVVM est, ut de Ionibus Caribusq; dicamus, & de ora quę trans Taurū est, quam Lycij habent & Pamphylij & Cilices. Nam hoc modo tota Cherronesi peragratio ad finem perducta erit, cuius Isthmum diximus transitū, qui ex Pontico mari fit in Issicum. Ioniæ circunnauigatio secus terram est mille ferè & quadringentorum & triginta stad. propter sinus, et propterea quod regio multas peninsulas efficit. Longitudo uero in rectum non fanè multa. Quare ab Epheso Smyrnam usq; recto itinere stadia sunt trecenta ac uiginti. Nam usq; in metropolim centum ac uiginti, reliqua sunt Smyrnam usq;. Circunnauigatio autem paulo minus quàm duo millia & ducenta. Milesiorum itaq; & Caricorū montium à Posidio Phoceam usq; & Hermum est Ionicæ oræ terminus. Pherecydes dicit Miletum & Miuntem ad hanc oram pertinere, & Cares prius Mycalensia & Ephesia habuisse. Sequentem uero oram Leleges usq; Phoceam & Chium & Samum, cui Anancæus imperauit, & utroscq; ab Ionibus eiectos in reliquas Cariæ partes euasisse. Addidit etiam Androclum Codri Athenienſium regis legitimum filium, primo Ionum coloniæ postea Æolicæ imperasse, atque Ephesum condidisse. unde Ionum regiam ibi constitutam dicunt, & adhuc qui ex eo genere sunt reges nominantur, & honores quosdam habent, in certaminibus quidem prę sidentiam, & purpuram regij generis insigne & scipionem pro sceptro, & Cereris Eleusinæ sacra. Miletum Neleus condidit, qui genere Pylius fuit. Mesenij ac Pylij quandam inter se cognationem fingunt, quapropter posteriores poëtæ Nestorem Mesenium dicunt, & multos ex Pylijs cum Melantho Codri patre Athenas concessisse, ac totam hanc gentem cum Ionibus coloniam misisse. Ara uero quam Neleus condidit, in Posidio ostenditur. Cydrelus Codri filius nothus Myuntem condidit. Androcopus Lebedum, loco quodam occupato nomine Arta. Colophonem Andremon Pylius, ut Minermus in Nanno dicit. Prienen Æpytus Nelei filius. Posterius etiam Philotas gente ex Thebis deducta. Teum prius quidem Athamas, quapropter Anacreon eam Athamantida uocat. In Ionica colonia Nauclus Codri filius nothus, & post eum Pœgnas & Damathus Athenienses. nam ex Bœotia fuit. Erythras Gnopus, atq; hic etiā Codri filius nothus. Phoceam Athenienses cum Philogene, Clazomenas Paralus, Chium Egertius, mixtam multitudinem ducens. Samum Tymbrion, ac deinde Patrocles. Nam hæ sunt duodecim Ioniæ ciuitates. Postea ad Ioniam Smyrna assumpta est Ephesiorum opera. Nam cum eis olim habitabant, cum Ephesus Smyrna uocaretur. Nam & Callinus eam sic in quodam loco nominauit, cum Ephesios in oratione ad Iouem Smyrnæos uocat, ut σμυρναίους δ' ἐλέησον, id est Smyrnæorum miserere. Smyrna Amazon fuit, quæ Ephesum tenuit. Ab ea & homines & urbs dicitur, sicut à Sisyrba, quidam ex Ephesijs Sisyrbei dicebantur, & locus quidam Ephesi Smyrna uocabatur quod Hipponax significat, ut ponè urbem in Smyrna habitabat inter Tracheam &

Ioniæ descrip.
Miletus.
Miūs.
Anancæus.
Androclus.
Ephesi cōditor
Ionum regia.
Melanthus.
Codrus.
Cydrelus.
Ionicarū urbium catal. et authores.
Miuntis cōdit.
Androcopus.
Lebedum.
Arta.
Andremon.
Priene.
Æpytus.
Teus.
Philotas.
Nauclus.
Pœgnas.
Damathus.
Erythræi.
Gnopus.
Phocea.
Clazomenæ.
Chius.
Samus.
Callini locus.
Smyrna Amazon.
Sisyrba.

& Lepram actam. Lepra acta dicebatur rupes, quæ nouæ urbi imminet, & partem muri urbis habet. Quapropter agri qui ponè rupem sunt, adhuc in Opisthole-pria dicuntur. Trachea uocabatur regio prætermontana, quæ ultra Corissum est, antiqua urbs iuxta Palladis templum erat, quod nunc est extra urbem, apud eam quæ Hypelæus uocatur. Quare Smyrna iuxta gymnasium fuit, quod nunc ponè urbem est, inter Tracheam & Lepram actam. Smyrnæi uero à Milesijs se-cedentes, exercitum in eum locum ducunt, in quo nunc Smyrna est, cum Lele-ges eum tenerent, quibus eiectis antiquam Smyrnam condidere, distantem ab ea quæ nunc est ad stadia uiginti. Postea ab Æolibus pulsi Colophonem aufuge-runt, & cum Colophonijs contra eos exeuntes, regionem suam occupauere (ut Minnermus ait) in Nanno, cum Smyrnæ mentionem facit, quod ea semper fue-rit bellis infestata, ut

Lepra acta. *Opisthole-pria.* *Trachea.* *Corissus.* *Hypelæus.* *Smyrna.* *Minnermi lo-cus.*

ἀλπύτε πύλην νηλήϊον ἄσυ λιπόντες
ἱμερτὴν ἀσίλω νηυσὶν ἀφικόμεθα,
ἐν δ' ἄρα τὴν λολοφῶνα ὑλίλω πίερον πλὴν ἔχοντες
ἕζομεθ' ἀργαλέης ὕβρι θ' ἡγεμόνες.
λεῖθε δ' ἀσύγητ' ἀχρηύμενοι ποταμοῖο
θεῶν βαλὴν σμύρναν εἴδομεν αἰολίδα.

Nos Pylo & excelsa Nelei ex urbe profecti
Oram Asiæ optatam nauibus attigimus,
Ac primo ad Colophonem instructi uiribus urbem
Authores cladis sedimus, atq; duces.
Inde per Astyenta egressi protinus amnem,
Sponte deûm Smyrnam uidimus Æolida.

Ac de his hactenus, nunc rursum singula percurrēda sunt, initio à principalibus sumpto, à quibus alia condita fuere, de Mileto inquã atq; Epheso. Hę nanq; opti-mę urbes sunt atq; clarissimæ. Post Posidiũ Milesium est oraculum, Apollini Di-dymeo sacrum apud Branchidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Branchidæ autem dei thesauris Persæ traditis, cum eo fugiente abscesserunt, ne proditionis & sacrilegij pœnas penderent. Postea Milesij templum construxerunt omnium ma-ximum, quod propter magnitudinẽ remansit sine tecto. Huius fani ambitus uici habitationem recipit, & sumptuosus interius, & exterius lucus est, alia uero fana & oraculum & sacra continent. Hoc in loco de Brancho & Apollinis amore conficta fabula est. Templum uarijs antiquarum artium donis sumptuosissime ornatũ est. Hinc ad urbem nec uia nec nauigatio permulta est. Ephorus scribit Cretenses pri-us eam supra mare cõdidisse, ubi nunc antiqua Miletus est atq; habitatores ex Mi-leto Cretensi à Sarpedone deductos, & urbi nomen impositũ esse, de nomine eius quæ ibi est, cum prius Leleges hunc locum tenerent, postea Neleum condidisse, quæ nunc est noua. Quatuor portus habet, quorum unus classis est capax. Multæ sunt huius ciuitatis res gestæ, maxima est etiam coloniarũ ab ea profectarum mul-titudo. Nam totus Euxinus pontus ab his est habitatus. Item Propontis & alia complura loca. Vnde Anaximenes Lampsacenus dicit, Milesios Icanum insulam ac Lerum habitasse. Circa Hellespontum etiam in Cherroneso Limnas, in Asia Abydum, & Arisbam, Pæsum, in Cyzicenorũ insula Artacem, Cyzicum, in medi terranea Troadis Scepsim. Nos cũ de singulis tractabimus alias addemus, quæ ab

Ephesus. *Apollo Didy-meus.* *Branchidæ.* *Branchi & A-pol. amores.* *Miletus.* *Anaximenes.* *Limnæ opp.*

Milesiorum colonia. eo sunt prætermissæ. Quidam Apollinem Vlion uocant, ut Milesij ac Delij, id est salutiferum & Pæonicum. Nam οὔλω idem est quod ualeo, hinc οὐλὴ, id est cicatrix dicitur. & illud, οὔλιέ τε καὶ μείλιχε. id est iamq; uale & salue. Apollo enim salutifer est, & Artemis ex eo dicitur quod integros faciat. Sol quoque & luna his similes sunt ac pares, quòd causa sint temperiei aëris, & pestes & spontaneæ mortes his applicentur. Ex Mileto fuere uiri memoratu digni, Thales unus ex septem sapientibus, qui primus physiologiæ ac mathematicæ author fuit inter Græcos, & Anaximander eius discipulus, & Anaximandri discipulus Anaximenes. Item Hecatæus, qui historiam scripsit. Per nostra tempora, Æschynes orator, qui assumpta nimia erga Pompeium Magnum licentia, missus est in exilium. Hæc ciuitas aduersitate pressa est, cum Alexandrum excluderet. nam ui capta est, quemadmodum Halicarnassus. Ac etiam prius à Persis. Vnde Callisthenes dicit, Phrynichum tragicum mille drachmis ab Athenienſibus mulctatũ, quòd actum quendam fecisset, Miletum à Dario captam. Ante eam in proximo iacet Lada insula, circa Tragæas insulas, quę stationes piraticas habent. Deinceps est Lamicus sinus, in quo est ea quæ Heraclia dicitur oppidulum sub Latmo, quod stationes habet. Id prius Lamius dicebatur, eodem nomine quo & imminens mons, quem Hecatæus putat eum esse, qui à poëta pediculorũ mons appellatur. Dicit enim ultra Lamium urbem pediculorum montem esse. Quidam eum Grium dicunt, quòd is æque atq; Lamius progrediatur, à Milesiorum agro orientem uersus tendens, per Cariam Euromum & Chalcetorem usque, imminet autem illi in alto. Non procul hinc fluuiolum quendam pertranseunti, apud Lamium montem, Endymionis sepulchrum positum in spelunca quadam ostenditur. Deinde nauigatio ab Heraclia in oppidum Pyrrham centum ferè stadiorum, pauloplus à Mileto Heracliam, si quis se in sinum inferat. Recta nauigatio ex Mileto Pyrrham est stadiorum xxx. adeo longum iter habet litoris prætернauigatio. Sed opus est, ut huiusmodi geographiæ excursus in locis claris paululum immoretur. A Pyrrha usque ad Mæandri ostia, quinquaginta, qui locus stagnis & paludibus plenus est. Subministratorijs uero scaphis adnauigãti, stadia triginta est Myùs, una ex duodecim Ioniæ urbibus, quæ nunc propter hominum paucitatem à Milesijs habitatur. Hęc Themistocli dicitur à Xerxe in opsonium data, Magnesia in panẽ, Lampsacus in uinum. Hinc ad stadia quatuor Thymbria est, Cariæ uicus, iuxta quem est Auernus, specu sacrum, quod Charonium dicitur, id pestiferas exhalationes habet. Vlterius est Magnesia Mæandrum uersus, Magnetum Thessalicorum colonia & Cretensium, de qua mox dicemus. Post Mæandri ostia est Prienensium litus ultra quod Priene est, & Mycale mons ferís & arboribus plenus. Is Samiæ regioni adiacet, & ad eam quasi octo stadiũm isthmum facit, ultra Trogilium promontorium. Priene à quibusdam Cadme appellatur, quoniam Philotas eius conditor è Bœotia uenit. E Priene fuit Bias, unus ex septẽ sapientibus, de quo Hipponax sic inquit, καὶ λικάζεσθαι ἐκ βίαντος τοῦ πριηνέος λῴονος. id est, Et disceptari quàm Bias Prienensis melius. Ante Trogilium parua insula iacet, eodem nomine, hinc Sunium breuissimus transitus est, mille & sexcentorum stadiorum principio Samum & Icariam & Corsias ad dextram habenti, ad sinistram uero Melanthios scopulos, reliquum autem per medias Cycladas. Trogilium promontorium pes quidã est, qui à Mycale percurrit. Alius mons Mycalæ ipsi adiacet, qui Ephe-

Vlios Apollo unde dictus.
οὖλος & οὐλὴ qd. ἴλεως καὶ μείλιχος, unde dictũ.
Artemis unde.
Thales.
Anaximander
Anaximenes.
Hecatæus.
Aeschynes.
Phrynichus.
Lada.
Tragææ.
Lamicus sin.
Heraclia.
Pediculorum mons.
Grius mons.
Euromus opp.
Chalcetor.
Endymionis sepulchrũ.
Pyrrha.
Myus.
Themistoclis opsonium.
Thymbria.
Auernus.
Magnesia.
Priene.
Mycale.
Samia.
Cadme.
Philotas.
Bias.
Trogilium.
Corsiæ.
Melãthij scop.

sij agri est, nomine Pactias, ad eum mediterranea deflectit. A Trogilio Samum us- Pactias mons
que stadia sunt quadraginta, ea ad austrum spectat, & portus eius, qui nauale ha-
bet, maxima eius pars in plano est, & mari alluitur, pars in imminentem montem
ascendit. Ad dextram nauiganti urbem uersus, est Posidium quod promontoriũ Posidium.
Mycalen uersus septem stadiũm fretum efficit. Id Neptuni templum habet, ante
quod Narthecis iacet parua insula. Ad sinistram est suburbanum Heræum uer- Narthecis.
sus & Imbrasus amnis, & Heræum antiquum fanum & ædes, quæ nunc tabula- Heræum.
rum armarium est. Sed præter tabularum multitudinem, quę hic sunt, alia armaria Imbrasus flu.
& sacella antiquis artibus plena, similiter locus sub dio optimis statuis plenus, qua-
rum tria Colossica opera Myronis sunt, super una basi sita. Quæ cum Antonius
abstulisset, Augustus Cæsar duo in eandem basim reposuit, Palladem & Hercu-
lem, Iouem autem transtulit in Capitolium, & sacellum ei construxit. Sami circun-
nauigatio est stadiorum trecentorum. Ea prius Parthenias dicebatur, dum Cares Parthenias.
eam habitarent, postea Anthemus, postea Melamphylus, postea Samus, postea à Anthemus.
quodam indigena Herous, colonis ex Ithaca & Cephalenia deductis. Quoddam Melamphylus.
eius promontorium Ampelus uocatur, ad Icariæ Drepanum spectans, immo to- Samus.
tus mons, qui totam insulam montanam efficit, eodem nomine dicitur. Ea uino Ampelus.
infœlix est, cum cæteræ circunuicinæ uino optimo abundent, & tota ferè conti-
nens, quæ propinqua est, uina optima ferat, ut Chius, Lesbus, & Cos, atqui & Chius.
Ephesium & metropolitanum optima sunt. Mediterranea uero & Tmolus, & Cos.
Exusta, & Gnidus, & Smyrna, & alia ignobiliora loca optimo uino & ad iocun- Tmolus.
ditatem & ad medicam uictus rationem excellunt. Samus itaque uino non ualde
fortunata est, in cæteris uero feracissima, quod ex eo maxime perspici potest, quòd Sami laudes.
bellis infestatur. Vnde laudantes non dubitant, illud ei prouerbium accommoda- Prouerb.
re, quod etiam ferat gallinæ lac, quemadmodum Menander inquit in quodam lo-
co, quæ res ei tyrannidum causa fuit, & inimicitiarum cum Athenien sibus. Sed ty-
rannides plurimum Polycratis & Syloſontis fratris eius tempore uiguerunt, quo- Polycrates.
rum alter & fortuna & opibus clarus fuit, adeo, ut etiam mari dominaretur. Maxi- Syloſon.
mum fœlicitatis argumentum ducunt, quod annulo de industria in pelagus pro- Polycratis an-
iecto, gemma & sculptura pretioso, paulo pòst piscator quidam piscem eduxit, nulus.
qui eum deuorauerat, quo cæso annulus inuentus est. Quod cum Ægyptiorum Commemorat
rex intellexisset, diuinitus locutũ ferunt, quòd qui eiusmodi prosperitatibus utere- hæc uberius
tur, uitam clauderet fine nõ fortunato, quod & ita est factũ. nam à Persarum satra- paulo & elegã
pe dolo captus, suspensusq; est. Eius tempore fuit Anacreon lyricus, quapropter to- tius Cicero sub
ta eius poësis illius mentione plena est. Huius tempore Pythagoram fuisse in hi- calce quinti li-
storijs tradiderunt, qui cum iam tyrannidem nasci uideret, urbem deseruit, & in bri de finibus.
Aegyptum & Babylonem discendi studio abscessit. Cum uero reuersus esset, Anacreon poë-
& adhuc perdurare tyrannidem inuenisset, in Italiam nauigans, ibi uitam contri- ta.
uit. ac de Polycrate quidem hæc. Syloson uero priuatus relictus est. Is cum Da- Pythagoras.
rio Hystaspis filio, uestem quam ferebat aliquando largitus esset. nam ille cum nõ- Syloſon.
dum rex esset, eam magnopere concupiuerat, cum uero regnaret dono Syloſonti
tyrannidem dedit, qui acerbe imperauit, quapropter urbs hominibus uiduata est.
Vnde ductum est prouerbium,

ἔκητι συλοσῶντος εὐρυχωρίη. ideſt, Syloſontis Chlamys, pro-
Syloſontis opera locus amplus est. uerbium.

Pericles. Sophocles. Neocles. Epicurus. Menander. Creophylus.

Sed Athenienſes prius miſſo Pericle imperatore, & Sophocle poëta cum eo, Samios non obtemperantes graui obſidione affecerunt. Poſtea duo municipum millia ex ſuis miſerunt, in quibus fuit Neocles Epicuri pater ludi magiſter, quẽ & hic & in urbe Teo educatũ ferunt, adoleſcentiam uero Athenis egit, quo tempore Menander comicus adhuc ephebus eſſet. Ex Samo etiam Creophylus fuit, quem aliquando tradunt, ſuſcepto in hoſpitium Homero, accepiſſe ab eo donũ inſcriptionem poëmatis, quod Oechaliæ captiuitatem uocant. Sed Callimachus, per Epigramma quoddam contrarium oſtendit, quod quanquam Creophylus opus cõpoſuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hoſpitium. Vt,

Oechaliæ captiuitas.

ὠόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον ὄμηρον ὑποδεξαμένῳ
καίω δ' εὐρυβίην σ' ἔπαθον κἠ ξανθὸν Ἰόλειαν
ὁμήρου δὲ καλεῦμαι γράμμα
πρωτοφύλῳ, Ζεῦ φίλε τοῦδε μέγα.

Sum Samij labor, accepit qui dion Homerum
Hoſpitio, ſæuis ignibus uro duos,
Euryton atq; Iolem, nunc ſcriptum dicor Homeri,
Ante Creophyli Iuppiter at fueram.

Icaria inſula. Icarus.

Quidam hunc Homeri magiſtrum tradunt, quidam nõ hunc, ſed Ariſteum Proconneſium. Adiacet Samo inſula Icaria, à qua Icarium pelagus nominatur. Ea nomen habet ab Icaro Dædali filio, quem dicunt paternæ fugæ comitem, cum ambo pennati è Creta aufugiſſent, hoc in loco cecidiſſe, uia non ſeruata. Nam cum celſus ſe ad ſolem extolleret, liquefacta cera pennæ effluxerunt. Inſulæ ambitus eſt ſtadiorum trecentorum, ea portum non habet, ſed ſtationes, quarum optima Hiſti appellantur. In hac inſula eſt promontorium ad Zephyrum porrectum. Ineſt etiam Dianæ templum, quod Tauropolium uocatur, & oppidulum Oenoë. Item aliud de nomine Dracani promontorij, in quo ſitum eſt, ſtationem habet. Hoc promontorium diſtat à promontorio Samiorum, quod Cantharium appellatur, ſtadijs octoginta, qui traiectus minimus eſt intermediorum. Nunc quidem cum ea hominibus deſerta ſit, Samij magna ex parte incolunt, paſcendorum pecorum gratia. Poſt Samium fretum, quod Mycalen uerſus eſt, Epheſum nauigantibus eſt Epheſiorum ora, ad dextram & Panionia, quæ tribus ſtadijs ſupra mare eſt, ubi Panionia communia omnium Ionum feſta Neptuno Heliconio & ſacrificium celebratur. Sacrificant autem Prienenſes, de quibus in rebus Peloponneſiacis dictum eſt. Deinde eſt Neapolis, quod autem prius erat Epheſiorum, nunc Samiorum eſt, qui cum Marathefio agro permutauerunt, propinqua ſcilicet cum longinquis. Deinde Pygella oppidum quod Dianæ Munychiæ templum habet, Agamemnonis opus, à parte quadam gentium illius habitatum. nam quidam Pygalij nominati, iam calamitatibus defatigati ibi remanſerunt, unde locus nomen ab illis accepit. Poſtea portus eſt, nomine Panormus, qui Dianæ Epheſiæ templum habet, deinde eſt ciuitas ipſa in eadem ora. Paulo ſupra mare eſt Ortygia, lucus omnis generis materiæ pulcherrimus, præſertim Cypariſſo. Per eum Cenchrius amnis fluit, in quo dicunt Latonam ex partu lotam. nam hoc in loco fabulantur, & partum eius, & nutricem Ortygiam & adytum in quo peperit, & proximam oleam, ad quam tradunt eam primo poſt partum quieuiſſe. Mons luco imminet nomine Solmiſſus, ubi dicunt Curetas armorum ſonitu Iunonem obtudiſſe, ex æmulatione inſidiantem, quo

Hiſti ſtatio. Tauropolium. Oenoë. Dracanum. Cantharium. Panionia. Neapolis. Pygella. Munychia diana. Pygalij. Panormus. Ortygia. Cenchrius. Latonæ partus Solmiſſus mõs.

auxilio

auxilio, Latonæ partus eam latuit. Sed cum plurima templa sint in eo loco, alia uetusta alia posterius facta, in antiquis antiquæ insunt statuæ, in posterioribus praua opera, ut Latona quæ sceptrum gerit, & Ortygia quæ manu puerum tenet. Hic quotannis solennia celebrantur. Sed † anno quodam iuuenes splendidissimis epulis student, Curetum autem palatium conuiuia, & quædam mystica sacrificia percipit. Vrbem Cares & Leleges habitauere, sed cum maximam eorum partem Androclus eiecisset, eam ex ijs suppleuit, qui ad se circa Athenæum & Hypelæum conuenerant, assumpta etiam prætermontana Corisso proxima. Ea itaque usque ad Crœsi tempora hoc modo fuit habitata, postea à prætermontana descendens, circa templum quod nunc est habitauere usque ad Alexandri tempora. Lysimachus condita urbe quæ nunc est, cum homines non libenter inde commigrarent, uehementi imbre obseruato subuenit, fossas & cannales obstruxit, unde urbs submersa est, & illi perlibenter traducti transmigrauere. Lysimachus urbem de uxoris nomine Arsinoën appellauit, ueruntamen antiquum nomen obtinuit. In ea erat senatus conscriptus, cum quo etiam conueniebant ij, qui uocati dicebantur, & omnia administrabant. Dianæ templum prius Chersiphron mire fabricatus est, postea aliud fecit maius illo. Sed cum Herostratus quidam id incendio consumpsisset, aliud præstantius construxerunt, mulierum ornamentis, & multis opibus ad id collatis, refectisq; prioribus columnis. Quarum rerum testimonio sunt Decreta tunc facta, quæ Artemidorus dicit Timæum Tauromenitanum ignorare, & inuidum esse, & calumniatorem, unde & carptorem fuisse uocitatum, quod ex Persarum depositis templi structuram finxerit, cum nulla tunc deposita essent, & si erant, cum templo combusta sunt. Nam cum post incendiū tectum deletū esset, quis uoluisset in templo detecto depositum tenere? Addit etiam Alexandrum & factas & futuras impensas pollicitum, dummodo ipse titulum haberet. Illos autem noluisse, multo magis uoluerunt & sacrilegio templi spolijs infames fieri. Laudat præterea Ephesium quendam, qui regi dixit, non decere deum dijs quicquam dedicare post templi consummationē, quod dicit Cheromocratis opus esse, qui Alexandriam constructit. Eundem pollicitum fuisse Alexandro, sese montem Athon in eius formam fabricaturum, ut tanquam ex gutto quodam, aqua in phialam effunderetur. Facturumq; duas urbes, alteram ad montis dextram, alteram ad sinistram, ut ab altera in alteram amnis efflueret. Post templum itaque, aliarum rerum dedicatarum multitudinem ingentem inueniri, artificum æstimatione, ædem uero totam ferè Praxitelis operibus plenam. Nobis Thrasonis nonnulla monstrata sunt, cuius est Hecatesium, & fons Penelope, & anus Euryclia. Sacerdotes eunuchi erant, qui Megalobyzi dicebantur. Ac semper aliqui accersebantur digni tali præfectura, & in honore maximo habebantur, cum his uirgines aliquas sacras esse oportebat. Nunc earum consuetudinum quædam seruantur, quædam minime. Templum & nunc et olim Asylum erat, cuius libertatis termini sæpe sunt immutati, Alexander ad stadium extendit, Mithridati uero dimissa ab angulo Cerami sagitta, uisum est paululum ipsum stadium transcendere. Antonius huic proxime accessit, & cum eo termino urbis partem comprehendit. Postmodum Cæsar Augustus cum id damnosum existimaret, & nihil aliud esse, quàm multis malefaciendi causam exhibere, id irritum fecit. Hæc ciuitas & naualia habet & portum, quem architecti ore perbreui effecerunt, pariter cum rege dece-

* Græce legitur ἰδίᾳ κτίσει quod est, more quodam. Interpres forte legit ἰσθ. Athenæum. Hypelæum. Corissus.

Arsinoë.

Ephesiæ dianæ templum. Chersiphron. Herostratus.

Timæus carptor. id est, ὁ λαιτρίμιος.

Cheromocrates. Alexandriæ architectus.

Thrasopictor.

Megalobyzi.

Asylum.

Attalus Philadelphus. pti. Is Attalus fuit Philadelphus, qui ratus ingressum nauibus onerarijs profundum fore, si terra apponeretur. Et cum portus prius stagnosus esset ex aggestionibus à Caystro factis, ori quod quidē amplum erat, terram opponi iussit. Sed contra quàm ratus erat, uenit. nam limus introrsum impulsus, fecit ut totus portus ore tenus stagnaretur, prius autem affluxus & refluxus pelagi, satis per sese limum auferebant, & extrorsum retrahebant. Ac portus quidem talis est, ciuitas loci opportunitate quotidie crescit, & maximum citerioris Asiæ emporium est. In ea fuere uiri memoratu digni, ex antiquis Heraclitus, cui cognomento fuit Scotinus. Item Hermodorus, de quo hic idē inquit, Dignos esse Ephesios omnes strangulari, Qui Hermodorum uirum inter eos frugi eiecerunt, Dicentes, nemo nostrum frugi esto, Alioqui cum alijs ejiciatur. Hic uir leges quasdam uidetur Romanis conscripsisse. Ex Epheso fuit Hipponax poëta, & Parasius pictor, & Apelles. Ex iunioribus Alexāder orator, qui Lychnus est cognominatus. Is in republica uersatus est, & historiam conscripsit, & carmina reliquit, in quibus & de cælestibus pertractat, & terras continentes describit, in quaque edens poëmata. Post Caystri ostia est lacus nomine Selinusius, ex pelago refusus. Postea est alius qui in eum confluit. Hi magnos prouentus habent, quos cum deæ sacri essent, reges abstulerunt, postea à Romanis sunt restituti. Rursum publicani facta uiolentia, uectigalia sibi uendicauere. Artemidorus legatus missus, & lacus deæ recuperauit, & Heracleotim quæ desciuerat euicit, Romæ iudicatus, pro quibus rebus ciuitas auream ei imaginem in fano erexit. In concauissima autem parte lacus, regis fanum est, quod Agamemnonis opus dicunt. Postea est Gallesius mons, & Colophon ciuitas Ionica, et ante eam Apollinis Clarij lucus. Tradunt Calchantem augurem cum Amphilocho Amphiarai filio, è Troiano bello redeunte, terrestri itinere huc peruenisse. Cumq; apud Clarum in Mopsum incidisset, augurem præstantissimum, præmœrore mortuum esse. Hesiodus Calchantem Mopso huiusmodi quiddam proposuisse scribit,

Heraclitus Scotinus. Hermodorus. Hipponax. Parasius. Apelles. Alexand. Lychnus. Selinusius. Gallesius mons Colophon. Apollo Clarius. Clarus. Mopsus. Calchantis mors.

θῶμαμ' ἔχει κατὰ θυμὸν ἐρινεὸς ὅσσους ὀλίνθους
οὗτ' ἔχει μικρὸς περ ἐὼν, εἴποις ἄρ' ἀριθμόν,
τόν δ' ἀποκρίναιο, μύριοί εἰσιν ἀριθμόν,
ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος, εἷς δὲ περισσεύει.
ὃς φάτο, καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἶδε μέτρον.
ὣς ἐπελθέμεν οὐκ ἄρ' ἔμελλε.
καὶ τότε δὴ κάλχανθ' ὕπνος θανάσιμος κάλυψε.

Mirabor sanè, poteris si dicere, ficus
Quot numero hæc caprificus habet, perparua licet sit.
Mille quidem decies modius mensura, superq;
Vna fit, hanc nullo poteris comprendere pacto.
Dixit, & inuentus numerus, mensuraq; certa est.
Continuo mortis Calchanti somnus obortus.

Pherecides dicit, prægnanti sue oblata, Calchantem interrogasse, quot porcos haberet, hunc uero respondisse tres, atq; ex ijs unam fœminam. Et cum Mopsus uera locutus esset, illum præ dolore mortuum. Sunt qui dicant Calchantem suem proposuisse, illum uero caprificum, ac Mopsum uera dixisse, Calchantem uero minime, & præ mœrore mortuum. Et in quodam loco Sophocles scribit, cum Hele-

na

na repoſcitur, quod tunc Calchanti fata mortem decreuerunt, cum præſtantiorem augurem offendet. Sed hic Calchantis mortem trãsfert in Ciliciam. Atq; hæc quidem antiqua ſunt. Colophonij aliquando nauales opes ſatis amplas habuere, & equeſtribus tantum excelluerunt, ut ubicunq; difficulter bella componi poterant, Colophonij equitatus auxilio dirimebantur, qua ex re ductum eſt prouerbium, κολοφῶνα ἐπέθηκε, id eſt, Colophonẽ addidit, cum ſumma operi manus imponitur. Viri ex Colophone memorabiles fuere, Minnermus tibicen, & elegiæ poëta. Item Xenophanes phyſicus, qui poëmata de Sillis fecit. Pindarus etiam dicit Polymnaſtum quendam in muſica doctum. Vt,

Prouerb.
Colophonẽ addidit.
Minnermus.
Xenophanes.
Polymnaſtus.

Noſti quicquid dixit Polymnaſtus uir Colophonius.

Sunt qui Homerum hinc faciant. Ab Epheſo Colophonem recta nauigatione, ſunt ſtad. LXX. in ſinũ ſe inferenti centum & XX. Poſt Colophonem eſt Coracius mons, & inſula Dianæ ſacra, in quam ceruas perituras tranare crediderunt. Poſtea eſt Lebedus quę centum ac XX. ſtad. abeſt à Colophone. Hoc in loco artificum Liberi patris conuentus eſt, & Ionum habitatio uſq; in Helleſpontum, in qua ſolennia & certamina Libero patri quotannis celebrantur. Prius autẽ Teo habitabant, quæ conſequens Ionum ciuitas eſt, ſed orta Epheſi ſeditione aufugerunt. Cum uero Attalus eos in Myonneſo collocaret inter Teo ac Lebedum, mittũtur Teij Romam oratum, ne patiantur Romani Myonneſum ſibi admuniri, quare ij in Lebedum migrauere, Lebedijs perlibenter eos ſuſcipientibus, propter hominum paucitatem qua detinebantur. Teos à Lebedo diſtat ſtadijs centum ac uiginti. Inter eas eſt inſula quædam Aſpis nomine, nonnulli eam Arconneſum uocãt. Myonneſus quidem in loco excelſo habitatur, qui peninſulam facit. Teos quoq; in peninſula ſita eſt & portum habet. Hinc eſt Anacreon Lyricus, cuius tempore Teij relicta urbe, Abdera Thracum urbem migrauerunt, cum Perſarum contumelias ferre non poſſent, unde illud dictum eſt, ἄβδηρα καλὴ τηίων ἀποικία. id eſt, Abdera optima Teiorum colonia. Rurſum poſteriore tempore nonnulli ex eis redierũt. De Apellicone dictum eſt, qui Teius fuit. Ex eadem urbe fuit Hecatæus hiſtoricus. Eſt alius quidam portus nomine Gerraidæ diſtans ab urbe ſtadijs triginta. Deinde Chalcides, qui eſt Cherroneſi Teiorum & Erythræorum iſthmus, intra iſthmum itaq; ij habitant. Iuxta iſthmum Teij & Clazomenij. Nam auſtrale iſthmi latus (id eſt Chalcides) Teij habent, Boreale Clazomenij, ad quod Erythræorum agro cõiungũtur. In iſthmi initio eſt locus præceps, interius Erythræorũ, exterius Clazomeniorum agrum comprehendens. Chalcidibus lucus imminet, Alexandro Philippi filio dicatus. Hoc in loco certamen Alexandria nũcupatum, ab uniuerſa Ionia celebratur. Iſthmi tranſitus ab Alexandria & Chalcidibus, uſq; ad præcipitium, eſt ſtadiorum quinquaginta, circunnauigatio plurium quàm mille. Ad mediam ferè circunnauigationem ſunt Erythræ ciuitas Ionica, quæ portum habet, & quatuor in fronte paruas inſulas quę Hippi dicũtur. Prius q̃ Erythras perueniatur, primũ eſt oppidulum Gerræ, poſtea Teium, poſtea Corycus mons excelſus, & portus Caſyſtes ſub eo. Item alius portus qui Erythræ appellatur, ac deinceps cõplures alij. Dicunt totam Coryci præternauigationẽ latronibus plenam, qui Corycæi dicũtur. Hi nouũ inſidiandi genus adinuenerũt. Diſperſi enim per portus accedũt ad mercatores qui applicuerint, auſcultantes quid rerum ferant, & quò nauigent. Poſtea cum illi ſoluerint & in altum ſe receperint, congregati eos adoriuntur ac diripiunt.

Homeri patria
Coracius mõs.
Lebedus.
Teos.
Myonneſus.
Aſpis.
Arconneſus.
Anacreon.
Abdera.
Prouerb.
Apellicon.
Hecataus.
Gerraidæ.
Chalcides.
Clazomenij.
Alexandria Troadis.
Erythræ.
Hippi inſula.
Gerræ opp.
Teium opp.
Corycus.
Caſyſtes.
Erythræ port.
Corycæi.

Ex quo omnes curiosos & occulta ac secreta auscultare conantes, Corycæos appellamus, & in proverbio dicimus, τὸ δ' ἄρ' ὁ κωρυκαῖος ἠκροάζετο. id est, Hūc ergo Corycæus auscultauit, cum quis aliquid dicere uel facere secreto uideri uelit, quod minime uideri uelit, propter eos qui speculantur & scire studeant, quæ non conuenit. Post Corycum est insula Halonnesus. Deinde Argenum promontoriū agri Erythræi, quod Chiorum Posidio proximum est. Id fretum quoddam efficit sexaginta ferè stadiorum. Inter Erythras atque præcipitium est Mimas mons altissimus, & feris & arboribus plenus, deinde uicus Cybelia, & promontorium nomine Melæna, ubi molæ effodiuntur. Ex Erythris est Sibylla quædam numine afflata, & diuinatrix antiqua sanè mulier, tempore Alexandri. Alia quædam fuit eodem modo diuinatrix nomine Athenais. Ex eadem ciuitate, ætate nostra fuit Heraclides Herophilus, medicus, Apollonij cōdiscipulus, eius qui Mus est cognominatus. Chius circunnauigationem habet stadiorum nongentorum, siquis secus terram deferatur, ea urbem & portum optimum habet, & nauale nauium octoginta. In circunnauigatione habenti insulam ad dextram primum ab urbe est Posidium, deinde Phanæ, portus profundus & Apollinis templum, et palmarum lucus. Postea litus australe quod stationes habet. Postea Leus, & hoc litus stationes habet. Hinc ad urbem est fretum stadiorum sexaginta. Circunnauigatio autem trecentorum & sexaginta, quam ipsi peregimus. Deinde Melæna promontorium, cōtra quod est Psyra insula excelsa, distans à promontorio stadijs LX. ea urbem habet eiusdem nominis. Insulæ ambitus stadia quadraginta. Deinde Aruisia, locus asper & importuosus, stadiorum trecentorum, quod uinum fert Græcanicorum optimum. Postea Pelinænus mons omnium qui in hac insula sunt altissimus. In hac insula marmor effoditur. Viri è Chio elegantes fuere, Ion tragicus, & Theopompus historicus, & Theocritus sophista. Hi inter se aduersati sunt. Chij etiam de Homero ambigunt, atq; eos in testimonium adducunt, qui Homeridæ uocantur, ab illius genere profectos, quorum etiam Pindarus meminit, ut,

ὄθεν τερ καὶ ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ' ἀοιδοί. id est,

Vnde & Homeridæ, rhapsodiæ cantores optimi.

Halonnesus.
Argenum.
Mimas mons.
Cybelia.
Melæna prom.
Sibylla Erythræa.
Athenais.
Heraclides Herophilus.
Apollonius Mus.
Chij ambitus.
Posidium.
Phanæ.
Leus.
Melæna.
Psyra.
Arsysia authore Steph. legitur.
Vinum Pellinæum.
Pelinæus.
Ion tragicus.
Theopompus.
Theocritus sophista.
Homeridæ.

Chij olim classem habuere, & maris imperium & libertatem sibi uendicauerūt. E Chio in Lesbum, uento austro sunt stadia circiter quadraginta. Post præcipitiū est Chytrium locus, in quo prius Clazomenæ sitæ erant, deinde Clazomenę posterius conditæ, quę insulas octo habitatas in fronte habēt. Vir Clazomenius præclarus est Anaxagoras physicus, Anaximeni Milesio familiaris. Eius auditores fuere Archelaus physicus, & Euripides poëta. Post Clazomenas est Apollinis fanum, & aquæ calidæ, & Smyrnæorum sinus & ciuitas, deinde alius sinus & antiqua Smyrna, distans à noua stadijs uiginti. Cum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringentos in uici modū mansit habitata, postmodū Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus, & nūc omniū pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo præter portum, & gymnasiū, & matronarū locū. Viæ sunt in rectum pro uiribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ, quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecā & Homereum & porticū quadratam, cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxime hunc poëtam sibi uendicant. unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus uocatur. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit, ad cæteram structuram etiam portū clausum habet.

Lesbus.
Chytrium.
Clazomenæ.
Anaxagoras.
Anaximenes.
Archelaus physicus.
Euripides.
Smyrna.
Homereum.
Home. templū.
Homericus nūmus.
Melas flu.

Sed

Sed non paruus error fuit architectorum, qui cum uias insternerent, cloacas non fecerunt, quapropter excrementa fluitant præsertim imbrium tempore, è uasis dimissa. Hoc in loco Dolobella Trebonium obsidione cepit, unum ex ijs, qui diuũ Cæsarem dolo occiderunt, & multas urbis partes diruit. Post Smyrnam sunt Leucæ oppidulum, quod Aristonicus post Attali Philomatoris obitum, ad defectionem perduxit, qui putans se esse è regia stirpe, imperium sibi uendicare cogitauit, quare ab eo excidit, circa Cumanum agrum ab Ephesijs nauali prælio superatus. Ascendens uero in mediterraneam, hominum inopum ac seruorum ad libertatem uocatorum, quos Heliopolitanos appellabat, tumultuariam manum congregauit, primumq; Thyatira aggressus est, deinde capta Apollonide, alia castella capiebat. Sed non diu restitit. Nam continuo ciuitates exercitum miserunt, Nicomedes quoq; Bithynus, & Cappadocum reges auxilium tulere, postea quinq; legati à Romanis missi, deinde exercitus & consul P. Crassus, deinde M. Perpenna, qui capto Aristonico, et Romam misso, bellum absoluit. Aristonicus ipse in carcere mortuus est, Perpenna morbo absumptus. Crassus cum quidam eum apud Leucas adorirentur, in prælio occubuit. Postea Manlius Aquilius consul cum decem legatis missus, prouinciam in eam gubernationis formam composuit, quæ adhuc perdurat. Post Leucas in sinu est Phocea, de qua tunc diximus, cum mentionem de Massilia faceremus. Postea sunt Ionum atque Æolum fines, de quibus antè dictum est. In mediterranea oræ Ionicæ restat uia, quæ ab Epheso usque in Mæandrum & Antiochiam tendit. Hæc loca & Lydis, & Caribus, & Græcis admixta sunt. Post Ephesum prima est Magnesia, Æolica ciuitas, quæ ad Mæandrum dicitur. nam ei proxima est. Sed multo uicinior est Lethæus, qui in Mæandrum influit, ortum habens à Pactio Ephesiorum monte. Est alius Lethæus apud Gortynem, alius circa Triccam, apud quem natus dicitur Æsculapius. Alius etiam apud Lybes Hesperios. Vrbs ipsa in campo iacet iuxta montem qui Thorax appellatur, in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, propterea quòd reges uersibus incesseret, ut

Dolobella. Trebonius. Leucæ opp. Aristonicus. Heliopolitani. Thyatira. Apollonia. Perpenna. Crassus. Manlius Aquilius. Phocea. Ionum. Æolum. Magnesia. Mæander. Lethæi plures. Pactius. Tricca. Æsculapius. Thorax m. Daphitas grãmaticus.

πορφύρεοι μώλωπες ἀκροῤῥινήματα γάζης
λυσιμάχου, λυδῶν ἄρχετε καὶ φρυγίης.

Purpurei stimuli, fæx ultima diuitiarum
Lysimachi, Lydos subditis, atq; Phrygas.

Prouerb.

Ex quo illud tractum est, φύλαττε τὸν θύρακα. id est, Caue à Thorace. Magnetes à Delphis uidentur profecti, qui Didyma montes in Thessalia habitauerunt. De Didymis sic Hesiodus ait,

Magnetes. Didyma.

ἠοίη διδύμους ἱεροὺς ναίουσα λοφωνοὺς
δωτίῳ ἠδὲ πεδίῳ πολυβότρυος ἀντεμύροιο,
νίψατο βοιβιάδος λίμνης πόδα πηγόθεν ἁδμῆς. id est,

Qualis in Antamyri, fœcundo uitibus agro,
Bœbiados stagnante lacus se lauit in unda,
Quæ sacrata colit, præcelsaq; Didyma uirgo.

Hoc in loco erat Didymenæ matris deûm fanum, cui nõnulli Themistoclis uxorem, nonnulli filiam eius sacrã dicunt. Nunc fanum non stat, propterea quod urbs in alium locum sit translata. In noua urbe Dianæ Leucophryenæ fanum est, quod & ędis magnitudine & multitudine rerum dedicatarũ ab Ephesio superatur, arti-

Didymene. Leucophryena Diana.

ficio uero, & structuræ cõcinnitate circa ædem longe præstat. Magnitudine omnia Asiæ fana excellit, præter Ephesium & Didymenum. Contigit Magnetas à Treribus olim funditus deleri, quæ gens Cimmerica diu secundis rebus usa est, postea Milesij eum locum occupauere. Callinus Magnetum meminit, ac si adhuc secũdis rebus uterentur, & in bello contra Ephesios recte se haberẽt. Archilochus uero iam eorum calamitatem sciens, uidetur flere Magnetum mala. Ex quo coniectari licet ea posteriora esse Callino. Callinus enim antiquioris cuiusdam Cimmeriorum expeditionis meminit, cum inquit,

Treres.
Cimmerij.
Callinus poëta

νῦν δ' ὦὴ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὄμβριμος ὀργῳ. id est,

Gens bello aduentat fortissima Cimmeriorum.

In quo Sardes captas significat. Viri ex Magnesia clari extiterunt Hegesias orator, qui Asiatici styli author fuit, Attico more, qui tunc uigebat immutato. Item Simon modulator, qui & ipse superiorũ modulatorũ more corrupto, Simodiam introduxit, quemadmodũ etiam Lisiodi, & Magodi. Item Cleomachus pugil, qui in cinędi cuiusdã & ancillę amore incidens, quę à cinędo alebatur, cinędorũ et oratio nem & mores est imitatus. Cinędicę orationis author primus fuit Sotades, postea Alexander Ætolus, sed hi in pura oratione, Lysis uero etiã adhibito cantu, & ante hunc Simus. Anaxenorem citharœdum permultum quidem theatra extulerunt, sed multo magis Antonius, qui quatuor ciuitatum tributa ei legenda exhibuit. Cõcessit etiam milites, auxit illum patria non parum, quæ ei Iouis Sosipolidis purpuram dedit, quemadmodum imago inscripta, quę in foro est, declarat. Alia ęnea imago est in theatro hoc epigrammate insignita,

Hegesias rhet.
Simon.
Simodia.
Lisiodi.
Magodi.
Cleomachus.
Sotades.
Alexander Aetolus.
Lysis.
Simus.
Anaxenor.
Sosipolis Iupp.

Ἦδι μὲν τόδε καλὸν ἀκούεμεν ὅδιν ἀοιδᾶ,
τοῖος γ' οἷος ὅδ' ὄδι, θεοῖς ἐπαλίγκιος αὐδῆ.

Est operæpretium, tales audire canentes,
Qualis hic est, qui uoce deos exæquat & ode.

Vbi qui epigramma inscripsit, cum non satis consyderate animaduerteret, ultimam secundi uersus literam prætermisit, cum basis latitudo non sufficeret. Quæ res ciuitatem ignorantiæ condemnari exhibuit propter ambiguitatem, quæ oritur ex scriptura, nũ ultima dictio in nominatiuo casu accipienda sit, an in datiuo. Nam multi datiuos sine iota scribunt, & consuetudinem eijciunt, quæ naturalem causam non habet. Post Magnesiam est uia quæ Tralles fert, habentibus mediterraneam ad sinistram. In ipsa uia & ad dextrã est Mæandri campus, qui à Lydis simul & Caribus, et Ionibus, et Milesijs & Myusis habitatur, prętera ab Æolibus q in Magnesia sunt. Eadem locorũ ratio est Nyssam & Antiochiam usq;. Trallianorũ urbs sita est in uertice quodam plano, qui promontorium natura munitum habet, cuius circuitus satis bene septus est, ea optime habitatur & ab omnibus opulentis, siqua alia Asiaticarũ urbiũ. Semper aliqui ex Trallianis principales sunt in prouincia, quos Asiarchas uocant, è quibus Pythodorus fuit, uir ab initio Nyssaënsis, postea propter claritatem eò commigrauit, & singulari cum Pompeio amicitia iunctus fuit. Is regales opes supra duo millia talentorũ possidebat, quas à Diuo Cæsare uenundatas, propterea quod Pompeij amicus fuisset, postea redemit, & filijs nõ minores reliquit. Huius filia est Pythodoris Ponti regina, qua de in superioribus dictũ est. Hic ętate nostra uiguit. Itẽ Menodorus uir doctus, alioquin et honestus, & grauis, qui Iouis Larissęi sacerdotium habet. Hic à seditionibus amicorũ Domitij Ænobarbi

ῖ datiui litera.
Mæandri cam.
Antiochia.
Tralles.
Asiarchæ.
Pythodorus.
Pythodoris.
Menodorus.

barbi uexatus fuit, atq; ab illo interemptus, cum delatores proditæ classis eum insimularẽt. Hinc clari oratores fuere, Dionysocles, & postea Damasus Scõbrus. Tralles ab Argiuis conditas dicunt, & Thracibus quibusdam, à quibus etiam nomẽ urbi inditum est. Contigit Trallẽs aliquandiu sub Tyrannide esse filiorum Cratippi circa Mithridatis tempora. Nyssa ad mediterraneã iacet, & maxima ex parte monti accumbit, & quasi biurbs est. Nam torrens quidã urbem diuidit, conuallem efficiens, eius pars pontem impositum habet, quo ambæ urbes coniũguntur, pars amphitheatro exornata est, quod occultum torrẽtis excursum habet. Theatro duo insunt extrema, quorum alteri gymnasium subest iuniorum, alteri uero forũ & † senaculũ. Campus ad austrũ urbi subiacet, quemadmodũ Trallibus. In uia inter Tralles atq; Nyssam uicus est Nyssaënsium non procul ab urbe nomine Acharaca, ubi Plutonium est, luco sumptuoso circundatum. Item Plutonis ac Iunonis delubrũ, & antrũ Charoniũ natura admirabile, quod luco imminet. Tradunt ægrotos, qui horum deorũ curis uacant, eò proficisci, atq; in uico specui uicino, apud sacrorũ peritos immorari, qui pro eis indormientes curas ex insomnijs captant. Hi deorũ remedia inuocantes, sæpe illos in antrum ducunt, ubi tanquàm in cauerna manentes, multos dies & ieiuni & quieti exudant, nonnunquàm ægrotantes proprijs insomnijs intendũt, ductu & consilio sacerdotũ. Locus hic cæteris pestifer est, & inaccessibilis. Acharacis solennia quotannis fiunt, & tunc maxime hæc talia ex ijs intelligi & audiri possunt, qui eò proficiscuntur. Tunc enim iuuenes & ephebi ex gymnasio nudi & uncti, taurum quendã festinanter in antrum ducunt, qui dimissus paululum progreditur, postea mortuus ad terram cadit. Triginta stadijs ultra Nyssam Tmolum montem superanti in mediterraneam ad partes australes, lucus quidam pratum uocatur, quò Nyssaënses & finitimi ad festa exeunt. Non procul hinc os quoddam est ijsdem dijs sacrum, quod Acharaca usq; dicitur penetrare. Hoc pratum putant à poëta nominari, cum dicit,

ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, id est, Iliad. β.

Asia prata super.

Ostendunt Caystri & Asij cuiusdam heroica monumenta, & Caystrum proxime fluentem. Tradunt præterea tres fratres, Athymbrum, Athymbradũ, & Hydrelum è Lacedæmone profectos, urbes de suis nominibus cõdidisse. Postea hominibus imminutis ex illis Nyssam esse habitatã, quapropter nunc quoq; Nyssaënses Athymbrũ generis authorem existimant. Circunstant habitationes memoratu digną, trans Mæandrum quidẽ Coscinia & Orthosia, circa uero Bœula, Mastaura & Acharaca. Vltra urbem in monte sunt Aroma, o litera correpta, unde uinum Aromense ex mediterraneis optimum est. Viri è Nyssa illustres fuere, Apollonius philosophus Stoicus, Panætij familiaris, & Menecrates Aristarchi discipulus, & Aristodemus eius filius, quem nos in extrema eius senectute admodũ iuuenes audiuimus. Item Sostratus Aristodemi frater, et alius Aristodemus eius consobrinus, qui magnum Pompeium erudiuit. Hi grammatici memorabiles fuere, at noster etiam orator fuit, qui & Rhodi & in patria duas scholas habebat, mane rhetoricam, meridie grammaticam. Ac Romæ etiam cum magni Pompeij filios institueret, grammaticæ scholæ satis faciebat. Iam uero quæ trans Mæandrum restant, omnia ad Cariam pertinẽt, quo in loco Cares non amplius immixti sunt Lydis, sed iam per sese sunt, nisi Milesij sint, uel Myusij, qui ab ora maritima seiunguntur. Oræ initium

Dionysocles orator. Damasus Scõbrus. Cratippi filij. Nyssa. *γυμνασιόν. Acharaca. Plutonium. Charonium. Nyssa. Pratum lucus. Athymbrus. Athymbradus Hydrelus. Coscinia. Orthosia. Bœula. Mastaura. Aroma. Vinum Aromẽse. Apollonius Stoicus. Panætius. Menecrates. Aristodemus. Strabo Aristodemum iuuenis audiuit. Sostratus. Caria. Myusij.

Tauri initiũ. est transmarina Rhodiorum regio, finis uero Posidium Milesiorum. In mediterra
nea autem Tauri extrema, usq; ad Mæandrum. Nam Tauri initium montes qui-
Chelidoneæ. dam dicuntur, qui supra Chelidoneas sunt, quæ insulæ in Pamphylię ac Lyciæ cõ-
Lycia. finio iacent. Hinc enim iam Taurus in altum consurgit, & re uera totam Lyciam
Cibyratici. montanum Tauri iugum ad ulteriora & australem partem à Cibyraticis seiungit
usque ad transmarinam Rhodiorum regionem. Hoc in loco montana perpetua
sunt & multo humiliora, nec amplius Tauri putantur, nec alia citra, alia ultra, eo
quòd montium elationes ac depressiones sparsæ sint, & regionis latitudo longitu-
dini coæquetur, & nihil sic in ædificijs simile. Tota circunnauigatio in sinum se in-
ferenti, est stadiorum quatuor millium & nongentorum. Circunnauigatio uero
Rhodus. transmarinæ Rhodiorum, mille ferè & quingentorum. Rhodiæ initium est, locus
Dædala. nomine Dædala, finis uero mons qui Phœnix appellatur, atq; is etiam ad Rhodio
Phœnix mons. rum attinet transmarinam. In fronte iacet Eleusa insula, à Rhodo distans stadijs c.
Eleusa. ac xx. Inter hæc à Dædalis nauiganti ad occidentem in rectum orę Cilicię & Pam
Glaucus sinus. phyliæ ac Lyciæ, est sinus sine portu nomine Glaucus, postea Artemisium pro-
Artemisium. montorium & templum, postea Latonæ lucus, supra quem & mare, ad sexaginta
Calymna. stadia est ciuitas Calymna, postea Caunus ciuitas, & in proximo Calbis amnis
Caunus flu. profundus, per quem res inuehuntur. Inter hæc est Pisilis. Vrbs autem naualia ha-
Calbis. bet & portum clausum, ubi castellum in alto imminet nomine Imbrus. Cum regio
Pisilis. ualde fœlix sit, omnes tamen confitentur urbem & æstate & autumno grauem esse,
Imbrus. propter æstus ac pomorum copiam. unde huiusmodi quædam narrantur, quod
Cauni uirides. Stratonicus citharœdus uidens Caunios colore admodum uiridi, dixit hoc illud
Stratonici lepi esse quod poëta inquit,
dum dictum. οἵη περ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
Iliad. l. Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Cum uero illum incusarent, quod urbem ut morbidam carperet, Ego (inquit) eam morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? Caunij aliquando à Rhodijs desciuere, sed iudicantibus Romanis recuperati sunt. Extat adhuc Molonis oratio
Molonis oratio contra Caunios. Dicunt eos & Cares eandem linguam habere, uenisse autem ex
Physcus opp. Creta, et propriis uti legibus. Deinceps est Physcus oppidũ quod portum habet &
Loryma. Latonæ lucum. Deinde Loryma ora aspera, & mons Phœnix, omniũ qui in ea re-
Phœnix mons. & opp. gione sunt altissimus, in cuius summo castellum est eiusdem nominis. Ad quatuor
Eleusa. stadia in fronte est insula Eleusa, quæ octo stadiũm ferè ambitum habet. Rhodio-
Rhodi situs & laudes. rum urbs super orientali promontorio sita, & portibus, & uijs, & mœnibus et cęte
ra fabrica tantum alias excellit, ut nullam ei æqualem nedum præstantiorem pro-
ferre ualeamus. Mira est eius iustitia & diligentia cum circa reliquam reipublicæ
gubernationẽ, tum circa res nauales, quibus multo tempore mari dominata est &
piratas sustulit, & Romanis amica fuit, & regibus Romanorũ ac Græcorum ami-
cis. Nam per eos libera mansit, & multis donis fuit exornata, quorum pars maxi-
Colossus Rho- ma in templo Liberi patris & in gymnasio posita est, pars alijs in locis. Sed optima
dius. sunt, Iouis colossus, quem qui iambum composuit, dicit à Charete Lindio septua-
Protogenis pi- ginta cubitorum factum fuisse, nunc ex terræmotu fractis genibus collapsum, Rho
ctura. dij ex causa quadã prohibiti non erexerũt. Hoc est ex omnibus dedicatis optimũ,
Ialysus. & unum ex septem miraculis. Item ex Protogenis picturæ Ialysus scilicet ac Saty-
Satyrus Proto genis. rus, iuxta columnam stans, super columna perdix erat, ad quem ita homines hia-
Perdix Proto genis. bant,

bant, cum nuper tabula esset posita, ut illum solum admirarentur, Satyrũ uero contemnerent, quanquam perfectissimum opus est. Augebãt admirationem perdices mansueti, qui à nutritoribus allati & contra pictos appositi canebant ad picturam & congredi gestiebãt. Protogenes uidens rem præter opinionem euenisse ædituos rogat, ut se delere permittant, quod & ita est factum. Rhodij plebis curam habent, non tamen à plebe gubernantur, sed retinere pauperum multitudinẽ uolunt. Plebs itaq; ab eis nutritur. Nam diuites patria quadam consuetudine pauperes accipiũt, pauperes uero ab illis enutriti, munera quædam ciuitatis peragunt. Vnde simul & ipsi uictum habent, & ciuitas necessarijs ministerijs non fraudatur, præsertim ad res nauales. Naualium quædã multitudini occulta sunt & secreta, quod siquis introspexerit ingressúsue fuerit, capite plectitur. Hoc in loco quemadmodum Massilię & Cyzici, summũ studium fuit circa architectos, et instrumenta & armorum & aliarũ rerum armamentaria. Rhodij autem sunt Dores, quemadmodũ Halicarnassei, & Gnidij, & Coi. Nam ex Doribus qui post Codri obitũ magna condiderũt, alij ibi remansere, alij cum Althemene Argiuo, colonię in Cretam missæ participes fuerunt, alij in Rhodum sunt dispartiti, atq; in eas urbes quas pauloante memorauimus. Sed hęc quidẽ posteriora sunt ijs quę ab Homero traduntur. Gnidus enim & Halicarnassus nondum erant, Rhodus autem & Cos erant, & ab Heraclidis habitabantur. Quare Tlepolemus in uirum adultus,

Naualiorũ ars cana.

Dores.

Gnidus.
Halicarnassus.

αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα λαπέκτα
ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον.
αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολλὼ δ' ὄγε λαὸν ἀγείρας
βῆ φεύγων,
εἰς ῥόδον ἶξεν ἀλώμενος· ἄλγεα πάσχων
πρῶτα δὲ ὠκυθόῳ ὑπὸ φύλασσον. id est,

In Catal.

Mox patris ipse sui charum interfecit auunculum,
Iam senio affectum longoq; Licymnion æuo.
Hinc populis secum iunctis & classe parata,
In Rhodon aufugit magnis erroribus actus.
Vrbibus ex illo iam culta est insula ternis.

Rhodus.

Et urbes nominat quæ tunc erant, ut

λίνδον, ἰήλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. id est,

Lindon, Ialysonq; dein claramq; Camiron.

Lindus.
Ialysus.
Camirus.

Cum Rhodiorum urbs ita fuerit habitata, nusquàm Dores nominat, sed Æoles ac Bœotios innuit. Siquidem ibi erat Herculis, & Licymnij habitatio. Quod si, ut nõnulli autumant, Tlepolemus è Tirynthe, & Argis profectus est, hoc modo non est Æolica colonia quæ inde uenit. nam ante Heraclidarum reditum, id factum est. item,

τῶν ἰώων φείδιππός τε καὶ ἄντιφος ἠνορέθων
Θεσσαλὸ γένος δύω Ἡρακλείδαο ἄνακτος. id est,

In Catal.

Antiphus at Coos ducit cum fratre Phidippo.
Thessalici generis natiq; Heraclidis ambo.

Nam hi potius ex Æolico genere uidentur esse quàm Dorico. Rhodus prius dicta est Ophiusa, & Stadia, postea Telchinis, eo quòd Telechines insulam incolerẽt, quos nonnulli fascinatores, et maleficos dicunt, quod Stygiam aquam animalibus & stirpibus, perniciei gratia inspergerent. Nõnulli contrarium sentiunt, quod ar-

Ophiusa.
Stadia.
Telchinis.
Telechines.

tibus præstantes, à similibus artificibus inuidia haberentur, unde hanc infamiam sunt assecuti. Et primum ex Creta in Cyprum uenerunt, postea in Rhodum, & primi ferrum & æs operati sunt. Nam & harpen Saturno fecerunt. Sed quanquam de ijs prius dictum est, idcirco tamen fabulosa repetimus, ut siquid prætermissum est, suppleatur. Post Telchinas dicunt Heliadas insulam hanc habitasse, ex quorum uno Cercapho scilicet ac Cydippe, filij procreati sunt, qui urbes de suis nominibus condidere,

Ferrum & æs qui primi exercuerint.
Harpe Saturni
Cercaphus.
Cydippe.

Eodem. λίνδιον, ἰήλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Lindon, Ialysonq́, dein claramq́ Camiron.

Quidam Tlepolemum putant eas condidisse, nomina uero nõnullis earum de nominibus filiarum Danai imposita fuisse. Noua autẽ urbs circa tempora rerum Peloponnesiacarũ condita est ab eodem, ut fertur, architecto, à quo Piræus factus est, quanquàm is nunc nõ manet, à Lacedæmonijs labefactus, qui prius crura eius destruxerunt, & à Sylla Romanorum imperatore. De Rhodijs quoq́ hæc traduntur, quòd non solũ ex quo noua urbs habitata est in mari fortunati fuerunt, sed etiã multis annis ante quàm Olympica instituerentur, ad hominum salutem nauigabant. Vnde & usq́ in Iberiam profecti, ibi Rhodũ condiderũt, postea à Massilien sibus occupatam, apud Opicos uero Parthenopen, apud Daunios cum Cois Elpias. Quidam post captam Troiam dicunt insulas Gymnasias ab eis habitatas, quorum maiorem Timæus ait maximam esse post septem, Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Cyrnum, & Lesbum, sed nequaquàm uera dicit. Nam aliq́ inueniuntur longe maiores. Dicunt exercitantes à Phœnicibus Baleari-das appellari. unde & Gymnasias Balearidas dictas esse. Ex Rhodijs nonnulli circa Sybarim habitauerunt prope Chaoniã. Postea testari uidetur Rhodios ab anti quo fœlices fuisse, iam unde à prima trium urbium origine, ut

Piræus.
Rhodus apud Iberos.
Opici.
Parthenope.
Elpiæ.
Gymnasiæ insulæ.
Balearides.
Sybaris.

In Catalogo. τριχθὰ δὲ ὤκηθεν ἠδὲ φυλαὶ ὀν κὰδ' ἐφίλησθεν
ἐκ Διὸς, ὅς τε θεοῖσι Κ' ἀνθρώποισιν ἀνάσσει
καί σφι θεσπέσιον πλῶτον κατέχυτε λειρίοισιν.

Vrbibus ex illo iam culta est insula ternis
Chara Ioui tellus, hominum regi atq́ deorum,
Quiq́ & opes illi multas effudit & amplas.

Quidam hunc uersum ad fabulam reduxerunt, dicentes aurũ in insula pluisse, cũ Pallas è Iouis capite nata est, ut Pindarus inquit. Hæc insula ambitũ habet stadiorum noningentorũ ac uiginti. Nauiganti ab urbe & insulã à dextris habenti, prima est Lyndus quæ in monte sita ad meridiem spectat, præsertim Alexandriam uersus, ibi Palladis Lindiæ insigne templũ est, Danaidum opus. Lyndij in initio per sese erant, quemadmodum Camirenses & Ialysij, postea omnes Rhodum conuenerunt. E Lyndo fuit Cleobulus, unus ex septem sapientibus. Post Lyndum est locus quidam nomine Ixia, & Mnasyrium, deinde Atabyris mons omniũ qui in ea sunt altissimus, Ioui Atabyro sacer, deinde Camirus, deinde Ialysus uicus, supra quem arx est nomine Ochyroma. Deinde ad stadia octoginta est Rhodiorum ciuitas. Inter hæc est Thoantium † acta, in cuius fronte sunt Sporades insulæ, circa Chalciam iacentes, de quibus antea fecimus mentionem. Hinc multi memoratu digni extiterunt & imperatores & pugiles, è quibus sunt Panętij philosophi progenitores. Circa res ciuiles autẽ et philosophiã & artes liberales Panętius ipse, & Stratocles

Palladis ortus.
Rhodi ambitus
Ialysij.
Lyndus.
Pallas Lyndia.
Cleobulus.
Ixia.
Mnasyrium.
Atabyris.
Camirus.
Ochyroma.
Θοάντιον ἀκτή τις.
Panætius.
Stratocles.

tocles

tocles,& Andronicus peripateticus, & Leonidas Stoicus, ac prius etiam Praxi- Leonidas.
phanes,& Hieronymus & Eudemus,Posidonius,quanquàm Rhodi uixit,& so- Praxiphanes.
phisticam exercuit,fuit tamen Apamiensis ex Syria,quemadmodum Apollonius Hieronymus.
Malacus,& Molon.Nam hi Alabandenses fuere,& Meneclis oratoris discipuli. Eudemus.
Sed prius Apollonius Rhodum profectus est,tandem etiam Molon,ad quem ille Posidonius.
inquit,tandẽ & Molon,id est profectus es.Item Pisander qui Heracliam scripsit, Molon.
poëta Rhodius,& Simias grammaticus,Aristocles qui nunc est. Item Dionysius Menecles.
Thrax, & Apollonius qui Argonautas composuit, Alexandrini quidem fuere, Apollonius.
Rhodij tamen uocati sunt. De Rhodo satis dictum est.Rursum Cariæ ora quæ Malacus.
post Rhodum est,ab Eleunte & Lorymis flexum quendam habet ad aquilonem, Pisander.
deinceps recta nauigatio est usq; in Propontidem,quasi quandam meridianam li- Simias.
neam faciens quinque millium ferè stadiorũ.Hic est reliqua Cariæ pars & Iones, Aristocles.
& Æoles,& Troia,& quæ ad Cyzicum,Byzantíumq; pertinent.Post Loryma est Dionysius.
Cynossema,& Syma insula,quæ portus duos habet,quorum alter clausus est trire- Apollonius Ar
mibus aptus.Item nauale nauium uiginti.In fronte est insula quæ septem stadiũm gonautarũ au-
ambitum habet,theatralis & alta & aggeribus iuncta continenti,faciens Gnidum thor.
quodammodo biurbem.Nam maxima eius pars insulam habitat,ambos portus Caria.
contegentem.Iuxta eam est Nisyrus in pelago. Viri è Gnido memorabiles fuere, Eleus.
primum Eudoxus mathematicus Platonis sodalis,postea Agatharchides Peripa- Loryma.
teticus,uir historicus,ætate nostra Theopompus, diuo Cæsari familiaris, & qui Cynossema.
apud eũ maxime potest.Item Artemidorus eius filius.Hinc Ctesias fuit,qui Xer- Syma insula.
xem medicatus est,& res Syriacas & Persicas cõscripsit.Post Gnidũ est Ceramus, Gnidus.
& Bargasa oppida supra mare,deinde Halicarnassus principum Cariæ regia,quæ Nisyrus.
prius Zephyra dicebatur.Hoc in loco est Mausoli sepulchrum,unum ex septem Eudoxus.
spectaculis,quod illi Artemisia uxor construxit.Item Salmacis fons, nescio quam Agatharchi-
ob rem calumniatus,tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominũ enim mol des.
lities uidetur ab aëre uel ab aqua causam trahere, cum ea minime sint causa molli- Theopompus.
tiei,sed diuitiæ & uictus incõtinentia.Halicarnassus arcem habet,& in fronte Ar- Artemidorus.
connesum.Halicarnassum cum alij habitauere,tum etiã Anthas cum Trœzenijs. Ctesias.
Ex ea fuere Herodotus historicus,quem postea Thurium uocauerunt, eo quod Ceramus.
particeps fuisset coloniæ in Thurios missæ.Item Heraclitus poëta Callimachi so- Bargasa.
dalis,ætate autem nostra Dionysius historicus. Hæc ciuitas aduersa fortuna usa Halicarnassus.
est,ui ab Alexandro capta.Nam Hecatomnus Cariæ rex,tres habuit filios, Mau- Zephyra.
solum,Idryeum, & Pixodorum,& filias duas è quibus Artemisia grandior,Mau Mausoli sepul.
solo ex fratribus grandiori nupsit.Secundo uero,id est, Idryeo altera soror data est Salmacis fons
nomine Ada.Mausolus itaq; regnauit,quo mortuo uxor imperium habuit, quæ Mollitiei cau-
illi sepulchrum construxit.Artemisia tabe consumpta,propter luctum quem ex ui sa.
ro susceperat,Idryeus imperauit,atque huic etiam ex morbo absumpto,uxor suc- Arconnesus.
cessit.At Pixodorus qui reliquus erat ex filijs Hecatomni hanc eiecit. Et cum Per- Anthis.
sicarum partium esset,satrapem ad imperij cõmunicationem acciuit. Eo uita fun- Herodotus.
cto satrapes Halicarnassum tenuit,& aduentantis Alexandri obsidionẽ sustinuit. Thurius.
Hic Adam,quæ filia erat Pixodori,ex Aphneide muliere Cappadocissa in uxorẽ Heraclitus.
habebat. Ada uero Hecatomni, quam Pixodorus eiecerat,Alexandrum orat si- Dionysius hi-
mulq; exorat, ut se in amissum regnũ restituat,pollicita se ad ea opitulaturam quæ storicus.
defecerant,dicens eos qui ea tenebãt sibi domesticos esse,simulq; Alexandro Alin- Hecatomni fi-
lij Idryeus.
Pixodorus.
Artemisia.
Ada.
Satrapes Per-
sarum.
Alinda.

da tradit, ubi ipsa immorabatur. Alexander rem probat atque eam reginam facit. Capta autem urbe, arcem mulieri obsidendam dat (erat enim duplex) paulò post arx capitur, cum iam obsidio in tædium indignationemq; ueniſſet. Deinceps eſt Termerium Myndiorum promontorium, cui opponitur Candaria Coum promontorium, diſtans à continenti ſtadijs quadraginta. Supra Coum promontorium eſt locus quidam nomine Termerum. Coorum urbs antiquitus Aſtypalæa uocabatur, & in alio loco habitabatur ad mare. Poſtea propter ſeditionem inde migrauere in urbem, quæ nunc eſt iuxta Scandalium, & mutato nomine eam Coon, ſicut inſulam appellauerunt. Hæc urbs non magna eſt, ſed optime omnium habitata, & aſpectu iucundiſſima ijs, qui eò nauigant, inſulæ magnitudo eſt ad quingenta & quinquaginta ſtadia, tota fertilis, & quemadmodum Chius & Lesbus, optimo uino abundans. Ad auſtrum eſt promontorium nomine Lacteriũ, à quo in Niſyrum ſunt ſtadia ſexaginta, iuxta Lacteriũ locus eſt quidam Haliſarna. Ab occidente eſt Drecanum, & uicus nomine Stomalimnes, hoc diſtat ab urbe ſtadia ducenta. Lacterium uero triginta quinque ſtadiorum longitudinem nauigatione comprehendit. In ſuburbano eſt Æſculapij templum ualde inſigne & multis donis opulentum, in quibus eſt Antigonus Apellis. Inerat etiam Venus † nuda, quæ nunc Diuo cæſari Romæ dicata eſt. Nam Auguſtus eam patri poſuit ut generis parentem. Dicunt pro ea pictura remiſſa etiam Cois centum talenta, ex imperato illis tributo. Dicunt etiam Hippocratem ex curis ibi dedicatis, exercuiſſe quæ ad medici uictus rationem pertinent. Viri Coij illuſtres fuerunt, hic ipſe de quo diximus, item Simus medicus, Philætas poëta, ſimul ac iudicialis, ætate autem noſtra Nicias, qui Coorum tyrannus fuit, & Ariſton Peripatetici auditor & eius hæres. Hinc fuit Theomneſtus uir clarus adminiſtratione reipublicæ, Niciæ æmulus. In ora continentis, prope Myndium agrum eſt Aſtypalea promontorium, & zephyrium. Deinde Myndus quæ portum habet. Deinde Bargylia ciuitas, inter hæc eſt Caryanda lacus & inſula eodẽ nomine, quã Caryandenſes habitauere. Hinc fuit Scylax antiquus rerum conſcriptor. Prope Bargylia eſt Dianæ Minthiadis templum, quod circũplui credunt, fuit olim etiam locus quidam Cindia nominatus. Ex Bargylijs fuit uir clarus Protarchus Epicureus præceptor Demetrij, qui Lacon appellatus eſt. Deinde eſt Iaſſus inſula, quæ continenti adiacet, ea portũ habet. qui hinc ſunt, magna ex parte uictum ex mari captant. Ea enim regionem ſterilem quidem habet ac piſcoſam. Vnde & huiuſmodi quædam de ea narrantur, quod cum citharœdus quidam artem oſtentaret, audirentq; eum Iaſſij omnes, quàm primũ tintinabulum increpuit uendendorum piſcium ſignum, illico omnes relicto citharœdo, ad piſces dilapſi ſunt, præter unum ſurdaſtrum. Citharœdus itaq; propius ad illum accedẽs, ô homo, inquit, gratias tibi ingentes habeo, cum propter muſicę ſtudium, tum propter honorem erga me. Nam cæteri quàm primùm tintinabulũ increpuit, omnes abierũt. Ille, quid ais, inquit, num iam tintinabulum ſonuit? qui cum affirmaret, At tibi bene ſit, inquit, & ſurgẽs ipſe etiam digreſſus eſt. Hinc fuit Diodorus dialecticus cognomento Cronus, in initio quidem falſo. Nam Apollonius eius præceptor Cronus dicebatur, ſed propter ueri Croni obſcuritatẽ, nomen in Diodorũ translatum eſt. Poſt Iaſſum eſt Mileſiorum Poſidiũ. In mediterranea ſunt tres urbes memoratu dignæ, Mylaſa, Stratonicia, Alabanda. Cætera uero, uel harum, uel maritimarum ſunt caſtella, è quibus eſt Amyzon, Heraclia, Euromus, &

Termerium. Candaria. Cos. Aſtypalea op. Scandalium. Lacterium. Haliſarna. Drecanum. στομαλίμνης. Antigonus Apellis. Venus nuda. * ἀναδυομένη, id eſt, emergés non ἀποδυομένη legitur in Græco exẽplari. Hippocrates. Simus. Philætas poët. Nicias. Ariſton. Theomneſtus. Aſtypalea p. Myndus. Bargylia. Caryanda. Scylax hiſto. Diana Minthias. Cindia. Protarchus Epicureus. Iaſſus opp. Citharœdus apud Iaſſum. Diodorus Cronus. Poſidium. Mylaſa. Stratonicia. Alabanda. Amyzon. Heraclia. Euromus.

& Chalcetor, sed de his parua mentio. Mylasa in campo iacent admodum fertili. Ei supra uerticem mons imminet, in quo albus lapis effoditur, quæ non parua profecto utilitas est, cum ad cætera ædificia, tum ad templorum & aliorum publicorum operum fabricas, lapidariam copiam habere. Hæc enim urbs & porticibus & templis pulcherrime instructa est, siqua alia. Sed mirandum profecto est, quomodo urbem tam temere, erecto & accliui præcipitio subiecerint. Vnde dux quidam rem admiratus, dixisse traditur. Qui hanc urbem condidit, si non semper metuebat, nec etiam erubescebat. Mylasij duo Iouis templa habent, eius qui Οσογὸ, & eius qui Labrundenus uocatur, sed alterum quidem in urbe. Labranda est uicus in monte procul urbe iuxta transitum, qui ex Alabandis Mylasa est. In hoc uico est peruetustum Iouis militaris templum ac statua, à circunuicinis, & Mylasijs cultum. Via est per sexaginta ferè stadia usque ad urbem instrata, nomine sacra, per quam sacrorum pompa mittitur. Sacerdotes nobilissimi ex ciuibus eliguntur, ἠφ' per totam uitam. Atque hæc quidem ad urbem pertinent. Tertium est templum Iouis Carij, Caribus omnibus commune, de quo etiam Lydi ac Mysi, tanquam fratres participant. Tradunt eam olim uicum fuisse patriam ac regiam Carum, & Hecatomni. Hæc urbs iuxta Physcum est mari proxima, in quo Mylasij portum habent. Ea ætate nostra uiros habuit memoratu dignos rhetores simul & † oratores, Euthydamum & Hybream. Euthydamus cum ingentes opes à maioribus suis accepisset, ipse & dicendi facultatem & gloriam addidit, & non solum in patria magnus fuit, sed etiam in Asia primos honores adeptus est. Hybreæ uero, ut ipse narrare in schola solebat, & ciues id confitebantur, pater mulum lignarium & mulionem reliquit, à quibus aliquandiu enutritus est. Postea Diotrephe Antiocheno audito, reuersus est, atque sese ædilitati tradidit, in qua quidem aliquandiu inuolutus & non multa lucratus, ad gubernandam rempublicam sese contulit, ac forum secutus cito creuit, & in admiratione maxima habitus est, uiuente adhuc Euthydamo, sed maxime mortuo illo, ciuitatis compos fuit. Nam ille dum uiueret multũ † amabat, cum simul & potens esset, & utilis in republica, ut etiam siquid in eo tyrannici inesset, id reipublicæ utilitate compensaretur. Quare illud Hybreæ dictum uehementer laudatur, quod ipse extremo, in concione dixit: Euthydame, malum es ciuitatis perneccessarium. Nam nec tecum uiuere possumus, nec sine te. Cum itaque plurimum creuisset, & optimum se ciuem & oratorem exhibuisset, ad extremum errauit contra Labienum, contraria atque alij in republica sentiens. Nam cæteri illi cum armis & Parthorum societate aduentanti cesserunt, iam Parthis Asiam obtinentibus, utpote inermes & pacati. Zeno autẽ Laodicenus & Hybreas oratores nõ cessere, sed ciuitates suas ad defectionẽ perduxerunt. Hybreas quoque adolescentem stultitia plenũ, & irritatu facilem, dicto quodam instigauit. Nam cum ille se Parthicum imperatorem appellaret, atque & ego, inquit, meipsum Caricum imperatorem dico. Quo dicto Labienus impetum in urbe fecit, cum iãm legiones quæ in Asia erant instructas haberet, ipsum tamen non cepit, cum Rhodum secessisset, domum uero eius demolitus est, fabrica sumptuosa instructam atque diripuit. Vrbem quoque totam labefactauit. Sed cum Asiam reliquisset, Hybreas reuersus, se atque urbem reparauit. ac de Mylasis quidem hactenus. Stratonicia est Macedonum habitatio, ea sumptuosis fabricis à regibus fuit exornata. In agro Stratonicensi sunt duo templa.

Chalcetor.

Οσογὸ Iupp.

Labranda.

Via sacra Alabandenorũ.

Physcus.

*ἀνδραγαθούς.

Euthydamus.

Hybreas demagogus.

Diotrephes.

*Legendũ forte ualebat, ἰσῶν δ' ὑπερέχει πολλῶν.

Hybreæ dictũ memorabile.

Malum necessarium.

Zeno Laodicenus.

Labienus.

Stratonicia.

Lagina. Apud Lagina templum Hecates nobiliſſimum, ubi feſta maxima quotannis cele-
Chryſaoreus conuentus. brantur. Prope urbem eſt Iouis Chryſaorei templum Caribus omnibus commu-
ne, quò illi ſacrificaturi & de communibus rebus deliberaturi cõueniunt, qui con-
uentus Chryſaoreus uocatur, ex uicis conſtans, ubi qui plures uicos afferunt, ij in
Ceramienſes. ſuffragijs antecellunt, quemadmodum Ceramienſes, Stratonicenſes, quanquam
non ſunt Carici generis, de cõuentu tamen participant. Ex Stratonicia uir fuit me-
Menippus Ca-tocas. moratu dignus, tempore patrum noſtrorũ, Menippus orator, cognomẽto Cato-
cas, quem ſupra omnes Aſiaticos oratores à ſe auditos Cicero laudat. Vt ipſe in
quodam loco refert, cum eum Xenocli comparat, & ijs qui illius ætate floruerunt.
Stratonicia ad Taurum. Alabanda. Eſt aliud oppidum nomine Stratonicia, Tauro monti adiacens. Alabanda urbs
duobus montibus ſubiecta eſt, ita diſpoſitis, ut ciſtæ inuerſæ aſpectum exhibeant.
Vnde Apollonius Malacus, ob hoc & multitudinem ſcorpionum ciuitatem car-
pens, dixit eam eſſe ciſtam inuerſam, ſcorpionibus plenam. Nam ea & Mylaſia ac
tota intermedia montana regio, huiuſmodi beſtijs abundant. Alabanda homines
molles & ſuffitos habet & pſaltrias multas. Hinc uiri memorabiles fuere duo fra-
tres, oratores, Menecles, cuius paulo ante mentionem fecimus, & Hierocles, item
Menecles. Hierocles. Apollonius. Molon. Apollonius & Molon, qui Rhodum migrauerunt. Sed cum multa de Caribus di-
Cares. Leleges. cta ſint, id quod inter omnes conſtat, eſt, quod ipſi ſub Minoẽ fuerunt, & tunc Le
leges dicebantur, & inſulas habitabant. Poſtea facti ſunt continentis habitatores,
multumq; maritimæ oræ & mediterraneæ occuparunt. Ea prioribus habitatori-
bus adimentes, qui & ipſi magna ex parte Leleges erant & Pelaſgi. Rurſum ijs Gre
ci partem abſtulerũt, Iones ſcilicet ac Dores. Quod autem circa rem militarem fue-
rint ſtudioſi, indicium capiunt, lora, criſtas, & inſignia cætera. omnia enim Carica
dicuntur. unde & Anacreon ait,

διαπλεῦτε καρικὸν ὄφρυϊ ὀχάνη
Caricũ lorũ. χεῖρα τιθέμεναι. id eſt,
Nectite bene compactum Cariæ lorum,
Manum inſertantes. Alcæus quoq; dicit,
Carica criſta. λόφον τε σείων καρικόν. id eſt,
Caricam quatiens criſtam.

Sed cum poëta ſic dicat,

Locus Hom. in Catalogo. μάθλης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. id eſt,
Barbarici Caras Meſthles ſermonis agebat.

Cares Barbarophoni quare Thucydides notatur. Ratione caret. quomodo enim ſolos Cares βαρβαροφώνους, id eſt, Barbari ſermonis
dixit, cum tot barbaras nationes noſſet, barbaros autem nunquam? Sed nec Thu
cydides recte, qui ait, ideo non dici Barbaros, quia nondum Græci illis contrarij
uno nomine reſpondebant. tunc enim nondum Græci uocabantur, quod tamen
poëta ipſe falſum eſſe conuincit, cum dicat,

Odyſſ. α. ἀνδρὸς, τοῦ κλέος οὐρανὸν εὐρὺ κατ' ἔλλάδα καὶ μέσον ἄργος.
Huius apud Græcos, mediumq; & clara per Argos
Fama uiri. Item
Odyſſ. ο. εἴτ' ἐθέλεις τερφθῆναι ἀν' ἔλλάδα καὶ μέσον ἄργος.
Græci. Si te per Græcos, ſi te oblectare uel Argos
Per medium uelis.

Apollodorus grammaticus. Quod ſi Barbari non dicebantur, quomodo bene poterant Barbarici ſermo-
nis dici? quapropter nec hic recte, nec Apollodorus grammaticus, quod commu-

ni

ni nomine proprie & contumelioſe contra Cares utebantur, & maxime Iones qui eos oderant, propter inimicitias & continua bella. Hoc enim modo barbaros dici oportebat. Sed nos quærimus quare eos barbarici ſermonis appellat, Barbaros uero nunquam. Quia plurale, inquit, in metrum non uenit. Idcirco barbaros non dixit, quod hic profecto caſus in uerſum nõ uenit, at nominatiuus ingreditur, quẽ admodum apud Homerum, Δάρδανοι, πρῶες, ἠ λύκιοι. id eſt Dardani, & Troĵ, & Lyciĵ, ac talia permulta, nec quia Cariæ lingua breuiſſima ſit, quod non eſt. Nam ea permulta Græca nomina admixta habet, ut Philippus teſtatur, Caricarum rerum conſcriptor. Sed ego arbitror ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere ac duriter loquerentur, ut bleſos, balboſq; dicimus. Sumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingenioſi, qualia apud nos permulta ſunt, ut κελαρίζειν, κλαγγὴ, ψόφος, βοὴ, κρότος, id eſt murmur, clangor, ſtrepitus, uox, crepitus, quorum plurima iam proprie proferuntur. Omnes itaq; qui craſſe loquuntur Barbari dicũtur, quales ſunt nationes omnes præter Græcos. Quare illos proprie barbaros appellauit, ac in initio quidem per conuiciũ quaſi duriloquos & craſſilingues, poſtea uero eo nomine abuſi ſumus tanquam cõmuni ac gentili, diſtinguentes eos à Græcis. Nondum enim multa conſuetudo & commerciũ erat cum barbaris, quod ex craſſitudine linguæ, & quadam uocalium inſtrumentorum ineptitudine, & non ex linguarũ uernaculis proueniebat. Alia quædam & quaſi barbara loquendi prauitas, in lingua noſtra uidebatur, ſiquis non perfecte Græca pronuntiaret, ſed ita nomina proferret, quemadmodũ barbari ſolent, qui ad Græcam dictionem introducti, expedire linguã non poſſunt, quemadmodum nec nos illorum orationem, quod apprime Caribus contigit. Nam aliĵ non multũ cum Grę cis diuerſabantur, nec Græce uiuere nec eorũ dictionem ediſcere pertentabant, niſi perrari admodum ac fortuito uir uiro congredientes. Nam Cares per totam Græciam errauerunt ſtipendia merentes, quare barbari ex illo ſunt appellati, ex quo in Græciam militarunt, at poſtea quàm apud inſulas habitarunt, id multum in eis eminuit. Inde in Aſiã profecti, nec ibi ſine Græcis uiuere potuerũt. Nam Iones cũ eis ac Dores traiecere. Ab eadẽ quoq; cauſa barbariſmus dictus eſt. eũ enim in his dicere conſueuimus, qui male græciſſant, non autem in ijs qui Carice loquuntur. Sic etiam barbariloquos, & barbari ſermonis homines, eos accipere debemus qui male Græca pronuntiant. Carico autem more barbariſmum ad Græcæ orationis artem tranſtulerunt, & Solœciſmum, ſiue id nomen à Solis ductum ſit, ſiue alio modo. Scribit Artemidorus à Phyſco, quæ eſt tranſmarinæ Rhodiorum regionis uſq; Langina, Epheſum euntibus, eſſe ſtadia octingenta & quinquaginta, uſque Tralles centum ac uiginti. Aliæ Tralles ſunt Mæandrum tranſeunti, in medio ferè itinere ubi ſunt Cariæ fines. Atq; à Phyſco in Męandrũ, ſecundũ uiam quæ Epheſum fert, eueniunt omnia mille & centum & octoginta ſtadia. Rurſum deinceps à Mæandro Ioniæ longitudo eſt, eãdem uiam peragenti à flumine quidẽ uſq; Tralles octoginta. Inde Magneſiam uſq;, centum & quadraginta, Epheſum uſq; centum ac uiginti, Smyrnam uſq; trecẽta & uiginti, Phoceam uſq; & Ioniæ fines, pauciora ducentis. Quare recta Ioniæ longitudo erit hæc, uel paulo ſupra octingenta. Sed quoniam communis quædam uia trita eſt omnibus ex Epheſo in orientẽ proficiſcentibus, atque hâc itur Carura, Cariæ confinium Phrygiam uerſus, per mediam Magneſiam ac Tralles, & Nyſſam, & Antiochiam, ſeptingentorũ & quadra

Iliad. e. *Carica lingua.* *Philippus ſcriptor.*

Barbari & unde.

Vocabula ad ſonum cõficta.

βαρυτόμοι. παχυτόμοι.

Carum Barbaries.

Barbariſmus.

Solœciſmus.

Phyſcus.

Tralles.

Ioniæ longitudo.

Carura.

ginta ſtadiorum. Dehinc Phrygia eſt per ipſam Laodiceam, & Apamiam, & Me-
Holmos. tropolim, & Chelidonias. Quare è Caruris uſq; in prætermontanæ initiũ eſt Hol-
mos, ſunt ſtadia circiter nongenta ac uiginti, uſq; in prætermontanę finem, qui eſt
Tyriarium. Tyriarium Lycaoniam uerſus, per ipſum Philomelium, paulò plura quingentis.
Poſtea è Lycaonia Coropaſſum uſq;, per ipſam Laodiceam Exuſtæ octingenta
Coropaſſus. & quadraginta. Ex Coropaſſo Lycaoniæ uſq; Garſaura oppidum Cappadociæ
Garſaura. in finibus eius ſitum centum ac uiginti, hinc uſq; Mazaca Cappadocum metropo
Mazaca opp. lim, per loca Soandum & Sandacora ſexcenta & octoginta. Hinc ad Euphratem
Soandus. Sandacora. uſq; Tomiſum Sophinæ locum, oppidum Erpha, mille & quadringenta, & qua-
Sophina. Erpha. draginta. Quæ uero è directo his ſunt uſq; in Indiam, eodem modo apud Artemi-
dorum ſe habent, quo & apud Eratoſthenem. Polybius autumat de his quæ ibi
Samoſata. ſunt, illi credendum eſſe. Incipit autem à Samoſatis Cõmagenæ, quæ iuxta tranſi-
Tomiſus. tum ac pontem iacet, à Cappadociæ uero finibus qui circa Tomiſum ſunt, Taurũ
ſuperanti uſque Samoſata dicit eſſe ſtadia quadringenta & quinquaginta. Dein-
Dædala. ceps poſt ulteriorem Rhodiorum tranſmarinam, cuius confinium ſunt Dædala,
Lycia. ad orientem ſolem nauiganti, Lycia eſt uſq; in Pamphyliam. Poſtea Pamphylia
Pamphylia. uſq; in Ciliciam Tracheam. Poſtea hæc regio uſq; in alteram Ciliciam, quæ circa
Iſſicum ſinum eſt. Hæ ſunt Cherroneſi partes, cuius iſthmum diximus eſſe iter, ab
Extra Taurum Iſſo Amiſſum uſq;, uel Sinopem, ut quibuſdam placet. Regio uero extra Taurum
regio. in anguſta ora eſt, quæ à Lycia tendit uſq; ad loca Solis uicina, quæ ciuitas nunc
Soli opp. Pompeiopolis dicitur. Poſtea Iſſici ſinus ora à Solis & Tarſo incipiẽs, iam in cam
Pompeiopolis. pos panditur, quare cum hanc luſtrauerimus, tota nimirũ Cherroneſus erit pera-
Iſſicus ſinus. grata. Poſtea ad alias Aſiæ partes ultra Taurum progrediemur, poſtremo Libyca
Dædala. exponemus. Poſt Dædala itaq; Rhodiorum mons eſt Lyciæ, quæ etiam Dædala
Lycia. nominatur. Ab eo ſumit initium tota Lyciæ præternauigatio, quæ eſt mille & ſe-
ptingentorum ac uiginti ſtadiorum, aſpera ſanè ac difficilis, ſed bene portuoſa, &
ab hominibus temperantibus habitata, quoniã huius regionis natura, Pamphy-
lis & Cilicibus Trachiotis proxima eſt. Sed illi his locis ad latrocinia uſi ſunt, pira-
ticam exercentes, uel portus & uendendæ prædæ forum piratis exhibentes. Apud
Sida. Sidam Pamphyliæ urbem, Cilices nauigia faciebant, ibiq; captiuos ſub haſta uen-
Lyciorũ laus. ditabant, nõ diffidentes eos liberos eſſe. Lycij adeo ciuiliter & continenter uixe-
runt, ut cum fœliciter uſq; in Italiam mari dominarentur, tamen in nullo unquam
Lyciacus con- turpi lucro ſeſe extulerunt, ſecundum patriæ morem, in Lyciaci conuentus admi-
uentus. niſtratione permanentes. Sunt uiginti & tres urbes, quæ in ſuffragijs dandis parti
cipant, & ex quaq; ciuitate in cõmune collegium conueniunt. Id decernẽtes, quod
pars maxima comprobarit. Maximarum ciuitatum unaquæq; ferre poteſt tria ſuf
fragia, mediæ duo, cæteræ unum. Sic etiam proportione tributa pendũt & alia mu
Xanthus. nera. Artemidorus author eſt, ſex eſſe maximas, Xanthum, Patara, Pinara, Olym-
Patara. Pinara. pum, Myra, Tlon ſecundum ſitum Cibyrorum iacentem. In collegio primum eli-
Olympus. gitur Lyciæ præfectus, pòſt alij urbium magiſtratus. Iudicia in cõmuni fiunt. Hi
Myra. prius de bello, de pace, de ſocijs conſultabant, nunc id eis non licet, ſed in Romano-
Tlos opp. rum ſitum eſt poteſtate, niſi illi permiſerint, uel illis ipſis expediat. Eodem modo &
iudices & magiſtratus proportione ſuffragiorum, ex unaquaque ciuitate capiun-
tur. Hi cum adeo iuſte uiuerent, liberi apud Romanos fuerunt, & patria habuere,
Seruilius Iſau- & piratas uiderunt funditus deletos, primum à Seruilio Iſaurico, quo tempore ille
ricus.

Iſaura

Isaura cepit, postea à Pompeio magno, qui supra mille & trecenta nauigia concremauit. Eorum uero habitationes excidit. Ex hominibus qui in prælio superfuere, alios in urbem Solos deduxit habitatum, quam ille Pompeiopolim appellauit, alios Didymenam hominibus effœtam, quæ nunc Romanorum est colonia. Sed poëtæ maxime tragici nationes confundunt, qui, quemadmodum & Troës, & Mysos, & Lydos Phrygas appellant, ita & Lycios Cares. Post Dædala Lyciorum montem, in proximo sequitur Telmissus oppidum Lyciorum, & Telmisias promontorium, quod portum habet. Hunc locum Eumenes in bello Antiochico à Romanis accepit. Sed sublato regno Lycij eum locum receperunt. Deinceps est Anticragus mons erectus, in quo est Carmylesus locus in conualle iacens. Post hunc est Cragus, qui promontoria octo habet, & urbem eiusdem nominis. Hic fabulas de Chimæræ montibus confingunt. Est etiã non procul hinc conuallis quædam nomine Chimæra à litore porrecta. In mediterranea Crago subiacet Pinara, una ex maximis Lyciæ ciuitatibus. Hoc in loco Pandarus colitur, eodem nomine fortasse quo & Troianus. Vt

Pompeius.
Piraticarũ nauiũ concrematio.
Soli.
Didymena.
Tragici loca confundunt.
Telmissus.
Telmisias promontorium.
Anticragus.
Carmylesus.
Cragus.
Chimæra.
Pinara.
Pandarus.

ὡς καὶ Πανδάρεος κούρη χλωρηὶς ἀηδών. id est,
Qualis Pandarei Chloreis pulchra puella.

Locus Homeri Odyss. τ.

Nam & hunc ex Lycia dicunt. Deinde est Xanthus fluuius, quẽ priores Sirbim uocabant. Ad decem stadia lembis nauiganti est Latonæ templum, ultra quod ad sexaginta stadia est Xanthus, una ex maximis Lyciæ ciuitatibus. Post Xanthum est Patara, & ipsa maxima ciuitas, Patari opus, quæ portum habet & templa plurima. Ptolemæus Philadelphus eum augens, Lyciacam Arsinoën nominauit, sed antiquum nomen obtinuit. Postea ad stadia uiginti supra mare est Myra, in sublimi colle sita. Postea Lorymi fluminis ostia ascendenti stadia uiginti pedestri itinere est Limyra oppidũ. In ipsa prętemauigatione sunt portus & insulæ multę, quarum maxima est Cisthene, & urbs eiusdẽ nominis. In mediterranea sunt loca Phellus & Antiphellus, & Chimæra, de qua supra fecimus mentionẽ. Postea Hiera promontorium & Chelidoniæ insulæ tres, asperæ sanè, & magnitudine æquales ad stadia quinq; inter se distantes, à terra autem stadijs sex distant, earum una statione m habet. Sunt qui putant Taurum initiũ capere hinc, propterea quod promontoriũ altũ est, & à Pisidicis mõtibus Pamphyliæ imminentibus descendit, & propter insulas quę in fronte sitæ, insigne signũ in mari habent in fimbriæ modum. Sed reuera à Rhodiorũ transmarina Pisidiam uersus, montana regio perpetua est, quæ etiã Taurus appellatur. Chelidonię autẽ ad Canopũ uergere uidẽtur, traiectus ipse quatuor millium stadiorũ dicitur. Ab Hiera uero promontorio Olbiã usq;, reliqua stadia sunt trecenta & sexaginta septem, in his est Crambusa & Olympus ciuitas maxima; et mons eiusdẽ nominis, qui Phœnicus uocatur. Postea Corycus litus, postea Phasilis, quę portus tres habet, ciuitas insignis & lacus. Imminet ei mons nomine Solyma, & Telmissus, Pisidica ciuitas angustijs adiacens, per quas in Milyadẽ transitur. Propterea Alexander cum angustias aperire uellet, eam cepit. Ad mare circa Phasilidem sunt angustiæ, per quas Alexander exercitum duxit. Est etiam mons nomine Climax, Pamphylio pelago adiacens, is transitum arctum in litore relinquit, qui mari trãquillo nudatur adeo, ut iter facientibus peruius sit, pelago autem affluente undis contegitur. Transitus per montem tum arduus est, tum etiam prolixus, quapropter in tranquillitatibus litore utũtur. At Alexander in hyemem

Xanthus.
Sirbis.
Patara.
Arsinoë Lycia ca.
Myra.
Lorymus.
Limyra.
Cisthene.
Phellus.
Antiphellus.
Hiera.
Chelidoniæ.
Tauri initiũ.
Pisidici mõtes.
Olbia.
Crambusa.
Olympus.
Phœnicus.
Corycus.
Phasilis.
Solymam.
Telmissus.
Alexander.
Climax.

incidens,& maximam partem rerum ſuarum fortunæ permittens,prius quàm flu ctus redierit mouit,& tota die contigit,ut iter in aqua faceret tenus umbilico. Hæc urbs etiam Lyciaca eſt in montibus ſita,qui Pamphyliam ſpectant, ea cum Lycijs
Solymi. non cõmunicat,ſed per ſe eſt.Poëta Solymos diuerſos facit à Lycijs. nam Bellero-
phontes à rege Lyciorum miſſus,

Iliad.ſ. Δὐτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσασθαι υδαλίμοισι.

Hic Solymis iterum præſtantibus intulit arma.

Termilæ. Quod uero Lycios prius Solymos uocatos dicunt,poſtea Termilas, qui ab ijs,
Lycij. qui cum Sarpedone ex Creta uenerunt, & poſtea Lycios à Lyco Pandionis filio,
qui cum à propria terra exiſſet,in regni partem à Sarpedone acceptus eſt,cum Ho-
Milyæ aliàs Milyes. mero non concordant.At qui dicunt eos à poëta Solymos dici, qui nunc Milyes
Olbia. appellantur,melius ſentiunt.Sed de his iam diximus. Poſt Phaſilidem eſt Olbia,
Pamphyliæ initium Pamphyliæ initium,ingens ſanè munitio. Poſtea eſt is qui Cataractes appellatur
Cataractes. amnis,multus & torrentis more impetuoſus,ab alta petra deſcendens,adeo,ut lon
Attalia. giſsime ſtrepitus exaudiatur.Poſtea urbs Attalia de nomine Philadelphi dicta,qui
eam condidit,& in Corycũ oppidũ tranſtulit habitationem finitimã, & paruo am
Theba. bitu comprehenſam.Dicunt inter Phaſilidẽ & Attaliam, Thebam, Lyrneſſumq;
Lyrneſſus. oſtendi.Nam(ut Calliſthenes refert)Troiani Cilices ex Thebano campo in Pam-
Ceſtrus flu. phyliam exierunt.Poſtea eſt flumen Ceſtrus, quem ad ſtadia ſexaginta nauiganti
Perga. Perga ciuitas eſt,cui proximũ eſt in loco edito Pergęę Dianę fanum, ubi quotãnis
Diana Pergæa Capria. feſta celebrantur. Deinde ad ſtadia quadraginta ſupra mare eſt urbs alta, quæ à
Eurymedon. Pergæis conſpici poteſt. Deinde lacus ingens nomine Capria. Deinde Eurymę-
Aſpendus. don flumen,quod adnauiganti ſtadijs ſexaginta eſt urbs Aſpendus ſatis populo-
Petneliſſus. ſa,quam Argiui cõdiderunt. Vltra eam eſt Petneliſſus,poſtea alius fluuius, & mul
Sida. tæ in fronte inſulæ.Poſtea Sida Cumanorũ colonia,quæ Palladis templum habet,
Cibyrenſes minores. proxima eſt minorũ Cibyrenſium ora.Poſtea Melas amnis & ſtatio,poſtea Ptole-
Melas. mais urbs,poſtea Pamphyliæ fines & Coraceſium Ciliciæ Tracheæ initium. To-
Ptolemais. ta Pamphyliæ præternauigatio eſt quingentorũ & XL. ſtad. Herodotus author eſt
Coraceſium. Pamphylios ex ſocijs eſſe Amphilochi & Calchantis, mixtis ſanè hominibus, qui
Pamphyliorũ origo. ex Troia ſunt ſecuti, atq; ex ijs alios hic remanſiſſe,alios in alia loca fuiſſe diſperſos.
Callinus dicit Calchantis obitum apud Clarum fuiſſe, gentes uero quæ cum eo e-
rant Taurum cum Mopſo tranſgreſſas, partim in Pamphylia remanſiſſe, partim
Ciliciæ diuiſio. Ciliciam,Syriamq; uſq; in Phœniciam diſpartitas. Cilicia quę extra Taurũ eſt diui
Trachea cili. ditur in Ciliciam Tracheam,& campeſtrem. Trachea oram maritimam perangu-
ſtam habet,& nullum uel raro locum planum.ei Taurus imminet male habitatus
Homonades. Trachiotæ. uſq; ad latera borealia,quę circa Iſauria ſunt,& Homonades uſq; in Piſidiã,eadem
Tarſus. Trachiotis dicitur & incolę Trachiotę. Campeſtris uero à Solis Tarſo Iſſum uſq;
Iſſum. pertendit.Ei ad boreale Tauri latus,Cappadoces adiacẽt.Hęc regio magna ex par
Cappadoces. te campis & locis optimis abundat.Sed quoniã ex his quædam intra Taurũ ſunt,
quædam extra,de interioribus dictum eſt,de exterioribus ámodo dicemus, à Tra-
chiotis incipientes.Primum itaq; Ciliciæ caſtellum eſt Coraceſium,in petra præru-
Diodorus Tryphon. pta poſitum,quo Diodorus cognomento Tryphon receptaculo uſus eſt,quo tem
Antiochus. pore Syriam à regibus deſciſcere fecit,aduerſum quos bellum gerebat,interdum ſe-
cundo aduentu interdum aduerſo. Hunc Antiochus Demetrij filius, in quodam
loco incluſum ad ſui ipſius internecionem compulit. Vt autem Cilices piratæ fie-
rent,

rent, causa fuit Tryphon & regum ignauia, qui tunc Ciliciæ ac Syriæ ex succesſione imperabant. Nam ad illius nouitatem & alia permulta innouata ſunt, & fratres inter ſe diſſidentes, regionem adorientibus ſubditam effecerunt. Sed maxime lucrifica mancipiorum exportandorum licentia ad maleficium exhortabatur, quæ & facile capiebantur. Ac Delus quæ non admodum procul aberat, emporium magnum & pecunioſum exhibebat. Ea enim multa mancipiorū millia & recipere & emittere eadem die poterat, ex quo prouerbiū factum eſt, ἔμπορε κατάπλευσον, δεῦρο λαβέ, πάντα πέπρακται. id eſt, Mercator nauiga, & expone, iam omnia uenundata ſunt. Cauſa erat, quia Romani poſt Carthaginis & Corinthi euerſionem, diuites effecti, multis ſeruis utebantur. Quapropter piratæ & prædandi & uendendi opportunitate oblata, mirum in modum coaluerunt. Huc permulti Cypri & Ægypti reges adiuuabant, Syris ſcilicet inimici. Sed cum nec illis Rhodij beneuoli eſſent, nihil auxilij aferebant. Adhæc cum piratæ continue alia corpora caperent, maleficium perpetuū faciebant. Romani uero quanquam nondum eos qui trans Taurum erant, multū curarent, miſerunt tamē Scipionem Æmilianū, qui populos & urbes & alios quoſdam inſpiceret. Intellexerunt itaq; id ex improbitate principum euenire, à Seleuco Nicatore per ſucceſsionem præfectorum. Pudebat enim Romanos regnum abolere, quod ipſi conſtituiſſent. Quæ res Parthos qui trans Euphratem erant, poſtea regionis eius dominos fecit. Poſtremo etiam Harmenios, qui regione Tranſtaurina uſq; in Phœniciā occupata, reges et genus eorū uniuerſum funditus ſuſtulerūt, mare autem Cilicibus conceſſere. Demum Romani illos opibus auctos, & bello et exercitu deleuere, quos ne augerentur non prohibuerunt. Sed eorum profecto negligentiam condemnare difficile eſt. nam rebus uicinis & in conſpectu ſitis occupati longinqua proſpicere non ualebant. Hæc nobis, ut per digreſsionem breui attingeremus, uiſum eſt. Poſt Coraceſium eſt urbs Arſinoë, deinde Amaxia in colle ſita, quæ habitatio ſtationem habet. Huc materies ad fabricandas naues deducitur, maxima ex parte cedrus. nam hæc regio huiuſmodi arboribus abundat. Idcirco Antonius eam Cleopatræ dedit, quod eſſet fabricandis nauibus idonea. Poſtea eſt Laërtes caſtellum in tumulo quodam ſitum, qui mamillæ ſpeciem præbet, id ſtationem habet. Poſtea eſt Selinûs amnis. Poſt hunc Crangus petra prærupta ad mare. Poſtea Charadrus, munitio cum ſtatione. Vlterius eſt mons Andriclus, & aſpera quædam præternauigatio, nomine Platanius. Poſtea eſt Anemurium promontorium, ubi continens Crommyo Cypri promontorio appropinquat ad ſtadia ccc. & quinquaginta. Quare à Pamphyliæ finibus Anemurium uſque eſt Cilicię præternauigatio octingentorum ac uiginti ſtadiorum. Reliqua nauigatio uſq; Solos eſt ad ſtadia quingenta. Poſt Anemurium primo eſt Agidus ciuitas, poſtea Arſinoë quę ſtationem habet. Poſtea locus nomine Melania, & Celendris ciuitas, quę portum habet. Sunt qui hanc Ciliciæ initium faciant, & non Coraſium, è quibus eſt Artemidorus, qui ab ore Peluſiaco uſq; Orthoſiam dicit eſſe ſtadiorum tria millia & noningenta. Vſq; ad Orontem flumen mille & centum & triginta. Vſq; ad portas deinceps quingenta ac uiginti quinq;. Vſq; ad Cilicum fines duo millia & ducenta & ſexaginta. Poſtea eſt Holmus, quam prius habitarunt ij qui nunc Seleucenſes appellantur. Sed cōdita Seleucia in Calycadno eò commigrarunt. Nam deflectenti promontoriū nomine Sarpedonē, quod litoream regionem facit, mox ſunt Calycadni oſtia, cui proximū eſt Zephyrium promontoriū. Per hunc fluuiū

Delus.

Prouerb.

Seruorum Ro. multitudo.

Arſinoë. Amaxia.

Laërtes opp. Selinus flu. Crangus. Charadrus. Andriclus. Platanius.

Anemurium. Crommyus.

Agidus opp. Melania. Celendris

Holmus. Seleucia. Sarpedon promontorium. Calycadnus. Zephyrium.

Seleuciam nauigatur urbem bene habitatam, & à Cilicio & Pamphylio more plurimũ discrepantem. Hinc ætate nostra fuere uiri ex peripateticis philosophis memorabiles, Athenęus & Xenarchus. Sed Athenęus in republica uersatus, aliquandiu in patria populũ † duxit. Postea contracta cum Murena amicitia, & cum illo fugiens captus est, cum insidiæ contra Cæsarem Augustum deprehensæ essent. Sed cum insons esset inuentus, à Cæsare dimissus est, rediens autem Romã multis eum salutantibus & interrogantibus, illud Euripidis respondit,

Athenæus.
Xenarchus.
† Μμαγόγησεν.
Initium Hecubæ Eurip.

ἥκω, νεκρῶν ἱδρυμάτων σκότου πύλας
λιπών. id est,
Aduenio ab imis atq; cæcis inferûm
Tenebris.

Sed breue tempus superuixit, à ruina domus, ubi habitabat per noctem oppressus. Xenarchus uero quem nos audiuimus, non diu domi permansit, sed Alexandriæ & Athenis, postea enim Romę electa docendi uita. Is primum Arij, postea Cęsaris Augusti amicitia usus, usq; ad senectutẽ in honore habitus est. Sed paulo ante obitum uisu orbatus, morbo uitam consummauit. Post Calycadnum est petra nomine Pœcila, ea scalam habet ui excisam, qua Seleuciam itur. Postea est Anemurium promontoriũ, eodẽ nomine quo & superius. Item Crambusa insula & Corycum promontorium, ultra quod ad stadia uiginti est Corycum antrum, in quo crocus optimus nascitur. Id autem est ingens quædam concauitas in orbem deducta, cui labrum petrosum ac satis altum circumiacet. Cum descenderis, solum est inæquale & magna ex parte petrosum, & fruticosa, & semper uirenti ac domestica materie plenum. Adiacens uero solum croco satum est. Ibi specu est, quod fontem ingentem habet, puræ ac nitentis aquæ, in flumen exeuntem, quod mox à terra absorptum, & insolubiliter delatum exit in mare, idq; aquam amaram uocant. Postea est Eleusa insula, post Corycum continenti adiacens. Hanc Archelaus habitauit, & regiam fecit, tota Cilicia Trachea assumpta præter Seleuciam, eo modo quo ab Amynta, ac prius etiam à Cleopatra habita est. Nam cum locus & terra & mari idoneus esset ad latrocinium, terra quidem propter montium magnitudinem & ulteriores gentes, quæ campos & agriculturas latas, & excursionibus faciles habent, mari autem propter materiem fabricandis nauibus opportunam, & propter portuum & munitionum, & locorum copiam quæ subiri possunt, uisum est ad omnem rerum euentum satius esse, ut loca sub regibus essent, quàm sub ducibus Romanorũ, qui & ad iudicia mitterentur, & nõ semper adesse cum armis possent. Hoc modo Archelaus ad Cappadociam etiam Ciliciam Tracheam assumpsit, cuius fines inter Solos & Eleusam sunt, Latmus fluuius & uicus eiusdem nominis. In excelsis Tauri partibus est Olympus, Zeniceti piratæ sedes, & mons & castellum eodem nomine, à quo tota Lycia & Pamphylia & Pisidia cernitur. Zenicetus capto monte Isaurico, se cum tota domo concremauit. Eius erat Corycus, & Phasilis, & multa Pamphyliæ loca, quæ omnia in Isaurici uenerunt potestatem. Post Latmũ sunt Soli, ciuitas insignis, alterius Ciliciæ initiũ, quæ circa Issum iacet. Ea Achiuorum opus est & Rhodiorum qui ex Lindo uenerunt. Pompeius magnus in hanc hominibus exhaustam reliquos piratas transtulit, præsertim quos & salute & prouidentia dignos intelligebat, & mutato nomine Pompeiopolim appellauit. Hinc fuere uiri memoratu digni, Chrysippus philosophus Stoicus, ex

Strabo Xenarchum audiuit.
Pœcila petra.
Anemurium.
Crambusa.
Corycus.
Corycũ antrũ.
Eleusa.
Latmus flu.
Olympus.
Zeniceus.
Isaurici mõs.
Phasilis.
Soli ciuitas.
Pompeiopolis.
Chrysippus.

patre

patre Tarsensi ortus, qui inde migrauit. Item Philemon poëta comicus, & Aratus qui de astris uersu conscripsit. Postea est Zephyrium eodem nomine, quo & id quod est Calycadno proximum. Postea est Anchiala paulo supra mare sita, Sardanapali opus, ut Aristobulus scribit. Vbi Sardanapali monumẽtum est, & lapidea statua, quæ dextræ manus digitos cõmittit, & quasi complodit. Quidam dicũt ibi epigramma esse, Assyrijs literis insculptum huiusmodi: Sardanapalus Anacyndaraxis filius, Anchialen & Tarsum una die condidit, †ede, bibe, lude. & *

Philemon. Aratus. Zephyrium. Anchiala. Sardanapali Epigramma. Tarsus. *Additur in Græco, Et tu hospes ede &c. ἠ οὐ ὦ ξεῖνε &c.

εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς τὸν θυμὸν ἄεξε
τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι τοι οὔτις ὄνησις,
καὶ γὰρ ἐγὼ ποτὸς εἰμι νίνυ μεγάλης βασιλεύσας.
ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἀφ' ὕβριζα ἠμὲτ' ὀρωρὼς
τέρπν' ἔπαθον πάντε πολλὰ ἠδ' ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

Cum te mortalem noris, præsentibus exple
Delicijs animum, post mortem nulla uoluptas.
Nanq; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit, at illa manent multa, & præclara relicta.
Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentum.

Chœrilus horum meminit, atq; hi uersus circunferuntur, Chœrilus.

ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον, & ἐφ' ὕβριζα & μετ' ὀρωρὼς
τέρπν' ἔπαθον πάντε πολλὰ & ὄλβια κεῖνα λέλειπται. id est,

Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit, at illa manent multa, & præclara relicta.

Vltra Anchialam est munitio nomine Quinda, in qua olim Macedones thesauros seruabant. Eumenes uero ab Antigono deficiens pecunias abstulit. Vltra hæc & Solos sunt montana, in quibus Olbus ciuitas est, quæ Iouis templũ habet, Aiacis, fratris Teucri opus. Huius sacerdos etiam Tracheæ dominatus est. Postea multi tyranni eam adorti, latrocinia cõstituere, quibus sublatis adhuc ætate nostra eam Teucri principatum & sacerdotiũ uocãt, & maxima ex parte sacerdotes Teucri uel Aiaces dicuntur. Aba uero Xenophanis filia, unius ex tyrannis, per cognationẽ in hanc domũ ingressa principatũ obtinuit, quem pater antea procuratorio nomine acceperat. Postea Antonius & Cleopatra etiam concesserunt, obsequijs & cultu deliniti. Sed Aba sublata principatus ad eos peruenit, qui ex eodem genere erant. Post Anchialam sunt Cydni fluminis ostia, iuxta locũ Rhegma appellatũ. Id autẽ est stagnũ, quod antiqua naualia habet. In hoc Cydnus exit, Tarsum perfluens, qui ortum à Tauro habet ultra urbẽ. Tarsi uero naualeest lacus. Hucusq; tota ora à Rhodiorũ trãsmarina incipiens, ad æquinoctiales ortus ab occasu eiusdem nominis extenditur. Postea ad hyemalẽ ortum conuersa Issum usq;. Iam hinc fluxum quendam sumit austrum uersus usq; in Phœniciam. Reliquum ad occidentẽ finit usq; ad columnas, quare uerus lustratę Cherronesi isthmus, est à Tarso & Cydni ostijs usq; Aminsum. Hæc enim minima est ex Aminso in Cilicũ fines distantia. Nam hinc Tarsum usq; sunt C. ac XX. stad. Inde ad Cydni ostia nõ plura quinque. Nulla enim Issum usq; & eius mare breuior uia est ex Aminso, quàm per ipsã Tarsum, nec ex Tarso Issum usq;, propriorq; in Cydnũ. Quapropter manifestum est hunc esse uerum isthmum, quanquam à prædonibus ille uerus dicatur, qui est

Quinda. Olbus. Sacerdotium Teucri. Aba. Cydnus flu. Rhegma. Tarsus.

usq; in Issicum sinum propter signa quę habet. Propter hoc ipsum etiam lineã quã ex Rhodia in Cydnum usq; deduximus, eandẽ esse asserentes, quę Issum usq; pertendit. Nihil pręter hoc facientes, & Taurũ dicimus è directo huic lineæ usq; in Indiam penetrare. Tarsus in campo iacet, Argiuorum opus, qui Io quærentes, cum Triptolemo errauerunt. Hanc Cydnus mediam perfluit, iuxta gymnasium iuniorum. Eius ortus non procul est. Alueus uero per profundam uallem illatus, rectà in urbem egreditur. Aqua est rapidissima et frigida, quapropter hominibus ac bestijs auxiliatur, quæ neruos crassiores habent. Tantum Tarsensibus studium circa philosophiam fuit, & alias disciplinas, quàm in † corona uersabantur, ut Athenas & Alexandriam superarent. Et si quis alius locus dici potest, in quo scholę et philosophię exercitationes fuerint. Sed hoc uno plurimum excellit, quod hic indigenæ discunt, peregrini uero nõ multi huc adueniũt. At nec illi ipsi hic manent, sed foris perficiũtur, & perfecti libenter peregrinantur, detinentur autẽ perpauci. At cęteris ciuitatibus quas modo dixi omnibus contrarium euenit, excepta Alexandria. Nam multi in eas proficiscuntur, & libenter immorantur. Indigenas non multos admodũ uideas non extra discendi studio proficisci, nec ibi circa hoc studere. Alexandrinis utrunq; contigit. nam & multos peregrinos suscipiunt, & ex suis emittunt non paucos. Alexandria omniũ liberalium artium scholas habet, & ante alias populosa est, & multum potest, & metropoleos sermonẽ retinet. Viri ex ea illustres fuere, ex Stoicis Antipater, Archedemus, & Nestor, & duo Anthenodori, quorum qui Cordylion dictus est, cum M. Catone uixit, & apud eum mortuus est. Alter uero Sandonis filius, quem à uico quodam Cananitam dicunt, Cæsaris præceptor fuit, & in honore maximo apud illum habitus est. Iam uero senior in patriã reuersus eam reipub. gubernationem sustulit. Cum ciuitas partim ab alijs partim à Boetho quodã malo poëta, & malo ciue perperam tractaretur. Is plurimum apud plebem ualebat. Extulerat eum Antonius ab initio, cum carmẽ in uictoriam in Philippis habitam ab illo compositum accepisset. Sed multo magis eius facilitas, quæ apud Tarsenses maxima uidebatur, adeo, ut ex tempore & uno impetu ad omnem datam materiã diceret. Simul Antonius gymnasiorum prefecturam Tarsensibus pollicitus, hunc in gymnasiarchæ locum constituerat, ac omnes ei gymnasij impensas crediderat. Sed deprehensus cum alia surripere, tum etiam oleum, apud Antonium ab accusatoribus conuictus est, cuius iram cum alijs tum hoc maxime declinauit, dicens, quod quemadmodum Homerus Achillem & Agamemnonẽ & Vlyssem decantauit, ita & ego te, quare iniquũ est, ut huiusmodi apud te calumnijs agar. quod excipiens accusator, At Homerus, inquit, oleum Agamemnoni non furabatur nec Achilli, tu uero furatus es, quapropter pœnas dabis. Cumq; iram obsequijs & cultu à se auertisset, nihilominus & ferre & tractare ciuitatẽ usq; ad Antonij exercitũ perseuerauit. Quare cum Anthenodorus huiusmodi ciuitatis statum reperisset, primo illum & eius complices urbis traducere aggressus est. Sed ubi nihilominus ab iniuria abstinebant, ea authoritate usus est, quam à Cęsare acceperat, eos itaq; exilio damnatos eiecit. Hi uero in illius ædium pariete conscripserunt,

Tarsus. Cydnus.

Tarsensiũ studia. Ἀκαδημίαν τὰν Ἀθήνας καὶ τὰν Ἀλεξάνδρειαν ἔφασαν παλαίαν.

Alexandriæ schola.

Antipater. Archedemus. Nestor philos. Anthenodorus Cordylion. Anthenodorus Cananita.

Boethus malus poëta.

Prouerbialis uersus. Βοῦς νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, τορδαὶ δὲ γερόντων. id est,

Res iuuenum, consulta uirûm, crepitus seniorum.

Quod ille in iocum accipiens ascribi iusserit, tonitrus seniorũ. Quidã eius humanitatẽ cõtemnens cum uentrem lubricũ haberet, & noctu præter eius domũ transiret,

iret, totum ostium ac parietem respersit. Ille cum seditionem acriter in contione reprehēderet, Vrbis (inquit) morbus & malus habitus, tum ex multis rebus, tum ex excrementis perspici potest. Sed hi Stoici fuerūt, Nestor uero Academicus, qui ætate nostra Marcellum Octauiæ sororis Cæsaris filium instituit. Atq; hic etiam post Athenodorum ciuitati præfuit, & apud duces & apud ciues in honore maximo habitus est. Aliorum quoq; philosophorum nomina quos noui multorum dicere possem, sed ex ijs qui per urbes peregrinarentur, & optime scholas regerent, Plutiades fuit & Diogenes. At Diogenes etiam poëmata in adolescentia composuit maxima ex parte tragica. Grammatici fuere, quorum scripta extent, Artemidorus & Diodorus. Optimus tragœdię poëta ex ijs qui memorantur fuit Dionysides. Sed præcipue Roma maximam eruditorum hominū multitudinem afferre potest, qui ex hac urbe sunt. Tarsensibus enim & Alexandrinis plena est, ac Tarsus quidē est huiusmodi. Post Cydnum Pyramus sequitur, ex Cataonia fluens, de quo antè fecimus mentionē. Scribit Artemidorus, hinc Solos recta nauigatione esse stadia quinquaginta. Proxima est Mallus in edito quodā loco sita, opus Amphilochi & Mopsi auguris Apollinis & Latonæ, de quibus ualde multa conficta sunt, & nos antè mentionem fecimus, cum de Calchante diceremus, & controuersia quam Calchas & Mopsus de diuinatione habuissent. Hanc controuersiā nonnulli Ciliciam trāsferunt, ut Sophocles, qui eam tragico more Pamphyliam uocat, quemadmodum & Ciliciam Caricam, & Troiam Lyciam ac Phrygiam, & cum alij tum etiam Sophocles Calchantis obitum hic tradunt, & non solum de diuinatione, sed de imperio contentionem sunt fabulati. Dicunt enim Mopsum & Amphilochū ex Troia profectos Mallum condidisse, postea Amphilochum Argos digressum, cum Argiuis non placuisset, illò redijsse, sed à regni cōmunicatione exclusum singulari certamine cum Mopso concurrisse, & cum simul cecidissent sepultos esse, inter se tamen distantes, & adhuc sepulturæ prope Pyramum circa Magarsa ostenduntur. Hinc fuit Crates grāmaticus, cuius discipulū Panætium dicunt. Vltra hanc oram est Halenius campus, per quem Philotas Alexandri equitatum duxit, cum ille phalangem per oram maritimam & Mallensem agrum Issum uersus, & Darij copias ex Solis duceret. Tradunt Alexandrum propter cognationem cum Argiuis, Amphilocho sacrificasse. Hesiodus dicit, Amphilochum ab Apolline apud Solos interemptum, quidam apud Halenium campum, quidam in Syria, cum propter cōtentionem ab Halenio discederet. Post Mallum sunt Aegeæ oppidū, quod stationem habet. Postea sunt Amanides portæ, quę stationem habent, in quas Amanus mons desinit à Tauro descendens, qui ultra Ciliciam est orientem uersus, semper à tyrannis occupatus, loca munitissima obtinētibus. Ætate nostra his omnibus potitus est Tarcodementus, uir memoratu dignus, & ob præclara facinora rex à Romanis nuncupatus, qui posteris suis successionē tradidit. Post Ægæas est Issus oppidū, quod stationem habet, et Pindus amnis. Hoc in loco Alexander cum Dario cōflixit. Item Issicus sinus in quo Rhosus ciuitas est, & Myriandrus ciuitas & Alexandria, & Nicopolis, & Mopsi domiciliū, & quæ portæ appellātur, Cilicū & Syrorū confiniū. In Cilicia est Dianæ Sarpedoniæ fanū & oraculū, ubi numine perciti, responsa dant. Post Ciliciam prima Syrorum ciuitas est Seleucia in Pieria, proxime Orontes emittit. Ex Seleucia Solos usque recta nauigatione sunt circiter mille stadia. Sunt qui dicant Cilicas Troianos, quorum Homerus meminit, Cilicum

Nestor Philosophus.
Marcellus Octauiæ.
Plutiades.
Diogenes poē.
Artemidorus.
Diodorus.
Dionysides.
Pyramus flu.
Mallus opp.
Calchas & Mopsus.
Magarsa.
Crates gram.
Panætius.
Halenius cam.
Philotas.
Amphilochus
Aegeæ opp.
Amanides portæ.
Amanus mons
Tarcodementus.
Issus opp.
Pindus flu.
Rhosus.
Myriandrus.
Alexandria.
Nicopolis.
Mopsi domicilium.
Portæ.
Seleucia.
Orontes flu.

qui trans Taurum sunt, authores fuisse, quanquam ab illis plurimum distent, & quædam loca ibi ostendunt, quemadmodum in Pamphylia, Thebam, & Lyrnessum, quidam econtra atq; etiam campum quendam Haleniũ ibi monstrant. Nũc Transtaurinis partibus dictæ Cherronesi peragratis, hæc adijcienda sunt. nam Apollodorus in nauium dinumeratione hæc etiam dicit, omnes Asianos Troianorum socios à poëta dinumerari, qui quidem Cherronesum habitant. Cuius angustissimus isthmus est, interuallum inter Sinopensem recessum atq; Issum. Exteriora uero latera, cum Cherronesus triquetra sit, esse inæqualia. Nam ex ijs aliud à Cilicia usq; Chelidonias progreditur, aliud uero citerius usque ad Euxinios, aliud iam citerius Sinopen usque. Quare illud, solos eos qui sunt in Cherroneso, per eadem conuincemus falsum esse, per quæ prius conuicimus, non solos eos qui sunt intra Halym. Nam loca Pharnacię proxima, in quibus Halizonos diximus, quẽadmodum ea sunt extra Halym, ita & extra isthmum. Siquidem & extra angustias, quæ inter Sinopen sunt atq; Issum, & non modo has, sed etiam ueras angustias definiuit, cum illas pro his poneret, & quod omnium stultissimum est, dixit Cherronesum triquetram esse, & tria esse latera exteriora. Nam qui exteriora latera dicit, id latus excipere uidetur, quod circa angustias est, quasi & hoc etiam sit latus, sed non exterius, nec ad mare. Si igitur angustiæ adeo coactæ essent, ut & latus ad urbem Issum, & latus ad ipsam Sinopen uergens, penè inter se iungerẽtur, dici posset Cherronesum triquetram esse. Nunc uero cum angustiæ quæ ab eo dicuntur, tribus millibus stad. inter se distent, inscitia est dicere tale quadrilaterũ triquetrum esse, & non chorographicum. Is etiam qui metro comico chorographiam edidit, de terræ situ inscribens in eadem est inscitia, quanquã isthmum ad minimum interuallum reducat, quantum dixerũt qui dimidium totius sunt mentiti, & quantum Artemidorus, qui eum dixit esse mille & quingentũm stad. Nondũ enim in hoc triquetra figura cohibetur, sed nec exteriora latera recte distinxit, dicens unum esse ab Isso usq; in Chelidonias. Tota enim Lyciaca ora, quæ restat, in rectum tendit & Rhodiorum transmarina Physcum usq;, hinc uero continens flexum quendam accipiens iam secundi & occidentalis lateris initiũ facit usq; in Propontidem & Byzantiũ. Sed cum Ephorus dicat XVI. nationes hanc Cherronesum incolere, tres Græcas, reliquas Barbaras, præter mixtos homines, ad mare quidem Cilicas, Pamphylos, Lycios, Bithynos, Paphlagonas, Mariandynos, & Troas, & Cares, Pisidas uero ac Mysos & Chalybes & Milyas in mediterranea. Apollodorus hæc diuidens, decimã ac septimã nationẽ addidit Galatarũ, quę iunior est Ephoro. Ex his autem dicit Græcos nondũ Troiano tẽpore colonos misisse. Barbari uero magnitudine temporis multã confusionẽ habent, dinumerari autẽ à poëta & Troës, & eos qui nunc Paphlagones nominãtur, & Mysos, & Phryges, & Cares, & Cilices, Maones uero pro Lydis & alias incognitas gẽtes, ut Halizonas & Cauconas. Item extra dinumerationem esse Cetios, Solymos & Cilicas, qui ex Thebano sunt campo & Lelegas. Pamphylos uero & Bithynos, & Mariandynos, & Pisides, & Chalybes, & Milyes, & Cappadoces nequaq; nominari, tũ quod hęc loca nondũ ab eis incolerẽtur, tũ quod in alijs cõprehenderẽtur nationibus, ut Hydrienses & Termilę in Caribus, Doliones et Bebryces in Phrygibus. Sed nec Ephori sentẽtia uidetur bene hęc trãsigere, poëtę autem dicta perturbat, & falso adducit. Nam hoc primũ ab Ephoro quærendũ fuit, cur Chalybes intra Cherronesum ponat, cũ à Sinope

Apollodori opinio confutatur.

Cherronesus an triquetra.

Cherronesi Thraciæ nationes.

Maones.

Milyes.

Hydrienses.

Termilæ.

Doliones.

Bebryces.

Ephorus notatur.

nope & Aminſo tam longe diſtent orientem uerſus. Nam qui huius Cherroneſi iſthmū dicūt eſſe lineam ab Iſſo in Euxinū ductā, eam quaſi meridionalē faciunt. Quidam putant eam eſſe quæ ad urbem Sinopen tendit, quidā eam quę ad Aminſum eſt, eam autem quæ ad Chalybes eſt nullus, cum ea omnino ſit obliqua. nam Chalybum meridianus per minorem Harmeniam deſcriberetur & per Euphratem, qui totam intra ſe Cappadociam comprehendit, & Cōmagenam, & Amanū, & Iſſicum ſinum. Quare ſi iſthmum ab obliqua linea terminari cōcederemus, maxima pars horum & præſertim Cappadocia interius comprehenderetur, atque is etiam qui proprie nunc Pontus appellatur, qui eſt Cappadociæ pars, Euxinum uerſus. Quare ſi Chalybes Cherroneſi pars dicendi ſunt, multo magis Cataones et utriq; Cappadoces & Lycaones, qui etiam ab eo ſunt prætermiſſi. Sed quare Chalybes in mediterranea poſuit, qui à poëta Halizones dicti ſunt? quemadmodum nos ſupra demonſtrauimus. Rectius enim erat, ut eos diuideret, & partim ad mare collocaret, partim in mediterranea, quemadmodū de Cappadocia Ciliciaq; faciendum eſt. Ille uero ne eam quidem nominauit, de Cilicibus ſolum fecit mentionem, qui ad mare habitant. Qui itaq; ſub Antipatro Derbita erant, & Homonades, & alij complures Piſidis finitimi, qui mare nō norunt, nec ſalſas æquoris eſcas, quem locum capient? ſed nec Lydos nec Maonas commemorauit, ſiue ijdem ſint, ſiue diuerſi, ſiue per ſe, ſiue in alia gente comprehendantur. Nequaquā enim tam inſignis natio occultari poteſt, nec ſi nihil de ea dicat, uidetur nihil neceſſarium prætermittere. Mixti autem quinam ſunt? nulla enim loca proferre poſſumus, uel ab eo nominata uel prætermiſſa, præter prædicta, quæ quidem mixtis tribuamus, nec ex ijs ullos quos dixit uel prætermiſit. Nam ſi immixti ſunt cum alij prævalerēt, uel Græci effecti ſunt, uel Barbari, tertium uero mixtum genus nullum ſcimus. Præterea quomodo tres Græcæ nationes ſunt, quæ Cherroneſum habitant? Nam ſi hoc ideo eſt, quia Iones & Athenienſes olim ijdem erant, dicentur etiam ijdem Dores & Æoles, ita quod duæ nationes tantum fient. Si uero propter poſteriores mores ſunt diſtinguendi, quemadmodū propter linguas, nationes quatuor erūt, quemadmodū & linguæ. Sed hanc Cherroneſum ex Ephori definitione non ſolum Iones incolunt, uerum etiam Athenienſes, ut in particularibus declaratum eſt. at huiuſmodi quædam aduerſum Ephorum dubitanda erant. Sed hæc Apollodorus non multum curauit, XVI. uero nationibus ipſe decimamſeptimam addidit Galatarum, quod & utile eſt. Tamen ad eorum pertractationem quæ ab Ephoro uel dicuntur uel prætermittuntur, nequaquam eſt neceſſarium. Ipſe enim cauſam affert, quod ſcilicet hæc omnia poſt illius ætatem fuere. Cum uero ad poëtam tranſit, id recte ait, quod poſt Troiana tempora multa Barbarorū confuſio facta eſt propter mutationes. Nam quædam aucta ſunt, quædā imminuta, quædā diſtracta, quędā in unum coacta. Sed non bene dicit duplicē cauſam eſſe, quare poëta quorundam non meminit, quod ſcilicet uel nondū hæc natio inhabitaretur, uel quod ab alia cōprehenderetur. Nam Cappadociam cum Cataonia & Lycaonia nō nominat, ob neutram tamen harum cauſarum. nullam enim huiuſmodi hiſtoriam de his habemus. Prętera curare & reſpōdere, quare Homerus Cappadocas & Lycaones prętermiſit, quod uero Ephorus prætereat, et ipſum prętirire, & ad hoc illius ſententiā afferre, cum id perſcrutatur & pertractat, ridiculum eſt. Item docere quare Homerus Maones, p Lydis poſuit. Quare uero Ephorus nec Lydos nec Maones nomi

Chalybes.

Pontus.

Halizones.

Dores. Aeoles. Linguæ Græcorum.

Apollodori ſententia improbatur.

nauit, non declarare, ſtultum eſt, & cum dicat poëtam ignotorum quorundã mentionem facere, de Cauconibus quidem, & Solymis, & Cetijs, & Lelegibus, & Cilicibus, qui ex Thebano campo erãt, rectè dicit. Halizonas uero ipſe fingit, imò ipſi primo Halizonas ignorauerunt, & multis modis ſcripturam mutauerunt, argenti uenam fingentes, atque alia permulta & magna occurrunt, quæ iam defecere. Ad hanc ambitionem illas etiam hiſtorias contulerunt, quas Scepſius ponit à Calliſthene accipiens, & ab alijs quibuſdam, qui falſæ Halizonum opinionis non ſunt immunes, quòd ſcilicet Tantali, & Pelopidarum diuitiæ à metallis prouenere, quæ circa Phrygiam & Sipylum erant, & quòd Cadmi opulentia à Thracia fuit & Pangæo monte, & Priami ex auro quod circa Abydum effodiebatur, cuius nunc uix ulla ueſtigia apparent, multa tamen antiquorum metallorum ſigna, loca effoſſa exhibent. Mydæ quoque opes ex metallis fuere, quæ circa Vermium montem erant. Gygis, & Alyattis, & Crœſi ex ijs quæ apud Lydiũ oppidum deſertũ, inter Atarneum ac Pergamum, quod quidem loca effoſſa habet, propter metallorum inquiſitionem. Præterea Apollodorus merito in hoc reprehendi poteſt, quod cum cæteros reprehendere ſolitus ſit, qui multa præter Homeri ſententiam innouarunt, in hoc non ſolum negligens fuit, uerum etiam contraria in unum collegit, quæ non eodem modo dicũtur. Nam cum Xanthus Lydus dicat poſtres Troianas Phryges in Europam & lęua Ponti ueniſſe, & Scamandrium eos ex Berecyntia & Aſcania duxiſſe. Addit Apollodorus Homerum eius Aſcaniæ meminiſſe, cuius etiam Xanthus,

Tantali diuitiæ.
Pelopidarum opulentia.
Cadmi diuitiæ
Pangæus mons
Abydi aurum.
Mydæ opes.
Vermius mõs.
Lydium.
Gyges.
Alyattis diuitiæ.
Crœſi opes.
Aſcania.

In Catalogo. φόρκυς δὲ φρύγας ἦγε καὶ ἀσκάνιος θεοειδὴς
τῆλ' ἐξ ἀσκανίης. id eſt,

Phorcys & Aſcanius Phrygias duxere cateruas
Longe ex Aſcania.

Quid ſi ſic habet tranſmigratio? certe poſt res Troianas facta eſt. In bello autem Troiano auxilium à poëta commemoratum, ex ulteriore uenit regione, ex Berecyntibus ſcilicet & Aſcania. Qui nam ergo erant Phryges?

Iliad. γ. οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας σαγγαρίοιο.

Qui prope Sangarij ripas tunc caſtra tenebant.

Cum Priamus auxiliator dicit, cum quibus electus eram, quomodo Priamus ex Berecyntibus Phrygas accerſiſſet, cum quibus cõuenientiam nullam habebat? finitimos autem & eos quibus ipſe prius auxiliatus eſt, prætermiſit. Et cum ſic de Phrygibus dicat, de Myſis etiam addit non admodum cohærentia. Aitenim Myſiæ uicum quendam Aſcaniam uocari, circa lacum eiuſdem nominis, ex quo & Aſcanium amnem decurrere facit, cuius meminit Euphorion,

μυσοῖο παρ' ὕδασιν ἀσκανίοιο. Aſcaniũ propter Myſum. Et Alexander Aetolus inquit,

εἰ καὶ ἀσκανίῳ δώματ' ἔχουσι ῥόῳ
λίμνης ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν
ἔνθα δολίων υἱὸς σιλλωδὲ καὶ μελίης.

A quibus Aſcaniæ circum habitantur aquæ,
Aſcanij per labra lacus, quibus ante Dolion
Sileni manſit filius ac Meliæ.

Dolionia.
Myſia.
Meletopolis.

Vocant, inquit, Dolioniam & Myſiam regionem, eam quæ circa Cyzicum eſt Meletopolim uerſus, quare ſi hæc ita ſe habent, & ex poëtarum teſtimonio cõprobãtur, & ex ijs quæ nũc monſtrata ſunt, quid prohibebat Homerũ huius Aſcaniæ memi

meminisse, & non eius quæ à Xantho cõmemoratur? Sed quoniam de his antè dictum est, cum de Mysis ac Phrygibus tractaremus, idcirco quantum ad hanc partem attinet, finem faciamus. Reliquum est, ut Cyprum peragremus, quæ huic Cherroneso ad austrum adiacet, & quoniam, ut ante diximus, mare comprehensum ab Ægypto, & Phœnicia, & Syria, & reliqua ora, usq; in transmarinam Rhodi regionem, compositum est ex Ægyptio pelago & Pamphylio, & eo quod Issico sinui proximum est. In hoc Cyprus iacet, quæ partes septentrionales Ciliciæ Tracheæ contiguas habet, quibus etiam continenti proxima est, orientales Issico sinui, occidentales à Pamphylio pelago allutas, australes autem ab Ægyptio. Hoc itaq; ab occidente Libyco, & Carpathio pelago permiscetur, ab austro atq; oriente est Aegyptus & sequens ora, usque Seleuciam atq; Issum, à septentrione Cyprus Pamphylium pelagus. Hoc enim ab aquilone, à Ciliciæ Tracheæ, & Pamphyliæ, ac Lyciæ extremis comprehenditur usque in Rhodiam regionem, ab occidente Rhodiorum insula, ab oriente Cypri parte, quę Paphum uersus & Acamantem iacet, à meridie Ægyptio pelago confunditur. Cypri ambitus est trium millium & quadringentorum ac uiginti stadiorum, in sinum se inferenti. Eius longitudo est à Clidibus in Acamantem pedestri itinere mille & quadringentorum stadiorum, ab oriente in occidentem progredienti. Sunt autem Clides insulæ duæ ante Cyprum ad orientales eius partes sitæ. Hæ à Pyramo distant stadijs septingentis. Acamas promontorium est syluosum, quod duarum mamillarum speciem præbet, & in occidentalibus insulæ partibus situm, tendit ad aquilonem. Id Selenuntem uersus Ciliciæ Tracheæ proximum est, mille stadiorum transitu, Sidam uersus Pamphyliæ mille & sexaginta, Chelidonias uersus mille & nongentorum. Tota insulæ figura est parte altera longior, ea isthmos facit ad latera quæ latitudinem terminant. Singulæ eius partes (ut breui comprehendamus) ita se habent à signo continenti proximo incipientes. Diximus alibi Crommyi extremũ, quod est Cypri promontorium, ad Anemurium promontorium Cilicię Tracheæ opponi, per trecentorũ & quinquaginta stadiorum interuallum. Hinc iam insulam ad dextram, & continentem ad sinistram habentes, ad aquilonem & orientem & Clidas, nauigãt recta nauigatione stadiorum septingentorum. In quo spatio est Lapathus ciuitas, quæ stationem habet & naualia, Laconum & Praxandri opus, iuxta quã erat Agidus. Postea est Aphrodisium, ad quod insula peranguста est. nam septuaginta stadiorũ interuallo Salamina transitur. Postea Achiuorum acta, quò primũ Teucer applicuit, is qui in Cypro Salamina cõdidit, à patre (ut fertur) Telamone pulsus. Postea est Carpasia ciuitas, quæ portum habet circa Sarpedonem promontorium sita. Isthmi transitus ex Carpasia est stadiorum triginta uersus insulas Carpasias, & australe pelagus. Postea est mons & promontorium. Montis summum Olympus dicitur, ubi Veneris Acręæ templum est, quod nec uidere nec adire mulieribus licet. In fronte sunt Clides & aliæ complures insulæ. Postea Carpasiæ, post quas est Salamis, unde Aristus fuit rerum conscriptor. Deinde Arsinoë ciuitas & portus. Deinde alius portus nomine Leucola. Deinde promontorium Pedasiũ, cui collis altus & asper imminet, mensæ cuiusdam figurã præbens, Veneri sacer. Hinc in Clidas sunt stadia sexcenta & octoginta. Postea est sinuosa quædam & aspera præternauigatio, eà Cetium itur, quæ ciuitas portum clausum habet. Ex hac Zeno fuit Stoicæ sectæ author, & Apollonius medicus. Hinc usque Barutum sunt stadia mille &

Cypri situs.

Pamphylium pelagus.

Cypri ambitus.

Clides insulæ. Acamas.

Crommyus.

Lapathus.
Praxander.
Agidus.
Aphrodisium.
Salamis.
Achiuorum ἀκτή.
Carpasia.
Olympus.
Venus Acræa.
Aristus script.
Arsinoë.
Leucola.
Pedasium.
Cetium.
Zeno philosop.
Apollonius medicus.
Barutum.

Amathus. quingenta. Deinde est Amathùs ciuitas. Intermedio spatio est oppidum nomine
Palæa. Palæa, & Olympus mons qui mamillæ speciem præbet. Deinde Curias penin-
Curias. sularis, quæ à Thronis distat stadijs septingentis. Postea est Curium urbs quæ sta-
Κῆρυνμίαν. tionem habet. Hanc Argiui condiderunt. Quare iam licet eius † otium perspicere
qui elegiam composuit, cuius initium est,

ἱερὰ τῷ φοίβῳ πολλὸν διὰ κύμα θέουσαι
ἤλθομεν ἀκυταχεναὶ τόξα φυγεῖν ἔλαφοι.

Nos ceruæ Phœbo sacræ, dum tela per undas
Effugimus, cursu uenimus huc celeri.

Siue ea Delus sit, siue quæcunq;. Dicunt enim ceruas ex Corycio iugo dela-
Curias διὰ. psas è Cilicio litore in Curiada actam tranare. & addit,

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πεδάπασι ἀνόλβιον
χεῦμα δι' ἠερίων ἐδράμομεν ζεφύρων. id est,

Res dictu mira est, quonam nos inuia pacto
Maria per aërios transijmus Zephyros.

A Coryco enim in Curiada actam circunnauigantes nec zephyrũ nec insulam à dextris habent, nec transitum ullum à sinistris. Initium itaq; occidentalis circun-
Curium. nauigationis Rhodiorum respicientis Curium est. Postea est promontorium, un-
Apollinis arã contingentes. de iaciuntur qui Apollinis aram contingunt. Postea est Treta, & Boosura, & Palę-
Treta. paphus, ad decem stadia supra mare sita, quæ stationem habet & antiquum Vene-
Boosura. ris Paphiæ templum. Postea est Zephyrium promontorium, quod stationem ha-
Palæpaphus. bet, & altera Arsinoë cum statione & templo & luco. Non procul à mari est Hiero
Zephyrium. cepia. Postea Paphus ab Agapenore condita, quæ portum habet & templa opti-
Arsinoê. me structa. Ea pedestri itinere distat à Palępapho stadijs LX. Per eam uiam quę Pa
Hierocepia. læpaphum it, quotannis festa celebrantur, ad quæ uiri simul ac mulieres ex alijs ur-
bibus confluunt. Quidam dicunt Paphum ab Alexandria distare per tria millia et
Paphus. sexcenta stadia. Deinde post Paphum est Acamas. Post Acamantem orientem uer
Acamas. sus nauigatur in urbem Arsinoën, & in Iouis lucũ. Postea est Solùs, quæ portum
Solus urbs. habet, & flumen, & Veneris & Isidis delubrum. Eam Phalerus & Acamas Athe-
Solij. nienses condiderunt, incolæ Solij dicuntur. Hinc fuit Stasanor, Alexandri sodalis,
Stasanor. uir qui principatum meruit. Vlterius est Limenia ciuitas in mediterranea. Postea
Limenia. est Crommyi promontorium. Sed quid opus est poëtas admirari, eos præsertim,
Crommyũ promontorium. qui omne studium ponunt in elocutione, si Damasti dicta consyderemus, qui in-
sulæ longitudinem à septentrione facit ad meridiem, ab Hierocepia scilicet in Cli-
das. At nec Eratosthenes recte. hunc enim reprehendens, non à septentrione Hie-
rocepiam ponit, sed ab austro, quæ profecto non ab austro est, sed ab occidente. Si
quidẽ in occidentali latere iacet, ubi & Paphus est, & Acamas. Ac Cyprus quidem
in situ talis est, uirtute autem nulla insularũ inferior. Nam & uino abundat & oleo,
Tanaſſum. frumenti quoque satis habet, æris metalla apud Tanassum abundant, in quibus ui
Vitreolum. treolũ & rubigo ęris nascitur, ad medicinę usum idonea. Author est Eratosthenes,
cum olim campi adeo syluis essent occupati, ut ui coli non possent, parum ad hoc
metalla prodesse, cum uero arbores ad æris & argenti decoctionem exciderentur,
accessisse etiam classium ædificationem, cum mare iam intrepide ac potenter naui-
garetur. Sed cum nulla ui euincere syluã possent, permissum est uolentibus ut eam
exciderent, & purgatam peculiarem atque immunem sibi haberent. In initio Cy-
Ptolemæus. prij tyrannides per urbes habebant. Sed postquam Ptolemaici reges potiti sunt

Ægypto,

Ægypto, Cyprus in eorum ditionem conceſsit, fauentibus Romanis. Sed ubi poſtremus Ptolemæus Cleopatræ patruus, nunc regnantis, deliquit, & aduerſum bene de ſe meritos ingratum ſe præbuit, & ipſe ſublatus eſt et inſula à Romanis occupata, & prætoria prouincia per ſe facta eſt. Sed maxime tollendi regis author fuit P. Claudius Pulcher, qui in piratas incidens quo tẽpore Cilices uigebant, imperato ſibi redemptionis pretio, miſit ad regem orans ut ſe redimeret. Rex quidem pretium miſit, ſed perexiguum, adeo ut piratæ id accipere erubeſcerent, quare pecuniã regi remiſerunt, P. Claudio ſine pretio dimiſſo, qui liberatus utriſq; gratiam retulit. Nam tribunus plebis creatus, euicit ut M. Cato Cyprum mitteretur eam ab rege ablaturus. Ptolemæus re intellecta, prius quàm ille aduentaſſet ſe ipſe interemit. Cato inſulam accepit & regis opes uenundedit, pecunia omnia in publicum ærarium relata. Ex illo Cyprus prætoria prouincia fuit, & nunc eſt, quanquàm paruo tempore interiecto Antonius eam Cleopatræ & ſorori eius Arſinoë tradidit, quo ſublato omnia eius acta reſciſſa ſunt.

Claudius Pulcher.

M. Cato.

Antonius. Arſinoë.

LIBRI DECIMIQVARTI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMIQVINTI LIBRI.

Quintuſdecimus circa Indiam Perſiamq; uerſatur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER DECIMVSQVINTVS.

X ASIA reſtant ea, quæ trans Taurum ſunt, præter Ciliciam, Pamphyliam ac Lyciam, & quæ ab India in Nilum uſq;, inter Taurum, & exterius auſtrale mare comprehenduntur. Poſt Aſiam eſt Libya, de qua poſtmodum dicemus, nunc ab India eſt incipiendum. Ea enim & maxima eſt & ad orientem expoſita, ſed æquo animo audiendum eſt. Nam & longiſsime abeſt, & à non multis ex noſtris uiſa, & ſiqui uiderunt partem uiderunt. Pleraq; autem narrãt ex auditu, quanquàm etiam ea quæ ab eis profecta dicuntur, in tranſitu quodã militari, & pro diſcurſu deprehenſa ſunt. Quapropter nec eadem ſemper referuntur, ab ijs etiam qui quaſi accuratius perquiſita conſcribunt. Ex ijs etiam nõnulli, quãquàm ſimul & in exercitu & in peregrinatione fuiſſent, quẽadmodũ qui cum Alexandro in Aſia militarunt, perſæpe tamen quiſq; cuiq; contraria dicunt. Quod ſi de uiſis tantopere inter ſe diſcrepant, quid de ijs putandum eſt quæ ſciuntur ex auditu? Sed nec qui multo tempore poſt de ijs conſcripſerunt, nec qui nunc cò nauigant quicquàm exacte dicunt. Apollodorus quidem Parthicarum rerum conſcriptor, cum mentionẽ de Græcis facit qui Bactrianam ceperunt, ac de Syriacis regibus à Seleuco Nicatore profectis, refert eos cum admodũ aucti eſſent, Indiam inuaſiſſe. De prioribus autem rebus nihil omnino explicat, immo pugnantia dicit,

India.

Apollodorus.

Indiæ urbes. scribens plus Indiæ illos quàm Macedonas subegisse, Eucratidam scilicet mille urbes habuisse, Macedones uero, gentes eas omnes quæ inter Hydaspem sunt atque Hypanim, numerum urbium quinq; millia ac nouem, quarum nulla minor esset Co Meropide, atq; omnem hanc regionem Alexandrum Poro tradidisse. Præterea mercatores qui per Nilum & Arabicum sinum ex Aegypto in Indiam nauigant, rari admodum in Gangem usq; perueniunt, atq; hi quidem priuati homines & ad locorum historiam minime idonei. Inde tamen ex uno loco & ab uno rege Pandione & alio Poro, legati cum muneribus ad Cæsarem Augustum uenerunt. Item sophista Indus qui igne consumptus, tale de se spectaculum exhibuit, quale Calanus Alexandro. Quare siquis rebus his omissis ad ea inspiciat, quę ante Alexãdri memoriã gesta sunt, multa obscuriora inueniet. Sed par est Alexandrum huiusmodi prosperitatum ambitione permotum, fidem his adhibuisse. unde Nearchus ait eum cõtendisse per Gedrosiam cum exercitu proficisci, cum intelligeret Semiramim ac Cyrum exercitum in Indiam duxisse, & illam cum XX. hominibus, Cyrum cum VII. aufugisse, maximamq; esse Alexandri gloriam qui per eadem loca & gentes uictor cum exercitu seruatus fuerit. Ille quidẽ credidit, nos uero quomodo de rebus Indicis certam fidem habebimus? Cui dicto Megasthenes concordat, dicens antiquis Indorũ historijs fidem non esse adhibendam. Dicit enim nec ab Indis unquàm emissam expeditionem, nec extrinsecus in Indiam quenquàm cum exercitu profectum esse aut uicisse, præter Herculem, & Liberum patrem, & nuper Macedonas. Nam Sesostrim Ægyptium, & Tearconem Æthiopem usq; in Europam processisse ait. Nabocodrosorum autẽ qui magis à Chaldęis probatur quàm Hercules, usq; ad columnas peruenisse, quousq; etiam Tearconem, illum uero exercitum ex Iberia in Thraciam Pontumq; duxisse, Idanthyrsum Scytham Asiam excurrisse, usq; in Ægyptum, Indiam eorũ neminẽ attigisse, Semiramim priusquàm egrederetur obijsse, Persas uero Hydracas ex India mercede accersisse, illos autem copias suas in Indiam duxisse nunquàm, propè tamen accessisse, cum Cyrus duceret in Massagetas. Herculis & Bacchi res gestas Megasthenes cum paucis quibusdam credit. Aliorum magna pars, è quibus est Eratosthenes, fabulosa & minime credenda arbitrãtur, ut Græca. Nam Liber pater apud Euripidem in Bacchis iuuenum more ita inquit,

Indi ad Augustum.
Pandion.
Porus.
Indus sophista.
Semiramis.
Cyrus.
Hercules.
Liber pater.
Sesostris.
Tearco Aethiops.
Nabocodrosorus.
Idanthyrsus Scytha.
Hydracas.

λιπὼν δὲ λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
φρυγῶν τε πρσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας
βάκτρά τε τείχη τλῶ τε δύσχειμον χθόνα
μήδων, ἐπελθὼν ἀραβίαν ὐδ' ἀμονα ἀσίαν τε πᾶσαν.

Aurifera adiui & culta Lydorum loca,
Et Phrygiam, & ustos sole Persarum campos,
Bactraq; rigentemq; hyeme Medorum terram,
Fœlicem Arabiam, atq; Asiam permeaui omnem.

Est etiam quidam apud Sophoclem, qui Nyssam decantat, ut montem Baccho sacrum,

Nyssa.

ὅθεν κατιδὼν τλῶ βεβακχιωμένω βροτοῖσι κλεινὼν νύσαν
ἵν' ὁ βάκχιος ἰακχὸς αὐτῷ μαῖαν ἡδίστων νέμει
ὅπου τὶς ὄρνις ὀχὶ κλαγγάνει.

Vnde ego conspexi debacchatam mortalibus claram Nyssam
Quam corniger Bacchus iucundam sibi obstetricem colit,

Vbi

Vbi ales non clangit.

Et cætera. Dicunt etiam Bacchum ad Femur educatum. Poëta de Lycurgo Edono sicait, *Lycurgus Edonus.*

ὃς ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας
σὺν κατ' ἠγάθεον νυσήιον. *Iliad. ſ.*

Qui quondam altricem Bacchi sacramq; ruebant
Per Nyssam.

Ac de Baccho quidem hactenus. Herculem uero quidam tradũt in aduersa parte tantum fuisse usq; ad occidentis fines, quidam in utraq;. Ex his autem Nyssæos gentem quandam nominarunt, & Nyssam urbem à Baccho conditam, & monti urbem imminentem nomine Femur, allegantes hederã ibi nasci & uites, quãquàm fructum ad maturitatem non perducãt. Nam racemus prius quàm grandescat effluit propter imbrium exuberantiam. Dicunt præterea Oxydracas à Baccho profectos, propter uites quæ apud eos nascuntur, & uictũ sumptuosum. Et propterea quòd eorum reges castrensem apparatum, & cæteros exitus cum tympanis & stola colore infecto, Bacchico more faciũt, quod etiam apud Indos cæteros percelebre est. Cum Alexander petram quandam nomine Auernum primo adortu cepisset, cuius radices Indus non procul à fonte suo perfluit, gloriabundi dixerũt, Herculẽ ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse. Ab ijs autem qui cum eo militauerãt profectos uolunt Sibas, generis signum seruantes quod pellibus amiciantur, quẽadmodũ Hercules, et quòd clauas gerant, easq; bobus et mulis inurant. Hanc fabulam ex ijs cõfirmant quæ de Caucaso ac Prometheo memorãtur, quæ à parua quidem causa huc ex Ponto translata sunt. Nam cum sacram quandam speluncam apud Paropamissadas uiderent, in ea dixerunt uinctum fuisse Prometheum, atq; Herculẽ, ut illum liberaret, huc uenisse, & huc esse Caucasum, in quo Græci uinctũ Prometheum tradiderunt. Quę omnia eorum figmenta esse qui Alexandro adulari studebant, certum est, ex eo maxime quòd scriptores non cõcordant, sed alij mẽtionem de hoc faciunt, alij minime. Non enim par est res adeo illustres & ambitione plenas non esse auditas, & si sunt auditę nõ uidetur uerisimile nõ fuisse existimatas dignas memoratu, præsertim à fidelissimis eorum, tum ex eo quòd ij per quos Herculi & Baccho transeundũ erat, nullum signũ habent, quo ostendant illos per eam terram transiuisse. Præterea eiusmodi Herculis stola, multo posterior Troiana memoria, figmentum eorũ uidetur, qui Heracliam condiderunt, siue is Pisander fuerit siue alius. Antiquæ enim statuæ talem ornatum non habent. Quare in his id tenendũ est quod ad fidem proxime accedit. Nos & in superioribus Geographiæ libris hæc digessimus, quantum fieri potuit diligenter, & nunc etiam digeremus. Illis enim ad manũ utemur & alia adijciemus, quantũ uidebitur ad euidentiã opportunũ. Sed ex digestione quę tunc facta fuit, ea præsertim certissima uidebãtur, quæ summatim ab Eratosthene tradita erant in tertio Geographiæ libro, de ea scilicet quæ tunc India putabatur, cum eam Alexander peragrauit, & Indus flumen eius confinium erat, & Arianæ quã deinceps ad orientem sitam Persæ tenuerũt. Postea magnam eius partem Indi occupauere Macedonibus ademptam. Atq; hęc ab Eratosthene traduntur. Indiam à septentrione, Tauri extrema terminant, ab Aria na usq; in orientale mare, quæ indigenæ particulatim nominant Paropamissum, Emodũ, Imaum & alijs nominibus, Macedones uero Caucasum uocant, ab occi-

Femur.

Oxydracæ.

Auernus petra Indus flu.

Sibæ opp.

Paropamissadæ. Promethei uincti fabula. Caucasus. Alexandro adblandiẽtes scriptores.

Herculis stola. Pisander.

Ariana.

Indiæ situs.

Emodus. Imaus.

dente Indus fluuius, australe & orientale latus, quæ sunt longe alijs maiora in Atlanticum pelagus procurrunt, unde regio rhombi figuram præbet. Nam utrumuis maiorum laterum contrarium sibi latus tribus millibus stadiorum exuperat, quantum est commune orientalis & meridionale oræ promontorium, quod extra in utrunq; æqualiter excurrit ad aliam litoris regionem. Quare occidentalis lateris à Caucasijs montibus in australe mare XIII. millia stadiorum colliguntur secundum Indum flumen usq; ad eius ostia. Quapropter ex contrario orientale latus, assumptis promontorij tribus millibus, erit XVI. millium stadiorum. Atq; hæc est & maxima & minima regionis latitudo. Longitudo uero est ab occidente in orientem, quod de ea parte, quæ usq; Palibothra pertendit, certius dici potest. Nam schœnis mensurata est, & uiam regiam habet stadiorum XX. millium. Vlteriora uero coniectura deprehenduntur per nauigationes quæ ex mari fiunt per Gangẽ Palibothra usq;, quæ sunt stadiorum sex millium. Tota uero uel breuissima est stad. XVI. millium, ut ex certa diurnorũ itinerũ descriptione deprehendisse se Eratosthenes affirmat, cui etiã Megasthenes assentitur. Patrocles uero mille stadia detrahit. Rursum si huic distantiæ promontorij distantia addatur præsertim quę ad ortũ uergit, scilicet tria millia stad. longitudo maxima conficietur, quę est ab Indi ostijs, secundum litoris regionem, usq; ad dictum promontorium & orientales eius terminos. Hoc in loco ij habitant, qui Coniaci uocantur. Ex his perspici potest, quãtum aliorum sententiæ sint diuersæ. Nam Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia. Onesicritus dicit eam esse tertiam orbis partem, Nearchus quatuor mensiũ iter per campum, Megasthenes & Deimachus moderatius. Nam supra XX. millia stad. eam partem ponunt, quæ ab australi mari in Caucasum tendit. Deimachus secundum quędam loca supra XXX. millia, contra quos in superioribus est à nobis disputatum. Nunc hoc tantum dicere sufficiat, quod in ueniam petentibus plurimũ opitulatur, cumq; de rebus Indicis dicunt non affirmant. Tota India fluminibus irrigatur, quorum quędam in duo maxima irrumpunt, Indũ atq; Gangem, quędam propijs ostijs in mare emittunt, & omnia ortum habent à Caucaso primo ad meridiem delata. Postea alia in eodẽ permanent cursu, præsertim quę in Indum influũt, alia flectuntur ad orientẽ, quemadmodũ Ganges qui à montibus descendens cum in planitiem peruenerit ad orientem conuersus, et Palibothra ciuitatem maximam præterfluens, in eius mare progreditur, & unum ostium habet, quanquàm omniũ Indicorum flumen maximum sit. Indus duobus ostijs in mare ad meridiem emittit, Pattalenam complectens, Ægyptio Delta persimilem. Ex horum fluuiorum uaporibus & Etesijs stagnantur campi. Nam & Eratosthenes dicit Indiam æstiuis imbribus madere, & eo tempore linum seritur & milium & sesamũ, oryza, & bosmorus. Hiberno autem tempore seritur triticum, ordeum, legumina, & aliæ fruges esculentæ, quarum nos ignari sumus, & ferè eadem nascuntur in India, quæ in Aethiopia & in Aegypto. Indici fluuij omnia ferunt, præter Hippopotamum, quanquàm Onesicritus dicat eos etiam in India procreari. Ex hominibus meridionales colore Aethiopibus aspectu & capillatura alijs persimiles sunt. Nam propter aëris humiditatem non crispantur, at boreales Aegyptijs sunt similes.

Palibothra.

Coniaci.

Indiæ magnitudo.

Indus flu.

Ganges.

Pattalena regio.

Delta Aegyptium.

Indiæ fruges.

Taprobane.

Taprobanen † pelagiã insulam distare dicunt ab australissimis partibus, quę sunt apud Coniacos, meridiem uersus, septem dierum nauigatione. Eius longitudinem esse ad VIII. millia stadiorũ Æthiopiam uersus, in ea elephantos gigni. Hæc quidẽ ab

† πελαγίαν, hoc est in pelago, uel in mari sitam.

ab Eratosthene traduntur, quibus ea sunt addenda quę à nonnullis qui propriam scripturā componunt, exquisite dici existimantur. Vt ab Onesicrito, qui huius insulæ mangnitudinē facit stadiorum v. millium, longitudinem uero & latitudinem nullam distinguit, distare eam à continenti xx. dierum nauigatione, sed naues uelorum uitio male nauigare, quę etiam aluis non mitratis sint fabricatæ, inter eam atqꝫ Indiam alias insulas esse, ipsam uero omnium australissimam, circa eam gigni cete uitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia alijs terrestribus animalibus similia. Nearchus de fluuiorū effusione hæc affert exempla, quod dictū est, Hermi, & Caystri & Męandri, & Caici campos similes esse, propter limū qui è montibus delatus cāpos auget, immo facit. Deferre autē flumina eū qui mollior sit & pinguior, ex quo campi fiunt. Idqꝫ recte dici quod tale est, quale illud quod Herodotus de Nilo ait, atque eius terra quod ea illius donū sit. Et propterea Nearchus putat, Nilum recte eodē nomine uocari, quo etiā Ægyptus. Aristobulus dicit solos montes & montiū ima, pluuiam & niues sentire, campos uero cum imbrium esse expertes, tum niuis, ex incremento fluminum regionem inundari, in montibus per hyemem ningere, uere incipiente imbres incipere ac semper magis augeri, Asianis & die & nocte iugiter & copiose flumina effundi, usqꝫ ad arcturi exortum, ea niuibus & imbribus aucta campos irrigare. Quæ omnia & à se & ab alijs deprehensa dicit, cum ex Paropamisadis in Indiam contenderent, post pleiadum occasum, & in montibus immorarentur & Hypasiorum & Musicani terram hyeme permearent. Vere autem incipiente cum in campos & Taxilam urbem maximam, atqꝫ hinc in Hydaspem ac Pori regionē descendissent hyeme quidem aquam nō uidisse sed niues solū, & primo Taxilis pluisse, ac postquā in Hydaspem uenissent & Porū superassent, iter in Hypanim facientes orientem uersus, atqꝫ inde in Hydaspem, rursum continue pluisse & præsertim flantibus Etesijs, arcturi autem exortu cessasse, & cum circa nauium fabricationem ad Hydaspem immorati essent, & non multis diebus ante pleiadū occasum nauigare cepissent, totum autumnum & hyemem & uer & aduentantem æstatem in nauigatione occupantes circiter canis exortum in Pattalenam peruenisse, cumqꝫ menses x. nauigantes nunquam aquam sensissent, uigentibus etiam Etesijs, fluminum uero excrescentia campos inundari, mare propter cōtrarios uentos intractabile esse, & nullū flatum à terra insequi, quod etiam Nearchus affirmat. De æstiuis autem imbribus non concordat, sed æstate dicit in campos pluere, hyeme uero nequaquam. De fluminum excrescentia conuenit inter eos. Nearchus cum prope Acesinem castrametatus esset, dicit se coactum fuisse, ut locum alium ascensu arduum immutaret, idqꝫ circiter æstiuale solstitium contigisse. Aristobulus excrescentiæ mensurā cubitorum xl. tradidit, quorum uiginti alueū implerent supra priorē profunditatē usqꝫ ad labrū, reliqui autem xx. in campos effunderentur. Sed in hoc potissimum concordant, quod contingit urbes insulas effici, cum supra aggeribus constitutę sint quemadmodū in Ægypto contingit, & Æthiopia, post arcturū iam aqua subsidente, cessare inundationem. Addit etiam terram semigelatam & frigore fissam seri, & fruges optimas gigni. Aristobulus dicit orizam in aquis clausis stare, factis areolis quibusdam, eamqꝫ esse altitudine cubitorum quatuor. Multi fructus multarumqꝫ spicarum meti circiter pleiados occasum, & emundari ut speltam. Nasci etiam in Bactriano agro & in Babylonio & in Susio & in inferiore Syria. Megillus scribit eam ante pluuias seri, consitione tamē & irrigatione indigere, & clausis

Hermus. Caystер. Mæander. Caici campi.

Aegyptus Nili donum.

Hypasij. Taxila.

Imbres Indiæ. Venti indici.

Acesines flu.

Fluuiorū Indi corum inundationes.

Oriza apud Indos.

Bosmorus qd. aquis irrigari. Bosmorus, quem Onesicritus ait in ueneratione esse, minor est tritico & inter amnes nascitur, torretur autem cum in area excutitur, sed iurant ne prius eum ex area moueant, quàm igni concoxerint, idcirco ne semen exportetur. Hanc regionem Ægypto & Aethiopiæ similem dicit. Rursum Aristobulus, contrarietate allata, cum Nilus ex imbribus crescat, Indiæ uero flumina ex septentrionalibus, quærit, quare intermedia loca imbribus careant. Nam nec inter Thebaica usque in Syenem & loca Meroë proxima, nec in Indiæ partibus à Pattalena usque in Hydaspem pluit. Vlteriorem uero regionem, in qua & pluit & ningit, perinde excoli dixit, atque aliam, quæ est ultra Indiam, cum ab imbribus & niuibus irrigetur. Atque ex ijs quæ commemorat uerisimile est, terram facile à terræmotibus concuti ab humiditate laxatam & facile rumpi, ut etiam fluminum aluei immutentur. Vnde ad negotia quædam missus, uidisse se ait, plurium mille urbiũ & uicorum regionem desertam, cum Indus proprium alueum reliquisset & ad sinistram conuersus esset in alium longe profundiorem, & quasi abrupisset, adeo, ut regio ad dextram relicta non amplius effusionibus irrigaretur, cum non modo alueo sublimior esset, sed etiam omni fluminis inundatione. Quod autem flumina excrescant, & quod uenti à terra non spirent, id concordat, quod ab Onesicrito dictum est. Is enim maritimam oram dicit palustrem esse, præsertim ad fluminum ostia, propter limum & maris affluxum, & propterea quod marini uenti præualeant. Megasthenes Indiæ fœcunditatem ex eo maxime declarat, quòd eam bis fructum ferre dicit, & bifariam nominat, quemadmodum Eratosthenes, qui inquit, alteram hybernam sementem, alteram æstiuam, quomodo & imbrem. Nullũ enim annum inueniri dicit utroq; tempore sine pluuia, quapropter contingit annum feracem esse, cum semper terra sit fœcunda, fructus autem arboreos multos gigni, arborum radices, præsertim magnarum arundinum, & natura & decoctione dulces esse, aqua à solibus tepefacta, tam cælesti quàm fluuiali. Quasi dicat quòd ea quę apud alios & fructuũ & succorũ maturitas dicitur, apud illos cõcoctio est, quæ tantum ad dulcedinem operatur, quantum ea quæ per ignem fit. Quapropter dicit ramos ex quibus rotæ fiunt flexibiles esse, ob eandem causam, in quibusdam lanam innasci, ex qua Nearchus ait Sindonas texi, & Macedones ea pro tomento usos sagula confeciisse, & serica huiusmodi esse, byssо scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Dixit etiam arundinem mel sine apibus gignere, & cum non sit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere. India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus una ramos ad terram pronos habet, frondes uero non minores clypeo. Onesicritus qui curiosius ea persequitur quæ sunt in Musicana terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarũ rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementũ pronum faciunt deflexi quouscq; terram contingant. Deinde terram ingressi radices agunt ueluti propagines, mox rursus in truncum exeunt, à quo postquàm aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt & deinde aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore umbraculum fiat, tabernaculo multicolũnio simile. Narrat prẹterea miras arborũ quarundã magnitudines, quarũ stipitẽ uix quinq; homines cõplecti queant. Aristobulus ubi Acesines Hyarotidi permiscetur, de arboribus dicit quæ ramos deflexos habent, & de earũ magnitudine, ut sub una arbore quinquaginta equites meridiari possint. Illeuero quadringentos ait. Refert etiam Aristobulus arborem esse non magnam quæ

Indiæ fœcunditas.

Laniferæ arbores. Sindones. Serica. Byssus. Mel in arundine.

Arbores Indicæ. Frondes miræ magnitudinis. Acesines flu. Hyarotis flu.

magnas

magnas siliquas habeat, ut faba, denorum digitorum longitudine, mellis plenas, quas qui ederint non facile euadant. Qui dixerunt trans Hyarotidem uisam fuisse arborem quæ umbram in meridie faceret quinque stadiorum, cunctos exuperant de arborum magnitudine. Hic quoque lanigerarum arborum florem nucleum habere, quo detracto reliquum ut lana carminetur. In Musicani regione frumentum sponte nasci tritico persimile. Item uites uiniferas, cum cæteri uino carere Indiam dicant, adeo ut nec ibi tibia sit, ut Anacharsis inquit, nec ullum aliud musicum instrumentum, præter cymbala, & tympana, & crotala, quibus uti præstigiones solent. Et quòd India multa medicamenta habeat & multas herbarum radices, tum salutares, tum noxias, quemadmodum & multos colores, & hic & alij dixerunt. Addit legem esse siquis pernicio sum aliquid excogitarit, & remedium non adinueniat, morte plecti: quod si adinuenerit, honore præmioq; à regibus affici. Habere Indiam quæ australis est cinnamomū, nardum & alia aromata, quemadmodum Arabia & Æthiopia, cum his sole persimilis sit, differat autem aquarum abundantia, unde aër udus est, & fœcundus, & ualde nutritiuus. Eodē modo & terra & aqua, quapropter animalia tum terrestria, tum aquatilia apud Indos quàm cæteros maiora sunt, & Nilus cæteris fœcundior est, & magna producit, cum alia tum ea quæ ancipitis sunt uitæ. Aegyptiæ quoq; mulieres interdū quatuor geminos pariunt. Author est Aristoteles quandam septem geminos peperisse. Qui etiam Nilum fœcundissimum uocat, & nutritiuum, propter moderatam solis decoctionem, relinquentis nutrimentum & superfluum euaporantis. Ex eadem causa ueri simile est id contingere, quod hic dicit, quòd Nili aqua dimidio minori igne decoquitur quàm cæteræ aquæ. Quanto magis (inquit) Nili aqua, multam & angustam regionem in rectum permeat, & multos aëres & mundi plagas permutat? Indica uero flumina in maiores latioresq; effunduntur campos, diu in eisdem regionibus immorantia, tanto illa hoc magis nutriunt. Vnde & cete plurima generant & maiora. Dicūt præterea aquam iam decoctam è nubibus effundi, quod Aristobulo non placet, qui negat in campis pluere, Onesicrito autem uidetur. Item aquam causam esse proprietatum in animalibus, cuius signū affert, quod peregrina pecora ex hoc potantia, colores suos ad alienum immutant colorem, atque hoc profecto bene dictum est. Quod autem Aethiopes nigri sunt & crispi, nequaquam in meris aquis causam ponendam esse. Quod uero Theodectem criminetur, qui causam referat ad solem, cum sic ait,

Lana arborea.

Musicana regio.

Lex Indorum.

Cinnamomum Nardus.

Animalia Indiæ.

Mulierū Aegyptiarum fœcūditas.

Nili fœcunditas.

Aqua Nili.

Aethiopes cur nigri et crispi. Theodectes.

ὃς ἄγχι τέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκότιον ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύϊ·
εἰς σώματα ἀνδρῶν, καὶ σιωπηροὺς κόμας
μορφᾶς ἀναιθήτησι σωτήξας πυρός. id est,

Quibus propinquam Phœbus admouens rotam,
Atra fauilla corpora infecit uirûm,
Caloribusq; adurens præpotentibus
Retorridas crispauit illorum comas.

Rationem aliquam habet. dicit enim solem non esse uiciniorem Aethiopibus quàm alijs, sed magis perpendicularem, & propterea magis adurere. Vnde non bene dici solem propinquum, cum ab omnibus æqualiter distet, nec calorem esse nigredinis causam. nam nec ijs qui in uentre sunt matris, quos nondū sol attigit. Sed

melius dicunt qui causam Soli tribuunt, & eius adustioni per uehementem quandam summi humoris attractionē. Quam ob rem diximus Indos non crispari, nec eorum colorem aduri, cum talia non patiātur, quia de humido aëre participant, in utero autem per seminalem dispositionem iam tales fiunt, quales fuere qui eos genuerunt. Hoc enim modo & passiones à generatione contractæ, & aliæ similitudines dicuntur. Quod autem Sol æque ab omnibus distet, hoc ad sensum dictū est, non autem ad rationem. Atq; ad sensum non quomodocunq;, sed ut terram dicimus ad Solis sphæram puncti rationem obtinere, quoniā ad talem sensum quo calorem percipimus, de proximo quidem magis, de longinquo uero minus, non autem æqualem. Et hoc modo Sol propinquus Æthiopibus dicitur, non ut Onesicrito uisum est, atq; illud ex ijs est quæ conceduntur & similitudinē ad Ægyptum seruant & Aethiopiam, quod campi qui non inundantur, propter siccitatem steriles cunt. Nearchus primam de Nilo quæstionem unde scilicet augeatur, ait, Indica flumina edocere, quoniam ex æstiuis imbribus id cōtingit. Et Alexandrum cum crocodilos in Hydaspe uidisset, & Aegyptias fabas in Acesine inuenisset, putasse id esse Nili initiū, & propterea classem in Aegyptū parasse, tanquā hoc flumen in Nilū nauigaturū, paulo post intellexisse, quod sperabat, effici nō posse. Nam magna flumina interiacent & difficiles aluei, & in primis oceanus in quem omnia Indiæ flumina emittūt. Postea Ariana, & Persicus & Arabicus sinus, & in ipsa Arabia & Troglodytica. Ac de uentis quidem & imbribus & fluminum incrementis & camporum inundatione hactenus. Nunc opus est ut de singulis fluminibus dicamus, quæcunq; ad geographiam utilia sunt, & quorū nos historiā accepimus. Nam flumina in primis ad totam præsentem materiam conducūt, cum ea magnitudines & figuras regionum naturaliter determinent. Nilus & Indiæ flumina aliquid plus cæteris habent, propterea quod sine ipsis regio est inhabitabilis. Nam & colitur simul & nauigatur, & aliter adiri & habitari non potest. Nos itaq; ea historiæ mandamus, quæ in Indū emittūt, & quæ memoratu digna existimamus, & loca per quæ deferuntur. Cætera uero ex parte maxima ignorantur. Alexander qui hæc plurimū illustrauit, in initio cum ij, qui Dariū dolo occiderant, ad capiendam Arianam impetum fecissent, optimum fore existimauit, si eos persequeretur & aboleret, quare in loca uenit Indiæ proxima per Arianā, qua ad dextram relicta, Paropamissum ad borealia Bactrianamq; transcendit, atq; omnibus subiectis quæ Persis parebant ac etiam pluribus, in Indiam appetere cepit, cum multi de ea quanquā non certe prædicarēt. Quare ijsdem montibus per uias breuiores exuperatis reuersus est, habens Indiam à sinistris, postea rursus in eam redijt ac occidentales eius fines & Cophem flumen & Choaspem qui in Cophem immittit, & apud Plagyriū urbem fluens præter Gorydalem urbem & Bandobenam & Gandaritim permeat, intellexit apprime habitabilem & fructiferam esse montanam & borealem regionem, australem uero partim siti uastam, partim fluminibus, & omnino exustam, & bestijs magis q̄ hominibus conuenientem. Prius itaq; laudatū aggressus est, simul existimabat, flumina quæ trajcienda erāt trāsitu faciliora esse, cum nō procul ab eorū fontibus abessent, & terrā quā permeabat transuersa secarent, simul audierat plura in unū conuenire, atq; id semper eo magis effici, quo ulterius procederetur, quare & transitu difficiliora, præsertim in nauigiorū inopia, hoc metuens Cophem traiecit & montana omnia subegit quæ ad orientē uersa erāt. Post Cophem erat

Sol an ab omnibus a que distet.

Nilus unde augeatur.

Flumina in Geographiæ præcipuas partes uendicare.

Nilus.

Indus.

Paropamissus.

Cophes flu.

Choaspes.

Plagyrium.

Gorydales.

Bandobena.

Gandaritis.

erat Indus, postea Hydaspes, postea Acesines, & Hyarotis, postremo Hypanis. Hydaspes. Acesines. Hyarotis. Hypanis.
Vlterius progredi cauit, tum propter oracula, tum propter exercitum iam labori-
bus defatigatum. Sed in primis continua pluuia laborabat. Ex orientalibus itaq; Indiæ partibus ea nobis innotuere quæ cis Hypanim sunt, & siqua historiæ sunt mandata ab ijs qui post illum trans Hypanim usq; in Gangem, & Palibothra pro cessere. Post Cophem itaque Indus fluit. Regionẽ inter hæc duo flumina mediam habitant Astacœni, Masiani, Nyssei, & Hypasij. Dehinc sequitur Assacani regio Astacœni. Masiani. Nyssei. Hypasij. Assacani regio
in qua est Magosa ciuitas regionis huius caput, deinde iam ad Indum est alia ciui-
tas nomine Peucolaitis, ad quam Alexander facto ponte traiecit exercitum. Inter Indum & Hydaspem est Taxila, magna ciuitas, & iustitiæ studiosa. Circunstans uero regio frequens & ualde ferax iam campis uicina. Huius urbis incolæ & Taxi lus eorum rex perhumaniter Alexandrum susceperunt, unde & plura sunt ab illo consecuti, quàm ipsi præbuere, adeo ut Macedones ex inuidia dicerent, quasi Ale-
xander non haberet quibus benefaceret, priusquam Indum trajiceret. Sunt qui di-
cant hanc regionem maiorem Ægypto. Vltra hãc in montibus est† Abisari regio, apud quem legati ab eo missi nuntiauerũt duos dracones nutriri, alterum LXXX. cubitorum longitudine, alterum C. & XL. ut Onesicritus refert, qui non Alexan-
dri, sed potius admirabilium descriptor est appellandus. Nam omnes qui de Ale-
xandro pertractant, miracula pro ueritate habent. Hic autem omnes monstris ui-
detur exuperare. Dicit tamen quædã ueri simila & memoratu digna, quæ etiã qui non credit nõ præteriret. Sunt & alij qui dicant dracones in Emodis montibus ca
pi, & in speluncis enutriri. Inter Hydaspem & Acesinem est Pori terra, multa sanè & opulenta CCC. ferè ciuitatũ. Item sylua prope Emodos mõtes, ex qua Alexãder multam abietem, & pinum, & cedrum, & uarias alias arbores in Hydaspem dedu-
xit, ex quibus classem cõstruxit iuxta urbes in utraq; fluminis ripa ab eo conditas, ubi Porum uicit, quarum alteram Bucephaliam nominauit, ab equo, qui in eo prę
lio cecidit. Is Bucephalus à latitudine frontis dictus est, quo semper Alexander in certaminibus utebatur. Erat enim bellator optimus. Nicæam uero à uictoria ap-
pellauit. Dicunt esse in ea sylua maximam ingentium cercopithecorum multitudi-
nem, adeo, ut cum Macedones aliquãdo multos in collibus quibusdam apertis ui-
dissent in aciem instructos (nam id animal ad humanum accedit ingeniũ, non mi
nus cẽ elephantes) castra putassent, & in eos tanc̃ hostes irruissent, sed cum à Taxi
lo qui cum Alexandro erat, rem agnouissent, cessasse. Hoc animal duobus capitur modis. nam cum imitatiuum sit, & in arbores fugiat, uenatores cum eos in arbori-
bus insidere animaduertũt, catinũ aqua plenũ in conspectu ponunt, oculos sibi ex ea abluentes, postea uisco pro aqua posito abeunt, álonge insidiãtes. Cum animal ex arbore descenderit, & sese uisco illiuerit & cõniuenti palpebræ implicitæ fuerint, accedentes uiuum capiũt. Atq; hic unus est modus. Alter est: Postquam culleolos quosdam in subligaculi modum induti fuerint, abeunt alijs ibi relictis interius uil-
losis, & uisco illitis. Simiæ in hos ingredientes facile capiuntur. Sunt qui Catheam, Sopithis regionẽ, qui unus fuit ex Nomarchis, inter hos amnes locauerint. Qui-
dam trans Acesinem, & Hyarotidem finitimam terræ Pori, cõsobrini alterius Po-
ri, qui ab Alexandro captus fuit. Regionem uero quæ sub hoc est Candaridem uo
cant. Sed mirum in modũ pulchritudinẽ in Cathea excoli dicunt, ut equorũ & ca-
num. Et Onesicritus author est apud eos regem pulcherrimũ eligi. Puerum uero

*Biasari aliàs Abisari regio. Dracones prodigiosæ magnitudinis. Onesicritus. Emodi montes Cercopitheci. simiarum capiendarũ modus. Candaris. Cathea. Pulchritudinis pretium. Rex pulcherrimus.

post duos menses, quàm natus fuerit publice iudicari, utrum legitimam formam habeat & uita dignam, nec ne. Eumq; cum ab eo iudicatus fuerit, qui rei præest, uel uiuere uel interimi. Tingi etiam mentum eius multis uariisq; coloribus ornatus gratia. Et multos ex Indis id studiosius facere. regionem enim colores admirabiles & capillis & uestibus tingendis ferre. Homines cæteris in rebus frugales esse, circa ornatum autem curiosos. Catheorum proprium esse dicit ut sponsus et sponsa se mutuo eligant. Item ut uxores cum uiris defunctis comburantur, ob hanc causam, quòd cum aliquando adolescentulos adamarent, à uiris secedebant, uel eos ueneno interimebant: ut ergo ueneficia tollerentur, hanc legem conditam esse, quæ profecto lex & causa mihi non satis probabilis uidetur. Dicũt in terra Sopithis, in monte quodã sales effodi, qui toti Indiæ sufficiãt. Item auri & argenti metalla non longe in alijs montibus dicuntur, ut Gorgus tradidit metallorum gnarus. Indi & metallorum & fusilium imperiti, quibus abundent nesciunt, idcirco rem simpliciùs tractant. In eadem terra canes optimos narrant, atque Alexandrum C. & L. canes à Sopithe accepisse, atque ut periculum faceret, duos leoni immisisse, quibus illum tenentibus alios duos soluisse, qui cum iam in certamine consisterent, Sopithes iusserit, ut unus ex canibus crure apprehensus abstraheretur à morsu, & nisi obtemperaret, crus amputaretur, quod Alexander primo non concessit, cani uidelicet parcens. Sed cum Sopithes diceret se quatuor pro uno daturũ, concessit. Canis uero prius sibi crus incidi profundo uulnere passus est, quàm morsum dimitteret. Iter itaq; usque ad Hydaspem magna ex parte erat ad meridiem, citerius uero ad orientem usq; ad Hypanim, magis montibus quàm campis uicinum, quare cum Alexander ab Hypani ad Hydaspem & nauale reuersus esset, classem coniunxit, postea per Hydaspem nauigauit. Omnia prædicta flumina in unũ intrant, scilicet Indum, sed postremus est Hypanis, quindecim dicuntur esse uniuersa, mentione digna, quæ in Indũ influunt, ex quibus omnibus auctus est, ubi ad centũ stadia dilatatur, ut tradunt qui non moderate loquũtur, ut uero moderatiores ad L. Et multæ gentes & urbes circa eum sunt, postea duobus ostijs in australe mare immittit, & Pattalenam insulam facit. Ea mente Alexander orientales partes omisit, primo quòd prohiberetur Hypanim transire, & quòd experientia intelligeret falsam esse priorem famam, quòd campestris regio exusta esset, & bestijs magis quàm hominum generi habitabilis, quapropter illis partibus omissis, has aggressus est. Itaq; hæc illis sunt prælata. Regionem quæ inter Hypanim est & Hydaspem nouem nationes habere dicuntur. Ciuitates uero ad quinque millia, non minores Co in Meropide. Quæ profecto multitudo per excessum dici uidetur. Quæ autem inter Indum est & Hydaspem, & à quibus habitetur memoratu dignis, ferè dictũ est. Consequenter deorsum habitant Silbæ, de quibus antè dictũ est, & Malli, & Oxydracæ, maximæ nationes. Malli sunt apud quos Alexander mortis periculum adijt in expugnatione oppidi cuiusdam uulneratus. Oxydracæ sunt, quos Bacchi cognatos diximus. Iam uero iuxta Pattalenam Musicani terram dicunt, & Sabuta, Sindonaliam, ac etiam Porticani terram, & gentes alias quas Alexander superauit, fluuialem Indi regionem habitantes. Vltima est Pattalena quam Indus facit in duas partes diuisus. Aristobulus ait, mille stadijs eos inter se distare, Nearchus addit octingenta. Onesicritus unumquodq; latus comprehensæ insulæ, quæ figuram triangulam habet, duũm millium stadiorum dicit fluminis latitudinem, ubi in ora

Lex Catheorũ Vxores cum uiris uruntur.

Canes Indici. Sopithis rex.

Indus flu.

Indiæ urbs.

Silbæ.
Malli.
Oxydracæ.
Pattalena.
Sabuta.
Sindonalia.
Porticani reg.

scind

scinditur cc. ad stadia, quã insulam Delta nominat, & Ægyptio Delta æqualem fa cit, quod minime uerum est. Nam Ægyptium Delta mille & trecenta stadiorũ ba= sim habere dicitur, latera uero utrunque minus basi. In Pattalena urbs est insignis nomine Pattala, à quibus insula nominatur. Onesicritus dicit finitimam oram ma gna ex parte palustrem esse, præsertim circa fluminum ostia, propter lutum quod defertur, & maris affluxum, & quia à terra flatus non spirant. nam hæc loca à mari nis uentis occupantur. Multus est etiam in Musicani terra commendanda, cuius nonnulla cum alijs rebus Indicis memorantur, ut de longitudine uitæ, quod cen= tum & triginta uiuant annos. Nam & Seres his longiores dicuntur. Item de uitæ frugalitate, & de salubritate, quanquam regio rerum omnium copiam habeat, pro prium eius esse Laconicas comessationes in publico celebrare. Item opsoniũ ex uc= natione quærere, & auro & argento non uti, quanquam metallis abundent, & iu= uenibus pro seruis uti, dum adolescunt, quemadmodum Cretenses Ephamiotis, & Lacones Helotibus utebantur. Item nullas artes exquisite discere, præter medi= cinam. In quibusdam nimium exerceri, ut in bellicis ac similibus maleficiũ putari. Ius non esse nisi cædis & cõtumeliæ, cum non sit in seipso hæc non pati, cum uero in contractando cõsistunt, in uno quoq; sint, ut ferendum esse si quis fidem uiola= rit, sed cauendum cũi credatur, & non implendam esse urbem controuersijs. Hæc ab ijs traduntur, qui cum Alexandro militarunt. Effertur etiam epistola quædam Crateri ad matrem Aristopatram scripta, quæ cum alia permulta admirabilia nar= rat, & cum nullo concordat, tum etiam refert Alexandrum in Gangem usq; proces sisse, & ipse uidisse se id flumen affirmat, & cete in eo. Idq; & magnitudine & latitu= dine & profunditate, remotius cẽ; iunctius ueritati. Nam quod maximũ sit omniũ fluminum, quæ in tribus continentibus memorantur, & quod post id Indum po nant, & tertium Istrum, & quartum Nilum, satis cõuenit. Eorum uero singularia alij aliter tradunt. Quidã minimam eius latitudinem triginta stadiorũ dicunt, qui= dam trium. Megasthenes cum moderatus est, ad centum eum stadia dilatari existi= mat. Nimiam uero profunditatem uiginti passuũ. In huius & alius fluminis con= cursu sita esse Palibothra, quæ octoginta stadiorum longitudinem habeat, latitudi nem xv. in figura quadrata, cincto ligneo & perforato circũ data, ita, ut per transen nas sagittent. Propositam esse etiam fossam tutelæ gratia, & recipiendorum purga mentorum ex urbe affluentiũ. Gentem in qua ciuitas est Prasios uocari, ab omni= bus differentes, eorum regem ultra proprium eius nomen à generatione impositum, de nomine urbis Palibothrum appellari, quemadmodum & Sadrocottum, ad quem missus Megasthenes fuit. Idem apud Parthos fit. omnes enim Arsacę no minantur, priuatim uero alius Herodes, alius Phraates, alius aliter. Totam regio= nem quæ trans Hypanim est, optimam esse consentiunt, quæ omnia non exacte à quoquam traduntur, sed propter ignorantiam & locorũ distantiã, in maius ac mi racula extolluntur. Vt quæ de formicis perhibentur aurum effodientibus, & de be stijs alijs, & hominibus, qui proprias quasdã formas & uarias uires habent. Nam & Seres tam longæ dicuntur uitæ, ut ducentesimum annum excedant. Referunt quendam optimatũ ordinem ciuitatem gubernare ex quinq; millibus consiliario rum constantem, quorum quisq; elephantem reipublicæ præbet. Megasthenes au thor est, Tigres apud Prasios gigni, magnitudine duplos ferè ad leonem, adeo ua= lentes, ut unus ex mansuetis à quatuor hominibus ductus, si mulũ posteriore pede

Delta.
Pattala.
Musicani reg.
Longæuitas Indorum.
Seres.
Laconicæ comessationes.
Indorũ mores.
Medicina.
Crateri epist.
Aristopatra.
Ganges.
Indus.
Ister.
Nilus.
Palibothra.
Prasij.
Palibothrus.
Sadrocottus.
Megasthenes.
Arsacæ.
Herodes.
Phraates.
Formicæ Indicæ.
Indiæ miracula.
Longæuitas Serum.
Senatus numerosus.
Tigris.

Cercopitheci. apprehenderit, ad se trahit. Cercopithecos uero maximis canibus maiores, & totos albos præter faciem, quæ nigra est, apud alios uero econtra, caudæ longitudinem supra duos cubitos, præterea mitissimos, & circa adortus, & furta non malignos. Lapides quoq; effodi thureo colore, ficu & melle dulciores. Quibus dã in locis serpentes esse binorum cubitorũ, membranaceis alis ut uespertiliones. Eos per noctem uolare, & lotij stillas demittere, quæ incautos tabe offendunt. Item Scorpios pennatos, magnitudine admirabili. Nasci etiam hebenum. Canes esse ualentissimos, qui non antè morsum dimittant, quàm aqua naribus infundatur. Nonnullis præ studio in morsu oculos distorqueri, nonnullis etiam excidere, leonem et taurum à cane detineri, taurum mori rictu comprehẽsum, priusquam dimittatur. In regione montana, Siliam flumen esse, in quo nihil innatet, quanquam id Democritus non credat, qui multam Asiæ peragrauit, sed nec id Aristoteles concedit, & si aëres quidam sint adeo tenues, ut nulla in eis uolatilia inuehantur. Nonnulli uero uapores exhalatos ad se trahũt, & ita quodãmodo subuolantia absorbent, quemadmodum electrum, paleam, & sideritis ferrum, & fortassis aliquæ eiusmodi uires in aqua sunt, sed hæc ad physiologiam pertinent, & ad ea quæ de rebus inuectis tradunt, quare in illis est perficiendum, nunc ea assumenda sunt, quæ ad geographiã attinent. Dicunt totam Indorum multitudinem in septem genera dispertiri, quorum philosophi honore antecedũt, numero uero pauciſſimi sunt, utuntur eorum unoquoq; priuatim, qui mactant & sacrificant. Publice uero reges in eo cõuentu, qui maximus apud eos, fit cum nouo anno incipiente, philosophi omnes cum rege ad uenationem exeunt, & quicquid quisque composuerit, uel obseruauerit eo anno de fructibus, de animalibus, de republica, in medium proferunt. Vbi qui tertio mendax deprehensus fuerit, ei per totam uitam ex lege silentium indicitur, qui uera dixerit immunis & omni tributo exemptus censetur. Secundum genus est agricolarum, qui plurimi sunt & pauciſſimi in maxima operandi licentia, & immunitate militiæ. Hi nec ciuitatem, nec publicum negotium, nec ullum aliud munus attingunt, quãobrem eodẽ tempore, & eodẽ loco alij pugnant, & cum hoste periclitantur, alij arant uel fodiunt sine ullo periculo, cum illos propugnatores habeant. Et cum regio tota sit regis, ipsi eam conducti operantur, in quarta fructuum parte. Tertium genus est pastorum ac uenatorum, quibus solis & uenari & pascere pecora & uendere, & iumenta locare licet, pro eo autem quod terram bestijs liberant, & ab auibus, quæ semina legunt, salario à rege compensantur, & uagi errabundiq; uitam in tugurijs agunt. Priuato homini equũ & elephantem alere non licet. Vtrũq; enim regis possessio censetur, suntq; eorũ curatores. Elephantum uenatio hoc modo fit. Locum aliquem purgatum quatuor aut quinq; stadiorum profunda fossa circũdant, tum ingressum ponte angustissimo iungunt, deinde tres quatuórue elephantes fœminas ex mansuetis immittunt, ipsi in tugurijs occulti insidiantur, per diem syluestres non accedunt. Nocte autem singillatim introëunt, quibus ingressis uenatores clàm aditum occludunt. Postea nonnullos ex domesticis certatoribus fortissimos inducentes, cum illis pugnant, simul etiã fame eos macerant. Cum uero iam defessi fuerint, aurigarum audaciſſimi clàm descendentes, quisque sui elephantis uterum subeunt, atq; hinc subito syluestriũ uterum subeuntes, compedes illis injiciũt, quo facto domesticos exhortantur, ut uinctos uerberent quousque in terram cadant. Postquam ceciderint, bouillis loris eorum colla cum domesticis alli-

Lapides dulces
Serpentes pennati.
Scorpij pennati.
Hebenum.
Canum morda citas mira.
Silia flu.
Sideritis lapis.
INDICAE GENTIS 7. GENERA.
Philosophi Indici.
Mendacij pœna silentium.
Elephantum uenatio.

gant,& ne aſcenſores excutere poſsint,colla circuncidẽtes in cæſuris uincula impo nunt, ut præ dolore uinculis cedãt,& quietem agant.Ex captis ſeliguntur quicũq; uel ſenio,uel iuuenta inutiles ſunt,reliqui in ſtabula ducũtur,& pedibus inuicẽ uinctis,& collo ad columnã bene compactã,fame domant,deinde herba uel arundine uiridi reficiunt,dehinc obtemperare docent,aliꝫ oratione,aliꝫ cantu aliquo,uel tympani ſonitu deliniti.Rari ſunt,qui non facile manſueſcant. Sunt enim à natura mites & manſueti,ut ad rationale animal proxime accedãt.Quidam aurigas ſuos,qui in certamine ceciderint,ex prælio eximũt.Quidã anterioribus pedibus utero ſubiectos ſeruauerunt. Quod ſi quem ex magiſtris curatoribúsue per iram interfecerint,adeo illum deſyderãt,ut præ mœrore à cibo abſtineant,interdũ etiam ad mortem obdurent.Elephantes coëunt,& pariunt ut equi plurimum uere. Mas etiam purgationes quaſdã habet,cum domi detentus fuerit,& ſæuierit. Tunc enim pingue quiddam emittit per ſpiramentum,quod ei ſecundum tempora eſt. Fœminæ cum hic idem meatus apertus fuerit, edunt partum maiore ex parte poſt octauum menſem,quàm conceperint,nonnunquam poſt ſextum ac decimum.Senis menſibus à matre nutriuntur.Viuunt quantũ longæui homines.Quidam etiam ad ducenteſimum perueniunt annum,morbidi ſunt & incurabiles.Ægrotantibus oculis remedium eſt bouillum lac infuſum,complures morbos uinum atrum epotum curat.Vulneribus butyrum auxiliatur(ferrũ enim extrahit)ulcera ſuillis carnibus inurũtur.Oneſicritus dicit eos ad trecenteſimum annum uiuere,raros ad quingenteſimum,circiter ducenteſimum robuſtiſſimos eſſe,concipere autem decimo anno, & tum ipſe tum aliꝫ dixerunt Lybicos & maximos eſſe & ualentiſsimos, qui rictu propugnacula deꝫciant,& arbores radicitus euellant, in poſteriores pedes erecti. Nearchus author eſt, caſſes in compitis quibuſdam à uenatoribus diſponi, & à manſuetis in eas agi,qui præſtantes ſunt,& ab auriga ducuntur,atq; adeo manſueſcere,ut lapidem †ad intentionem iacere,& armis uti,& optime natare ediſcant,ut maxima poſſeſsio exiſtimetur elaphantis currus.Duci etiam ſub iugum & uincula,atq; mulierem eam præſtare, quæ munus ab amante elephantem accipiat. Hic quoque uidiſſe ſe ait formicarum auriferarum pelles, pardalis pelli perſimiles. Megaſthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ maxima natio eſt Indorum montanorum, ad orientem expoſitorum,collem quendam eſſe trium millium ſtadiorum ambitu,& ſub eo aurifodinas, quas formicæ effodiant, uulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, uictum ex uenatione comparantes,fodere autem terram per hyemem & ad oſtium accumulare quemadmodum talpæ. Talis auri †ſtrigilis, parua decoctione eget, eam uicini iumentis clàm rapiunt. aperte enim non poſſunt,prohibentibus formicis, quæ & pugnant, & fugientes inſectantur, quos cum deprehenderint cum iumentis interimunt. Vt ergo illas lateant,ferinas carnes per loca plurima diſponunt, quibus diſtractis, auri ſtrigilem aſportant, & fuſionis ignari cuicunque mercatori diuendunt. Sed quoniam in hoc ſermone, quem de uenatoribus ac beſtijs habemus,meminimus eorum, quæ à Megaſthene & ab aliꝫs referuntur,hæc etiam ſunt addenda. Nearchus & multitudinem & malitiam ſerpentum admiratur, qui ex campis in eorum cauernas refugiant, quæ in fluminum inundationibus operiuntur atq; ea impleant, & propterea cubilia alta eſſe dicit,nonnunquam etiam emigrare cum ualde fuerint multiplicati,& niſi multitudo maxima ab aquis extingueretur,regio deſerta eſſet.Dicit etiã & paruitatem

Elephantorum manſuetudo.

Elephantorum partus.

Elephantes Libyci.

†ἐπὶ σκοπὸν.

Formicarũ pelles.

Derdæ.

ψῆγμα.

eorum periculosam esse, & nimiam magnitudinem, alteram quia non facile possit euitari, alteram quia sic uiolenta. Visam etiam esse uiperam fœminam sedecim cubitorum. Circunuagari incantatores, qui medicari creduntur, & solam ferè hanc medicinam esse. Nam propter uitæ frugalitatem, & uini abstinentiam, aut morbi non sunt, aut si qui sunt eos sophistæ curant. Aristobulus negat uidisse se ullam uulgatarum magnitudinum, præter solam nouem cubitorum & palmi uiperam. Nos in Aegypto uidimus eiusdem ferè magnitudinis uiperam in delatam. Viperas autem mares complures uidisse se affirmat, multo tamen minores. Item scorpios ingentes, & nihil horum tam infestum esse homini, quàm paruos serpentes palmari longitudine, qui & in uasis, & in tabernaculis, & in sepibus occulti inueniantur, à quibus icti sanguinis profluuium ex omni meatu cum dolore maximo patiantur, deinde pereant nisi cito subueniatur. Remedium propter Indicarum herbarum & medicamentorum uim facile esse. Addit in Indo flumine, nec multos crocodilos inueniri, nec hominibus infestos. Cętera uero animalia, quę plurima sunt, eadem in eo gigni, quæ in Nilo, præter Hippopotamum. Onesicritus & eum in Indo nasci affirmat. Tradit etiam Aristobulus nullum ex marinis piscibus in Nilum recurrere, præter alosam & mugilem, & delphinum propter crocodilos. In Indum uero multitudinem maximam ex locustellis, paruas usque ad montes ascendere, magnas usque ad Indi & Acesinæ concursum. Ac de bestijs quidem hactenus, nunc ad Megasthenem redeuntes reliqua explicemus. Post uenatores ac pastores, 4 Quartum genus ponit eorum qui artes exercent, item cauponarios, & quicunque corpore operantur, quorum alij tributa pendunt, statuta munera exhibent, alij uero ut sunt qui arma & naues fabricant, alimenta & stipendium ab rege habent, cui & soli operantur. Nam tribunus arma militibus præbet, & 5 classis præfectus naues nauigantibus, & mercatoribus pretio locat. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus otiosi agunt, in locis ab rege constitu- 6 tis, ut cum opus sit cito exeant, nihil de suo afferentes præter corpora. Sexti autem præsides, quorum munus est, ut quæ aguntur inspiciant, & regi omnia clàm renuntient. Hi in urbe urbanas meretrices, adiutrices adhibent, in castris uero castrenses. Hi sunt uiri optimi ac fidelissimi. Septimi sunt consiliarij & regi assidentes à quibus & magistratus & iudicia, & rerum omnium administratio fit, nec licet 7 cum alio genere connubia contrahi, nec studium nec artem imitari, nec eundem plura exercere, nisi philosophus sit. Huic enim ob uirtutem conceditur. Ex magistratibus alij annonæ, alij urbi, alij militibus præsunt. Horum alij curant flumina, alij agrum metiuntur, ut in Aegypto, & clausis aquis præsunt, ut ex æquo omnes earum usum habeant. Iidem uenatorum curam gerunt, & præmij & supplicij pro meritis potestatem habent, & tributa legunt, & artes inspiciunt, quæ ad terram attinent, ut eorum qui ligna, uel domos, uel æs, uel metalla operantur. Curant etiam uias, & per dena stadia lapidem locant, diuerticula distantiásque indicantem. Vrbis præfecti in sex quinterniones sunt diuisi. Nam alij opificia inspiciunt, alij hospitantur. Nam hospitia distribuunt, hominum uitam insequentes, & illis assecias dant, & eos præmittunt, uel defunctorum bona. Aegrotantium quoque curam habent, & mortuos sepeliunt. Tertij natiuitates & mortes perscrutantur, & quando & quomodo factæ sint idq; tributorum gratia, & ne bonæ malæ ue natiui tates, & mortes lateant. Quarti circa cauponarias & cõmercia uersantur. Hi mensurar

Viperæ Indicæ

Alosa pisc.
Mugil pisc.
Delphinus.
Locustellæ.

Lapis distantiarum atq; diuerticulorum.

Præfectorum quinterniones sex.

ſurarum frugumq; curam habent, ut ſignata uendantur. In quo non licet eundem plura commutare, niſi duplex uectigal perſoluat. Quinti operibus uendendis præ ſunt, ea obſignata uendẽtes, ſeorſum noua à ueteribus: quæ qui miſcuerit, damno afficitur. Sexti & ultimi uenditarum rerum decimam exigunt, & qui uectigal fura- tus fuerit, capite plectitur. Ac priuatim quidem ſinguli hæc curant, publice uero & propria & ciuilia & publicam ſupellectilem, & pretia & forum, & portus & ſacra. Poſt urbis præfectos eſt tertium collegium, quod circa rem militarem uerſatur, ad eundem modũ in quinterniones ſex diuiſum, quorum unum cum claſsis præfe- cto ponunt, alium cum eo, qui bobus præeſt, quibus inſtrumenta & cibaria, & a- lia militiæ neceſſaria portantur. Hi etiam miniſtros præbent, qui tympanis ac tin- tinnabulis utuntur. Item ſtratores & machinarum fabros, & horum famulos, quos pabulatum ad tintinnabulum emittunt, præmio celeritatem, tarditatem ſup- plicio rependentes, tutela illis adhibita. Tertij peditum curam habẽt, quarti equo- rum, quinti curruum, ſexti elephantum. Equis ac cæteris beſtijs regia ſtabula fi- unt, fit etiam regium armamentarium, in quo arma conſeruantur. Nam miles armaturam in armamentario reponit, & equum & beſtiam eodem modo in regis ſtabulo, utuntur illis infrenibus. Currus à bobus in itinere trahuntur, equi per ca- piſtrum ducuntur, ne pedes labore incendantur, & animoſitas ſub curribus ob- tundatur. Currus præter aurigam ſeſſores duos habet, elephas uero aurigam & tres ſagittarios. Indi in uictu frugales ſunt, preſertim in caſtris, nec multa turba gau dent, ornatu plurimo utuntur, à furtis magnopere abſtinent. Vnde Megaſthenes refert, cum in Sadrocotti caſtra ueniſſet, in quibus erant hominum quadraginta millia, nullam diem uidiſſe in qua ultra cc. drachmarũ pretium furta eſſent allata, etiam cum legibus uterentur non ſcriptis. Literas enim non norunt, ſed memo- riter omnia adminiſtrant. Et propter ſimplicitatem, ac uitæ parſimoniam, omnia eis proſpere ſuccedunt, uinum non niſi in ſacrificijs bibunt, potum ex oriza con- ficiunt, ſicut ex ordeo. Cibus magna ex parte oriza ſorbilis eſt. In legibus & contra ctibus maximam ſimplicitatem eſſe, uel ex eo argui poteſt, quod non multum ſint litigioſi. Nam nec commiſsi, nec depoſiti iura ulla habent, nec teſtibus indigent, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credunt. Domum frequentius incuſtoditam habent, quæ profecto omnia ſunt continentiæ. Cætera non facile quis admittat, ut quod ſoli degant, & quod non una omnibus, & cœnandi & prandendi hora ſit, ſed ut cuique libitum ſit. Nam & ad ciuilem ſocialémque uitam illa ſunt accommoda- tiora. Exercitium præcipue frictionem probant, & maxime ſtrigilibus hebeni leuibus, corpora expoliunt. In tumulis & ſepulturis faciendis perparci. In cultu corporis nimij. Nam & aurum geſtant, & lapillis ornantur, & ſindonem can- didiſsimum induunt, & umbrellas ſecum portant. nam pulchritudinem excolen- tes omnia faciunt quæ ad decorandam faciem pertinent. Veritatem perinde reci- piunt atq; uirtutem. Ætati ſenum prærogatiuam nullam tribuunt, niſi prudentia excellant. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis: & niſi caſtas eſſe cogant fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus ſacrificat, nec adolet, nec libat. Victimam non iugu lant, ſed præcluſo ſpiritu necant, ne quid mancum deo offeratur, ſed integrum. Qui falſus teſtis deprehenditur, extremis decurtatur. Qui membro aliquo quem- piam orbauerit, non modo talionis pœnã ſubit, ſed etiã manu truncatur. Quod ſi

Decima.

Militarium collegium.

Armamentarium regium.

Potus cibusq; Indorum.

Oriza.

Simplicitas Indorum.

Cœnandi prandẽdiq; tempus Indorũ cultus.

Aetas prudentia metitur.

Victimarũ enecatio.

Teſtiũ pœna.

quis artifici manum, oculúmue ademerit, capitale est. Idem dicit neminem Indorũ seruis uti. Onesicritus id proprium eorũ ait, qui sub Musicano sunt, & quasi eorũ officium, quemadmodũ & alia permulta eius regionis officia commemorat, utpote iustissimę. Regis corpus emptitiæ mulieres curant. Qui regem custodiunt, & reliquus exercitus manent extra portas. Siqua mulier regẽ ebrium occiderit, munus habet, ut cum illius successore iungatur, succedunt autem filij. Regi interdiu dormire non licet, nocte cogitur cubilia per horas mutare, idq; propter insidias. cum in castris est, sæpe exit. nam & ad iudicium exit per diem audiens, etiam si hora sit ut corpus curet. Id autem fit strigilum perfrictione. nam simul & audit, & à tribus perfrictoribus perfricatur, exit etiam ad sacrificia. Tertio ad uenationem, ubi Bacchico more maxima mulierum caterua circunfunditur, stipatores exterius manẽt. Nam uia funibus obtexitur, quod si quis interius ad mulieres præuaricauerit, capite plectitur, præcedunt eum tympana & tintinnabula. Cum in locis septis uenatur è solio sagittat, assistunt ei duę trésue mulieres armatę: cum in locis non clausis uenatur, sagittat ab elephante. Ex mulieribus aliæ in curribus sedent, aliæ in equis, aliæ in elephantis, quemadmodum & militant omnibus armis exercitatæ. Quæ profecto multum à nostris discrepant, id maxime, quod de Caucasi habitatoribus dicitur, quod in propatulo cum mulieribus coëant, & quod parentum carnibus uescantur. Addit autem cercopithecos ibi esse, qui per præcipitia uadentes, petras contra insequentes deuoluant. Animalia quæ apud nos mitia sunt, apud illos magna ex parte syluestria esse. Equos ibi unicornes esse, ceruinis capitibus. Ex arundinibus erectas esse tricenûm passuum longitudine, humiles quinquagenûm, tanta crassitudine, ut quibusdam diametros sit ternûm cubitorum, quibusdam dupla. Sed ad fabulas rediens, ait, homines quosdam esse quinquepalmos, quosdam tripalmos, quorum nonnulli naso careant, & duo tantum spiramenta supra os habeant. Cum tripalmis grues pugnare, quod & Homerus significet. Item perdices anserũ magnitudine. Illos gruum oua legere atq; abolere. nam ibi nidificant, nec alibi eorũ oua, nidiq; reperiuntur. Sæpe etiam grus cecidit, quæ æneum spiculum habebat, à rebus ibi gestis. Similia sunt quæ de Enotocœtis, & syluestribus hominibus, ac monstris cæteris dicuntur. Sed syluestres homines ad Sadrocottum non esse delatos, cum ad mortẽ obdurent, atq; eos calcanea anterius, & digitos pedis deorsum posterius habere. Adductos fuisse quosdam carentes ore, mites homines, qui circa Gangis ortum habitent, et uaporibus assarum carnium & fructuum ac florum odoribus enutriuntur, & pro ore spiramenta quędam habeant. Rebus fœtidis oppidò grauari, adeo ut uix superuiuant, præsertim in castris. De alijs etiam permultis philosophos narrare, ut de Ocypodibus, qui cursu equos pręuertant, de Enotocœtis, qui aures ad talos usq; dependentes habeant, ut super eis indormiant, adeo fortes, ut arbores euellant & neruum frangant. Alios esse unoculos caninis auribus, et crinibus erectis, pectore hispido, habentes oculum in media fronte, qui naso carẽt, omnia & cruda edere, & paruo tempore uiuentes, ante senectutem extingui, & superiorem oris partem eminentissimã habere. De Hyperboreis qui mille annos uiuunt eadem scribit, quę Simonides, & Pindarus, & alij poëtę. atq; illud fabulosum est, quod à Timagene dicitur, quod æneis guttis pluerit, & quod ea pluuia tractus fuerit. Propinquior ueritati est Megasthenes, qui ait flumina auri micas deferre, ex quibus regi tributũ aduehatur, id quod etiã in Iberia contingit. De philosophis dicit,

Rex Indorum.

Mulieres Indicæ.

Coire in propatulo.

Parentũ carnibus uesci.

Cercopitheci.

Equi unicorni.

Arundines Indicæ.

Pygmæi.

Perdices Indi.

Hominum miræ figuræ.

Odore uictitãtes.

Ocypodes.

Enotocœti.

Vnoculi.

Hyperborei.

Flumina auri fera.

cit, quod qui sunt montani Bacchū celebrant, signa quædam ostendentes, quod solum apud eos agrestis uitis nascatur, et hedera, & laurus, & myrtus, & buxus, & alia semper uirentia, quorū nullum sit trans Euphratem, prẽter pauca quędam in hortis irriguis, & multo cultu conseruata. Bacchicum est etiam sindonem & mitras gestare, & unguentis uti, et floribus tingi, & tympana & tintinnabula exeuntē regem præcedere. Campestres uero Herculē colunt, quæ profecto fabulosa sunt, & à multis redarguta, prẽsertim de uino ac uitibus. nam regio trans Euphratem & Harmeniam uineas habet. Mesopotamia quidē tota & Media usq; in Persiam, & Carmaniam, magna ex parte uitibus & uino abundant. De philosophis quoq; diuisionem aliam facit, quorum duo genera dicit. nam alios Bracmanas uocat, alios Germanas, sed præcipue Bracmanas probat, quod cum Græcis in opinionibus concordent. Hi quàm primum concepti sunt, uiros doctos curatores habent, qui & matri & concepto accedētes, quędam canant in prolis fœlicitatem, sed re uera quędam continentiæ præcepta dant. Matres libenter eos audientes, fœlices in prole existimantur: postquā uero nati sunt, alios atq; alios curatores sortiūtur. nam quo magis ætas adolescit, elegantiores magistros habent. Refert & philosophos ante urbem in luco exerceri, intra compositum quendam circuitum frugaliter uiuentes, super toris ac pellibus, & ab animalibus ac Venere abstinere, serijs sermonibus intentos, & cum uolentibus audire communicātes. Auditori autem non licere nec loqui nec sternutare, nec etiam excreare, uel die illa cœtu explodi, ut incontinentem. Et cum triginta & septem annos sic uixerit, in suą secedere, & laxius licentiusq; uiuere, sindonem induere, aurum in manibus & auribus moderate gestare, & carnibus uesci animalium, quæ hominem ad opera non adiuuant, ab acribus & condimentis abstinere, & uxores multas capere, propagandæ prolis gratia. nam à pluribus plura eueniunt bona. Dicit etiam Bracmanas cum uxoribus non philosophari, ne si improbæ sint, aliquid quod efferri nefas sit, in prophanos efferant, si probæ, ne uiros relinquant. Nam qui uoluptatem ac dolorem, uitam ac mortem æque contemnit, subditus esse non patitur, huiusmodi autem sunt probus & proba. Itē multa eos de morte dicere, & hanc uitam putandam esse quasi quendam uiuidum hominum conceptum, mortem uero natiuitatem ad ueram illam & fœlicem uitā, ijs qui recte philosophati sunt. Idcirco eos multa exercitatione uti ad mortis præparationem. Nihilq; eorum quæ hominibus accidere dicuntur, bonum esse uel malum, nec ijsdem rebus alios angi, alios lætari, ac si insomniantium imaginationes habeant. Nec eosdem ijsdem interdum angi, interdum immutatos lætari. Eorum uero quæ ad naturam pertinent, partim dicit stultitiam ab eis significari, qui in operibus meliores sint, quàm in uerbis. Et multa per fabulas persuadeant, partim uero cum Grecis sentire, ut quod mundus sit creatus et corruptibilis & sphæricus, & quod conditor & administrator omniū deus uniuersum peruadit. Vniuersarū rerū primordia diuersa esse, faciendi autem mundi initiū aquam, & prẽter quatuor elementa, quintā quandā naturam esse, ex qua cælum astraq; constent. Terrā in medio sitam uniuersi. De semine, de anima, alijsq; compluribus similia dicūt. Inserunt fabulas quasdam, quemadmodum Plato de immortalitate animæ, & de iudicijs, quæ apud inferos fiunt, & alia huiusmodi non pauca. Ac de Bracmanis quidē hactenus. Germanū eos honoratissimos ait, qui syluicolæ appellantur, ex eo quod in syluis degant, ex frondibus & syluestribus fructibus uiuentes, uestes ex arborū cor

Mitras gestare

Bracmanes. Germanes.

Mors natiuitas est.

Germanes. Syluicolæ.

ticibus habere, uini & Veneris expertes. Cum regibus de cauſis rerum interroganti-
bus per nuntios colloqui, & per illos diuina à regibus coli & placari. Poſt ſyluico
las in honore medicos eſſe, ut qui circa hominem philoſophentur, frugales qui-
dem non tamen ruſticantes, oriza & ordeaceis uiuentes, quæ nemo rogatus illis
non irrogat, nemo hoſpitio non libenter ſuſcipit. Poſſe eos & fœcundos facere, &
Medici. marium & fœminarum procreationem per medicamenta præſtare. Medicinam
plurimum per cibos perfici, non autem per medicamenta. Ex medicamentis maxi-
me unctiones probari, & cataplaſmata, cætera maleficij non eſſe expertia. Atque
tam hos quàm illos, & in laboribus & tolerantia conſtantiã exercere, adeo ut quoti
die in eodem geſtu immoti perſeuerẽt. Alios eſſe quorum quidam diuinatores, in-
cantatoresq; ſint, & conſuetudinum, & dictorum circa defunctos non ignari, errã
tes per uicos & urbes. Quidam uero his elegantiores atq; urbaniores, nec ipſi abſti-
nentes ab ijs, quæ de inferis memorantur, quæcunq; ad pietatem ſanctimoniamq;
pertinent. Cum horum etiam nõnullis mulieres philoſophari, à Venereis abſtinen
Bophiſtæ Brac tes. Ariſtobulus uidiſſe ſe dicit ſophiſtas duos ex Taxilis, utroſq; Bracmanes, alte-
manes. rum ſeniorem tonſum, alterum iuniorem comatum, quos diſcipuli ſequebantur.
Eoſdem interdum in foro uerſari, & ut conſiliarios honorari, authoritatem haben-
tes quicquid ex rebus uenalibus uoluerint gratis auferendi, & ad quæcunq; acceſſe
rint ſeſamino pingui perfundi, ut uſq; ad oculos flueret, & multo melle ac ſeſamo
præſente panem conficientes, gratis enutriri. Cumq; ad Alexandri menſam accede
tmbrem tole- rent, aſsiſtentes cœnare & patientiam docere. Poſtea in locum quendam proxi-
rare. mum ſecedentes, ſeniorem ſupinum & ſolem & imbres tolerare. iam enim pluebat
Pede altero in- uere incipiente. Iuniorem uero in altero pede ſtantem, lignum tricubitale ambabus
ſiſtens. manibus ſublatum ſuſtentare, pede autem iam defeſſo, niſum in alterum immuta-
re, atque ita quotidie perſeuerare. Ex his continentiorem uiſum fuiſſe iuniorem,
qui cum aliquandiu regem ſecutus fuiſſet domum reuerſus eſt, & eo relicto iuſsit ſi
quid uellet ad ſe ueniret, alterum uſque ad extremum ſecutum & ueſtem & uitam
apud regem immutaſſe, & cum à quibuſdam increparetur reſpondiſſe, quòd qua-
Taxilarũ mo- draginta exercitationis annos compleſſet quos promiſerat. Alexandrum filijs
res. eius dona plurima dediſſe. De Taxilarum conſuetudine noua quædam refert &
Nubendi con- inuſitata, quòd qui filias præ inopia locare non poſſunt, in ipſo ætatis flore in forũ
ſuetudo. producunt, cum tuba & claſsicis, quibus bellica ſignificari ſolent. Tum multitu-
dine conuocata, puella accedenti primum poſteriora humero tenus detegit, poſtea
uero anteriora. Quæ cum placita fuerit, & approbata, quibuſcunq; uidetur nubit.
Item quod mortui uulturibus proijciuntur. Plures autem uxores habere cum
multis eſt commune. Dicit etiam audiuiſſe apud nonnullas gentes, uxores ſpon-
te cum uiris comburi, quæ uero id non ferant inglorias eſſe: quæ & alibi à nobis di
Oneſicritus. cta ſunt. Oneſicritus miſſum ſe ſcribit, ut cum ſophiſtis colloqueretur, quòd Ale-
xander audiuiſſet, nudos eos incedere, & tolerantiam exercentes, in honore maxi-
mo haberi. Ad alios autẽ, nec uocatos ire, ſed iubere ut alij ad ſe uenirent, ſi quid aſſe
qui uellent, quod ab eis ageretur & diceretur. Et cum tales eſſent, nec decorum uide
retur, ut Alexander ad illos accederet, nec etiam inuitos cogeret, ut quicquam face-
rent præter patria inſtituta, ſe miſſum inquit, & quindecim homines uiginti ſtadijs
ab urbe inueniſſe, alium in alio geſtu, uel ſtantem uel ſedentem, uel iacentem nu-
dum, & uſq; ad ueſperam immotum, poſtea in urbem diſcedere. Sed omniũ diffi-
cillim

cillimum esse, solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedibus scilicet in meridie per terram ire facile ferret, locutumq; cum uno eorum nomine Calano, qui *Calanus.*
postea usq; in Persiam Alexandrum secutus, secundum patriam legem mortuus, est in rogum impositus, tunc autem super lapidibus iacebat. Cum itaq; accessisset, & eum appellasset, dixit se missum ab Alexandro eorum sapientiam auditurum, & regi renuntiaturum, quare nisi inuidia esset, se paratum audire, dixit. At Calanum, cum chlamydem indutum uidisset, & pileatum, & crepidatum risu permotum dixisse: Olim omnia plena erant triticea & ordeacea farina, ut nunc puluere. Et fontes, alij lacte, alij aqua fluebant, nonnulli melle, nonnulli uino, nõnulli oleo. Homines ob satietatem ac delicias in contumeliam exciderunt. Iupiter modum exosus, omnia aboleuit, & uitam per laborem constituit. Tunc continentia & uir- *Vita per labo-*
tutibus cæteris in medium prodeuntibus, rursum bonorum copia facta est. Nunc *rem.*
iam res ad saturitatem contumeliamq; rediit, & rerum omnium interitus fieri periclitatur. Quæ cum dixisset † uidisse, si quid uellet audire, ut eo habitu deposito, su- **Iussisse, κελεύσαι.*
per ijsdem lapidibus nudus iaceret. Onesicrito autem addubitante, Mandanim *Mandanis.*
qui senior erat, & cæteros anteibat sapientia, Calanum tanquam conuiciatorem obiurgasse, & à contumelia deterruisse, postea Onesicrito ad se uocato dixisse, se summopere quidem Alexandrum laudare, quòd in tanta administrandi imperij *Alexãdri laus.*
mole sapientiam cuperet, & solum eum in armis philosophantem uidisse, & rem fore omnium utilissimam, si ij saperent, quibus potestas adesset, ut spontaneis continentiam persuaderent, inuitos autem cogerent. Postea ueniam postulasse, si per *Interpres quid*
tres interpretes colloquens, qui nihil nisi meram uocem perciperent, non plus utili *præstet.*
tatis efficeret, quàm unus aliquis è uulgo. Quod perinde esset, ac si quis diceret, limpidam aquam per cœnum delabi. Omnia itaque dicta ad hoc pertinebant, quod is esset optimus sermo, qui uoluptatem mœroremq; ex animo adimeret, & quod mœror & dolor differret, quod alter eis esset inimicus, alter uero amicissimus. Et quod corpora ad laborem exercerent, ut mentes confirmarentur, quibus motus sedarent, & bona omnibus consulerent, & publice & priuatim, & quomodo nunc Alexandrum susceperi essent. nam si bene illum susciperent, bene sibi futurum: si male, bene alteri facturos. Post hæc interrogasse, num talia apud Græcos dicerentur: cui affirmanti, quod eadem Pythagoras diceret, & iuberet ab animalibus abstinere, & Socrates, & Diogenes quem ipse audisset: respondisse, quod pru- *Socrates.*
denter eos in cæteris sentire existimaret, in uno autem errare, quod legem antepone- *Diogenes.*
rent naturæ. nequaq; enim (inquit) pudere se, ut ipsum nudos degere, frugaliter uiuentes, cũ ea optima domus sit, quæ minime supellectilis indigeat. Addidit multa se de natura, de signis, de imbribus, de siccitatibus, de morbis deniq; esse perscrutatos. Abeuntes uero in urbem per fora dispergi, & quencunq; offenderint ficus uel uuas ferentem, ab eo gratis capere. Si oleũ fuerit eum perfundi, & inungi, & omnẽ domũ, & diuitias sibi patere usq; in mulierum conclauia. Ingressos autem & in cœna, & in sermonibus cõmunicare. Turpe apud eos putari corporis morbũ, quem *Morbum metuentes comburuntur.*
si quis ueretur, seipsum per ignem effert. Nam cõstructa pyra super eam perunctus sedet, & accendi iubens immotus comburitur. Nearchus cum de sophistis mentionem facit, Bracmanas in ciuitatibus uersari dicit, & reges sequi, & eorum consiliarios esse, cæteros uero quæ ad naturam pertinent contemplari, & ex his Calanum fuisse, & cum eis mulieres philosophari, & omnium uitas durissimas esse. De insti- *Calanus.*

tutis uero quibuſdam hæc ait, legum alias eſſe nõ ſcriptas, alias cõmunes, alias proprias, quæ ab aliorum legibus longe ſunt diuerſæ. Vt quod apud nonnullos uirgines præmiũ proponantur pugnis uincenti, & quod moderate nubant, & quod alij quidam per cognationes & communiter operentur, & cum fructus colligunt, quiſq; onus ſuum tollat in anni alimenta, reliquum uero excoquant, ne uacui ſint, ſed habeant unde operentur. Armaturam eſſe arcum & ſagittas tricubitales, uel haſtam, & peltam, & gladium latum tricubitalem, & capiſtris pro frænis uti, quæ à paruis camis non differant. Item labia clauis perforari. Oſtendens præterea Indos ualde ſtudioſos eſſe circa artes, dicit quòd cum ſpongiam apud Macedonas uidiſſent, mox eam ſunt imitati, pilos & funiculos ſubtiles, & liciam in lanam conſuentes, & cum ea perfeciſſent partim traxiſſe, partim coloribus tinxiſſe. Item ſubito multos ſtrigilum & lecythorum magiſtros effectos eſſe, epiſtolas in ſindonibus ſcribere bene fullatis. Alienis literis non uti, ære fuſo uti, percuſſo nequaquã. Cauſam uero non dixit, cum abſurditatem conſequenter dixiſſet, quod uaſa fictilium more frangerentur, cum cadunt. Ex his quæ de India memorantur, illud eſt, quod apud eos mos eſt, & reges & omnes, qui in poteſtate aliqua ſunt, adorari, non autem uenerari. Hæc regio lapides pretioſos fert, ut cryſtallum, & uarios carbunculos, & margaritas. Quod autem ſcriptores inter ſe non concordent, ea ſint indicio, quæ de Calano referuntur. Nam quod cum Alexandro fuerit, & per ignem ſponte interierit, conuenit inter eos, modum uero non eundem omnes dicunt, nec eiſdem de cauſis, ſed alij tradunt eum tanquam regis cõmendatorem ſecutum fuiſſe extra Indiæ fines, præter communem aliorum philoſophorum conſuetudinem, qui Indiæ regibus aſſiſtunt, ea curantes quæ ad deorum cultum pertinent, ut Magi Perſis. Cumq; apud Paſargadas ægrotaret (nam tum primum eum morbus inuaſit) ſeipſum extuliſſe, anno uitæ ſuæ LXXIII. regis preces minime exaudientem. Facta enim pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, illum in ea cubuiſſe & ſtramentis opertum, combuſtum fuiſſe. Sunt qui dicant eum in lignea domo frondibus plena, & pyra ſuper tecto conſtructa incluſum, poſt pompam cum qua erat ſe ut trabem in ignem iniecisſe, & cum domo deflagraſſe. Megaſthenes putat nullum philoſophis decretum eſſe, ut ſeſe efferant, imò qui id fecerit, puerilem iudicari, & natura quidem duros in uulnus uel præcipitium ferri, doloris impatientes in profundum maris, doloris patientiſſimos ſtrangulari, igneos in ignem detrudi. Et talem Calanum fuiſſe, incontinentem ſanè hominem, & menſæ Alexandri obnoxium. Hunc itaque uituperari, Mandanim ſummopere laudari, qui cum Alexandri nuntij eum ad Iouis filium eſſe uocarent, & obedienti dona pollicerentur, inobedienti uero minarentur cruciatum: reſpondit, nec illum Iouis filium eſſe, nec magnæ parti terrarum imperare, nec ſe illius donis permoueri, cui nulla ſatietas eſſet, nec minas extimere, cum uiuens ſatis ab India nutriretur, mortuus uero ab attrita iam ſenio carne liberaretur, in meliorem puriorem q; uitam immutatus. Vnde & ab Alexandro laudatum dicit, & uenia donatum. Atq; hæc etiam à rerum ſcriptoribus dicuntur, quod Indi Iouem pluuialem, & Gangem flumen, & indigetes genios colunt. Et cum eorum rex capillos abluit ſolennia celebrant, & maxima dona mittunt, diuitias ſuas certatim oſtentãtes. Addunt etiam nõnullas exauriferis formicis pennatas eſſe, & flumina auri ſtrigmenta deferre, ut in Iberia. In ſolennibus pompis multos elephantes mitti, auro & argento ornatos, & multas quadrigas, &

Margaritæ.

Calani mors.

Mandanis ſophiſta.

Indorum dij. Iuppiter pluuialis.

Pompæ Indorum.

& boũm paria, deinde exercitum instructum sequi, & ingentes lebetes deauratos, & magnos crateras, & mensas ex Indico ære, & sellas & pocula & labra. Quæ omnia maxima ex parte smaragdis & beryllis, & carbunculis incrustata sint. Item uestem uariam auroq; intertextam, & pardales, & leones mites, & uariarum, & concinentium auium multitudinem. Clitarchus refert, magnarum frondium arbores in plaustris quaternarum rotarum deportari, & ab eis aues mansuetas arceri, quarum canorissimum dicit orionem, aspectu pulcherrimum, atque uarium, catreum specie pauoni persimilem. Cætera uero imaginis pictura ab illo sumenda est. Bracmanis Pramnas philosophos opponunt, argutos sanè homines & contentiosos. Bracmanas etiam physiologiam & astronomiam exercere, & ab illis ut stultos & ostentatores derideri, atque horum alios montanos, alios gymnetas, alios ciuiles ac domesticos appellari. Rursumq; montanos pellibus ceruorum uti, & peras radicibus & medicamẽtis plenas gestare, & cum magica & carminibus & ligaturis medicinam affingere. Gymnetas nudos degere, quod etiam nomen significet, & magna ex parte sub dio tolerantiam, quam prius diximus, usque ad xxx. & septimum annum exercere. Mulieres cum eis uiuere, non tamen permisceri. Atque hos in admiratione maxima haberi. Quos uero ciuiles diximus, sindonem gestare, & in urbe uel in agro degere, nebridas uel damarum peiles induere. Et (ut breui dicamus) Indi uestę candida, & sindonibus candidis, & carbasis utuntur, contra quàm ab his perhibeatur, qui eos dicunt uestes coloribus infectas gestare. Comam & barbam nutriunt, & crinem intricantes mitrantur. Artemidorus author est, Gangem ex Emodis montibus ad austrum deferri, & cum ad Gangem urbem peruenerit, conuerti ad auroram usq; Palibothra, atq; in mare egredi. Item Oenadem unum ex ijs esse, qui in eum influunt. Nutririq; in eo crocodilos, & delphinas addit, & alia quædam incassum & confuse, & minime curanda. His ea addi possunt, quæ à Nicolao Damasceno dicuntur. refert enim se Antiochiæ, quæ apud Daphnem est, Indorum legatos uidisse, qui ad Cæsarem Augustum uenerant, qui quidem plures ex epistola significabantur, sed tres tantum seruati erant, quos uidisse se ait. Cæteri longitudine uiæ magna ex parte perierant. Addit etiam epistolam Græcam fuisse in membrana scriptam, in qua significaretur Porum esse, qui scriberet, & cum sexcentis regibus imperaret, Cæsaris tamen amicitiam multifacere, & paratum se quocunque uoluerit aditum exhibere, & in quibuscunque rectum fuerit opitulari. Hæc dicit in epistola contineri. Allata præterea esse dona, octo seruos nudos in subligaculis, aromatibus delibutos. Esse autem dona, Mercurium à puero brachia ab humeris exertum, quem nos uidimus. Item uiperas ingentes & serpentem decem cubitorum, & testudinem fluuialem trium cubitorum, & perdicem uulture maiorem. Aderat etiam is qui se Athenis concremauit, quod alij in rebus aduersis facere dicuntur, ut præsentia mala effugiant, alij in rebus secundis quemadmodum hic. Nam cum omnia ex sententia hucusque fecisset, abeundum sibi erat, ne quid quod nollet, ingrueret immoranti. Nam & ridentem eum & nudum, & unctum in rogum isse affirmat, & inscriptum fuisse in sepultura: Hic iacet Zarmanochagas Indus, ex Bargosa, qui secundum patriam Indorum consuetudinem se immortalem fecit. Post Indiam est Ariana, prima regionis pars, quæ post Indum Persis obtemperat, & superiorum satrapiarum, quæ extra Taurum sunt, ab austro & septẽtrione eodem

Orion. Catreus. Pramnæ. Gymnetæ. Indorũ cultus. Gangis origo. Ganges urbs. Oenas flu. Indorum legati ad Augustũ. Porus. Perdix Indica. Zarmanochagas. Bargosa. Ariana.

mari,& eiſdem montibus terminata, quibus India & eodem flumine Indo, qui inter eam fluit,atq; Indiam,citerius uero ad occidentem porrecta uſq; ad lineam, quæ à Caſpijs portis in Carmaniam deſcribitur,ut quadrilatera ſit figura. Auſtrale itaque latus,ab Indi & Pattalenæ oſtijs incipit,finit autem Carmaniam uerſus et Perſici ſinus os,habens promontorium ad auſtrum ſatis expoſitum. Poſtea in ſi-
Arbies. num deflectit uſque in Perſiam. In ea primum Arbies habitant, eodem nomine
Arbis. Oritæ. quo Arbis flumen appellati,quod eos à ſequentibus Oritis diſterminat,mille ferè ſtad. oram habẽtes,ut Nearchus uult,quæ & ipſa Indorũ pars eſt. Poſtea ſunt Oritæ gens liberæ conditionis,quorum præternauigatio mille & octingentorũ ſtad.
Ichthyophagi. eſt. Poſtea Ichthyophagorũ ora ſeptem millium & quadringẽtorum. Poſtea Carmaniorum trium millium & ſeptingentorum uſq; in Perſiam. Quare uniuerſa ſtadia ſunt XII. millia & noningenta. Ichthyophagorum regio ſecus mare eſt,& magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea palmarum,acanthi,myricæ, aquarũ, & domeſtici cibi maxima eſt. Veſcũtur piſcibus,tum ipſi,tum eorũ pecora, & aquas pluuiales,ac foſſiles potant,pecorũ carnes piſcibus præbent, domicilia ex oſſibus cetorum & oſtreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorũ
Piſcium coſtæ. uſum coſtæ præſtant,portas maxillæ,è uertebris fiunt mortaria,in quibus piſces ſubiguntur,ad ſolem aſſantur,poſtea ex his panem conficiunt,frumenti paululũ admiſcentes. Nam & molas habent,quanq; ferrum non habeant. Quod nequaq; mirandũ eſt,id enim aliunde afferri poteſt,concidunt eas cum attritæ ſunt lapidibus ijs,quibus & ſagittas,& miſſilia præuſta exacuunt,piſces partim in cupis panarijs aſſant,partim (quod frequenter fit) crudos edunt. Capiunt eos retibus ex
Gedroſia. cortice palmarũ factis. Vltra hæc eſt Gedroſia minus quàm India exuſta,quàm reliqua Aſia magis. Ea fructuum & aquarũ inopia laborat,niſi æſtate, nec multo melior eſt,quàm regio Ichthyophagorum,fert tamen aromata præcipue nardum & myrrham,ut Alexandri exercitus his pro tecto & ſtratis uteretur, odoratiorem ſimul ac ſalubriorem aẽrem habens,ac de induſtria quidem ſub æſtiuũ tempus ex India diſceſſere. Tunc enim Gedroſia imbribus abundat,& flumina & aquæ augentur,hyeme deficiunt. Cadunt imbres in ſuperioribus ſeptẽtrionis partibus,in locis montanis,unde fluminibus auctis campi mari proximi irrigantur, & aquis
Alexandri exercitus per Gedroſ. abundant. Alexander aquarum inquiſitores in deſerta præmiſit,& eos qui ſibi & claſſi manſiones pararent. Nam copijs trifariam diuiſis,ipſe cum exercitus parte, per Gedroſiam profectus eſt,remotus à mari quingentis ſtadijs per plurimum,ut ſimul & claſſi oram cõmodam pararet,& ipſe nonnunquã mari appropinquaret,
Craterus. quod difficiles quidem & aſperas actas habebat,exercitus uero partem cum Crateró premiſit in mediterraneam,ut & Arianam caperet,& in eadẽ loca procederet in
Narus. Oneſicritus. quæ ipſe iter erat facturus,claſſem autem Naro tradidit & Oneſicrito nauiũ præfecto,iubens,ut ordinate ſequerentur,& eius itineri præternauigarent. Nam & Nearchus refert iam rege iter peragente,ipſum in autumno ſub ueſpertinũ exortum pleiados,nauigationẽ incœpiſſe,cum nondũ apti flatus ſpirarẽt,Barbaris eos adorientibus,atq; urgentibus. Iam enim abeunte rege libertatẽ & audaciam ceperant.
Arachoti. Drangæ. Craterus ab Hydaſpe mouens,per Arachotos,& Drangas in Carmaniam profectus eſt, Alexander per ſterilem terrã toto itinere penuria laborauit,è longinquo tamen parua quędã & rara ueniebãt,ut exercitus fame premeretur,& iumenta deficerent, & in uijs & in caſtris impedimẽta relinquerẽtur. Palmarũ fructus,& medul-

la

la multos ſeruauere. Dicunt Alexandrum ſummopere contendiſſe, cum difficultates ſciret, ex fama quæ obtinebat, Semiramim cum XX. incolumem euaſiſſe, Cyrum uero cum VII. ſi poſſet ipſe uictor per eadem loca tantum exercitum incolumem educere. Præter cæteras difficultates grauis erat æſtus & arenæ profunditas et ardor. Nonnullis in locis arenæ cumuli muniebantur, unde difficulter pedes referri poterant, tanquam ex aliquo profundo, accliuia quoq; ac decliuia frequẽtia erãt. Adhæc diurna etiam itinera longa fieri oportebat, propter aquarum inopiam ducentenũm quadringentenúmue ſtadiorum, nonnunquam etiam ſexcentenũ, frequentius noctu iter agebant. Caſtra procul ab aquis ponebant, ſæpenumero in tricenis ſtadijs, ne propter ſitim nimis implerentur. Nam multi aquam nacti, cum bibebant armis in eam ſe immergentes, unde intumefacti exanimes fluitabant, quapropter aquæ omnes cum breues eſſent contaminabantur. Alij ſiti perditi, in media uia ad ſolem iacebant, deinde tremuli cum manuum ac pedum concuſſu, moriebantur ac ſi ab rigore atq; horrore detinerentur. Contigit etiam ut nonnulli iter deflectentes conſopirentur, ſomno & laſſitudine ſuperati, unde poſtea uiarum errore & omnium difficultate, & æſtu deperibant. Fuere qui poſt multas ærumnas ſeruarentur. Diluuium quoque torrentis per noctem ingruentis, multa corpora, & utenſilia obruit, & maxima pars regiæ ſupellectilis deleta eſt. Sæpe uiarum duces ob locorum imperitiam in mediterraneam diuerterunt, adeo ut non amplius mare appareret. Quod rex intelligens mox ad quærẽdum litus properauit, in quo poſtquam effodienti aqua poculenta inuenta eſt, exercitum propere accerſit, ac deinceps uſque ad diem ſeptimum per litoream regionem profectus eſt, aquis abundans, poſtea mox in mediterraneam ſeceſſit. Erat arbor lauro ſimilis, qua guſtata iumenta omnia cum ſpuma in morem comitialis morbi emoriebãtur. Spina quædam fructibus in terram fuſis quemadmodum cucumeres, erat ſucco plena, cuius aſpergines in quodcunque animal incidiſſent id oculis excæcabãt. Crudæ palmulæ multos enecabant. A ſerpentibus etiam periculum aderat. Nam in arenæ cumulis herba quædam innata, ſerpentes occultabat à quibus icti illico moriebantur. Dicunt apud Oritas, letiferis uenenis ſagittas præuſtas illini. Cumq; Ptolemæus ſaucius periclitaretur, ferunt quendam Alexandro in ſomno aſtitiſſe, atque ei radicem cum ramo oſtendiſſe, quam contritam ſaucio imponi iuſſit, expertum à ſomno & uiſi memorem quæſitam radicem inueniſſe, quæ multa aderat, atque & ipſum, & alios uſos fuiſſe. Ac barbaros cum inuentum remedium uidiſſent, ſe Alexandro dedidiſſe. Veriſimile profecto eſt aliquem eam regi indicaſſe, ſed adulationis gratia adiuncta fabula eſt. Die ſexageſimo in Gedroſiorum regiam ab Oritis ueniens, cum exercitus paululum quieuiſſet, in Carmaniam profectus eſt. Auſtrale Arianæ latus huiuſmodi ſitum oræ habet, & ulterioris Gedroſiorum & Oritarum terræ, quæ proxime imminet. Multa enim eſt Gedroſia, & in mediterraneam recedit quouſque Drangas contingat & Arachotos & Paropamiſſadas, de quibus Eratoſthenes ſic ait, nihil enim habemus quod quidem melius de ipſis dicamus. Dicit ergo Arianam ab oriente Indo terminari, ab auſtro mari magno, ab aquilone Paropamiſſo, & ſequentibus montibus uſque in Caſpias portas. Ab occidente ijſdem montibus quibus Parthia Mediam uerſus. Carmania uero Parætacenam & Perſiam uerſus terminata eſt. Regionis latitudo eſt Indi longitudo, à Paropamiſſo uſque ad oſtia duodecim millia ſta

Arbor Gedroſiorum.
Spinæ cuiuſdã ſuccus.
Oritarum ſagittæ.
Ptolemæus. Alexandri uiſum.
Gedroſia.
Drangæ.
Arachoti.
Paropamiſſadæ.
Arianæ fines.
Carmania.
Parætacena.

diorum, sunt qui XIII. millia faciant, & longitudo à Caspijs portis duplex est, ut in Asiaticis itineribus descriptum est. Nam Alexandriam usq; quæ apud Arios est, à Caspijs portis, per Parthiam, una eademq; uia est. Postea est quæ recta it per Bactrianam, & montis transcensum, qui in Orospana fit per triuium, quæ ex Bactris est apud Paropamissadas. Altera paululū ab Aria austrū uersus deflectit Prophthasiam Drangianæ, postea rursum, usq; ad Indiæ montes, & Indum flumen. Quare ea quæ per Drangas it, & Arachotos uniuersa longior est XV. millibus stadiorum, & CCC. Si quis autem mille & trecenta detrahat, habebit reliquam regionis longitudinem in rectum XIIII. millia, quæ non multo minor est quàm maritima ora, & si nonnulli ad X. millia Carmaniam addant, sex milliū eam ponentes. aut enim cum finibus ponere eam uidebuntur, aut cum ora Carmanica quæ inter Persicum sinum est. Arianæ nomen usq; ad partem quandam Persarum, & Medorum, & septentrionalium Bactriorum, ac Sogdianorum extenditur. Sunt enim quasi eiusdem linguæ. Gentiū ordo est huiusmodi. Secus Indum sunt Paropamissadæ, quibus Paropamissus mons imminet. Postea Arachoti ad austrum, deinceps ad austrum Gedrosini & alij qui oram habent. omnibus enim ad locorum latitudines Indus adiacet. Eorum quæ secus Indum sunt, partem habent Indi, cum prius essent Persarum, ea Alexander Arianis ademit, & per sese constituit. Postea Seleucus Nicator ea dedit Sadrocotto contracta cum eo affinitate, ac pro ijs L. elephantes accepit. Paropamissadis ad occidētem Arij adiacent, Arachotis & Gedrosijs Drangæ. Arij & ad aquilonem & ad occidentem Drangis adiacēt, aliquantū quodammodo circūdati. Bactriana ad sinistram Ariæ adiacet, & Paropamissadis, per quos Alexander Caucasum transcendit in Bactrianam. Deinceps ad occidētem Arijs Parthi adiacent, & loca Caspiarum portarū. Parthis autem ad austrū Carmaniæ deserta, postea reliqua Carmania & Gedrosia. Sed prædicta montana maxime cognoscentur, si quis uiam norit qua usus est Alexander, cum Bessum ex Parthia in Bactrianam persecutus est. Nam in Arianam uenit, postea in Drangas, ubi Philotas deprehensis insidijs Parmenionis filium interemit. Patris autem interfectores, qui eum, ut consilij conscium, interemerant, misit Ecbatana. Dicūt eos camelis dromedarijs XXX. XL. ´ue dierum itinere, in diebus XI. peracto, rem confeciſſe. Drangæ alioqui Persice uiuentes, uini copiam nō habent. Nascitur apud eos cassiteros. Deinde ex Drangis Alexander uenit in Euergetas, quos Cyrus sic nominauit, & in ea Arachotos per Paropamissadas, pleiade occidente. Nam ea regio montana est, & in ea tunc ningebat, quare difficulter adibatur, sed frequentes uici, & rerum omnium copiosi præter oleum, eorum molestias leuabant. Ad sinistram summa montium habebant ad Meridionales Paropamissi partes Indica sunt, & Ariana, ad septentrionales & occidentales Bactriana. Hyemeibi peracta & urbe condita, habens Indiam ad dextram, transiuit in Bactrianam, per iter arboribus nudum, præter quàm termintho, eoq; non multo, frutico so tamen, in summa frumenti inopia, ut iumentorum carnibus uescerentur atq; ijs crudis propter lignorum penuriam, sed ad hanc cruditatem concoquendam silphij copia aderat. Quintodecimo die ab hybernaculis, & urbe quam condiderat, Adrapsa peruenit, Bactrianæ urbem. Circa has partes, quæ Indis sunt conterminæ, est Choarina ex omnibus quæ sub Parthis sunt, Indiæ proxima. Distat ab Ariana per Arachotos & dicta montana X. & nouem millibus stadiorum, & hanc regionem Craterus omnē permeauit,

Ariana.
Paropamissus.
Arachoti.
Gedrosini.
Seleucus Nicator.
Sadrocottus.
Arij.
Drangæ.
Bactriani.
Parthi.
Carmania.
Gedrosia.
Bessus.
Philotas.
Dromedarij Cameli.
Drangæ Persi, zontes.
Cassiteros.
Euergetæ.
Bactriana.
Adrapsa oppi.
Choarina.

sub

subigens eos qui parere recusabant, ut cum Alexandro iungerentur, & profecto sub idem ferè tempus utrique exercitus pedestri itinere in Carmaniam concurrerunt, paulo post Nearchus in Arabicum sinum nauigauit, multa & propter errores & ærumnas, & cetorum magnitudinem perpessus, & quanquàm uerisimile est nauigantes multa garrire, ueruntamen mala sibi imminuisse significarunt, & si magis metus quàm periculum affuit. Plurimum eos turbabant physeterum magnitudines, fluctum maximum & accumulatum, & caliginem tantam reflationibus excitantes, ut quæ ante pedes erant conspici non possent. Sed cum nauigationis duces, illis timentibus & causam ignorantibus, indicassent, beluas esse quæ facile tubarum sonitu, & plausu exaudito discederent, Nearchus naues in fluctum egit qua maxime arcebatur ac tubis beluas exterruit. Illæ undas subeuntes nauale certamen à puppi minabantur, uerum subito cessauere. Quot nunc in Indiam nauigant, beluarum quidem magnitudines referunt quę nec gregatim nec sępius se offerant, sed discedant clamore ac tubis repulsæ. Dicunt eas terræ nequaquam appropinquare, ossa uero iam dissolutarum à fluctibus facile eĳci, & materiam faciendarum tegetum Ichthyophagis suppeditare. Nearchus cetorum magnitudinẽ uicenûm & tercentûm passuum refert, quod autem pro uero ab ĳs habebatur qui in classe erant, Nearchus falsum redarguisse dicit, quod insula quędam esset in transitu quæ accedentes aboleret. Nam cum lembus quidam prope insulam nauigasset, nunquàm amplius uisus est, unde homines ad inquirendum missi, cum in insulam exire non auderent, sed præternauigantes clamore amissos reuocarent, nemine exaudiente, reuersi sunt, cum itaque omnes crimen in insulam conferrent, nauigasse se dicit & adacta naui cum parte nauigantium egressum, insulam omnem collustrasse, cúmque nullum quæsitorum uestigium inuenisset, re desperata redĳsse, atque docuisse falso insulam criminari. nam & sibi & socĳs idem fuisset interitus, sed alius profecto exitĳ modus esse lembo debuit, cum infinita accidere possint. Carmania ab Indi ostio ultima est, at primum quidem eius promontorium ad austrum in mare magnum expositum est. Cum uero Persici sinus os fecerit, ad promontorium fœlicis Arabiæ quod in conspectu est Persicum sinum uersus inflectitur quousque Persiæ coniungatur, multúmque in mediterraneam inter Gedrosiam Parthiamq; porrigitur, plus tamen Gedrosiæ præuaricat ad aquilonem, quod fœcunditas declarat. Parthia enim omnia fert, & magnas arbores gignit, præter oleam, & fluminibus est irrigua. Gedrosia uero parum differt à terra Ichthyophagorum, ut sæpe eam sterilitas opprimat, quapropter anni fructus in plures annos recondunt. Onesicritus tradit flumen esse in Carmania, quod auri strigilem ferat. Item argenti fossilis & æris & rubricæ minĳ uenam, & montes duos, alterum arsenici, alterum salis. Habet etiam deserta quædam, quæ iam cum Parthia & Parætacena coniunguntur. Item agriculturas Persicis similes, præcipue uitem Carmanicam à nostris uocitatam, quæ sæpe bicubitalem racemum facit, magnis acinis ac densis. Par est enim eam fœcundiorem esse. Hi propter equorum inopiam, asinis in bello plurimum utuntur, & asinum Marti sacrificant, quem solum Persæ ex omnibus dĳs colunt, & bellicosi sunt. Nemo uxorem ducit, nisi prius hostis caput amputatum ad regem pertulerit. Rex caluaria in regia collocata, linguam minutatim secans, pane permiscet, postea degustatam ei qui attulit & familiaribus edendam præbet, atque ille præclarus est, cui multa capita sunt

Physeteres pisces.

Cetorũ magnitudines.

Carmania.

Parthiæ fertilitas.

Gedrosia.

Minium.

Arsenicum.

Carmanica uitis.

Racemus bicubitalis.

Mars à Persis colitur.

Asmus p equo in bello.

Carmanitarũ mores. allata. Nearchus refert, Carmanitarum mores ac ſermonem maxima ex parte Perſarum eſſe, ac Medorum. Os Perſici ſinus maius eſt, quàm una die transfretari poſſit. Poſt Carmaniam Perſia eſt, multa ſanè in ora illius ſinus, qui ab ea nominatur. Sed longe maior in mediterranea, præſertim in longitudine quæ ab auſtro & Carmania in ſeptentrionẽ & Medicas gentes pertendit, & tertia eſt natura & aëris temperie. Nam ora maritima æſtuoſa eſt, ac uentoſa & fructuũ inops, prẹterquàm palmarum. Ea in quatuor millibus, & quadringẽtis ſtadijs uel in CCC. cenſetur, & in flumẽ deflectit, quod ibi Oroates appellatur. Regio uero ultra hanc campeſtris eſt, & omnium ferax, & optima pecorum nutrix, fluminibus & lacubus plena. Tertia eſt hyemalis ac montana aquilonem uerſus. In extremis eius partibus ſunt camelorũ paſtores. Longitudo eſt (ut Eratoſtheni placet) in ſeptentrionẽ & Caſpias portas, ad VIII. millia ſtad. ſecundũ promontoria quędam occurrentia. Reliqua eſt in Caſpias portas non plurium duobus millibus ſtad. Longitudo uero in mediterranea, à Suſis uſq; Perſepolim ſtad. quatuor millium & CC. atq; hinc uſq; in Carmanię fines ſunt mille & ſexcẽta. Nationes incolunt regionem quę Patiſchores appellantur. Item Achęmenidę, & magi qui honeſtum quoddam uiuendi genus ſectantur. Item Cyrtij & Marai, quorũ alij prędatores ſunt, alij agricultores. Et ferè Suſia Perſiæ pars eſt inter eam & Babyloniam poſita, & Suſa urbem clariſsimam habet. Nam Perſæ ac Cyrus ſuperatis Medis cum propriam terram in ultimis ſitam uiderent, Suſiam uero interius & Babyloniæ & alijs gentibus propinquam, in ea imperij ſedem locauerunt, ſimul et regionis confinium oſtendentes, ut urbis dignitatem & quod maximum eſt, Suſij nunquàm ex ſeſe magnis rebus inſidiati ſunt, ſed ſemper ſubditi fuere, in parte maioris conuentus collocati, niſi heroum tempore. Suſa enim à Tithono condita dicuntur, Memnonis patre, ambitu C. & XX. ſtadiorum, figura oblonga, cuius arx Memnonium uocabatur. Suſij etiam Ciſſij ſunt appellati. Nam Æſchylus Memnonis matrem Ciſsiam uocat. Memnon ipſe ſepultus dicitur circa Paltum Syriæ, iuxta flumen Badam (ut Simonides ait) in Memnone dithyrambo Deliacorum. Vrbs, mœnia & templa & regiæ ſtructura erant Babylonicis ſimilia ex coctili latere & bitumine, ut quidam ediderunt. Polycletus dicit eam ſine mœnibus fuiſſe CC. ſtadiorum ambitu. Cum regias apud Suſa maxime exornaſſent, nihilominus Perſepolitana & Paſargadia magnopere coluerũt. Nam & gaza & theſauri, & Perſarum monumenta ibi erant, ut in locis progenitorũ munitioribus. Erant etiam regiæ aliæ Gabis in ſuperioribus Perſiæ partibus, & in ora iuxta eam quæ Oca dicebatur, atq; hæ quidem cum Perſæ imperarent. Poſteriores autẽ alijs, atq; alijs uſi ſunt tenuioribus (ut uidetur) ut pote Perſia iam diminuta, & à Macedonibus ac Parthis plurimum labefacta. Nam & ſi adhuc Perſæ regnant, proprium regem habentes, uiribus tamen longe ſunt inferiores, & Parthorum regi adhæreſcunt. Suſa itaque in mediterranea iacent, trans Choaſpem flumen iuxta pontem. Regio uſque ad mare deſcendit. Eius ora eſt à finibus Perſicæ oræ, uſque ad Tigris oſtia, trium millium ferè ſtadiorum. Choaſpes per regionem fluens in eandem oram deſinit, ortum habens ab Vxijs. Inter Suſa enim ac Perſiam montana quædam aſpera & prærupta interiacent, quæ anguſtias habent difficulter peruias, & homines prædatores, qui mercedem à regibus exigebant, apud ingreſſum qui ex Suſis eſt in Perſiam. Addit Polycletus, Choaſpem & Eulæum, & Tigrim in lacum quendam influere, poſtea inde in mare emittere. Iuxta lacum emporium eſſe,

Patiſchores. Achæmenidæ. Magi. Cyrtij. Marai. Suſia. Suſa opp. Tithonus. Memnon. Memnonium. Ciſſij. Ciſsia. Paltus. Badas. Paſargadia. Gabæ. Oca. Suſa Choaſpes. Vxij. Eulæus. Tigris.

esse, cum flumina maris merces non recipiant, nec emittant propter cataractus de industria factos, pedestri itinere ad mercatum proficiscuntur. Quidam dicunt octoginta stadia esse usq; ad urbem Susa, quidam uero uolunt flumina omnia, quæ Susiam peruadunt in Tigris flumen influere, ac etiã Euphratis canales, qui intermedij sunt, & propterea ad ostia Pasitigrim nominari. Nearchus cum Susiæ præternauigationem paluſtrem dicat, addit terminum eius esse Euphratem, & in ore uicum habitari qui merces ex Arabia suscipiat, ac deinceps Arabum oram, ori Euphratis, & Pasitigrios coniungi. Loca media omnia à lacu quodam occupari, qui Tigrim in se recipit. Centum & L. stadijs, Pasitigrim adnauiganti, ratem esse, quæ ex Susis in Persiã ducit, eamq; à Susis abesse stadijs LX. Pasitigrim uero ab Oroatide duobus millibus ferè stadiorum, nauigationem per lacum in os Tigrios stadiorum LX. esse. Ad os Susianum uicum habitari quingentis stadijs à Susis distantẽ. Ab ore Euphratis usq; Babylonem nauigationem esse per loca bene habitata, supra tria millia stadiorum. Onesicritus author est, Euphratem, Tigrimq; in lacum mitte re, rursumq; Euphratem è lacu egressum, proprio ore ad mare iungi. Sunt & aliæ complures angustiæ Vxios transeunti iuxta Persiam, quas Alexander ui permeauit ad Persicas portas & loca alia, transiens regionem, & uidere properans principales eius partes & thesauros, qui per tot tempora erant, quibus Persæ Asiam tenuissent, & multa flumina traiecit, quæ regionem rigant, & in Persicum sinum deferũtur. Nam post Choaspem, Copratas, & Pasitigris, qui etiam ex Vxia fluit. Itẽ Cyrus, qui circa Pasargadas, per cauam Persiam fluit, ab eo rex appellatus est. Nam pro Agradato Cyrus dictus est. Iuxta Persæpolim Alexander Araxem traiecit. Per sæpolis magnificas regias habebat, & fabrica sumptuosa. In Araxem ex Parætacis descendentem Medus influit, ex Media delatus. Hi per conuallẽ rerum omniũ feracem, & Carmaniæ iunctam deferuntur, & orientalibus regionis partibus, quemadmodum & Persæpolis. Alexander Persæpolitanis regijs concrematis, ultus est Græcos, quorum & illi sacra & urbes ferro igniq; uastassent. Deinde in Pasargadas uenit, ubi erat antiqua regum sedes. Hic Cyri sepulturam in hortis uidit, turrim non sanè magnam, arborum densitate occultam, à parte inferiore solidam, superiore tecto & sacello exornatam, quod peranguſtum aditum habebat. Per eum Aristobulus introisse se ait, iubente rege, atque sepulturam exornasse, & auream lecticam uidisse, & mensam cum poculis & aureum alueolum, uestem plurimã, & ornatum lapillis incrustatũ. Atq; hæc uidisse affirmat cum primò accessisset, postea direptam fuisse, ac cætera quidem asportata, lecticam uero confractam, & alueolum transpositum, mortuum autem et nusquàm apparere. Quod non Satrapę sed prædatorum opus ferat, qui ea reliquerant quæ asportare nequiuerunt. Quæ quidem contigerunt cum magorũ custodia imposita esset, qui quotidie ouem accipiebant in alimenta, quod mensibus autem equũ. Nam Alexandri absentia in India & Bactris permulta innouari præbuit, è quibus hoc unum est. Sic enim Aristobulus refert, & huius Epigrammatis mentionem facit,

Pasitigris.

Copratas.
Vxia.
Agradatus.
Cyrus rex ima de appellatus.
Cyrus flu.
Pasargadæ.
Persæpolis.
Araxes.
Medus.

Cyri sepultura.

Aristobulus.

Ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς πέρσαις κτησάμενος καὶ τῆς ἀσίας βασιλεύς, μὴ οὖν φθονήσης μοι τοῦ μνήματος. id est,

Cyri epitaphium.

O homo, ego Cyrus sum Asiæ rex, qui Persis imperium constitui. Ne igitur mihi sepulturam inuideas.

Onesicritus ait turrim X. tabulatis excelsam fuisse, & in superiore tabulato Cyrũ

iacere, cum Græco epigrammate Persicis literis insculpto,

ἦθαδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος Βασιλεὺς Βασιλήων. id est,

Cyrus ego, rex olim regum conditus hic sum.

Idem alio epigrammate Persico, in eandem sententiam. Onesicritus quoque & epigrammatis illius meminit quod in Darij sepultura erat, hoc modo,

Darij epitaphium. φίλος ὢν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς καὶ ὀξύτης ἀρίστος γνώμην, κυνηγὸν ἐπιβάτην, πάντα ποιεῖν ἐδυνάμην. Amicus amicis fui et eques & sagittator optimus, uenatores superaui, et omnia facere potui. Aristus Salaminus multo his iunior, refert turrim magnam fuisse, & duo tabulata habuisse & in successione Persarū conditā fuisse, sepulturā uero asseruari, in qua Grecū epigramma inerat (ut antè diximus) & aliud Persicum in eandē sententiam. Idcirco Cyrus Pasargadas habuit in honore, quod ibi Astyagem Medum ultimo prælio superauit, & Asiæ imperium in se transtulit, urbe condita, & regia cō structa in memoriæ monumentum. Pecunias uero omnes quæ in Persia erant, Susa exportauit, quę quanq̄ & ipsa thesauris & supellectile plena erāt, non tamen eam regiam existimabat, sed Babylonē quam in animo habebat illis omnino anteferre, atq; hic etiam thesauri seruabantur. Tradunt præterea quæ Babylonæ & in castris erant, quæ ad hoc sumpta non fuere, in Persia & Susis inuenta fuisse talentorū XL. millia. Sunt qui dicunt L. Nōnulli omnia undiq; Ecbatana cōportata dicunt fuisse C. & LXXX. millia talentorū, VIII. millia uero, quę cū Dario è Media fugiēte exportata sunt ab ijs direpta, qui eum occidêre. Alexander itaq; Babylonem longe omnibus anteponebat, uidens eam & magnitudine, & rebus cęteris excellere. Nam Susiana quanq̄ opulenta sit, torridum tamen & æstuosum aërem habet, prę sertim circa urbem, ut ille dicit, adeo ut lacertæ & serpentes, per æstatem, dum sol est in meridie, urbis uias transire non possint, sed in medijs interceptę cōrementur, quod nusquàm in tota Persia cōtingit, quanq̄ australior est, lauacra quoq; frigida proposita subito excalefieri, ordeū in sole sparsum, ita conteri, quemadmodū miliū in mortarijs, quapropter ad duo cubita terrā tectis imponūt, domus ipsæ propter onus angustę fiunt & longę, cum longis trabibus careāt, & magnis domibus indigeant, propter æstum. Palmaceas autem trabes peculiare quiddā pati. Nam cum solidæ sint, cum inueterascunt, non cedunt in partem inferiorem, sed in superiorem pandūtur, propter onus, unde melius tectum sustinent. Æstus causa dicitur quod septētrionem uersus montes quidam altissimi imminent, qui omnem borealem flatum excipiunt. Elati enim & sublimes à montibus spirantes, campos non attingunt, sed in australiora Susię perferuntur. Ea à uentis tranquilla est, tunc præcipue cum reliquam terram æstu exustam eteſiæ refrigerant. Frumento adeo abundant, ut & ordeum, & triticum in planitie centuplum ferat, nonnunquàm etiam ducentuplum. Idcirco non crebras porcas faciūt. nam crebrę radices germen impediunt. Cum uites in ea non nascerentur, Macedones ibi & in Babylone eas conseuerunt. Hi non scrobes faciebāt, sed palos quosdam in extremo ferratos in terram defigentes, postea educentes pro eis palmites demittebant. In mediterranea uero plurimum, nostróque tempore sæpe aliter atque aliter contigit. Dicit Nearchus, nec tunc uiæ duces indigenas habuisse, cum ex India in Babyloniam classe nauigaret, quod nec stationes habere poterat, nec hominibus abundaret qui perite ducerent. Susidi autem Babylonicæ uicina est Sitacena, quæ postea Apolloniatis est appellata. Ambabus à septentrione orientem uersus Elymæi imminent & Parætaceni, homines latrones,

Pasargadæ.
Astyages Medus.
Susa.
Babylon.
Susianæ calores.
Palmaceæ trabes.
Susianæ fertilitas.
Sitacena.
Apolloniatis.
Elymæi.
Parætaceni.

trones, & aſperis montibus freti. Sed magis Parætaceni Apolloniatis imminent, unde eos plurimum infeſtant, Elymæi autem illos & Suſios. Cum Elymæis uero Vxĳ pugnant, quanquàm nunc quidem minus propter Parthorum potentiam, ut ego exiſtimo, quibus parent omnes, qui loca ea incolunt, quare his bene habentibus & omnes bene habent qui illis parent, diſsidẽtibus uero, quod ſæpe fit, etiam noſtro tempore ſæpe aliter atque aliter euenit, ſed non eadem omnibus. Quibuſdam enim tumultus prodeſt, quibuſdã prẹter ſentẽtiam euenit. Ac Perſica quidẽ, & Suſiana regio talis eſt: Ora maritima paluſtris eſt & importuoſa. Idcirco Perſici mores, & his Medis & alĳs compluribus ĳdem ſunt, de quibus etſi permulti dixerunt, tamen dicenda nobis uidentur quæ ad rem attinent. Perſæ nec ſtatuas, nec aras erigunt, ſacrificant in loco excelſo. Cælum Iouem putant, colunt ſolem, quem Mithram uocant. Item lunam & Venerem, & ignem, & tellurem & uentos, & aquam. Sacrificant in loco mũdo cum imprecationibus, & coronatam hoſtiam ſtatuunt. Cum uero magus, qui ſacrificio præeſt, membratim carnes in quenq; diuiſerit, abeunt nulla parte dĳs relicta. Dicũt enim deum nihil uelle, præter hoſtiæ animam. Nonnulli (ut fertur) præcordiorum partem igni imponunt. Præcipue igni & aquæ ſacrificant, igni arida ligna imponentes, adempto cortice, & aruina ſuper iniecta, deinde infuſo oleo, ſuccendũt, non inſpirantes, ſed uentilantes. Quod ſi quis inſpirarit, aut mortuum quicquam, cœnúmue in ignem immiſerit, morte plectitur. Aquæ ſacra peragunt hoc modo: In lacum uel flumen uel fontem uenientes, ſcrobem faciunt, ibique hoſtiam iugulant, cauentes, ne quid proxime aquæ ſanguine contingatur, tanquam omnia polluturi, poſtea carnibus ſuper myrto, lauróue impoſitis, eas magi ſubtilibus uirgis comburunt, & factis imprecationibus quibuſdam, oleum lacte ac melle mixtum inſpergunt, non in ignem, nec in aquam, ſed in terram. Imprecationes per multum tempus faciunt, faſciculum uirgarum myricinarum tenuium tenentes. In Cappadocia ubi maxima eſt magorum multitudo, qui Pyrethi uocãtur, & multa Perſicorum deorum templa, non cultro ſed ſtipite quodã mactant, tanquàm malleo uerberantes. Suntq; Pyrethæa ſepta quædam ingentia, in quorum medio ara eſt. In ea magi & cinerem multum & ignẽ inextinguibilem ſeruant, quo quotidie ingreſsi imprecationes faciunt, per horam ferè ante ignem uirgarum faſciculum tenentes, filtraceis infulis uelati, ex utraq; parte dependentibus, adeo ut uittæ labia contegant. Hæc in Anaitidis & Amani delubris fiunt. Nam & horum ibi delubra ſunt, & Amani ſtatua in pompam ducitur. Hæc nos uidimus. Illa & ſequentia in hiſtorĳs traduntur, quod in flumen Perſæ non micturiunt, nec lauantur, nec alluuntur, nec mortuum inĳciunt, nec alia quæ immunda eſſe uideantur. Cuicunque deo ſacrificent, primum igni imprecationes faciunt. Reges habent ex eadem ſtirpe. Qui non paruerit capite & brachio amputato proĳcitur. Ducunt uxores quàm plures, & multas pellices alunt, propagandæ ſobolis gratia. Reges quotannis præmia proponunt ĳs, qui plures filios ediderint, pueri ante quartum annum in patris cõſpectum non ueniunt. Nuptiæ in initio uerni æquinoctĳ celebrantur, ſponſus in thalamum procedit, comeſto prius malo uel cameli medulla, præter id nihil eo die. A quinto uſq; ad XXIII. annum diſcunt ſagittare, iaculari, equitare, & in primis uera dicere. Diſciplinarum magiſtris continentiſsimis utuntur, qui fabulas ad utilitatẽ reductas inſerunt, cum cantu & ſine cantu, deorum & clarorum uirorum facta referentes. Congregant

Vxĳ.

Perſarum mores.

Dĳ Perſarum. Mithras.

Ignis uiolati pœna.

Aquæ ſacrificium.

Cappadocia.

Pyrethi.

Pyrethæa ſepta.

Anaitis.

Amanus.

Ex Herodoto.

Vere nubunt Perſæ.

eos in unum locum, æris ſonitu ante lucem excitatos, tanquàm ad arma aut uenationem. Præficiunt eis ducem aliquem ex regis filijs, aut ſatrapæ per quinquagenos, quem currentem ſequi iubent, loco XXX. XL. 'ue ſtadiorum determinato. Deposcunt etiam rationem eorum quæ illi didicerint, ſimul & uocem, & latus & ſpiritum exercentes ad æſtum, ad frigus, ad imbres, & torrentium tranſitus. Docent arma & ueſtes immadidas ſeruare, & paſcere, & ruſticari, & fructibus ſylueſtribus uelci, ut termintho, glandibus, pyris agreſtibus. Atq; hi Cardaces uocãtur, ex furto uicentes. Nam carda uirile ac bellicoſum ſignat. Quotidianus eorum cibus poſt exercitium eſt panis duriſſimus, & cardamum, & ſalis granum, & carnes aſſæ uel elixæ. Potus eſt aqua. Venantur autem pila & ſagittas ab equis mittentes, & funda utentes. In antemeridiano tempore his exercentur, aut arbores ſerunt, aut radices effodiunt, aut arma faciunt, aut lino & retibus ſtudent. Pueri uenationem non attingunt, ſed mos eſt eam domũ referre. Curſus & cæterorum quæ in quinquennijs exercentur præmia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur. Pyropum in honore habent, quare nec eum mortuo apponunt, quemadmodum nec ignem, ob honorem quem ei deferunt. Militant & magiſtratus obeunt à XX. anno uſque ad quinquageſimum & pedites & equites. Forum non attingunt. Nam nec emunt nec uendũt. Armantur †cetra in rhombi figuram facta, præter pharetras. Sagarim & ſicas habent, circum caput pileum turritum, circum pectus thoracem ſquamoſum. Principes anaxyridem triplam habẽt, & tunicam manicatam, duplam, genu tenus, cuius ſuffultura candida eſt, exterior uero pars colore infecta. Amictum æſtate purpureum uel uarium, hyeme autem uarium, tiaras magorum infulis ſimiles, calceamentum altum ac duplum. Multitudo tunicam duplam gerit, ad mediam uſque tibiam deſcendentem, circum caput Sindonij panni uolumen. Quiſque arcu & funda utitur. Perſæ laute cœnant integra, & multa, & uaria apponentes, lecti & poculorum ornatus ſplendidiſſimus, auro & argento refulget. De rebus maximis inter uinum conſultant, quas ipſi firmiores putant, quàm quæ in ſobrietate fuerint deliberatæ. Si notis & æqualibus in uia occurrant eos oſculãtur, ſi humiliores ſunt adorant. Sola ſepeliunt corpora cera oblinentes. Magos inſepultos auibus edendos dimittunt. Hi cum matribus ex patrio more congrediuntur. Ac Perſarum quidem mores ſunt huiuſmodi, illa forſitan addenda ſunt, quæ à Polycrito dicuntur, quod regum quiſque ſuas ædes in monte faciant, & theſauros & tributa quæ exigunt ibi recondant, bene adminiſtratæ rei monumentum. Exigere eos ex ora maritima argentum, ex mediterranea, quæ quæque regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam, uel aliud tale, eodem modo & pecora. Tributa inſtituiſſe Darium Longimanum, qui omnium hominum pulcherrimus fuit, excepta brachiorum & ulnarum longitudine, quæ tanta erat ut genua contingeret. Maximam auri atque argenti partem †in ædificijs eſſe, in nummis perexiguam. †Cum gratiora illa ad theſauri conſeruationem exiſtimentur, nummorum uero tantum eſſe, quantum ſatis ſit ad uſum, & tantum auri percutere, quantum impenſis ſufficiat. Perſarum mores magna ex parte temperati ſunt, & ſi ob opulentiam reges in delicias luxúmque defluxerint, adeo ut triticum ex Aſſo Aeolica afferri uellent, uinum autem ex Syria quod Chalybonium dicitur, aquam ex Eulæo, quod ea omnium eſſet leuiſſima, ut Atticum acetabulum drachma minus appenderet. Ex omnibus autem barbaris, Perſas clariſſimos effici apud Græcos contigit, quod nulli Græcis imperauerunt, qui

Cardaces. Carda quid Perſis.

Pyropum.

Cetra, πέλτη. Sagaris Perſicus gladius, cuius meminit et Xenophon.

Tiara.

Perſarum cultus.

Perſarũ cœnæ.

Darius longimanus.

*In ſupellectile rectius uertiſſet, ἐν τοῖς κατασκευῆς.

*πρόσηλθε δωρεὰς εἰς ἐκείνα κεχαρισμένα νομίζων μᾶλλον, καὶ πρὸς ἐμπειρίαν ἀπόθεσιν, τὸ δὲ νόμισμα τὸ πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν ἱκανὸν εἶν. πόλλων δ' ἕνεκα τὸ ζῆν συγκόμασι σύμμετρον. id eſt, Gratiora illa ad munificentiã, & theſauros reddendos exiſtimentur, &c. Hæc interpres parũ fideliter reddidit.

Chalybonium uinum.

Aqua leuiſſima.

qui Asiam tenuere, præter eos, nec ij Græcos, nec Græci illos antea nouerant, nisi perparum admodum quantū fama percepissent. Nam nec Homerus Medorum, Syrorúmue imperium nouit. Nam cum Ægyptias Thebas, & earum et Phœnicū diuitias nominet, nequaquam Babylonis & Ecbatanorum opes conticuisset. Ac primo quidem Græcis Persæ imperauerūt, Lydi uero nō toti Asiæ, sed parti perexiguæ solum cis Halym sunt dominati. Idq; non diu, Crœsi & Alyattis tempore, sed sī quam famam habebant, eam amiserunt à Persis superati. Persę quàm primum Medorum res euerterunt, Lydos subegere, & Gręci qui in Asia erant, illis paruerunt, postmodum in Gręciam traijcientes sępe multisq; certaminibus uicti sunt. Asiam tamen usque ad mare tenuerunt, donec à Macedonibus sunt debellati. Cyrus eos primum in imperio constituit, cuius successor Cambyses filius, à Magis sublatus est. Septem uero Persæ qui Magos interemerunt, Dario Hystaspis filio imperium tradidere. Cuius successores in Narsem desierunt, quem cum Bagous eunuchus interfecisset, Darium regem fecit, quanquam è stirpe regia nō erat. Sed cum Alexander hunc euertisset, ipse XI. annis regnauit. Postea Asiæ imperium in complures successores, & ab eis profectos diuisum, euersumq; est. Permansit tamen annis CC. & L. nunc iam per se sunt, ac reges qui olim Macedonibus paruere, nunc Parthorū regibus subiectos habent.

LIBRI DECIMIQVINTI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMISEXTI LIBRI.

SExtusdecimus circa Assyriam uersatur, in qua Babylon est, & Nisibis, urbes maximæ. Item circa Adiabenam, & Mesopotamiam, & Syriam, & Phœniciam, & Palæstinam, Arabiam omnem, & quæcunque Indica Arabiam contingunt. Item Saracenorum regionem, quam Scenetim uocat, & omnem Rubro mari, & mortuo adiacentem.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVSSEXTVS.

ERSIAE ac Susianæ iuncti sunt Assyrij. sic enim Babyloniam & maximam circunstantis regionis partem uocãt, cuius etiam Aturia est, in qua sunt Ninus, Apolloniatis, Elymæi, Parętacæ, & Chaonetis, Zagro monti proxima. Item campi Nino uicini, & Dolomena, & Calachena, & Chazena, & Adiabena, & Mesopotamiæ gentes, Gordyæis & Mygdonibus ijs proximæ qui circa Nisibim sunt, ijsq; qui ad Euphratis pontem, & ad multam trans Euphratem regionem, quam Arabes tenent, & qui proprie nunc Syri appellãtur, usq; ad Cilices & Phœnices & Libes, & Ægyptium pelagus, & Issicum sinum. Syrorum nomen tendere uidetur à Babylonia usq; ad Issicum sinum, & ab hoc olim usq; ad Euxinum. Quare utrique Cappadoces tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, ad hoc usque tempus Leucosyri appellantur, ac si sint aliqui Syri nigri, hi autem extra Taurum sunt. Taurum dico eum qui ad Amanum usque nomen extendit. Qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euersos dicunt, Syros autem à Medis, nullos alios Syros intelligunt, quàm qui Babylonem, ac Ninum regni caput effecerunt, quarum alteram Ninum scilicet Ninus in Aturia condidit, cuius uxor Semiramis, regno succedens condidit Babylonem, atq; ij Asiam tenuerunt. Semiramidis opera præter ea, quæ apud Babylonem sunt, multa per uniuersam ferè hanc continentem ostenduntur, ut aggeres, qui Semiramidis uocantur, & mœnia, & munitionum fabricæ, & aquæductus, & scalæ & fossæ in fluminibus & lacubus, & uiæ, & pontes. Posteris uero suis imperium reliquerunt usq; ad Sardanapalum, & Orbacum, quod postea in Medos translatũ est. Sed Ninus post euersos Syros, extemplo deleta est. Ea multo maior erat Babylone, in Aturiæ campo sita. Aturia similis est ijs locis, quæ circa Arbela sunt, & Lycum flumen intermediũ habet. Arbela enim ad Babyloniã pertinent, & iuxta eam sunt. Trans Lycũ uero Aturiæ campi, Ninũ circuniacent. In Aturia quoq; uicus est nomine Gangamela, apud quẽ Darius superaus amisit imperiũ, quare hic locus insignis est, eius nomen Cameli domus interpretatur. Sic enim eũ Darius Hystaspis filius nominauit, cum possessionẽ hanc camelo defessæ in alimentũ daret, præsertim in uia, qua per deserta in Scythiam cum oneribus itur. In quibus regi etiam alimentum erat. Macedones cum hunc uicum tenuem uiderent, Arbela uero habitationẽ admirabilem, ab Arbelo, ut tradunt, Athmonei filio condita, circa Arbela & prælium & uictoriam fuisse diuulgarunt, atq; sic scriptoribus tradiderunt. Post Arbela & Nicatoriũ montem, quem sic Alexander nominauit, uicto apud Arbela prælio, est flumen Caper, in tanta distantia in quanta Lycus. Regio ipsa Artacena dicitur. Circa Arbela est urbs Demetrias. Postea est fons, q naphtha fluit, postea ignes, & Aeneę templũ, & Sadracę Darij regia, eius qui Hystaspis filius fuit, & cupressetum, & locus ubi Caper trãsitur, iam cũ Seleucia & Babylone cõiunctus. Babylon

in

Assyrij. *Babylonia.* *Aturia.* *Ninus.* *Apolloniatis.* *Elymæi.* *Parætacæ.* *Chaonetis.* *Zagrus mõs.* *Dolomena.* *Calachena.* *Chazena.* *Adiabena.* *Mesopotamia.* *Gordiæi.* *Nisibis opp.* *Syri nigri.* *Syrorũ nomen* *Leucosyri* *Ninus opp.* *Babylon.* *Semiramis.* *Semiramidis opera.* *Orbacus.* *Arbela opp.* *Lycus flu.* *Gangamela.* *Darius ubi sup.* *peratus.* *Arbelus.* *Nicatorius m.* *Caper flu.* *Artacena.* *Demetrias.* *Aeneæ templũ* *Naphtha.* *Sadracæ.* *Babylonis situs*

in campo iacet, muri ambitum habet CCC. & LXXXV. stadiorum. Eius crassitudinem pedum XXXII. Altitudinē inter turres cubitorū quinquagenûm, turriū ipsarum sexagenûm, uiam super mœnibus tam latā, ut quadrigæ occurrētes facile pertransire possint. Vnde & hoc ex VI. spectaculis unum dicitur. Item horti pensiles in figura quadrata, quorū latus quodlibet quaternûm est iugerum. Hi fornicibus continentur sese in forcipis modum intercidentibus, sitis super pilis in aleatoriarū tabellarum formam, alius super alia positarum. Pilæ concauæ sunt & terra plenæ, ut arbores maximas consitas recipere possint, ex lapide coctili & bitumine structę, tam ipsæ quàm fornices & fornicum intersectiones. Supremum tabulatum ascensus scalares habet, & cochlias ipsis adiacētes, per quos continue aqua ex Euphrate in hortos afferebatur ab hominibus ad hoc ipsum cōstitutis. Nam flumen mediā urbem interluit, eius latitudo stadiū occupat, horti super flumine sunt, ubi etiam Beli sepultura est nunc eruta, quam Xerxes eruit, ut fertur. Ea pyramis quædam erat quadrata, ex latere coctili structa, stadij altitudine, cuius quodque latus stadium obtinebat. Hanc Alexander reparare uoluit, sed cum multi laboris esset & multi temporis (nam solum ad expurgandam terram X. millibus hominum, duobus mensibus opus erat) quod incœperat perficere non ualuit. Illico enim morbus & mors consecuta est. Id posteriorum nemo curauit, quinetiam reliqua neglecta sunt, & urbis partem Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit & Macedonum negligentia, præsertim ubi Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit ad stadia CCC. Babyloni proximam. Nam & ille & posteri omnes circa hanc urbem maximopere studuerunt, & regni caput effecerunt, & nunc Babylone maior est, quanquàm magna ex parte deserta, ut id facile de ea dici possit, quod de magnis urbibus, quæ in Arcadia erant à quodam dictum est, Magna ciuitas magna solitudo est. In ea propter lignorum inopiam ex palmaceis trabibus & columnis ædificia faciunt. Circum columnas funes ex torta stipula confectos ponunt, postea illinientes coloribus pingunt. Portæ bituminatæ & altæ sunt tam ipsæ, quàm domus, quæ omnes propter lignorum penuriam fornicātur. Nam regio magna ex parte nuda, nihil habet præter frutices & palmam quæ & in Babylonia & in Susiana, & in ora Persiæ, & in Carmania permulta est. Imbrice autem non utuntur, cum imbribus careant. Susiana Sitacenæ similis est. Constituta est habitatio quædam in Babylonia philosophis indigenis, plurimum circa philosophiam uersantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex eis qui genethlialogiam simulent, sed à cæteris non recipiuntur. Est alia Chaldæorum natio & Babyloniæ regio ab eis habitata, Arabibus & mari proxima, quod Persicum appellatur. Chaldæorum astronomicorum genera multa sunt. Nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsippeni, & alij complures, qui tanquam per sectas eisdem de rebus alias atq; alias opiniones sequuntur. Et mathematici quoque de nonnullis eorum mentionem faciunt, quemadmodum de Cidena, & Naburiano, & Sudino. Nam & Seleucus ex Seleucia Chaldæus est, atq; alij complures illustres uiri. Borsippa ciuitas est Dianæ & Apollini sacra. In ea maximum linificium est, & maxima uespertilionum multitudo, qui longe maiores sunt quàm in cæteris locis capiuntur, & in esum condiuntur. Babyloniorum regio ab oriente complectitur à Susijs & Elymæis & Parætacenis: Ab occidente ab Arabibus Scenitis, usque in Adiabenam, & Gordiæam: A septentrione ab Harmenijs ac Medis usque ad Zagrum montem, & gentes

B. li sepul.

Seleucia.

Prouerb.

Chaldæi.

Orcheni.
Borsippeni.
Cidena.
Naburianus.
Sudinus.
Seleucus.
Borsippa.
Vespertiliones
Babyloniorum regio.
Gordiæa.
Zagrus.

circa eum habitantes. Regio à multis fluminibus irrigatur, quorum maximi sunt Tigris & Euphrates. Hæc enim flumina fœcunda sunt, post Indica ad australes Asiæ partes defluentia, & per alterum, Opim nauigatur, & in eam quæ nunc Se-
Opis uicus. leuca dicitur (Opis autem uicus est circunstantium locorum emporium) per alte rum uero Babylonem, supra tria millia stadiorum. Sed Persę uolentes de industria nauigationem prohibere, canales manufactos construxerunt, extranearum inua-sionum metu. Alexander cum aduentasset, quotquot potuit restituit, eos præser-
Euphratis ex-undatio. tim qui Opim deferebant, & fossas maximas duci curauit. exundat enim Euphra-tes in æstate, à uere incipiens, cum iam niues in Harmenia liquefiunt, ut necesse sit stagnari arua, atq; obrui, nisi quis ingruentem fluxum, & aquarum uim per fossas & canales diuertat, quemadmodum Nilum in Ægypto, atq; ob hoc quidem ca-nales deducti sunt, sed opera multa opus est. Nam cum terra profunda sit, & mol-lis ac facile cedat, facile ab aquis trahitur & campos nudat, & limus fossas implet, & eorum ora obstruit. Vnde rursum aquarum effusionem fieri contingit, quæ in campos egressa, lacus & paludes ad mare efficiunt, & arundineta, è quorum arun dinibus uaria contexuntur uasa, quorum quæ liquida susci pi ũt, bitumine illinun-tur, cætera nuda, & lituræ expertia relinquũtur, fiunt etiam uela arundinea, storeis, & cratibus similia. Hæc inundatio omnino prohiberi non potest, afferri autem ali quod remedium potest, quod optimorum principum opus est. Remedi ũ est, mul tam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum uero repletion ẽ quam limus efficit, eas expurgando & ora aperiendo purgatio facilis est, obstructio labo-riosa. Nam cum terra facile cedat & mollis sit, aggestum limum non sustinet, sed ce dendo & ipsa trahitur, & os effossu difficile reddit. Nam & celeritate opus est, ut ci to fossæ claudantur, & ne omnino ab eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem arefactæ, flumen arefaciunt, quod humide factum deriuationes ad tempus præbe re non potest, quibus regio perusta & æstuosa per æstatem plurimum eget. Nam nihil refert siue aquarum multitudine obruantur fruges, siue siti depereant. Præ-terea cum nauigationes ualde utiles sint ab antedictis causis impeditæ, aptari non possunt, nisi fossarum ora cito aperiantur, & cito claudantur, ut semper fossæ me-diocritatem seruent, ne in eis aqua redundet néue etiam deficiat. Refert Aristobu-lus Alexandrum ipsum nauigantem, & scapham gubernantem operi prę fuisse, & cum cætera multitudine fossas emundasse, & ora obstruxisse, & nonnulla aperuis se. Cum q; fossam quandam ad paludes & lacus, qui sunt Arabiam uersus tendere animaduerteret, habentem os intractabile, & obstructu difficillimum, propter ce-dentem & mollem terram, aliud nouum os aperuisse xxx. stadiorum capto loco petroso, atq; traducto alueo. Id q; tum prouidendi gratia fecisse, tum ne Arabia o-mnino difficilis esset ingressu, propter lacus & paludes, cum propter aquæ multi-tudinem iam effecta insula uideretur. Habebat enim in animo regionem eam adipisci, simul q; & classem & receptacula parauerat, nauigia quoq; partim in Phœ nicia Cypro q; construxerat, tum plicatilia, tum compacta, quæ stad. septem Tha-psacum portata, postea Babylonem flumine deferrentur, partim in Babylonia ędi ficauerat, ex hortorum & lucorum cypariss is. Nam in eo loco materiei inopia est, apud Cossæos uero & nonnullos alios mediocris copia. Hoc prætextu maxime motum bell ũ dicunt, quod soli Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eum non misissent, sed reuera cupientem omnibus dominari, & quoni ã duos tant ũ deos ab illis

illis coli audiſſet Iouem ſcilicet & Bacchū, qui quæ ad uitam pertinent principalia dant, ſe tertiū exiſtimaſſe cultum iri, ſi uiciſſet, & patriam libertatem quā prius habebant, illis permiſiſſet. Atq; hæc Alexandrum circa canales effeciſſe, & regum & principum ſepulturas, quarum plurimæ in lacubus erant, reportaſſe. Eratoſthenes lacuum mentionē faciens, qui apud Arabiam erant, dicit cum aqua exitū non haberet, ſubterraneos meatus aperuiſſe, ac per illos uſq; in Cœloſyriam deferri, & in ea flumina erumpere, quæ circa Rhinocorura, & Caſium montem ſunt, atq; ibi & lacus & uoragines efficere, quæ haud ſcio an ueriſimilia dixerit. Nam Euphratis effuſiones, quæ Arabiam uerſus, & lacus, & paludes efficiunt, mari Perſico proxime ſunt. Iſthmus autē qui ea dirimit, nec ſanè multus eſt, nec petroſus. Quare ueriſimilius erat, aquam in mare impelli, ſiue ſub terram ultra q̄; ſex millia ſtadiorū ſiccam & aridam regionem permeare, præſertim cum Libanus & Antilibanus, & Marſias montes mediī eſſent. Atq; hi quidem hæc dicūt. Polycletus negat Euphratem inundare, cum per campos maximos feratur, montium uero nonnullos duobus millibus ſtadiorum abeſſe, Caſios ad mille diſtare, non admodum altos, nec ualde niuibus preſſos, nec confertam niuium liquefactionem inducētes. Nam maxime montiū altitudines in borealibus partibus ſunt, ultra Ecbatana. In auſtralibus uero ſciſſos ac dilatatos plurimū deprimi, ſimulq; maximam aquæ partem à Tigri excipi, quod itaq; ultimo dicitur, aperte abſurdū eſt. In eoſdem enim campos deſcendit, & ſic montium altitudines, quæ inundare dicuntur, inæqualitatem quandam habent, partim quod borealia magis attolluntur, partim quod meridionalia dilatantur. Sed nix non modo altitudine montium, ſed climatibus iudicatur. Et eiuſdem montis boreales partes magis niuibus tanguntur, quàm auſtrales, & diutius illæ niuem retinent, quàm hæ. Cum itaq; Tigris ex ſupremis Harmeniæ partibus, quæ ſunt Babyloniæ proximæ, niualem aquam ſuſcipiat non ſanè multam, utpote ab auſtrali latere deſcendētem, minus inundabit. Euphrates uero ex utriſq; partibus aquam recipit, non ex uno monte ſolū, ſed ex multis, ut in peragratione Harmeniæ declarauimus, addita etiam fluminis longitudine, quantum in magna & in parua Harmenia percurrit, & quantum ex parua Harmenia per Cappadociam & Taurū uadens Tapſacum uſque defertur, inferiorem Syriam & Meſopotamiam diſterminans, & quantum reliquum eſt uſque ad Oſtia & Babylonem, quæ ſumma eſt triginta & ſex millium ſtadiorum. Quæ quidem canales attinent, hæc ſunt. Regio hordeum fert quantum alia nulla. nam modios trecentenos affert, ut dicitur. Cætera uero ex palma præbet. Ex ea enim panis & mel & uinū, & acetū fit, & textilia uaria. Nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur. Qui in aqua macerati bobus & ouibus in pabulū dantur. Dicūt eſſe carmen quoddam Perſicum in quo CCC. & ſexaginta palmæ utilitates numerentur, oleo frequentius ſeſamino utuntur. Cætera loca huius arboris penuriam habēt. In Babylonia etiam bitumen multum innaſcitur, de quo Eratoſthenes dicit, liquidum, quod naphthan uocāt, in Suſiano agro naſci, aridum uero, quod congelaſcere poteſt, in Babylonio, cuius fons eſt prope ipſum Naphtham. Hoc autem inundāte ex liquefactione niuium, & ipſe augetur, & effuſionem in fluuium facit. Hic glebæ maximæ concreantur ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidum etiam in agro Babylonio innaſci dicant. De arido quidem dictum eſt, quod præſertim ad ædificia ualet, dicunt etiam nauigia contexi, quæ bitumine illata conſtipentur. At

Arabum diȳ.

Alexander diuinos honores affectauit.

Cœloſyria.

Rhinocorura.

Libanus.

Antilibanus.

Marſias.

Caſy montes.

Hordei uberr. prouentus.

Palmæ uſus uarius.

Seſaminum oleum.

Bitumen.

Naphthæ natura. liquidum, quod naphtham uocant, admirabilem quandam naturã habet. Nam igni admotum eum corripit, & si corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat, nec aqua ullo pacto extingui potest, sed magis ardet, nisi ualde multam superinfuderis. Cœno & aceto, & alumine, & uisco oppressum extinguitur. Vnde Alexandrum tradunt, experientiæ gratia, puero cuidam in balneo naphtham insperſisse, ac lucernam admouisse, ut propè puer totus deflagraret, nisi circũstantes multa aqua flammas euicissent, ac puerum seruassent. Posidonius dicit ex fontibus naphthæ Babylonij, quosdam nigrum naphtham, quosdam album producere, atq; ex ijs alios esse liquidi sulphuris, eos scilicet qui album naphtham habent, quam & flammæ arripiant. Eos uero qui nigri bituminis sint, liquidos esse, & pro oleo in lucernis uti. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis, nunc Seleucia est quæ ad Tigrim dicitur. Prope eam uicus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant, Seleuciæ parcentes, ne à Scythica & militari natione opprimeretur. Hic uicus ciuitatis potentiam ac magnitudinem habet, adeo ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem recipiat, ac uenalia & necessaria artificia illis suppeditet. In eo Parthorum reges in hyeme propter aëris temperiem degere solent, æstatem uero in Hyrcania & Ecbatanis agunt, propter ea quæ antiqua fama obtinet. Et quemadmodum Babyloniam regionem uocamus, sic indigenas Babylonios dicimus, non ab urbe, sed à regione. A Seleucia uero nequaquã, & si illic sint, ut Diogenẽ philosophum Stoicum. Est autẽ Artemitta insignis ciuitas quingentis stadijs à Seleucia distans, plurimum ad orientem exposita, quemadmodum Sitacena. Nam & ea multa & opulenta inter Babylonem & Susianam iacet, quare ex Babylone Susa euntibus, totum iter per Sitacenã est. Ad orientem uero ex Susis in Persiæ mediterraneam euntibus, iter est per Vxiam, quemadmodũ ijs qui ex Persia in medios Carmanios proficiscuntur. Carmaniam igitur à septentrione Persia circundat, quæ multa est cum Parætacenis & Cossæis cõiuncta usq; ad Caspias portas, montanis sanè gentibus ac latrocinijs. Susiæ coniungitur Elymaitica, quæ magna ex parte aspera est, & latronibus referta. Elymaiticæ Media, & quæ Zagro sunt proxima. Cossæi magna ex parte sagittarij sunt, quemadmodum & montani eis finitimi, qui semper latrocinia exercent. Paruam enim ac sterilem regionem incolentes, ex alieno uiuere, & ualentes esse oportet. Omnes enim bellaces sunt, & cum Elymæi cum Babylonijs, Susijsq; bellũ gererent, illos in societate habuerunt, tredecim hominum millia conferentes. Parætaceni, quanquã magis agriculturam exerceant, quàm Cossæi, nec ipsi tamen à latrocinijs abstinent. Elymæi plus terræ possident, quàm hi, & magis uariam. Quæcunq; itaq; ferax est incolas agricultores habet, montana uero milites nutrit magna ex parte sagittarios, & cũ multa sit, multum exercitum emittit. Vnde cum rex eorum potentiam maximam habeat, non patitur Parthorum regi obtemperare, quemadmodum alij. Eodem modo se erga Macedonas habebant, qui postmodum Syriæ imperauerunt. Antiochum quidem magnum eum qui Beli templum spoliare conatus est, finitimi Barbari ex sese adorti interemerunt. Parthus ex his quæ illi euenerãt edoctus, & tempore post audiens templa esse apud eos opulenta, uidens q; minime obtemperãtes, ui magna inuasit, & Palladis templum ac Dianæ, quod Azara dicitur, cepit, decem millibus talentorũ ablatis. Capta est etiam prope flumen Hedyphontem Seleucia magna ciuitas, quæ prius Soloce uocabatur. Tres sunt in eam regionẽ aptiores ingressus,

Babylon.
Seleucia.
Ctesiphon uicus.
Babylonia.
Babylonij.
Diogenes Stoicus.
Artemitta.
Sitacena.
Carmania.
Elymaitica.
Cossæi.
Parætaceni.
Elymæi.
Antiochus.
Azara.
Hedyphon flu.
Seleucia.
Soloce.

ex

ex Media quidem & locis Zagro uicinis, per Massabaticam ex Susia, per Gabianam. Gabiana & Massabatica Elymæorum sunt prouinciæ. Tertius ingressus est ex Persia, est etiam Cyrbiana Elymæorum prouincia. His finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, parui sanè principatus. Atque hæ sunt gentes quæ orientem uersus ultra Babyloniam habitant. Ad septentrionem Mediam diximus & Harmeniam. Ad occidentem est Adiabena, & Mesopotamia. Maxima Adiabenæ pars planities est, ea præsertim quæ pertinet ad Babyloniam, quanquam proprium principem habeat, nonnunquã Harmeniæ adhæresc it. Nam Medi, Harmenij, ac Babylonij, præter omnes alias gentes quæ hic sunt, ita erant ab initio constituti, ut se inuicem adorirentur, ut cuiq; opportunum uidebatur, rursum cõciliarentur, quod usq; ad Parthorum imperium permansit. Medis itaq; atq; Babylonijs Parthi imperãt, Harmenijs autem nunquam. Inuasiones tamen sępe factę sunt, omnino autem capti nunq;, imò Tigranes (ut in rebus Harmeniacis dictũ est) fortiter restitit. Adiabena quidẽ est huiusmodi, Adiabeni etiã Saccopodes uocantur. De Mesopotamia & gentibus quę ad meridiẽ uergunt deinceps dicemus, si prius pauca de moribus Assyriorum fuerimus persecuti. Hi itaq; in cæteris Persarum similes sunt, propriũ uero habent, quòd cuiusq; tribus tres uiros integros ac principales præficiunt, qui puellas nubiles in mediam multitudinem producentes, eas per pręconem locandas significant, ac primo eas quæ digniores sunt. Sic enim coniugia apud eos conficiuntur. Quoties uero coierint surgunt, quisq; seorsum suffiti, lauantur mane priusquàm quicquam attingant, & perinde eis lauacrum in morem est à coitu atque à mortuis. Omnibus Babyloniorum mulieribus mos est, ex causa quadam in aliqua re Venerea cum hospite permisceri, cum turba & cultu plurimo ad illum uenientibus, quælibet †nostro aliquo coronatur. Qui uero ad eam admittuntur, posito super eius genibus argento quantum sibi uidetur, coit longe ea à fano abducta, id argentum Veneri sacrum est. Tres sunt magistratus eorum, qui iam militia sunt emeriti, & nobiliorũ, et senum, seorsum regio posito. Primi & uirgines collocare, et de adulterijs iura reddere, secundi de furtis, tertij de rebus uiolentis. Hi ægrotos in uijs exponentes, interrogant prætereuntes, num quisquã morbi huius remediũ norit. nam nemo prętereuntiũ adeo malus est, qui occurrens non admoneat, si quid salutare habet. Vestes gerunt, interiorem tunicam ex lino talarem, exteriorem ex lana, amictum album, coma eis parua est, calceamentum non sanè magnum. Gestant etiam sigillum & scipionem non frugalem, sed insignem, in superiore parte malo, uel rosa, uel lilio, uel aliqua eiusmodi re ornatum. Vnguntur sesamo, lugent mortuos ut Aegyptij, & alij permulti, sepeliunt in melle, cera cadauer oblinunt. Tres sunt nationes, quæ frumẽto carent, Elij & Ichthyophagi, qui ita uiuunt, quẽadmodum Gedrosij. Mesopotamia ab euentu rei nominata est. Dictum est enim eam inter Euphratem ac Tigrim iacere, & Tigrim orientale eius latus alluere, occidentale uero & australe Euphratem. Ad septentrionẽ est Taurus, qui Harmenios dirimit à Mesopotamia, quare maxima distantia, qua inter se absunt, ad montes, est duorum millium & quadringentorum stad. quæ eadem est quam Eratosthenes à Thapsaco dixit, iuxta quam antiquus Euphratis pons erat, super Tigris trãsitu, ubi Alexander cum exercitu traiecit, minima uero distantia paulo supra CC. Iuxta Seleuciam ferè ac Babylonem labitur Tigris per lacum, qui Thopetis dicitur, per mediam eius latitudinem, in alteram uero ripam perueniens cum multo soni-

Gabiana prouincia.
Massabatica prouincia.
Cyrbiana.
Sagapeni.
Silaceni.
Adiabena.
Saccopodes.
Assyriorũ mores.
†Nodo legẽdũ fortè. nam δέσμης Græce legitur, hoc est uinculo uel corolla, funiculo, uel simili alio.
Herodot. lib. 1.
Elij.
Ichthyophagi.
Gedrosij.
Mesopotamia unde dicta.
Taurus.
Thopetis.

tu ac flatu ſub terram ingreditur, & longe inuiſibilis delatus, rurſum exoritur non
Gordyæa. procul à Gordyæa, atq; adeo uehementer lacum permeat (ut Eratoſthenes ait) ut
quanq̃ lacus ſalſus ſit, & piſcibus carcat, tamen hac in parte dulceſcat, & fluat, & pi-
ſcibus abundet. Meſopotamię coartatio in magnam ſanè longitudinẽ exit, & quo
dammodo nauigio perſimilis eſt, maximam oræ partem Euphrates efficit. Diſtan
tia à Thapſaco uſq; Babylonem (ut Eratoſthenes uult) eſt ſtadiorũ quatuor milliũ
& octingentorũ. A ponte uero, qui eſt iuxta Cõmagenam, ubi Meſopotamia inci-
pit, uſq; Thapſacũ, ſunt non pauciora duobus millibus ſtadiorũ. Prætermontana
quidem regio ſatis ferax eſt. Partem eius ad Euphratem expoſitam, & pontem qui
nunc iuxta Cõmagenam eſt, & eum qui olim iuxta Thapſacum erat, ĥ habent, qui
Mygdones. à Macedonibus Mygdones ſunt appellati, apud quos eſt Niſibis, quã Antiochiã
Niſibis. Mygdoniam appellarũt, ſub Maſio monte ſitã, & Tigranocerta, & loca quæ ſunt
Maſius mons. Tigranocerta. circa Caras & Nicaphoriũ & Chordiraza & Sinnaca, in qua Surena Parthorũ im
Chordiraza. perator Craſſum dolo captum interemit. Ad Tigrim ſunt Parthorũ loca, quos an
Sinnaca. Surena. tiqui Carduchos appellabant, & urbes quędã, è quibus eſt Saraſa, & Satalca, & Pi-
Craſſi cædes. naca munitio optima, quæ arces tres habet, quanq; ſuo muro cinctam, ut quaſi tri-
Carduchi. urbs uideatur. Veruntamen ea Harmenio paruit, & Romani eam ui ceperunt, &
Saraſa. Satalca. ſi Gordyæi excellentes architecti uidebantur, & eorũ inſtrumentorũ † gratiari, qui-
Pinaca. bus urbes obſideri ſolẽt, unde & Tigranes eis ad hæc utebatur. Reliqua quoq; Me
* Gnari, ἴμπειροι. ſopotamia Romanis paruit, cuius magnam partem Pompeius Tigrani dedit quæ
Tigranes. cunq; præcipua erat. Nam regio fœcunda eſt, & maxime paſcendis bobus idonea,
Meſopotamiæ fertilitas. fert quę ſemper uirent & aroma amomum. Alit etiam leones, gignit naphtham, &
Gangetis. Gangetim lapidem quem ſerpentes fugiunt. Dicunt Gordym Triptolemi filium
Gordyna. Gordynam habitaſſe, poſtea Erethrienſes quos Perſæ rapuerunt. De Triptolemo
mox in rebus Syriacis dicemus. Meſopotamiæ partes ad meridiem uergentes, & à
montibus remotas, ſiccas, & ſteriles, Arabes Scenitę incolunt, latrocini ſanè homi-
nes & paſtorales, qui faciliter in alia loca demigrant cum præda eis & paſcua defi-
ciunt, quare cõtingit ut prætermontani ab his infeſtentur, & ab Harmenijs, qui de
ſuper imminentes propter potentiam uim eis afferunt, & tandem uel illis parent
uel Parthis, qui ad latera ſunt, Mediam atq; Babyloniã habitantes. Inter Euphra-
Baſilius flu. tem atq; Tigrim fluit aliud flumen, quod Baſilius appellatur, & circa Anthemuſiã
Anthemuſia. aliud nomine Aborras. Mercatoribus ex Syria Seleuciam, & Babyloniã euntibus,
Aborras flu. Scenitæ. iter eſt per eos qui à Malienſibus Scenitæ appellantur, & per eorũ deſerta. Euphra-
tis itaq; tranſitus eſt eis iuxta Anthemuſiam Meſopotamiæ locum. Quatuor ſchœ
Bambyca. norum ſpatio trans flumen eſt Bambyca, quam Edeſam & ſacram urbem uocant.
Edeſa. In ea Atargatam Syriam deam colunt. Tranſeuntibus uero iter eſt per deſerta uſq;
Atargata dea. Scenas urbem memoratu dignam, ſitam ſuper foſſa quadam in Babyloniæ fines.
Scenæ. Camelitæ. A fluminis tranſitu Scenas uſq; eſt iter dierum uigintiquinq;. Hic ſunt Camelitę,
qui diuerſoria habent, partim ciſternarum, partim aquę ductuũ aquis abundãtia.
Scenitę pacem eis prębent & pendendorum uectigalium mediocritatem, cuius gra
Parapotamia. tia illi per deſerta fugientes, Parapotamiam prætereunt, relicto à dextris flumine,
Phylarchi. trium ferè dierum itinere. Phylarchi uero qui ex utraq; parte flumen accolunt, cum
regionem habeant non ualde feracem ac minus ſterilem colant, ſuum quiſq; domi-
natum exercent, ſuum etiam uectigal exigunt, idq; non moderatũ. Difficile enim
eſt apud homines intractabiles cõmunem aliquam menſuram definiri mercatori-
bus

bus utilem. Scenæ à Seleucia distant schœnis x. & VIII. Parthici imperij fines sunt Euphrates & ulterior regio, citeriora Romani tenent, & Arabum Phylarchi usque in Babyloniam, quorum quidam illis adhærescunt, quidã Romanis, quibus etiam finitimi sunt, ac minus quidem Scenitę Nomades, qui fluuio sunt proximi, magis autem remotiores, & ad fœlicem Arabiam accedunt. Parthi prius Romanorũ amicitiam colebant, postea Crassum, qui belli initium fecit, ulti sunt, quanquàm nec ipsi non paria inuenerunt, cum bellum accendissent, Pacoro in Asiam misso. Antonius uero Harmenij consilio proditus, male pugnauit, at Phraates, qui illi successit, tantum circa Cæsaris Augusti amicitiam studuit ut etiam illi trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis erexerant. Et uocato in colloquio Tito, qui per id tempus Syrię pręerat, quatuor ei filios legitimos obsides tradidit, Saraspadem, Ceropasdem, Phraanem, & Boonem, & duas eorum uxores, & filios quatuor, seditionẽ metuens, & ne sibi insidiæ struerentur. Intelligebat enim neminẽ aduersum se præualiturum, si nullum ex Arsacio genere assumpsisset, propterea quod Parthi ualde Arsaciorum sunt amantes, filios itaque eminus ablegauit, uolens eam spem maleficijs auferre, quare eius filij quicunque supersunt, Romæ publice ac regaliter curantur. Ac reliqui etiam reges, & legatos miserunt, & in colloquium uenere.

Scenæ opp.
Parthici imperij fines.
Phylarchi Arabum.
Scenitæ Nomades.
Pacorus.
Phraates.
Titus.
Arsacij.

Syria septentrionẽ uersus, Cilicia, & Amano terminatur. A mari ad Euphratis pontem stadia intersunt ab Isico sinu usque ad pontem, qui est iuxta Commagenam, dictum latus terminantia, non pauciora quadringentis. Orientẽ uersus terminatur Euphrate & Arabibus Scenitis, qui cis Euphratem sunt, austrum uersus fœlici Arabia, & Aegypto, occidentem uersus Aegyptio pelago, Isicum usq;. Syriæ partes à Cilicia & Amano incipientes, ponimus Commagenam, & eam quæ Seleucis Syriæ appellatur, postea Cœlosyriam & Phœniciam in ora ultima, in mediterranea ponimus Iudæam. Nonnulli totam Syriam in Cœlosyrios & Phœnicas diuidunt, dicentes quatuor nationes his esse immixtas, Iudæos, Idumæos, Gazęos, & Azotios, agricultores quidem ut Syros & Cœlosyros, mercatores ut Phœnices, atq; hæc quidem in uniuersum. Sigillatim uero Commagena perparua regio est, & urbem habet natura munitam Samosata regni caput, nunc prouincia facta est. Circumiacet regio quanquam parua, fœcunda tamen. Hoc in loco nunc est Euphratis pons, apud quem sita est Seleucia Mesopotamiæ castellum, Commagenæ à Pompeio adiectum, in quo Tigranes Cleopatram, cui Luna fuit cognomento interemit, ea aliquandiu coërcita, cum à Syria excidit. Seleucensis ager portionum, quas diximus, optima est, uocatur etiam Tetrapolis, & est ex insignibus urbibus, quę ibi sunt, & si plures sint, maximę tamẽ quatuor sunt. Antiochia apud Daphnen, & Seleucia in Pieria & Apamia, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dicebantur. Eas Seleucus Nicator condidit. Maxima ab eius patre dicta est, munitissima ab eo, Apamia uero ab eius uxore. Laodicea autem à matre nominata est. Proprie Tetrapolis in quatuor satrapias diuisa erat Seleucis (ut Posidonio placet) in quot Cœlosyria, Mesopotamia uero in unam. Antiochia etiam tetrapolis est, ex quatuor partibus constituta. Ea publico & priuato muro secundũ quanq; partem munita est, primam partem Nicator habitauit, habitatoribus ex Antigonia traductis, quam paulo prius Antigonus Philippi filius prope construxerat. Secunda pars est multitudinis habitatorum. Tertia Seleuci Callinici. Quarta Antiochi Epiphanis, atque hæc quidem metropolis Syriæ est, & qui regioni im-

Syriæ situs.
Cilicia.
Commagena.
Seleucis.
Cœlosyria.
Phœnicia.
Iudæa.
Idumæi.
Gazæi.
Azotij.
Samosata.
Seleucia.
Cleopatra Luna cognomẽto
Antiochia.
Apamia.
Laodicea.
Sororiæ ciuitates.
Tetrapolis Antigoniorũ.

perant, hic regiam habent, potentia quidem ac magnitudine non multo à Seleucia superatur, quæ ad Tigrim est, & ab Alexandro Ægypti. Huc Nicator eos tra-
Triptolemi sacra. duxit, qui de genere erant Triptolemi, de quo paulo ante fecimus mentionem, quas propter Antiochenses eum ut heroëm colunt, & in Casio monte, circa Seleuciam solennia celebrant. Tradunt eum ad inquirendum Io ab Argiuis missum, cum illa apud Tyrũ primo euanesceret, per Cilicią errasse, & Argiuos quosdã, qui cum eo
Tarsus. erant facta dissensione ibi Tarsum condidisse. Cæteros uero secutos in reliquam
Orontes. oram, peruestigatione desperata, apud Orontem flumen cum eo remansisse. Gor-
Gordys. dym Triptolemi filium, cum quosdam patris populos haberet, in Gordyæam colonos deduxisse. Cęterorum autem posteros cum Antiochensibus habitasse. Vlte-
Daphne. rius est Daphne ad stadia quadraginta mediocris habitatio, & lucus ingens & opacus, fontanis aquis irriguus, in cuius medio est fanum et Asylum Apollinis, ac Dianæ delubrum, in quo Antiochenses finitimi festa celebrare consueuerunt. Luciam
Orontes. bitus est stadiorum octoginta. Prope urbem Orontes labitur, qui ex Cœlosyria ortum habens, postea sub terram illatus, iterum emergit, & per Apamiensem agrũ & prope Antiochiam procedens, in mare Seleuciæ proximum defertur, & cum
Typhon. prius Typhon diceretur, mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes
Arimi. est appellatus. Hoc in loco de Typhonis fulminatione fabulantur, & de Arimis, de quibus à nobis antea dictum est. Dicunt enim draconem fuisse, & fulminibus percussum, dum fugæ latebras quæreret, tractibus terram secuisse, & ut fons erumperet effecisse. Atq; ex hoc flumini nomen inditum fuisse. Mare itaq; ad occidentem
Seleucia. Antiochiæ subiacet apud Seleuciam, ad quam Orontes ostia efficit. Seleucia ab ostijs distat stadijs quadraginta. Ab Antiochensiũ urbe centum ac uiginti. A mari
Antiochia. Antiochiam nauigijs uno die itur. Ad orientem Antiochiæ adiacent Euphrates,
Bambyca. Bãbyca, Berrhœa, et Heraclia, oppida Dionysio tyrãno Heraclionis filio olim sub
Berrhœa. iecta. Distat Heraclia à Mineruæ Cyristidis templo stadijs uiginti, postea est Cyri-
Heraclia. stica regio usque in Antiochensem agrum. A septentrione est mons Amanus, non
Minerua Cyristis. procul etiam Commagena, quibus Cyristica coniungitur, eò usque extenta. Hoc
Cyristica regio. in loco est Tyndarus ciuitas, Cyristicæ regionis arx, & aptum latronibus receptaculum, & quoddam nomine Heraclium. Circa hæc loca Pacorus, qui erat natu
Commagena. grandior ex Parthi filijs ducto in Syriam exercitu, Ventidio deletus est. Tyndaro
Tyndarus. Pagræ coniunguntur, locus Antiochensis agri munitissimus, iuxta Amani transcensum, ex Amanitibus portis in Syriam positus. Quare Antiochiæ campus Pa-
Heraclium. gris subiacet, per eum Arceuthus amnis & Orontes & Elabotas fluũt. In hoc cam-
Pacorus. po est Meleagri uallum, & Oenoporas flumen, apud quod Ptolemæus Philoma-
Amanus m. tor, Bala Alexandro pugna superato, ex uulnere obijt. His imminet collis Tra-
Pagræ. pezon, à similitudine appellatus, apud quem Ventidius cum Phranicate Parthorum
Arceuthus. imperatore decertauit. His ad mare est Seleucia & Pieria mons, Amano continuus,
Elabotas flu. & Rhossus inter Issum & Seleuciam posita. Seleucia prius Aquæ flumina dicebaOenoporas. tur, ea insignis munitio est, quæ uim omnem exuperet, quapropter obsesso Tigra-
Bala. ne, Pompeius eam liberam iudicauit. Antiochensibus ad austrum Apamia est, in
Trapezon. mediterranea sita. Seleucensibus uero Casius mons, & Anticasius. Itẽ primo post
Phranicates. Seleuciam sunt Orontis ostia, postea Nymphæum specu quoddã sacrum. Postea
Ventidius. Casius, deinceps Posidiũ oppidulũ, & Heraclia. Deinde Laodicea optime ad ma-
Pieria mons. re sita & portuosa, locum habens præter cæteram feracitatẽ, uino aptum, quapro-
Rhossus. pter
Seleucia.
Apamia.
Casius m.
Anticasius.
Nymphæũ specu.
Posidium.
Heraclia.
Laodicea.

pter maximam uini partem Alexandrinis præbet, cum montem habeat sibi imminentem, uineis plenũ usq; ad uertices ferè, qui longe absunt paulatim ab ea ascendentes, Apamiæ uero imminent erectam altitudinem euecti. Hanc Dolobella non mediocriter labefactauit, in eam fugiens, & usque ad interitum à Cassio obsessus, multas urbis partes secum traxit. Apamia urbem habet magna ex parte optime septam. Est enim collis quidam in campo bene munitus, quem Orontes & ingens quidam lacus circumpositus, & latę paludes peninsulã faciũt, tum prata pascendis equis & bobus excellenti magnitudine diffundũtur. Vrbs in tuto iacet, eaq; Chersonesus è re ipsa uocata est. Regione & multa & ubere abundat, per quã Orontes fluit, & multa in ea oppidula sunt. Hoc in loco Seleucus Nicator quingentos elephantes alebat, & magnã exercitus partem, sic etiam posteriores reges. Ea olim Pella dicebatur à primis Macedonibus, propterea quod maxima Macedonum pars, qui in Asiam militauerant, hic habitauere. Pella uero Macedonũ metropolis fuit, Philippi & Alexandri patria. Hoc in loco milites recensebãtur, & equi alebãtur, & regis equę, numero supra xxx. millia. Harũ emissariꝝ ccc. Hic erãt equorũ domitores, hic bellici ludi magistri conducebantur, & quicunq; rei militaris erant periti, quam potentiam Tryphonis incrementum, cui cognomento fuit Diodotus, plurimum declarat. Is enim hinc mouens, Syrorũ regnum adortus est, natus Casianis, castello Apamiensium, educatus uero Apamiæ, & regi & eius familiaribus cõmendatus, quoniã nouas res mouere orsus est, ab hac circunuicinę urbes innouandarũ rerum causas accepere, ut Larissa & Casiani, & Megara, & Apollonia, ac cæteræ omnes, quę cum Apamia erant. Ac ille quidem regionis huius rex effectus est, & diu regnum tenuit. Bassus Cecilius cum duabus legionibus Apamiam capiens, adeo obstinate duorũ Romanorũ exercituũ obsidionẽ sustinuit, ut non prius in illorũ potestatem deueniret, quàm quibus uolebat cõditionibus seipse tradidisset. Nam & exercitũ regio alebat, & socijs abundabat Phylarchis, qui loca munita in proximo habebant, è quibus est Lysias ultra lacum, qui iuxta Apamiam & Arethusam iacet, item Sampsicerami, & Iamblichi eius filij regio, qui Pylarchæ genti Emesinę pręerant. Non procul est Heliopolis, & Chalcis sub Ptolemæo posita Memnæi filio, qui Marsyam & Ituręorũ montana obtinet. Ex Bassi socijs fuit Halchædamus Rhambæorũ rex, qui Nomades cis Euphratem habitant. Is Romanorum amicus fuerat, sed cum se iniuria affectum à principibus existimaret, egressus in Mesopotamiam cum Basso stipendium merebat. Ex hac urbe est Posidonius Stoicus, uir philosophorũ nostri temporis eruditissimus. Apamiensium regioni ad aurorã finitima est Phylarchorũ Arabum ea quę Parapotamia dicitur, & Chalcidica, à Marsya monte descendens, & tota ea, quæ Apamiensibus ad austrum iacet, hominum magna ex parte Scenitarum, qui Mesopotamię Nomadibus sunt persimiles. Nam quo Syris magis magisq; appropinquãt, eo mitiores sunt, & minus Arabes & Scenitę, & ordinatiores principatus habent, quemadmodũ Sampsicerami Arethusa, & quæ Gambari est, & Themella, & aliæ huiusmodi, atq; Seleucensis quidem mediterranea est huiusmodi. Relíqua uero præternauigatio, à Laodicea incipiens sic se habet. Nam hæc oppida Laodiceæ appropinquant, Posidium, Heraclium, & Gabala, deinde antiqua Aradiorum regio, Paltus, Balanæa, & Caranus, Aradiorum portus. Postea Enydra & Marathus antiqua Phœnicum ciuitas, nunc diruta. Regionem uero Aradij tenent, deinceps est Taxymira. His continua est Or-

Dolobella.
Apamiæ situs.
Pella.
Equæ Alexandri.
Tryphon Diodotus.
Lariſſa.
Caſiani.
Megara.
Apollonia.
Baſſus Cecilius.
Lyſias.
Arethuſa.
Sampſicerami regio.
Iamblichi locus.
Heliopolis.
Chalcis.
Ituræi.
Halchædamus
Poſidonius Stoicus.
Parapotamia.
Chalcidica.
Arethuſa Sampſicerami.
Themella.
Poſidium.
Heraclium.
Gabala.
Aradij.
Paltus.
Balanæa.
Caranus.
Enydra.
Marathus.
Taxymira.
Orthoſiæ.

Eleutherus. thosias, & Eleutherus amnis quem quidam Seleutidis terminum faciunt, Phœniciam & Cœlosyriam uersus. In fronte iugosę cuiusdam & importuosę orę Aradus iacet, inter eius portum scilicet atq; Marathum, distans à terra stad. xx. Ea est petra quædã, à mari circunfusa septem ferè stadiorũ ambitu, habitationibus plena tanta hominum multitudine, ut adhuc domus multis tabulatis sublimes inhabitent, opus (ut ferunt) quorundam ex Sidone profugorum. Aquarum copiam partim ex cisternis habent, partim ex transmarina regione. In bello autem paulo ante urbem aquatum mittunt. Nam abundantis aquæ fontem in medio freto habent, in quem cupa quædam extorquetur, à scapha aquaria demissa, plumbea, ore lato, in angustum fundum coacta, fundum mediocre foramen habet, quo fistula ex corio (siue utriculum dicere malumus) astricta est, quæ aquam ex fonte per cupam exhaurit. Prima itaque aqua quæ exhauritur salsa est, expectantes uero puræ & dulcis aquæ cursum, in uasis ad id paratis excipiunt, atq; in urbem deferunt. Olim Aradij per sese reges habebant, ut cæteræ Phœnicum ciuitates, postea partim Persæ, partim Macedones, partim Romani, in hunc ordinem redegerunt. Aradij itaque cum cætera Phœnicia Syriacis regibus ut amicis obtemperabant, postea duobus fratribus dissidentibus Callinico Seleuco, & Antiocho, qui Hierax cognominatus est, Callinico adhærentes in has conditiones conuenerunt, ut ad se ex regno confugientes recipere liceret, nec tradere inuitos, sed nec etiam quicquam iniussu regis enauigare permittere, quibus ex rebus amplissimæ eis diuitiæ contigerunt. Confugiebant enim ad eos non quicunque, sed hi præcipue quibus grandia credita erant, & qui de rebus maximis extimescebant, qui susceptí beneficium ab illis, ac salutem recognoscebant, simúlque gratiam referebant, tum præsertim, cum in patriam reuertissent. Qua ex re multum ulterioris regionis adepti sunt, & nunc partem maximam tenent, & ante omnes beneuolam. Cui fœlicitati & prouidentiam addiderunt, & studium circa rem naualem, & cum uiderent uicinos Cilicas piraticam exercere, nunquam cum eis in eo studio communicare uoluerunt. Post Orthosiam & Eleutherum est Tripolis, quæ nomẽ à reipsa accepit, tres enim urbes habet, Tyrum, Sidonem, & Aradum. Tripoli continua est ea, quæ Dei facies appellatur, in qua Libanus mons desinit. Inter hæc est locus quidam, nomine Trieris. Hi duo montes sunt, qui eum faciunt, qui Concauus angulus dicitur, quasi inter sese partes, Libanus et Antilibanus paulo ultra mare incipientes, Libanus ultra Tripolitanum mare circa Dei faciem, Antilibanus ultra mare Sidonium desinunt ad Arabiæ montes, qui sunt ultra Damascum & eos qui ibi Trachani dicuntur, in alios quosdam fructiferos colles. In medio concauũ campum relinquunt, cuius latitudo mari proxima est stadiorum cc. longitudo à mari in mediterraneam dupla. Irrigatur autem à fluminibus per regionẽ fœcundam, & omnia ferentem delabentibus, præsertim à Iordane lacũ habet, qui aromaticum iuncum & calamum fert, habet etiam paludes. Lacus quidam Gennesareticus uocatur. Gignit etiã balsamũ. Inter cætera flumina Chrysorroas ab urbe & regione Damascenorũ incipiens, totus ferè in deriuationes consumitur. multa enim loca & reposita irrigat. Lycum & Iordanem mercibus nauigant, præsertim Aradij. Pars camporum prima à mari Macras uocatur, & Macra campus, in quo Posidonius scribit uisum fuisse serpentẽ mortuũ iugeri longitudine, crassitudine tanta, ut equites ex utraq; parte astantes se inuicem intueri non possent, hiatu autem tanto,

Aradus insula.
Gallinicus Seleucus.
Antiochus Hierax.
Tripolis.
Tyrus.
Sidon.
Aradus.
Dei facies.
Libanus m.
Trieris.
Antilibanus.
Trachani.
Iordanis.
Concauus angulus.
Gẽnesareticus lacus.
Balsamum.
Chrysorroas.
Lycus.
Iordanis.
Macras.
Macra camp.
Serpentes prodigiosæ magnitudinis.

ut hominem equo insidentem reciperet. Exuuiarum squamam quamlibet, clypeo maiorem. Post Macram est Masyas, habens montana quędam, in quibus est Chalcis tanquam Masyæ arx. Eius initium est Laodicea, quæ apud Libanum est. Montanam regionem Ituræi & Arabes habent, malefici omnes, qui uero campos habitant agriculturam exercent, & ab illis læsi sæpe alieno indigent auxilio, receptacula munitissima habent, quemadmodum qui Libanum incolunt. In monte quidem Sinnam & Borama, & alias huiusmodi munitiones. Inferius uero Bostra, & Gigartum, & speluncas ad mare sitas, & castellum in Dei facie impositū. Quæ omnia Pompeius euertit, & ab his Byblum & Barutum excurrebat, quæ inter Sidonem ac Dei faciem iacent. Byblus est Cinyræ regia, in qua Adonidis templa sunt, eam tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo securi percusso. Sita est autem in excelso quodam loco non procul à mari. Post hanc est Adonis fluuius, & mons Climax, & antiqua Byblus, postea Lycus fluuius, et Barutus à Tryphone diruta, nūc uero à Romanis instaurata duas legiones suscipit, ibi ab Agrippa collocatas, multa regione Masyæ adiecta, usq; ad Orontis exortum, qui prope Libanū est, & Viridiarium, & Ægyptium murum, & Apamiensi agro proximum. Atque hęc quidem ad mare sunt, ultra Masyam montem primum ea quæ regia conuallis dicitur, & Damascenus ager ualde laudatus. Damascus urbs est insignis, omnium ferè nobilissima, quę in ea sunt regione, Persiæ uicina. Vltra eam sunt duo qui Trachones appellantur. Postea Arabiā & Ituream uersus sunt montes asperi, & altis speluncis insignes, quarū una quatuor hominū millia recipit in excursionibns, quæ undiq; Damascenis fiunt. Ac frequentius quidem Barbari in fœlicis Arabiæ mercatores grassantur, quæ res nunc minus fit, propter Zenodori latronis euersionem, & Romanorum iustitiam, & militum præsidium, qui in Syria aluntur. Tota itaq; regio ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedēs, Cœlosyria appellatur, sed proprie quæ Libano terminatur, & Antilibano. Reliquæ regionis ora ab Orthosia usque Pelusium, Phœnicia uocatur, perangustus sanè ac maritimus quidā tractus. Mediterranea ultra hanc usq; in Arabes, inter Gazam & Antilibanum, Iudæa nominatur. Quare cum iam Cœlosyriam peragrauerimus, iter in Phœniciam deflectamus, de cuius una parte locuti sumus, quæ ab Orthosia Barutum usque pertendit. Post Barutum est Sidon quadringentis ferè stadijs ab ea distans, in quo spatio est Tamyras flumen, & Aesculapij lucus, & Leonum urbs. Post Sidonem maxima & antiquissima Phœnicum est Tyrus, quæ cum illa & magnitudine & facie, & antiquitate contendit, multis fabulis celebrata, sed poëtæ, quanquam magis Sidonem celebrant, adeo ut Homerus Tyri non meminerit, coloniæ tamen in Iberiam, & Libyam usq; ad loca extra columnas profectæ, Tyrum plurimum extollunt. Quare ambæ, & nunc & olim claræ illustresq; extiterunt. utrauis enim Phœnicum metropolis dicatur, in utrisq; contentio est. Sidon situm habet in pulcherrimo continentis portu. Tyrus tota insula est, ac ferè eodem modo habitata quo Aradus, continenti tamen aggere coniungitur, quod Alexander in obsidione congessit. Ea portus duos habet, alterum clausum, alterū apertum, quem Aegyptium uocant, dicunt in ea domos altiores fieri cęq; Romæ, unde parum abfuit olim quin tota urbs terræmotibus deleretur, infortunata fuit, obsidione ab Alexandro capta. Has tamen calamitates omnes euicit, & seipsam nauigando instaurauit. nam in ea re Phœnices semper omnibus præstitere. Item purpurarum piscatu. Tyria enim

Masyas. *Chalcis.* *Laodicea.* *Ituræi.* *Sinna.* *Borama.* *Bostra.* *Gigartum.* *Byblus.* *Barutus.* *Cinyras.* *Adonis flu.* *Climax.* *Byblus.* *Lycus flu.* *Barutus.* *Orontis fons.* *Regia conuallis.* *Damascus.* *Trachones.* *Zenodorus latro.* *Cœlosyria.* *Orthosia.* *Phœnicia.* *Gaza.* *Iudæa.* *Sidon.* *Tamyras flu.* *Aesculapij lucus.* *Leonum urbs.* *Tyrus.* *Sidonis situs.* *Aradus.* *Aegyptius portus.* *Purpurarum piscatus.* *Tyria purpura*

purpura optima omnium perhibetur, ac piſcatio ipſa proxima eſt, & cętera omnia quæ ad inficiendas ueſtes pertinent, abunde habet. Et quanquam maxima huiuſmodi officinarum multitudo urbem reddant paulo grauiorem, tamen ob hãc uirtutem locupletior efficitur, & non ſolum ab regibus, ſed ab Romanis libertate donati ſunt, & parua impenſa, in ſua ſententia confirmati. Colitur apud eos Hercules mirum in modum. Naualis potentiæ & apparatus ſignũ eſt multitudo & magnitudo coloniarum, atque ĩj quidem ſunt huiuſmodi. Sidonĩj multarum atque optimarum artium magiſtri perhibentur, quod etiam poëta declarat. Ad hæc optimi circa aſtronomiam & arithmeticam philoſophi, qui à computatione & nocturna nauigatione initium habuere. utrunq; enim mercatorium & nauale eſt, quemadmodum Aegyptiorum inuentum geometria perhibetur, ab agrorum dimenſione, quam faciunt cum Nilus auctus terminos confundit. Quæ ratio ab Ægyptijs ad Græcos emanaſſe creditur, à Phœnicibus uero aſtronomia & arithmetica. Nunc quoque & omnis reliquæ philoſophiæ copia maxima ab his ciuitatibus ſumi poteſt, ac (ſi Poſidonio credendum eſt) antiquum de atomis dogma Moſchi eſt, hominis Sidonĩj, qui ante Troianas res fuit. Sed omiſſis antiquis noſtro tempore ex Sidone philoſophi illuſtres fuere, Boëthus, cum quo nos Ariſtotelica philoſophati ſumus. Item Diodotus eius frater. Ex Tyro fuit Antipater, & paulò ante nos Apollonius, qui librorum & philoſophorum à Zenone profectorum tabulam edidit. Diſtat Tyrus à Sidone non plus quàm cc. ſtad. Inter eas eſt oppidum, nomine Auium ciuitas, poſtea apud Tyrum amnis elabitur. Poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus xxx. ſtad. diſtans. Poſtea Ptolemais magna ciuitas, quam prius Acam nominabant. Ea Perſæ receptaculo cõtra Ægyptios utebantur. Inter hanc & Tyrum eſt litus aggeroſum, quod uitrariam arenam fert, quam dicũt hoc in loco non fundi, cum uero Sidonem delata ſit, fuſionem recipere. Sunt qui dicãt Sidonios uitrariam arenam habere, fuſioni aptam, quidam autem omnem ubicq; fundi. Ego à uitrarĩjs Alexandriæ audiui, quandam terram uitrariam eſſe in Aegypto, ſine qua ſumptuoſa quædam, & multorum colorum opera perfici nequirent, quemadmodũ & alia alĩjs mixturis indigent. Ac Romæ multa & ad colores & ad operum facilitatem inueniri, quemadmodũ in ĩjs quæ cryſtallina uidentur, ubi & æneum catinum cum operculo emere eſt. Tradunt mirum quendam caſum, & ex ĩjs quæ raro contingunt in litore accidiſſe, inter Tyrum ac Ptolemaidem. Nam quo tempore Ptolemaici prælium cum Sarpedone imperatore gerunt, hoc in loco fuga inſigni facta, pelagi affluxus inundationi ſimilis fugiẽtes obruit, atq; alios in pelagus rapuit & aſſumpſit, alios in locis concauis mortuos reliquit. Sed cum iterum refluxus ſucceſſiſſet, corpora detexit, atq; oſtendit inter piſces mortuos promiſcue iacentia. Talia circa Caſiũ apud Aegyptum contingunt, ubi terra contractu quodã celeri atq; ſimplici, in alterã partem transfertur & decidit, ut pars eius in ſublime eleuata mare impellat, pars deorſum ſubſidat, qua conuerſa rurſum locus priſtinã ſedem accipiat, atq; nonnunq; permutatio quædã fiat, nõnunq; uero minime, qui motus quibuſdam fortaſſe circuitibus innexi continentur, homini incognitis. Scilicet & hęc de Nili excreſcentĩjs dicũtur, diuerſo modo factis, & incertũ ordinem habentibus. Poſt Acam eſt Stratonis turris, quæ ſtationem habet. Inter has eſt Carmelus mons, & pręter oppidorũ nomina nihil aliud, ut Sycaminorũ ciuitas, et bubulcorũ, et crocodilorũ ciuitas, et huiuſmodi alia. Poſtea eſtingẽs ſylua,

Hercules.
Sidoniorum inuenta.
Geometriæ inuentio.
Phœnicum inuenta.
Aſtronomia.
Arithmetica.
Atomorum dogma.
Moſchi excogitatio.
Boëthus.
Diodotus.
Antipater.
Apollonius.
Tyrus antiqua
Auium opp.
Ptolemais.
Vitraria arena.
Vitrariæ arenæ infuſio.
Apud Moranã.
Cryſtallina.
Ptolemaici litoris miraculũ.
Caſij mira.
Stratonis turris.
Carmelus.
Bubulcorũ op.
Crocodilorũ ciuitas.

poſtea

postea Iope, iuxta quam Aegypti ora mirum in modum flectitur ad aquilonem, prius ad orientem extensa. Hoc in loco nonnulli Andromedam ceto expositam fabulis tradidere. Nam locus satis editus est, unde dicunt ab eo Hierosolyma cõspici Iudæorum metropolim. Atqui & Iudæi portu hoc utũtur, usq; ad mare descendentes. Sed portus latronum scilicet receptacula sunt, horum fuere & sylua & Carmelus. Atqui locus hic adeo hominibus abundauit, ut ex Iamnia proximo uico et circunuicinis habitationibus quadraginta hominum millia armarentur. Hinc in Casium qui Pelusio proximus est, sunt paulò plura decem millibus stadiorum & alia CCC. Pelusiũ usq;. Inter hæc est Gadaris, quam Iudæi sibi uendicauerũt, postea Azotus & Ascalon. Iamnia Azoto & Ascalone distat ducentis ferè stadijs. Ascalonensium regio præcipue cepas fert. Oppidum sanè non magnum est. Hinc Antiochus philosophus fuit, paulò ante nos. Ex Gadaribus fuit Philodemus Epicurus, & Meleager, & Menippus, cognomẽto Spudogelœus, & Theodorus orator, qui ætate nostra uiguit. Postea est Gazæorum portus, & paulò ulterius ad septem stadia ciuitas, quæ olim illustris fuit, ab Alexandro autem euersa non habitatur. Ex hoc loco dicitur esse mille & CC. & sexaginta stadiorum transcensus in urbem Ailam, sitam in Arabici sinus recessu, qui duplex est, alter Arabiã & Gazã uersus, quem Alaniticum appellant, ab urbe quæ in eo est, alter Aegyptum uersus, ad Heroum urbem, in quem breuissimũ iter est ex Pelusio, interdum etiam iter habent super camelis per loca deserta & arenosa, sed magna est in eis serpentum multitudo. Post Gazam est Raphia, ubi Ptolemęus quartus cum Antiocho magno prælium commisit. Postea sunt Rhinocolura, ab ijs dicta, qui Rhinas habitauere. Nam Aethiopum quidam Aegyptum inuadens, non interitu, sed nasi mutilatione, maleficia coërcens, ut propter oris deformitatem peccare deinceps nõ auderent, in his locis habitauit. Regio quę Gazam sequitur, sterilis & arenosa. Eiusmodi est, quę ulterius Sirbonidem lacum, secus mare succedentem habet, & paruum quendam aditum, in medio relinquentem, usque ad id quod Eruptio appellatur. Eius longitudo est CC. ferè stadiorum, maxima latitudo L. Eruptio ipsa obruta est. Postea est regio eadem longitudine huic continua in Casium, atque inde Pelusium. Casius est mons quidam accumulatus in promontorij modum, aquarum inops. In eo magni Pompeij corpus iacet, & Iouis Casij templum, & nõ procul inde Magnus iugulatus fuit, & ab Aegyptijs dolo interemptus. Postea est uia quæ Pelusiũ defert, in ea sunt Gerra, & id quod Chabriæ uallum appellatur, & uorago Pelusio proxima, à Nilo facta, cum ea loca palustria, & natura cõcaua sint. ac Phœnicia quidem est huiusmodi. Artemidorus dicit ab Orthosia Pelusium esse stadiorũ tria millia et sexcenta, quinquaginta in sinum se inferenti. A Melænis Ciliciæ ac Syriæ mille & noningenta. Hinc in Orontem quinquaginta ac uiginti. Postea Orthosiam usq; mille ac centũ XXX. Iudææ extrema occidentalia Casio proxima, Idumæi tenent, & lacus. Idumæi quidẽ Nabatæi sunt qui orta seditione inde egressi, ac Iudæis inhærentes, eisdem legibus cõmunicauerunt. Ad mare autẽ Sirbonis & continua regio loca plurima occupãt usq; Hierosolyma, quę sunt mari uicina. Dictũ est enim ea ab Iopes portu conspici, atq; hęc quidem septentrionalia sunt omnia, magna ex parte à mixtis gentibus habitata, Aegyptijs, Arabibus, & Phœnicibus. Nam tales sunt qui Galilæam habẽt & Hiericuntẽ & Philadelphiam, & Samariã, quã Herodes Sebastã nominauit. Cumq; mixti homines sint, fama quæ plurimũ obtinet de

Iope.
Andromedæ fabul.
Hierosolyma
Iudæorum metropolis.
Iamnia.
Casius.
Gadaris.
Azotus.
Ascalon.
Antiochus phil.
Philodemus.
Meleager.
Menippus ὁ σπυδογελοῖος.
Theodorus orator.
Gazæorũ portus.
Aila.
Arabicus sinus.
Alaniticus sin.
Heroum urbs.
Gaza.
Raphia.
Rhinocolura.
Rhinæ.
Sirbonis lacus
Eruptio loc.
Casius mons.
Iupiter Casius
Pompeij sepul.
Gerra.
Chabriæ uallũ
Orthosia.
Melænæ.
Idumæi.
Nabatæi.
Hierosolyma
Galilæa.
Hiericus.
Philadelphia.
Samaria.
Sebasta.

rebus creditis circa Hierosolymorum templum, asserit Aegyptios fuisse eorum
Moses. progenitores, qui nunc Iudæi appellantur. Nam Moses unus ex Aegyptijs sacer-
dotibus, cum partem quãdam regionis haberet, ac molestè ferret eorum instituta,
hinc eò cõmigrauit. Discessere cum eo multi, quibus diuina curæ erant. Docebat
enim ille, quomodo Aegyptij non recte sentirent, qui ferarum ac pecorum imagi-
Deus quid. nes deo tribuerent, nec Græci qui deos hominum figuris insignirent. Et quod id
solum deus esset, quod nos contineret, terram ac mare, quod cælum & mũdum &
rerum omnium naturam appellamus, cuius profecto imaginem nemo sanè men-
tis nostræ similem audeat effingere, oportere itaq; relicta omni simulacrorum effi-
gie, & digno ei fano, ac templo cõstituto, sine forma colere, & uel pro se quenq; in-
dormire, uel alios qui boni insomniatores essent pro alijs. Ac semper bonum ali-
quod, & donum & signum à deo expectare, eos præsertim, qui caste integreq;, &
Hierosolymo- cum iustitia uiuerent, cæteros uero nequaquam. Ille hæc dicens, hominibus bonis
rum solum. non sanè paucis id persuasit, & in eum locum deduxit, ubi nunc condita sunt Hie-
rosolyma, quem facile obtinuit cum minime esset inuidiosus, nec pro quo quisque
studiosius contenderet. Est enim petrosus, aquis tantum abundans, circũstantem
uero regionem sterilem ac siccam habet, & intra LX. stadia petrosam. Simulq; pro
armis sacra & deum proponebat, cuius sedem quærere uellet. Et eiusmodi cultum
& sacrificium se traditurum pollicebatur, quæ nec impensa nec afflatu nec re ulla
absurda eos perturbaret. Quam ob rem ille his rebus excellens imperium haud exi
guum constituit. Nam facile gentes omnes finitimæ ob propositã spem, & huius-
Iudæorũ ritus. modi consuetudinem adhæserunt. Successores quoq; aliquandiu in ijsdem institu
tis permansere, cum reuera & iusti essent & religiosi. Postea cum sacerdotio præes-
Carnium absti- sent, primũ quidẽ superstitiosi homines, deinde etiã tyranni. Ex superstitione in-
nentia. stituta est carniũ abstinentia, à quibus adhuc abstinẽt, & circuncisiones, &
Circuncisio. excisiones, & siqua sunt huiusmodi alia. Ex tyrannide autem latrocinia. nam qui deficie-
bant simul & eam regionem, & uicinam uexabãt, atqui principibus fauebant, alie-
na diripientes. Syriæ ac Phœniciæ non pauca subegerunt, ueruntamen decor qui-
dam circa arcem seruabatur, quam non ut sedem tyrannorum exhorrebant, sed ue
nerabantur ut templũ. Sic enim à natura est hominibus comparatũ, & commune
hoc Græcis & Barbaris est, ut cum ciuiles sint, cõmuni præcepto atq; instituto ui-
uant. Aliter enim multi unum per se commode fieri non possunt, quod est ciuiliter
degere, nec aliter quodammodo communis uita duci potest. Sed præceptum du-
plex est: aut enim diuinum aut humanum. Antiqui cum diuinis institutis præsta-
rent, & ea uenerarentur, multi tunc ad oracula proficiscebãtur, atq; ea consulebãt.
In Dodonam quidẽ Vt Iouis ex alta caperent oracula quercu, Cuius consilio plu-
rimum utebantur. Delphos autem, Expositum pater scire num uiuat uolens, Ac
Minos Iouis fa- ipse Phœbi ad templa pergebat puer, Sciturus è quibus parentibus foret. Minos
miliaris. quoq; per nouennium magni Iouis familiaris fuit, id est per nouennium (ut Plato
dicit) in Iouis antrum descendens, & ab illo præcepta accipiens, quæ ad homines
Lycurgi leges. perferebat. Eadem Lycurgus eius imitator factitabat. Nam sæpe peregrinatus ea
ex Pythia intellexit, quæ Lacedæmonijs imperanda erant. Hæc enim ab ho-
minibus putabantur & credebantur uera, & propterea diuinatores in pretio erãt,
ut etiam imperio digni iudicarentur, ut qui diuina nobis præcepta ac documen-
Tiresias. ta ederent, & uiui & mortui, quemadmodum Tiresias, Cui dederat uita functo

Prof

Proſerpina mentem, Vt ſaperet, pariterq; homines leuis umbra iuuaret. Talis fuit Amphiaraus, & Trophonius, et Orpheus, & Muſæus, & Getarum deus, olim & Zamolxis Pythagoreus, ætate noſtra Decineus, qui Byrebiſthæ reſpondit, & apud Boſphoranos Achaicarus, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Perſas Magi, & qui Necyomantici, & Lecanomantici, & Hydromantici appellantur, apud Aſſyrios Chaldęi, apud Romanos Hetruriq; haruſpices. Talis erat Moſes & ſucceſſores eius, qui cũ initia nõ mala habuiſſent, poſtea in deterius delapſi ſunt. Iam uero aperte Iudæa à tyrannis opprimitur. Primus pro ſacerdote ſe regem fecit Alexander, cuius filios Hyrcanum & Ariſtobulum de imperio diſceptantes, Pompeius ſuſtulit, atq; eorum munitiones euertit, & ipſa in primis Hieroſolyma ui capta ſunt. Ea munitio petroſa erat, & bene ſepta, & interius aquis abundans, exterius omnino ſicca, foſſam habebat in lapide exciſam XL. pedum profunditate, latitudine CC. & L. E lapide autem exciſo educta erant templi mœnia. Pompeius ea cepit obſeruato ieiunij die, dum ab omni opere Iudæi abſtinerent, impleta foſſa & admotis ſcalis, iuſſitq; mœnia omnia conuelli, qua ex re & latronum & tyrannorum receptacula ſublata ſunt, & loca ubi gaza recõdita erat, quorũ duo Thrax, atque Taurus in Hiericuntis ingreſſu ſita erant. Item alia Alexandrium & Hyrcanium, & Machærus & Lyſias, & quæ circa Philadelphiam erant. Item Scythopolis Galilææ proxima. Hiericus eſt campus à montana quadam circundatus, quæ in theatri ſpeciem ad ipſum declinat. Hoc in loco eſt palmetum, cui immixta eſt etiam alia materies domeſtica, & ferax, palmis abundans, ſpatio ſtadiorum C. & totum irriguum & habitationibus plenum. Vbi & regia eſt, & balſami uiridarium, quæ arbor aromatica eſt & fruticoſa, cytiſo & termintho perſimilis, eius corticem ſcindentes ſuccum in uaſis ſuſcipiunt, tenaci lacti perſimilem, ſuſceptus autem in conchis coagulatur. Is capitis dolores, & ſuffuſiones oculorum incipientes, & hebetudinem mirifice ſoluit, quare pretioſus eſt eo præſertim quod hic ſolum naſcitur. Palmetum, quod palmam caryotam fert, hic ſolum eſt, excepto Babylonio, & ulterioribus orientem uerſus. Maximus quidem ex eis prouentus eſt, quinetiam xylobalſamo, ut aromate utũtur. Serbonis lacus permagnus eſt, cuius ambitum nonnulli mille ſtadiorum tradiderunt. Is ſecus maritimam oram extenditur, longitudine paulo plurium ducentûm ſtadiorum, profunda & grauiſſima aqua, ut urinatores in eo innatare non poſſint, uerum qui tenus umbilico in eum procedit mox extollitur. Plenus eſt bitumine, quod è medio fundo tẽporibus inordinatis, cum bullis quaſi feruentis aquæ efflatur. In ſummo autem incuruatus, montis ſpeciem præbet, fauillæ multum emittit, fumoſus & aſpectu ater, æri, & argento, & nitidis ac terſis omnibus rubiginem inducit, uſque ad aurum. Vnde cum uaſa ſitum contrahunt, iam accolæ intelligunt bituminis eruptionem incipere, ac ſeſe arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen eſt terræ gleba quæ à calore liquefacta efflatur atque diffunditur, rurſúmque in glaciem fortiſſimam ab aqua frigida immutatur, qualis eſt lacuum aqua, unde & ſectione & inciſione opus eſt. Id poſtea in ſummo fluitat, propter eam naturam, quam diximus, ingredientem nec innatare, nec immergi poſſe, ſed attolli. Ratibus autem adnauigantes, quantum quiſque uult, referunt. Ac de bitumine quidem hæc dicimus. Poſidonius dicit, quod cum accolæ magici homines ſint, incantationes quaſdam faciunt, & lotia & alios huiuſmodi fœtidos humores inſpergũt

Amphiaraus. Trophonius. Orpheus. Muſæus. Getarũ deus. Achaicarus. Gymnoſophiſtæ. Magi. Necyomantici Lecanomãtici Hydromãtici. Chaldæi. Haruſpices. Moſis inſtitutũ Iudæa. Alexander ſacerdos Iudæorum. Hyrcanus. Ariſtobulus. Hieroſolyma à Pompeio capta Alexandrium. Lyſias. Scythopolis. Hiericuntis ſitus. Palmetum Hiericuntis. Balſami uiridarium.

Caryota palma.

Serbonis lacus.

Bitumen Iudææ.

atque exprimunt, quibus bitumen coagulatur, postea incidunt, nisi aliqua lotij uis sit, qualis eorum qui calculos in uesica habent. Nam etiam ex pueri lotio chry
Chrysocolla. socolla conficitur, ac in medio quidem lacu, iure huiusmodi res accidit. Ignis enim ac bituminis fons, ac multitudo in medio est, quanquam & flatio sit inordinata, quoniam ignis motus, ordinem non habet nobis manifestum, quemadmodum & multorum aliorum flatuum. Talia etiam apud Apolloniam Epiroticam eueniunt. Quod autem regio ignea sit, permulta alia signa afferunt. Nam & petras
Moasas. asperas exustas circa Moasada ostendunt, & multis in locis prærupta, & terram cinerulentã, & picis guttas ex petris distillantes, & flumina fœtido odore efferuẽtia, & habitationes passim euersas, ut ijs fidem adhibeant, quæ ab indigenis prædicantur quod in hoc loco XIII. urbes olim habitabantur, quarũ metropolis Sodoma
Sodoma. adhuc LX. stad. ambitũ seruet. Et quod ex terræ motibus, & ignis afflatu, & aquis calidis & bituminosis, & sulphureis lacus eruperit, & quod petræ igniferæ factæ sint, et urbiũ aliæ absorptę, alię ab ijs, quicũqꝫ fugere potuerũt derelictæ. Eratosthenes cõtrà sentit, quod cũ regio stagnis teneretur, maxima eius pars eruptionibus re
Gadarenus lacus. tecta fuerit, quemadmodũ mare. In agro etiam Gadareno est aqua quædam pessima ex lacu, qua degustata, pecora pilos, ungues, & cornua amittunt. Apud eas quę
Tarichiæ lacus. Tarichiæ appellantur, est lacus qui optimas piscium cõdituras præbet, gignit etiã arbores fructiferas malis similes. Ægyptij bitumine ad mortuorum conditu
Bituminis usus. uuntur. Pompeius circuncisis quibusdam, quæ Iudæi sibi uiolenter asciuerant,
Herodes. Herodem sacerdotio præfecit. Postea Herodes uir indigena, id quibusdam ex eadem stirpe contulit, tantumꝙ superiores omnes & ciuilitate, & Romanorum consuetudine præstitit, ut rex fuerit constitutus, Antonio primum, postea Cæsare Augusto potestatem ei concedente. Ex filijs alios ipse sibi insidiantes interemit, alios moriens data utrique portione, successores reliquit. Cæsar & Herodis filios, & so-
Salome. rorem Salomen, & Berenicen eius filiam, honore prosecutus est, sed filijs non fœli-
Berenice. citer cessit. Nam cum essent accusati, alter in exilium apud Gallos Allobroges relegatus fuit, alij uix multo obsequio reditũ impetrarunt, & suã uterque tetrarchiam. Vltra Iudæam, & Cœlosyriam, usque in Babyloniam & fluuialem Euphratis re-
Scenitæ. gionem austrum uersus tota est Arabia exceptis Scenitis, qui sunt in Mesopotamia. De Mesopotamia quidem & gentibus, quę eam incolunt satis dictum est. Vlterior Euphratis regio, quæ ad eius ostia est, à Babylonijs incolitur, & Chaldæorũ gente, de quibus etiam antè diximus. Quæ post Mesopotamiã sunt, usque in Cœlosyriam flumini proxima, & Mesopotamiæ, Arabes Scenitę obtinent, per paruas quasdam potentias in sterilibus locis propter aquarum inopiam partiti. Agricul-
Camelorũ pascua. turam aut parum aut nihil exercent, pascua omnis generis pecorum, præsertim ca-
Arabia fœlix. melorum optima habent. Vltra hos deserta sunt haud exigua, quę uero his iam australiora sunt, ab ijs tenentur, qui fœlicem Arabiam incolunt. Cuius septentrionale latus faciunt antedicta deserta, orientale Persicus sinus, occidentale Arabicus, au
Rubrum mare strale mare magnum, quod extra utrunque sinum est. Idꝙ totũ mare rubrum uocatur. Persicus itaqꝫ sinus Persicum mare appellatur, de quo Eratosthenes ait, os
Persicus sinus. eius adeo angustum esse, ut ex Armozo Carmaniæ promontorio, Arabię pars cõspiciatur, quæ est Macis proxima. Ab ore autem, ora quæ à dextris est, cum curua
Armozus. sit, à principio quidem à Carmania paululum orientem uersus, postea ad Arctum uergit, postea ad occidentem usque ad Euphratis ostia, & Teredonem, cõplectitur

autem

autem & Carmaniorum oram & Perſarum & Suſianorum & Babyloniæ par= tem, quæ x. millium ferè ſtadiorum eſt, de quibus iam antè diximus. Hinc proti= nus uſque ad os alia totidem ſtadia ſunt, ut traditum dicunt ab Antiſthene Thaſio, qui cum Nearcho nauigauit, ut perſpicuum ex his ſit, mare hoc paulo minus eſſe mari Euxino. Dicunt etiam, illum dicere, quoniam ſinum cum claſſe circunnaui= gauit, quod à Teredone deinceps continentem à dextris habenti, præternauigatio inſulam Icarium in fronte habet, & Apollinis templũ in ea ſanctum, & Tauropolę oraculum, & quod præternauiganti Arabiam ad duo millia & cccc. ſtadia, in in= teriore ſinu urbs iacet nomine Gerrha, quam Chaldæi tenebant, à Babylonia pro fugi, loca ſalſa, & domos ex ſale habitantes, quas cum ſalis ſquamæ, propter ſo= lis ardorem ſeparatæ, continue cadunt, crebro aquis aſpergant, atque eo pacto con tinuant parietes. Hæc urbs cc. ſtadijs à mari diſtat. Gerrhæi frequentius pedeſtri itinere Arabum merces, & aromata mercantur. Ariſtobulus diuerſa ſentit, Ger= rhæos frequentius in Babyloniam ratibus mercatum ire, atqꝫ inde per Euphratem Thapſacum cum mercibus adnauigare, poſtea quò libeat pedeſtri itinere deferri. Nauigãti ulterius ſunt aliæ inſulæ, Tyrus, & Aradus, quæ templa Phœnicijs ſimi= lia habent. Dicunt qui in eis habitant, inſulas & urbes, quas Phœnices eodẽ nomi ne habent, ſuas eſſe colonias. Diſtant hæ inſulæ à Teredone x. dierũ nauigatione, à promontorio uero quod eſt in ore apud Macas, diei nauigatiõe. Nearchus & Or thagoras dixerunt, Tyrinam inſulam in pelago ad auſtrum iacere, duobus mil= libus ſtadiorũ à Carmania diſtantem, in qua Erythræ ſepulchrum oſtenditur, in= gens ſanè tumulus, & ſylueſtribus palmis conſtitutus, atque eum in ijs locis regnaſ ſe, & de ſe mari nomen reliquiſſe. Atque hæc ſibi à Mithropaſtæ Areini filio, ſatra= pis Phrygiæ patefacta, qui Darium fugiens in ea inſula eſſet immoratus, & cum eis diuerſatus in Perſicum ſinum delatis & per eos quęreret in patriam remeare. In tota Rubri maris ora arbores in profundo naſcuntur, lauro & oleo perſimiles, quæ in refluxibus ex toto deteguntur, in affluxibus nonnunquàm ex toto obruuntur, atque hoc etiam, cum ulterior terra arboribus careat, adeo ut admirandum ſit. De Perſico itaqꝫ mari, quod nos orientale latus fœlicis Arabię diximus, talia Eratoſthe nes tradidit. Nearchus ait Mithropaſtẽ eis cum Mazena occurriſſe, Mazenã uero inſulæ cuidam in Perſico ſinu præfuiſſe, inſulæ nomen Doracta, ac Mithropaſten cum in hanc confugeret, hoſpitio acceptum fuiſſe, quod in externa deceſsiſſet, & Mazenam conueniſſe, qui in Macedonum claſſe fuerat, atque Mazenam nauiga= tionis ducem fuiſſe. Dicit etiam in Perſicæ præternauigationis initio inſulam eſſe, in qua multæ ac pretioſæ margaritæ gignãtur, in alijs uero clari ac pellucidi la= pilli. In inſulis quoque ante Euphratem arbores, thus redolentes, innaſci, quarum radices fractę ſuccum effundant, item miras cancrorum atque echinorum magni= tudines, quod in toto exteriore mari commune eſt, quorum alij pileis maiores ſint, alij †duo acetabula capiant, uidiſſe etiam cetum mari eiectum L. cubitorum. Ara= bię initium à Babylonia eſt regio Męcina. Ante hanc iacent partim Arabum de= ſerta, partim Chaldęorum paludes, quas Euphrates effuſus facit, partim Perſicum mare. Ea etſi grauẽ ac nebuloſum aërẽ habet, ſimulꝫ pluuioſa ſit & ęſtuoſa, fructus tamẽ optimos producit. Vitis in paludibus naſcitur, terra in arundineis cratibus impoſita, quantam ſtirps recipiat, ut ſępe etiam ab aqua deferatur, quam rurſus in priſtinam ſedem contis propellunt. Sed redeo ad ea quę deinceps Eratoſthenes de

*Græce, Androſthene.

Tauropolæ oraculum.

Gerrha.

Thapſacus.
Tyrus.
Aradus.

Tyrina.
Erythræ ſepu.

Mithropaſtes.

Erythræũ mare.
Arbores maris rubri.

Mazena.
Doracta.

Turiferæ arbores.

*Φαλαινόλαι.
Cetus miræ magnitudinis.
Arabiæ mitiũ.
Mæcina.

Arabia commemorat. Dicit enim de parte ſeptentrionali ad deſerta, quæ inter fœlicem Arabiam & Cœloſyrios & Iudæos eſt, uſq; ad Arabici ſinus receſſum, quod ab heroum urbe, quæ eſt ad Nilum, receſſus Arabici ſinus, Nabataeam petram uerſus uſq; Babylonem, ſtadia ſunt v. millia, & ſexcenta. Ac tota quidem ad æſtiuales ortus eſt, per adiacentes Arabum gentes, Nabataeos ſcilicet, Chaulotæos, & Agræos, ultra quos & fœlix Arabia, ad XII. millia ſtadiorum ad auſtrum expoſita uſque in Atlanticum pelagus. Incolunt eam primi poſt Syros, & Iudæos, homines agricultores. Poſt hos regio eſt arenoſa & ſterilis, quæ palmas habet non multas & acanthos & myricam, & foſſiles aquas, quemadmodum Gedroſia. Eam Arabes Scenitæ. Scenitæ camelorum paſtores habitant. Vltima uero auſtrum uerſus contra Æthiopiam aſſurgentia æſtiuis imbribus tanguntur, & bis ſeruntur, quemadmodum India. Habent etiam flumina quæ in campos & lacus abſumũtur, & cum cæterorum fructuũ, tum etiam mellificij abundantia eſt, pecorum quoque omnium copia, exceptis equis, mulis, & porcis. Auium etiam omnium præter anſeres & gallinas. Ac ultima quidem regio, de qua antè diximus, à quatuor maximis nationibus inhabitatur, à Minæis, qui in parte ſunt, Rubrum uerſus, maxima eorum ciuitas Carna ſiue Carana. Hos ſequuntur Sabæi, quorum metropolis eſt Mariaba. Tertij ſunt Catabanenſes, qui ad anguſtias, & Arabici ſinus tranſitum deſcendunt. Eorum regio dicitur Tamna. Ad orientem, in primis ſunt Chatramotitæ urbem Cabatanum habentes, earum quæque ſub ſuo principe eſt, & fœlices ſunt, & optimas templorum ac regiarum conſtructuras habent, domicilia uero lignorum compage, Ægyptiacis ſimilia, & plus regionis occupant quatuor præfecturæ, quas nomos uocant, quàm Aegyptiacum Delta. Succedit apud eos in regno non filius patri, ſed qui primus è nobili genere poſt conſtitutum regem naſcitur. Nam ſimul ac aliquis in imperio conſtitutus eſt, omnes nobilium uirorum uxores prægnantes conſcribuntur, & cuſtodes apponuntur, qui obſeruent quæ prima pepererit. Nam eius filius ex lege aſſumitur, & ad regni ſucceſsionem regaliter educatur. Cabania thus gignit. Chatramotitica myrrham, & tum hæc, tum alia aromata mercatoribus præponuntur, qui ad eos ex Helanis Menæam ueniunt in diebus LXX. Elana urbs eſt in altero receſſu Arabici ſinus, qui apud Gazam eſt nomine Elaniticus, quemadmodum iam diximus. Gabei in Chatramotiticam in diebus XL. proficiſcuntur. Arabici ſinus latus, quod ſecus Arabiam eſt, ab Elanitico receſſu incipiendo (ut Alexander, & Anaxicrates ſcripſerunt) XIII. millia ſtadiorum comprehendit, quemadmodum ſæpe dictum eſt. Quod uero Troglodyticam uerſus eſt, in dextra parte nauigantibus ab heroum urbe, uſq; ad elephantum uenationem, & Ptolemaidem, ſtadiorum VIIII. millia ad meridiem & paululũ ad orientem. Hinc uſq; ad anguſtias circiter quatuor millia, & quingenta magis ad orientem. Anguſtiæ Æthiopiam uerſus à promontorio fiunt, quod Dira nominatur, & oppidũ eodem nomine, quæ loca ab Ichthyophagis habitantur. Dicũt hoc in loco Seſoſtris Ægyptij columnam eſſe quæ ſacris literis tranſitum eius ſignificet. Is enim primus uidetur Æthiopiam Troglodyticam q; ſubegiſſe, poſtea in Arabiam tranſgreſſus, inde Aſiam omnem permeauit, quapropter multis in locis Seſoſtris uallum appellatur, et Ægyptiorum deorum templa inueniuntur ab eo conſtructa. Anguſtiæ Dirę proximę in LX. ſtadia contrahuntur, nunc uero non hę dicuntur anguſtiæ, ſed ulterius nauiganti, ubi traiectus eſt inter continentes CC. ferè ſtadiorũ.

Nabatæi. Chaulotæi. Agræi. Arabia fœlix. Scenitæ. Minæi. Carna. Sabæi. Mariaba. Catabanenſes. Tamna. Chatramotitæ. Cabatanus. Nomi. Cabatania. Chatramotitica myrrha. Elana. Elaniticus ſin. Dira. Seſoſtris.

Ac

Ac sex quidem insulæ inter se continuę transitum implentes, ualde angustas naui-
gationes relinquunt, per quas merces ultro citroq; ratibus transuectantur, atq; has
angustias uocant. Post insulas deinceps in sinum se inferenti, est nauigatio secus
myrtiferam regionem ad meridiem atq; auroram, usq; ad eam quæ cinnamomum
fert ad v. millia stadiorum, ultra hanc negant quenquam hactenus profectum. Et
in ora quidem urbes esse, non tamen multas, in mediterranea uero multas, & opti-
me habitatas. Ac de Arabia quidem hæc ab Eratosthene dicuntur, his ea sunt ad-
denda, quæ & alij ea de re tradiderunt. Artemidorus scribit, Arabicum promon
torium, Diræ oppositū, Acilam uocari, circa Diram eos habitare qui Glandes cur- *Dira.* *Acila.* *Glandes curti.*
ti sunt. Tum ab heroum urbe nauiganti iuxta Troglodyticam Philoteram esse *Philotera.*
à sorore secundi Ptolemæi appellatam, Satyri opus, qui ad Troglodyticam & ele- *Arsinoë.*
phantum uenationem perscrutandam missus est. Deinde aliam urbem Arsi-
noën, deinde calidarum aquarum exitus, quæ amaræ ac salsæ ab excelsa quadam
petra in mare emittunt. Non procul mons quidam est, rubrica plenus in cam-
po situs, deinde Muris stationem, & Veneris stationem, uocari autem portum
magnum, ingressu admodum flexuoso. In fronte insulas tres esse, duas olei opa-
cas, alteram minus opacam, quæ meliagrides multas habeat. Deinceps sinum *Meliagrides.*
qui immundus dicitur, & ipsum contra Thebaidem situm, quemadmodum *Immundus sin.*
Muris stationem. Immundus idcirco, quia occultis cautibus, & dorsis exaspe-
ratur, & flatibus qui frequenter tempestates cient. Hoc in loco Beronicen urbem, *Beronice.*
in penitiore sinu positam. Post sinum est Ophiades insula ab euentu rei appel- *Ophiades inf.*
lata, uel quòd rex eam à serpentibus liberauit, uel quod multi applicantes, à serpen *Topazia.*
tibus interficerentur, & propter topazia, is autem est lapis pellucidus, splendore *Topazius la-*
aureo refulgens, ut interdiu uideri non possit, usque adeo illustratur, noctu uero *pis.*
uidetur ab ijs, qui eum colligunt. Nam signo aliquo impositio, de die effodiunt.
Ægypti reges maximam hominum multitudinem, mercede conductam, ad ho-
rum lapidum collectionem custodiámque collocauerant. Post hanc insulam mul-
tæ Ichthyophagorum & Nomadum nationes sunt. Posteà Sopitæ deæ portus, *Sopita dea.*
hunc principes quidam è maximis periculis seruati, ab euentu rei sic nominaue-
runt. Posteà est maxima & oræ & sinus mutatio. Nam præternauigatio non am-
plius aspera est, sed quodammodo cum Arabia coniungitur, ac pelagus humile
est duorum ferè passuum, & summa eius facies herbida musco & alga pellucens,
quæ plurimum in freto abundant, ubi arbores etiam sub aqua nascuntur. Fretum
marinorum canum multitudinem fert. Posteà sunt Tauri duo quidem montes, *Tauri montes.*
qui álonge formam quandam ostendunt tauris similem. Posteà est alius mons,
qui Isidis templum habet, Sesostris opus. Posteà insula oleis consita mari circum- *Isidis templum*
alluta, post eam est Ptolemais apud elephantum uenationem, ab Eumede condi- *Ptolemais.*
tam, cum in uenationem à Philadelpho mitteretur, clam cherroneso quadam & *Elephantum*
fossa & muro circundata, & cultu & obsequijs eorum amicitia conciliata, à quibus *uenatio.*
arcebatur. Intra hoc spatium emittit pars quædam abrupta à flumine Astabora, *Astaboras flu.*
qui ex lacu ortum habens partem emittit, cum ea uero, quæ maior est, influit in *Latomiæ.*
Nilum. Posteà sunt insulæ sex, Latomię appellatę, posteà est os, quod Sabaiti- *Sabaiticũ os.*
cum dicitur. In mediterranea castellum est, à Sucho conditum. Posteà portus no- *Suchus.*
mine Elæa, & Stratonis insula. Posteà portus Saba, & elephantum uenatio ab *Elæa.*
eis dicta. Regio quæ interior est Tenesis dicitur, eam Ægyptij habent à Psam- *Stratonis inf.*
Saba.
Tenesis.

Sebritæ. miticho profugi, & Sebritæ, id est aduenæ appellantur. Reginam habent sub qua est Meroë insula, his locis uicina, & in Nilo sita. Vltra Meroën est alia quædam insula in flumine non longe admodum, quam hi ipsi profugi inhabitant. A Meroë in hoc mare est iter dierum XV. homini expedito. Circa Meroën Astaboras, & Astapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elij uocantur, propterea quòd ex adiacente palude euulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis uescuntur. Hæc loca leones alunt, qui sub canis exortum à maximis culicibus hinc expelluntur. Sunt etiam Spermophagi non procul, qui deficientibus seminibus, pomis nutriuntur, ea conficientes quemadmodum Rhizophagi radices. Post Eleam sunt Demetrij speculæ, & Cononis aræ. In mediterranea uero maxima Indicarum arundinum multitudo nascitur. Ea Coracij regio appellatur. Fuit etiam Endera quædã interius Gymnetarum hominum habitatio, qui arcu & arundineis sagittis præustis utuntur. Hi frequentius feras ab arboribus sagittant, nonnunquàm etiam à terra. Maxima est apud eos syluestrium boum multitudo, ex horum & aliarum carnibus uitam trahunt. Cum uero nihil capiunt, sicca coria prunis assantes, ijs pro cibo utuntur. Mos est apud eos sagittandi certamen adolescentulis præponere. Post Cononis aras, est portus Melinus, ultra quem est castellum, & uenationes plurimæ. Postea Antiphili portus, supra quem sunt Creophagi, Glandes curti, & eorum mulieres Iudaice excisæ. Supra hos quasi ad meridiem sunt Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellantur, comati & barbati. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boues uenantur, è uicina regione uenientes siue à feris pulsos, siue pascuorum inopia. Eorum aduentus est ab æstiuo solstitio, usque ad mediam hyemem. Post Antiphili portum est alius portus, nomine Curtorum lucus, & Berenice ciuitas Sabæa, & Sabæ ciuitas maxima, postea Eumenis lucus. Vlterius est urbs Daraba, & Elephantum uenatio, quæ ad puteum nominatur, eam Elephantophagi habitant, huiusmodi uenationem exercentes, elephantorum gregem per syluam delatum ex arbore aliqua cernentes, eum minime adoriuntur, sed ad eos qui ponè gradiuntur clàm accedentes, neruos incidunt, nonnulli eos sagittis interficiunt, serpentum felle tinctis. Sagittatio per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent & ultra progrediuntur, tertius uero neruum trahit. Nonnulli arbores notant quibus elephantes accumbere solent. Accedentes itaque ex altera parte truncum recidunt, cui cum bestia inhæserit, pariter cum arbore ruit, cúmque surgere nequeat propterea quod crura continuum & inflexum os habeant, ex arboribus desilientes illam obtruncant. Venatores à Nomadibus immundi uocantur. Supra hos sunt Struthophagi, gens non admodum magna, apud quos aues dicuntur esse, ceruorum magnitudine, quæ uolare non possunt, sed celeriter currunt, quemadmodum Struthocameli. Nonnulli eas arcu uenantur, nonnulli pellibus Struthorum tecti. nam dextram manum pelle colli operiunt, atque eam sic mouent, quemadmodum animalia collum, siniſtra uero semen spargunt, è suspensa pera eductum, eo auem allicientes, in conualles detrudunt, ubi uiri animal circunsistentes obtruncant. Atque hi huiusmodi auium pelles induunt & substernunt. Cum ijs Aethiopes, qui Silli appellantur, bellum gerunt, orygum cornibus pro armis utentes. His finitimi sunt, qui cæteris & nigriores sunt & minores, & uitæ breuioris. Raro enim quadragesimum transcendunt annũ,

Astaboras flu.
Astapas flu.
Rhizophagi.
Elij.
Spermophagi.
Demetrij speculæ.
Cononis aræ.
Coracij regio.
Endera.
Melinus port.
Antiphili portus.
Creophagi.
Mulieres excisæ.
Cynamolgi.
Agrij.
Boues Indici.
Curtorum lucus.
Berenicæ opp.
Sabæ.
Eumenis lucus
Daraba.
Elephantũ uenatio.
Elephantophagi.
Immundi.
Struthophagi.
Aues cerui magnitud.
Struthocameli.
Silli.

annum,eorũ carne iam in ferinam uersa. Viuunt ex locustis, quas uerni Libes, ac zephyri uehementius flantes in ea loca compellunt. Eas hoc modo capiunt, fumosam materiem in cõuallibus iniicientes,& incedentes (cum illæ parum uolent) obtenebratas & cadentes colligunt, & admixto sale ex eis massulas conficiunt & utuntur. Vltra hos est regio deserta quæ pascua larga habet, ob scorpionum multitudinem derelicta,& aranearum quæ quadrimalæ appellantur. Hęc animalia adeo aliquando affluxerunt,ut hominibus ex toto fugam facerent. Post Eumenis portum usq; in Diram,& sex insularum angustias, Ichthyophagi, Creophagiq; habitant,& qui Curti appellantur,usque in mediterraneam. Sunt & aliæ quædam elephantum uenationes,& urbes ignobiles,& insulæ ante maritimam oram,pastores magna ex parte,agricolę pauci,apud nõnullos plurimus storax nascitur. Ichthyophagi in reflexu maris pisces colligunt,eósque in petras iacentes, ad solem coquũt, postea exassant, spinas quidem aceruant, carnem uero subigentes,massulas conficiunt,rursúmque ad solem positos edunt. Hyeme cum pisces legere non possint, aceruatas spinas conterentes, massulas conficiunt, & utuntur, recentes uero exugunt. Nonnulli conchas,quæ carnem habeant, hoc modo nutriunt: Iis in fossam uel lacunam aliquam immissis,pisciculos in cibum iniiciunt, atque in penuria piscium utuntur. Sunt eis uaria piscium uiuaria, in quibus seruantur. Nonnulli ex iis qui siccam oram incolunt v. dierum iter cum tota familia Pæana canentes,aquatum ascendunt. Ibiq; proni proiecti more boum bibunt,quousq; uenter in tympanum intumescat,postea ad mare redeunt. Hi in speluncis habitant, uel tugurijs oleæ frondibus contectis, & trabibus ac tignis ex ossibus ac spinis cetorum perfectis. At Chelonophagi testudinum testis conteguntur, quæ adeo magnæ sunt, ut uel in eis nauigent. Nonnulli ex alga mari eiecta ingentes & montosos cumulos facientes eos suffodiunt atque inhabitant, mortuos piscibus edendos iaciunt, qui statim à fluctibus corripiuntur. Ex insulis tres sunt deinceps, quarum una testudinum,alia phocarum,alia accipitrum dicitur. Tota ora palmeta, & oliueta, & laureta habet, non modo quæ intra angustias est, sed etiam quæ extra est, magna ex parte. Est etiam insula quædam Philippi,contra quam imminet elephantum uenatio,quæ Pythangeli dicitur, deinde Arsinoë ciuitas & portus, deinde Dira, & ultra hæc iacet elephantum uenatio. Post Diram deinceps est regio aromatifera,& prima quæ myrrham fert, quæ etiam Ichthyophagorum est & Creophagorum. Gignit etiam Persicum & Aegyptiacum morum. Vlterius est Licha elephantum uenatio. Multis in locis sunt pluuialium aquarum lacunæ, quibus arefactis elephantes proboscide ac dentibus puteos effodiunt,& aquam inueniunt. In hac ora,usque ad Pytholai promontoria,sunt duo ingentes lacus,alter aquæ salsæ,quem mare dicunt,alter dulcis qui hippopotamos alit,& crocodilos. Circum labra uero papyrum, atqui & ibes in hoc loco conspiciuntur. Circa Pytholai promontorium iam sunt homines integri corporibus. Post hos est regio thurifera in qua promontorium est, quod sacrum populetum habet. In mediterranea est regio quædam fluuialis, quæ Isidis dicitur,& alia quædam Nilus. Ambæ myrrham & thuriferas arbores innatas habent. Est etiam piscina quędam, quæ montanis aquis impletur. Postea Leonis uicus,& Pythangeli portus. Sequens regio pseudocasiam fert. Ac demum complures fluminum regiones sequuntur,quæ thus habent, & phleum, usq; ad eam quę cinnamomum fert,flumen quod hanc dirimit,phleũ

Locustarum ecsus.

Quadrimalæ τὰ τετράγωνα.

Creophagi.

Curti οἱ κοπτοὶ βοῦς.

Ichthyophagi.

Chelonophagi

Testudinum testæ miræ magnitudinis.

Phocarum ins.

Accipitrum insula.

Pythangeli ins.

Arsinoë.

Dira.

Elephantũ uenatio.

Licha.

Pytholai pro.

Ibes.

Pythangeli portus.

Pseudocasia.

Daphnûs portus. multum gignit. Postea est aliud flumen, & Daphnùs portus & fluuialis regio quæ Apollinis dicitur, & thus habet & myrrham & cinnamomum, quod pluri-
Elephas mons. mum in locis semotioribus uiget. Postea Elephas mons in mare expositus, & fos-
Psygmum. sa & Psygmum portus ingens, & Cynocephalorum aquatio, & Austri cornu, ul-
Cynocephalorum aquatio. timum huius oræ promontorium. Cum uero ad meridiem deflexit, negat se ulterius portuum aut aliorum locorum descriptionem habere, quòd incognita sint, tamen in sequenti ora sunt columnæ & aræ Pytholai, & Lichæ, & Pythangeli,
Austri cornu. & leonis & Charimorti, per oram notam à Dira usque ad Austri cornu. Ipsa ue-
Leones formicæ appellati. ro distantia ignota est. Hæc regio elephantis abundat, & leonibus, qui formicæ uocantur, & genitalia sursum uersa habent, & colorem aureum, nudiores Arabi-
Pardales. cis. Fert etiam pardales fortissimas, & rhinocerotes, qui (ut Artemidorus ait)
Rhinocerotes. longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandriæ uidisse affirmat se, ferè etiam quantum ad altitudinem. Eius autem quem nos uidimus color non buxo sed elephanti similis erat, magnitudo uero tauri, forma apro proxima præsertim quantum ad rictum, præter nasum, qui cornu quoddam est recuruum, omni osse durius, eo pro armis utuntur, quemadmodum aper dentibus. Habet etiam duo cingula tanquàm draconum uolumina, à dorso usque ad uterum circumeuntia, alterum iubam uersus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis uisus est. Artemidorus ulterius addit, quod id animal de pastu cum elephante pugnet, eum rictu subiens, ac uterum rescindens, nisi ab
Camelopardales. elephantis proboscide uel dentibus anticipetur. In ijs locis Camelopardales nascuntur, nullam cum pardali similitudinem habentes. Coloris enim uarietate hinnulo simillima est, uirgatis pilis distincto, posteriora quoque humiliora sunt anterioribus, ut à cauda sedere uideatur, ad bouis altitudinem. Anteriora uero crura à cameli cruribus non superantur, collum rectum est, & in altum auectum, uerticem paulo sublimiorem camelo habet, unde propter hanc incommensurationem, nec tantam celeritatem habere eum puto, quantam dixit Artemidorus, qui eam excellentem fecit. At nec fera est, sed pecus. nullam enim præ se sæuitiam
Fera δράκων, pecus βόσκημα. fert. Gignuntur etiam ibi (ut ipse testatur) sphinges, & cynocephali, & cepi, qui
Sphinges. faciem leonis, corpus reliquum pantheræ, magnitudinem damæ habent. Item ursi
Cynocephali. qui carnem edunt, nostros & magnitudine & celeritate longe exuperantes, colore
Cepi. autem fului. Crocutas quoque (ut ille inquit) ex cane, lupóque permixtus est.
Crocutasfera. Quæ uero Metrodorus Scepsius in libro de consuetudine dicit, fabulosa sunt, & minime curanda. Artemidorus draconum magnitudines refert tricenûm cubitorum qui tauros elephantósque capiant, moderatus sanè in his. Nam Indici ac
Dracones sup quibus herba innascitur. Troglodytæ. Libyci dracones fabulosiores sunt, super quibus herba etiam innasci dicitur. Troglodytarum uita pastoralis est, ij multos tyrannos habent, mulieres & filij eis communes, nisi quæ tyrannorũ sunt. Qui tyranni uxorem corruperit oue mulctatur.

Eorum mulieres diligenter sibi cerusam inducunt. Circum collum conchas contra fascinationes gestant. Viri de pascuis contendunt, primo se manibus im-
Mulieres pacẽ conciliantes. pellentes, deinde lapidibus: quod si uulnus fiat, tunc sagittis & gladijs res geritur, sed mulieres in medium prodeuntes, & preces effundentes, illos conciliant. Ve-
Coci immũdi. scuntur carnibus & ossibus simul contusis, & in coria inuolutis, & postea assatis. Itémque modis alijs quos coci norunt. Cocos ipsi immundos uocant, quare non solum carnes & ossa, sed etiam coria comedunt. Vescuntur etiam sanguine

admi

admixto lacte, uulgus aquam bibit, in qua paliurus sit immadefactus. Tyranni mulsum potant, melle è flore quodam expresso. Hyemem habent cum etesiæ flant. nam & imbres habent, æstatem uero reliquum tempus. Nudi sunt, & pelliti, & scipiones gestant, & sunt non solum curti, sed etiam circuncisi nonnulli, quemadmodum Ægyptij. Aethiopes uero Megabari clauas gerunt, ferreis nodis ornatas, utuntur etiam lanceis, & scutis, ex corio confectis. Reliqui Aethiopes arcu & lancea, nonnulli ex Troglodytis sepeliunt, paliuri uirgis, mortui ceruicem cum pedibus alligantes, postea subito efferunt, læti ac ridentes, quousque corporis aspectum occultent. Deinde impositio capræ cornu, abscedunt. Iter noctu peragunt, pecoribus masculis tintinnabula è collo suspendunt, ut feræ sonitu exterreantur. Arcu & facibus contra feras utuntur. Inuigilant ad ignem gregis gratia, cantu quodam utentes. Cum uero hæc de Troglodytis ac uicinis Aethiopibus dixit, reuertitur in Arabiam, ac primo eos persequitur, qui Arabicum sinum terminant, & Troglodytis opponuntur, à Posidio incipiens, dicit itaque hoc ultra Elaniticum recessum iacere. Posidio uero continuum esse palmetum quoddam aquis abundans, & in magno honore haberi, propterea quod tota circunstans regio æstuosa sit, & arida & umbrarum expers. Hic maxima palmarum copia est. Luco uir & uxor præsunt per genus constituti, pelliti ambo, uictum ex palmis ducentes, dormiunt in tugurijs factis super arboribus, propter ferarum multitudinem. Postea est Phocarum insula, à multitudine earum beluarum dicta. In proximo promontorium est, quod usq; ad Arabum petram pertendit, qui Nabatæi dicuntur, & usque in Palæstinam, in quam & Menæi & Gerrhæi, & uicini omnes aromata conuehunt. Postea est alia ora, quæ prius Maranitarum dicebatur, quorum alij erant agricolæ, alij tugurales, nunc Garindæi illos dolo interemerunt. nam eos adorti, dum festa quædam quinquennia celebrarent, non solum eos assumpserunt, sed etiam ingruentes in alios, funditus omnes deleuere. Postea est Elaniticus sinus, & Nabatæa populosa sanè regio & pascuis abundans. Insulæ quæ in fronte sunt, ab hominibus tenentur, qui prius quietem agebant, postea ratibus prædari cœperũt, eos qui ex Aegypto nauigabant, sed classe ingruente, pœnas dederunt, ab ea deleti. Deinceps est campus, aquis & arboribus plenus, & omni pecore abundans cum cætero, tum etiam camelis & mulis syluestribus, & ceruis, & damis. Sunt etiam in eo leones & pardales & lupi plurimi. Est insula quædam in fronte nomine Dia. Postea sinus quingentorum ferè stadiorũ à montibus circunclusus, cuius os ingressu difficile est. Circumhabitant homines terrestrium animalium uenatores. Postea sunt insulæ tres desertæ, oleis obsitæ non nostratibus, sed indigenis, quas Aethiopicas uocamus, earum lachryma medicam uim habet. Deinceps est litus lapidosum, posthac est ora aspera & nauigatu difficilis mille ferè stadiorũ, portuũ & iaciendarum anchorarum inopia. Nam mons quidam altus & asper exporrigitur, postea montium ima spelunc̃is plena usque ad mare, quæ præsertim etesijs & pluuijs ineuitabile periculum exhibent. Dehinc est sinus, qui sparsas insulas habet, protinus sunt cumuli arenæ nigerrimæ tres, ualde excelsi. Post hos est Charmothas portus c. ferè stadiorum ambitu, ingressu angusto, & omni scaphæ periculoso, emittit in eum flumen. In medio insula iacet arboribus plena & cultui apta. Dehinc est ora aspera, post quam sinus quidam est, & regio Nomadum uictum ex camelis ducentium. Nam & ex eis pugnant & iter faciunt,

Megabari.
Clauæ ferreis nodis.
Paliurus.
Tintinnabula maribus suspẽduntur.
Palmetum.
Phocarũ insul.
Nabatæi Arabes.
Menæi.
Gerrhæi.
Maranitæ.
Garindæi.
Nabatæa.
Dia insula.
Charmothas.

& nutriuntur lacte & carnibus utuntur, flumen per eos labitur quod auri ſtrigi-
lem defert, quanquam id operari neſciunt. Hi Debę uocantur, quorum alij paſto-
Debæ. res ſunt, alij agricolæ. Ego priſca gentium uocabula, tum propter eorum obſcurita
tem, tum propter abſurditatem pronuntiandi, non pono. Poſt hos ſunt homines
mitiores, temperatiorem quidem terram habitantes. Nam & aquas & imbres affa
tim habent. Apud eos aurum effoditur non ſtrigiles, ſed glebulæ quædam, quæ
non multa purgatione indigent, magnitudine minima ſanſę, mediana meſpili, ma
xima nucis, quas perforantes cum lapillis pellucidis alternis poſitis armillas fa-
ciunt, inſerto filo, & collo manibuſq; circũponunt. Vendũt id aurum uicinis uili
pretio, æris triplo, argenti duplo, tum propter operandi inſcitiam, tum propter in-
opiam eorum, quæ contrà accipiuntur, quorum uſus magis eſt ad uitam neceſſa-
Sabæorũ terræ rius. His proxima eſt fœliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud
Thus. hos thus, & myrrha, & cinnamomum naſcitur. In ora etiam balſamũ, & alia quæ-
Myrrha. dam herba ualde odorata, quanquam eius odor cito deperit, habent præterea pal-
Cinnamomũ. mas odoratas, & calamum. Serpentes quoq; palmares, colore puniceo, uſq; ad ilia
Balſamum. aſſilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximã fructuum
copiam otioſi ſegnesq; uiuunt. In radicibus arborũ cubant, & ex eis incidunt quæ
proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt, uſq; in Syriam atq;
Meſopotamiam. Ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu & hirci barba,
Stupor ex odo- ribus. ſtuporem tollunt. Meriaba Sabæorum urbs in monte iacet arboribus pleno. Sub
Meriaba. rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatẽ habet. Alijs uero regibus
fas non eſt, aut ſubito eum turbæ abdicant, idq; ob cauſam quandam, & tum ipſe,
tum ſui in delicijs muliebribus uiuunt. Multitudinis pars agriculturam exercet,
pars aromata mercatur, & indigena & Aethiopica, nauigãtes ad ea per anguſtias,
nauigijs ex corio confectis, & profecto tanta ſunt apud eos aromata, ut pro fructi-
Cinnamomum bus & cætera combuſtibili materie, cinnamomo, caſia, cæterisq; utantur. Apud Sa
pro combuſti- bili ligno. bæos larimnum naſcitur, ſuffitu odoratiſſimum. Hi atq; Garrei ditiſſimi ſunt ex
Larimnum. mercatura, ſupellectilem ex auro & argento multam habent, uaſa, lectos, tripodas,
Sabæorum di- uitiæ. crateras cũ operculis, domosq; ſumptuoſas. Nam & portæ & parietes, & tecta ex
ebore, auro, argento, lapidibuſq; incruſtatis, ſunt diſtincta. Atq; hæc ſunt quæ ille
de his dixit. Cętera uero partim refert quemadmodum Eratoſthenes, partim & ab
Rubrum mare alijs hiſtoricis ſumpta. Dicit enim quoſdam putare, mare Rubrũ eſſe, à colore per
unde. refectionẽ expreſſo, uel à ſole cum ſupra uerticem eſt, uel à montibus ex aduſtione
rubentibus. nam utroque modo ueriſimile eſt. Cteſiam uero Gnidium hiſtoriæ
mandaſſe, fontem quendam eſſe, qui aquam rubicundam, ac minio plenam in ma
re emittit. Agatharcidem autem illius ciuem à Boxo quodam accepta tradidiſſe,
quod Perſa quidam, cum equorum armentum, à leæna aſilo tacta, uſque ad mare
agitaretur, atq; inde in inſulam quandam tranſmitteret, primus conſtructa rate in
inſulam tranſierit, uidensq; eam habitabilem, armentum rurſum in Perſiam abege
rit, ac miſſis in eam & in alias inſulas, & in maritimã oram colonis, pelagus de ſuo
Erythras. nomine appellarit. Alios uero, Perſei filium Erythram aſſerere, qui in his locis im-
perarit. Sunt qui uelint ab Arabici ſinus anguſtijs, uſque ad extremam cinnamo-
Smaragdus. mi terram eſſe ſtadiorum v. millia, non ſatis aperte, nec ad auſtrũ nec ad orientem.
Beryllus. Nabatæi. Proditum eſt etiam ſmaragdum & beryllum in auri uena innaſci. Súntque apud
Sabæi. Arabes (ut Poſidonius refert) ſales odorati. Supra Syriam Nabatæi, ac Sabæi

fœlic

fœlicem Arabiam incolunt. Hi sæpe Syriam excurrebant priusquam Romanorum esset, nunc & ipsi & Syri Romanis parent. Nabatæorum metropolis est ea, quæ Petra nominatur. Ea in loco alioquin æquo & plano iacet, in circuitu uero rupibus ac præcipitijs murato, introrsum fontes, & ad hortos & aquationem uberrimos habente. Extra circuitū regio magna ex parte deserta est, præsertim Iudæam uersus. Hinc Hiericuntem breuissimum iter est, trium dierum aut quatuor. In Palmetum uero v. Semper ibi aliquis è regia stirpe regnat, tum rex ipse aliquem ex sodalibus, qui frater uocatur, curatorem habet, & iustissime omnia administrantur. Vnde & Antenodorus philosophus sodalis noster, reuersus in patriā, cum admiratione quadam narrabat, multos se tum ex Romanis, tum ex alijs peregrinis inuenisse, qui eò profecti essent, ac peregrinos quidem sæpe & inter se maximam quietem agitantes. Recens Romanorum expeditio, quæ nostro tempore duce Ælio Gallo in Arabiam facta est, permulta eius regionis peculiaria docet. Ælium Augustus Cęsar in Arabiam misit, quo eas gentes & loca pertentaret, præterea Æthiopū montes & Troglodyticam Ægypto finitimam, & uicinum ijs Arabicū sinum, qui peranguſtus sanè Arabes dirimit à Troglodytis, eo consilio scilicet ut uel eos sibi uolentes conciliaret, uel subigeret inuitos. Audiebat enim ex omni tempore ditissimos esse, qui & auro & argento & pretiosis lapidibus aromata permutarent, & nihil in rebus extrinsecus accipiendis expenderēt. Aut enim se diuitibus amicis usurum sperabat, aut locupletes inimicos superaturum, permultumq; eum Nabatæorum spes erexerat, qui cum amici essent, in omnibus se fauturos pollicebantur. His fretus Gallus exercitum duxit, sed à Sylæo, Nabatæorum legato deceptus est, qui se iter monstraturum, & in omnibus fauturum pollicitus, omnia insidiosè fecit. nam nec tutum iter nec expeditam nauigationem exhibuit, sed per auia, & longos anfractus, & loca omnium indiga, & importuosa ducens, uel occultis cautibus uel cœnosis stagnis obiecit, sed præcipue maris affluxus, ac refluxus eos perturbauerunt, atque id maxime in initio erratū fuit, quod longa nauigia construxerunt, nullo nec præsenti nec futuro nauali prælio. Nam nec terra ualde bellaces sunt Arabes, sed caupones potius, ac mercatores, nec etiam mari. Ille uero ad octoginta dicrota ædificauit, & triremes, & phaselos, iuxta Cleopatridem, quæ antiquæ Nili fossæ proxima est. Et cum falli non putaret, fabricatus est c. ac xxx. nauigia, quæ supellectilem ferrent, quibus nauigauit, ducens peditum Romanorum ex his qui in Ægypto erant & sociorū circiter x. millia, quibus Iudęi quingenti, & Nabatæi mille cum Sylæo erant. Tandem multa perpessus, quintodecimo die in Albū uicum peruenit, maximum Nabatæorū emporium, multis nauigijs amissis, quorum nōnulla cum ipsis hominibus nullo bello, sed ob nauigandi difficultatē perire. Id Sylæi improbitas fecit, negantis terrestri itinere in Album uicum exercitum duci posse, in quem ac etiam ulterius mercatores tanta camelorū & hominū multitudine tutū & copiosum iter ex Petra in alteram Petram peragunt, ut nihil ab exercitu differant. Quæ idcirco eueniebant, quia rex Obodas nihil de cōmunibus rebus præsertim bellicis solicitus erat, quod omnibus Arabum regibus cōmune uitium est. Omnia enim sub Sylæi legati potestate erant. Is omnia dolo struens quærebat (ut ego quidem existimo) regionem peruidere, & urbes & gentes aliquas capere opera Ro. seq; rerū dominū efficere. Illis morbo, fame, labore, & malis omnibus confectis, quæcunq; ipse dolo moliebatur. Quare in Album uicum peruenit

Petra urbs.

Frater.

Antenodorus.

Aelius Gallus.

Sylæus.

Arabes imbelles.

Cleopatris op.

Albus uicus.

Obodas.

iam exercitu oris,& crurum uitijs,cæterisq; eius loci morbis tentato, quorum illa circa os,hæc circa crura resolutio quædam sunt ob aquas & fructus proueniens. Aestatem itaq; ac hyemem ibi agere coactus est, dum reficeret infirmos. Ex Albo uico in ipsam Petram,ex Petra Rhinocolura quæ in ipsa Phœnicia est apud Aegyptum,merces comportantur,atq; hinc in alia loca,nunc pars maxima per Nilum Alexandriam uehitur. Arabicæ & Indicæ merces in Muris portum,postea camelis Coptum Thebaicam transcendunt,inde Alexandriã per Nili fossam. Rursum Gallus ex Albo uico cum exercitu digressus,per eiusmodi loca profectus est,ut camelis aquam portarent,eorum improbitate qui uiam monstrabant. Quare post multos dies in Aretæ terram peruenit,qui Obodæ affinitate cõiunctus erat. Is Gallum amice susceptit,& dona obtulit. Sed Sylæi proditio, & hanc regionem difficilem reddidit. Eam itaq; in diebus xxx. permeauit per loca inuia,spelta et palmulis non multis & butyro pro oleo usus. Quam uero deinceps adibat Nomadũ erat, & re uera magna ex parte deserta,ea Ararena dicebatur,rex erat Sabus,quam etiam per auia permeauit diebus L. consumptis,usq; ad urbem Agranorum & pacatam & fertilem regionẽ,eorũ rex aufugit,urbs primo adortu capta est. Hinc post sextũ diem ad flumen peruenit. Ibi iam barbaris ad pugnam instructis,è quibus ad decem millia ceciderunt,ex Romanis duo homines tantum. Nam omnino imbelles erant & armis imperite utebantur,arcu,& lancea,& gladio,& funda, & magna ex parte bipennibus. Mox etiã urbẽ cepit nomine Asca à rege derelictã. Hinc Athrulla uenit,quam nullo negotio cepit,& præsidio firmauit, & frumenti & palmularum uiatico comparato, Marsyabas processit urbem Rhamanitarum, qui sub Ilasaro erat. Eam adortus sex diebus obsedit,postea aquę inopia destitit ab incœpto. Iam duorum dierum itinere aberat ab aromatifera,ut ipse ex captiuis intelligebat, sex menses contriuit inaniter ductus,persensit tamen sero atq; aspectu insidias deprehendit,dum per aliam uiam reuerteretur. Nam nonis castris Anagrana peruenit,ubi prælium commissum fuerat,undecimis deinde ad septem puteos,à re ipsa sic nominatos. Hinc iam per loca pacata, in uicum Chaala,post in alium nomine Malotham ad flumen positum,postea per deserta non multum aquæ habentia usque in uicum Negram,qui sub Oboda est,& ad mare iacet. In reditu totum iter in diebus sexaginta peregit, in quo prius sex menses consumpserat. Hinc in Muris stationem,exercitum in diebus undecim traiecit, unde Coptum itur. Cum utilibus itaque copijs Alexandriam profectus est. Cæteros enim non bello,sed fame,labore,morbo,& itinerum difficultate amiserat. Nam septem dũtaxat in bello perierant,quam ob rem nec multum hæc expeditio profuit ad locorum cognitionem, nonnihil tamen adiuuit. At Sylæus huius rei causa,Romæ pœnas dedit,quanquã amicitiam simularet. Nam cum & ad hanc perfidiam,alia facinora patrare conuictus esset,securi percussus est. Aromatiferam regionem in partes quatuor (ut antè dictum est) diducunt. Ex aromatibus,thus & myrrham ex arboribus esse dicunt,casiam uero ex lacubus. Sunt qui dicant magnam eius partem ex India asseri,thus optimum apud Persiam nasci. Sed alia quadã diuisione totam fœlicem regionem in quinque regna partiuntur,quorum aliud bellatores,& omniũ propugnatores habet,aliud agricultores,à quibus frumentum ad alios importatur,aliud eos qui opificia & artes tractant,aliud myrrham fert,aliud uero thus. Eadẽ tamen & casiam & cinnamomum,& nardum ferũt. Artes ac studia ab alio in alium non

Rhinocolura.
Coptus.
Aretas.
Ararena.
Sabus.
Agrau.
Asca.
Athrulla.
Marsyabæ.
Rhamanitæ.
Ilasarus.
Anagrana.
Septem putei.
Chaala.
Malotha.
Negra.
Coptus.
Sylæus.
Aromatifera.
Thur.
Myrrha.
Casia.
Thus.
Nardus.
Arabũ mores.

trans

transferuntur, sed quicq; in patrijs permanent institutis. Vinum magna ex parte ex palmulis conficitur. Fratres honore filios antecedunt, quod natu grandiores sunt. Qui ex eadem gente sunt regnant, & cæteros magistratus obeunt, quæ possederunt, omnibus consanguineis sunt communia, sed natu grandior dominus est. Vna omnibus uxor est, qui prior ingreditur, posito ante ianuam baculo cum ea congreditur (nam in morem habent, ut quisquis baculum gerat) ea tamen cum grandiore pernoctat, quapropter omnes omnium sunt fratres, coëunt etiam cum matribus, adulter capite plectitur. Adulter uero ex alio genere est. Sed huiusmodi quiddam narratur: Regis cuiusdam filia mira pulchritudine, cum fratres quindecim haberet, qui omnes eam misere adamarent, & propterea alius post alium continue ad eam ingrederentur, iam defessa, rem huiusmodi machinatur, baculos facit baculis eorum persimiles, & cum quisque ab ea exiret, continuo baculum aliquem similem ante ianuam ponebat, & paulo post alium, cõsyderans ne qui esset ingressurus, illi similem haberet. Cum itaque aliquando omnes in foro essent, unus ad portam accedens, & baculum uidens, putauit ex hoc aliquem intus cum ea esse, ex eo autem quod fratres omnes in foro reliquisset, adulterum suspicatus est, currens ad patrem, atq; huc eum adducens conuictus est sororem falso criminari. Nabatæi quidem continentes sunt, & rei parandæ atque conseruandæ intenti. Quare qui opes suas imminuit, publice mulctatur: qui auget, honore afficitur: & cum pauci apud eos seruiant, frequentius cõsanguinei ministrant, uel alter alteri, uel quisquis sibi, ut etiam hic mos ad reges perueniat. Conuiuia faciunt per tredenos, cuicq; conuiuio bini adsunt, qui musicam exercent. Rex in apparatu maximo multa continue conuiuia celebrat, nemo supra duodena pocula bibit, alio atque alio aureo poculo, & adeo rex popularis est, ut ad id, quod ipse sibi ministrat, etiam alijs ministret. Sæpe etiam apud populum pœnas dat, nonnunquam in eius uitam inquiritur. Domus sunt ex lapide sumptuoso, urbes sine mœnibus. nam in pace degunt. Regio omnium ferax præter oleum, utuntur oleo sesamino, oues sunt albæ, boues magni, equos non habent, sed cameli implent eorum officium. Tunicæ in sublicgaculis & sandalijs, reges purpurati incedunt, quædam importantur, quædam minime, quædam indigena sunt, aurum, argentum, & plurima ex aromatibus æs & ferrum & uestis purpurea, & storax, & crocus & costus, & toreumata, & signa, & tabulæ, non sunt indigena. Mortua corpora æque atq; stercus (ut Heraclitus inquit) cadauera stercore abiectiora, quapropter reges etiã in sterquilinijs defodiuntur. Solem colunt Arulam super aram constituentes, & quotidie in ea immolant, & thus adolent. Sed cum poëta dicat,

ἀιθίοπας θ' ἱκόμην καὶ σιδονίους καὶ ἐρεμβους.

Veni ad Æthiopas, Sidonios & Erembos.

Dubitant qui nam ij dicendi sint, ac de Sidonijs quidẽ in Persico sinu habitantibus, quorum coloni sunt Sidonij nostri, quemadmodũ et Tyrios quosdã ibi insulares tradunt, & Aradios, quorum colonos Aradios nostros dicunt, ita & Sidonios ipsos. Sed tota quęstio de Erembis est, an Troglodytę intelligi debeant, quasi ab etymologia cogãtur ab eo, quod in terram eant, an Arabes. Ac noster Zeno sic scripturã mutat, Sidonios, Arabasq;. Sed uerisimilius scribit Posidonius paululũ immutans, Sidonios atq; Erembos, quod poëta sic nũc Arabes uocauerit, quemadmodũ ab alijs suo tempore uocabãtur. Dicit etiam has tres nationes cõtinenter

Arabũ mores.

Baculos gestãdi mos.

Soror xv. fratrum.

Nabatæorum mores.

Cadauera in sterquilinijs defossa.

Heracliti sententia.

Sidonij.

Tyrij.

Aradij.

Erembi unde.

inter se positas, quandam inuicem cognationem ostendere ex eo quod proximis nominibus appellentur, Harmenios scilicet, Arabes & Erembos. Et quemadmodum existimandum est unam gentem in tres esse diuisam, pro climatum diuersitatibus, quæ semper magis magisq; immutantur, sic & nominibus pluribus uti pro uno. Nec sunt audiendi, qui ἐρεμνοὺς scribunt. Id enim maxime Æthiopibus conuenit. Poëta etiam eos Arimos uocat, quos Posidonius dicit esse accipiendos, non in loco ullo Syriæ uel Ciliciæ, uel alius terræ, sed Syriam ipsam. Nam Arimæi sunt, qui in ea habitant, & fortasse Græci eos Arimæos, uel Arimos uocabant. Nominum enim mutationes permultæ sunt, præsertim Barbarorum, quemadmodum Dariacem Dariũ, Pharzirim uero ipsam Paryſatim, Atargatam Atharam, quam Ctesias Dercetò uocauit. Arabum opulentiæ testis est Alexander, qui eam (ut fama est) regiam efficere constituerat, postquam ex India rediſſet, sed omnia eius consilia morte sunt euersa. Atque unum ex ijs, quæ ille moliebatur, erat, si sponte fuisset receptus, si minus bellum expectarent. Nam cum eos uideret nec prius, nec posterius legatos misisse, ut in superioribus dictum est, se ad bellum comparabat.

Armenij. Arabes. Eremni. Arimi. Arimæi. Dariaces. Darius. Pharziris. Paryſatis. Atargata. Athara. Dercetò.

LIBRI DECIMI SEXTI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMISEPTIMI.

Decimus septimus totam Ægyptum atq; Libyam continet.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

QVONIAM in Arabia peragranda sinus eos complexi sumus, qui eam stringunt, ac peninsulam faciũt, Persicum scilicet atq; Arabicum, cum hoc etiam Aegypti pars quædam lustrata est, & Æthiopiæ Troglodytica scilicet, & sequentia usque ad extrema terræ, quæ cinnamomum fert, nunc reliqua ijs gentibus continua explicanda sunt, quæ circa Nilum iacent. Post hæc Libyam, quæ totius geographiæ reliqua est, percurremus. Sed prius Eratosthenis sententiæ exponendæ sunt. Is enim dicit, Nilum ab Arabico sinu occidentem uersus distare nouem millibus stad. eumq; circa ostia similem esse ν literæ resupine iacenti. Fluens enim (ut ille inquit) à Meroë, ad septentrionem, per duo millia ferè & septingenta stadia, rursum conuertitur ad meridiem, & hyemalem occasum, per tria millia ferè & septingenta stadia, & quasi contra Meroën assurgens & multus in Libyam egressus, & flexum alium ad septentrionem efficiens, per quinque millia & trecenta stadia defertur in magnum cataractem, paululum ad auroram conuersus. Per mille uero & ducenta in minorem cataractem, qui est Syenæ proximus, per quin

Nili figura.

quinq; millia & CCC. in mare. Influunt in eum duo flumina è lacubus quibuſdam ab oriente delata, & Meroën ingentem inſulam complectuntur, quorum hoc dicitur Aſtaboras, ad orientale latus fluens, alterum Aſtapus, quod nonnulli Aſtoſabam uocant. Aſtapum uero eſſe alium dicunt, qui è lacubus quibuſdam à meridie fluat, atq; hunc ferè rectum Nili corpus efficere, ſed ab æſtiuis imbribus augeri. Supra Aſtaboræ & Nili concurſum, ſtadijs ſeptingentis Meroën urbem eſſe, eodem nomine quo inſulam. Item ſupra Meroën, aliam inſulam, quam Ægyptiorum exules habent, qui à Pſammiticho deſciuerunt, ἡ Sebritæ, id eſt aduenæ nominantur, & reginam habent, quæ regi Meroës paret. Quæ uero infra Meroën ſunt, ſecus Nilum ex utraque eius parte Rubrum uerſus, Megabari & Blemmyes habitant, Ægyptijs finitimi, & Æthiopibus parentes. Secus mare autem Troglodytæ, quorum qui Meroë proximi ſunt, decem, undecimue dierum itinere à Nilo diſtant. A ſiniſtra uero curſus Nili habitant Nubæ magna Libyæ gens, à Meroë incipientes uſque ad Nili flexus, nequaquã Æthiopibus parentes, ſed per ſeſe in multa regna diſpartiti. Ægypti pars, quæ ſecus mare eſt ab ore Peluſiaco ad Canopicum, eſt ſtadia tria millia & CCC. Atq; hæc ſunt quæ ab Eratoſthene dicuntur. Sed ulterius dicendum eſt, & primo quæ ad Ægyptum pertinent, ut à notioribus ad ſequentia proceſſum. Aſtaboras. Aſtapus. Aſtoſaba. Meroë. Sebritæ. Megabari. Blemmyes. Nubæ. Peluſiacum oſtium. Canopicum oſtium.

damus. Nilus enim quædam huic regioni & ſequenti, & Æthiopiæ quæ ſupra eſt, communia effecit, eas irrigans dum creſcit, & ſolum partem hanc habitabilem relinquens, quæ ab inundationibus tegitur. Accliuem autem & aqua ſublimiorem totam undiq; inhabitabilem, & propter eandem ſiccitatem deſertam præterit, ſed nec omnem Æthiopiam Nilus permeat, nec in rectum, nec ſolus, nec bene habitatam, Ægyptum uero & ſolus, & totum & in rectum, à minore cataracte ſupra Syenem & Elephantiã incipiens, qui ſunt et Ægypti & Æthiopiæ fines, uſq; ad Nili oſtia in mare emittentia. Enimuero Æthiopes magna ex parte paſtoralẽ ac inopem uitam degunt, tum propter ſoli tenuitatem & aëris intemperiem, tum propterea quod longe à nobis ſepoſiti ſunt. Econtra Ægyptij. nam & ciuilem & mitem uitam degentes, in locis notis habitãt, unde & ordo eorum memoratur & laudatur. Videntur enim recte uti regionis ubertate, & bene cultam, & bene diuiſam habere. Nam rege conſtituto multitudinem trifariam diuiſerunt, & alios quidem milites, alios agricolas, alios ſacerdotes uocauerunt, & alios ſacrorum curatores, alios eorum quæ ad hominem pertinent, alios quæ ad bellum, alios quæ ad pacem, & terram, & artes ſpectant, ex quibus regi prouentus afferebantur. Sacerdotes philoſophiam & aſtronomiam exercebant, & cum regibus diuerſabantur. Regio prius in præfecturas diuiſa fuit, quas νόμους uocant. Thebaica quidem in decem, quę uero in Delta eſt in totidem, intermedia autem in XVI. & (ut quidam uolunt) tot erant huiuſmodi præfecturę, quot aulas labyrinthus habebat, quæ circiter triginta erant. Rurſum hæ præfecturæ diuiſiones alias habuere. nam pars eorum maxima in Toparchias diuiſæ fuerunt. Toparchiæ rurſum in diuiſiones alias, minimæ portiones arua erant. Opus enim fuit tam diligenti ac ſubtili locorum diuiſione, propter continuas finiũ confuſiones, quas Nilus auctus efficiebat, nunc addẽdo, nunc adimendo, nunc immutando figuras, & ſigna quædã reuelando, quibus propriũ diſcernitur ab alieno. Vnde iterum atq; iterũ menſurari oportebat, unde ab ijs geometriam ortum credunt habuiſſe, quemadmodũ computandi ſcientiam & arithmeticam à Phœnicibus propter mercaturas. Et quemadmodum uniuerſa regio in tres æquas Nili curſus. Elephantia. Aethiopum uita. Aegyptiorum uita. Aegypti præfecturæ. Nomi. Labyrinthi aulæ. Toparchiæ. Geometriæ ortus. Arithmeticæ origo.

partes diuisa est, ita & multitudo quæ in quaque præfectura est, tanta est circa flumen solicitudo, ut naturam diligentia exuperet. Nam cum regio natura multum
Nili auctus. fructum afferat, irrigata plurimum affert. Natura enim & maius Nili incrementum plus terræ irrigat, sed sæpe diligentia naturam supplet deficientem, ut tantum terræ in minoribus Nili excrescentijs irrigetur, quantum in maioribus per fossas aggeres. Quare ante Petronij tempora tunc maxima ubertas erat, cum Nilus ad quartum ac decimum cubitum excrescebat, cum uero ad octauum cresceret, fames & penuria eueniebat. Cum uero ille regioni imperaret, & duodecimum cubitum
Nili cursus. tantũ Nilus implesset, maxima fames fuit, & cum octauũ solum aliquando implesset, famem nemo sensit. Atque ordo quidem talis est, sequentia uero iam dicemus. Nilus ab ultimis Æthiopiæ finibus rectà fluit ad septentrionem usque ad eum lo-
Delta. cum, qui Delta appellatur, ubi tanquam à uertice quodam scissus (ut Plato inquit) hunc locum effecit, trianguli uerticem, latera uero trianguli, fluenta quæ ex utraq; parte & usq; ad mare descendunt, alterum ad dextram Pelusium uersus, alterum ad sinistram in Canopicum mare & proximũ Heraclium, Basim autem maritimam oram, quæ inter Pelusium est atque Heraclium. Quare insula mari, duobúsque Nili fluentis facta est, & Delta nominatur, propter figuræ similitudinem, locus qui ad uerticem est, eodem nomine uocatur, propterea quod dictæ figuræ initium
Nili ostia. est. Vicus quoque qui ibi est, Delta nominatur. Duo itaque sunt Nili ostia, alterum Pelusiacum, alterum Canopicum & Heracleoticum. Inter quæ alia quinque ostia sunt mentione digna, alia uero tenuiora permulta. A primis enim partes quædam obruptæ, & in totam insulam dispartitæ, multos riuulos insulásque fecerũt, ut tota sit nauigabilis, fossis in fossas alias diuisis, quę tanta facilitate nauigan
Scaphæ testaceæ. tur, ut nonnullæ testaceas scaphas habeant. Insula trium millium ferè stadiorum ambitum comprehendit. Habitant eam quoque totam interius, & inferiora loca cum fluuialibus quoque regionibus, quæ ex aduerso ipsi Delta positæ sunt. In Nili incrementis tota undis obruitur, præter habitationes. Hę nanque in naturalibus quibusdam cumulis uel aggeribus sitæ sunt, tam urbes maximę, quàm uici,
Nili defectus. quę álonge insularum speciem prębent. Aqua in æstate ultra quadragesimum diem permanet, postea paulatim decrescit, quemadmodum creuit. In diebus sexaginta omnino campus denudatur atque exiccatur, & quo citius exiccatur, eo citius & aratur, & seritur, & celerius apud eos, qui maiores ęstus habent. Eodem modo regio supra Delta irrigatur, nisi quod Nilus quatuor millibus stadiorum per unum alueum rectà delabitur, sicubi insula non occurrat, è quibus ea prę-
Arsinoëtica præfectura. cipua est, quę Heracleoticam prębecturam comprehendit, uel sicubi diuertigium aliquod fiat per canalem frequentius in magnum aliquem lacum, uel regionem, quam irrigare possit, quemadmodum is qui Arsinoëticam prębecturam facit, &
Mœridis lac. Mœridis lacum, & qui Marębotim refunduntur. Et (ut breui colligam) solum ultima fluuialis regio ex utraq; Nili parte, Ægyptus est, quę raro usquã CCC. stad. cõtinuam latitudinem obtinet, quę quidem habitetur, ab Æthiopię montibus incipi-
Ægypti figura. ens usq; ad ipsius Delta uerticem, quare manui cuidam expansę persimilis est, diuertigijs magna ex parte in longum exeuntibus. Figuram uero fluuialis regionis & terrę quam dico montes efficiunt, à locis Syenę proximis deducti ex utraq; parte usq; ad Ægyptiũ pelagus. Nam quãtum extenduntur ij & inter se distant, tantũ flumen diffunditur & contrahitur, & regionem habitabilẽ diuerso modo figurat.

Regio

Regio uero ſupra montes magna ex parte inhabitata, quare antiqui coniectura, poſteri etiam uiſu ipſo cognouerunt Nilum ab æſtiuis imbribus augeri, cum ſuperior Æthiopia in ultimis montibus dilueretur. Imbribus autem ceſſantibus, paulatim inundationem ceſſare, quæ res ijs maxime liquuit, qui in Arabicum ſinum nauigarunt uſq; in cinnamomi regionem, & ijs qui ad Elephantum uenationem miſsi fuerunt, & ſi quæ aliæ neceſsitates Ptolemæos Ægypti reges impulerunt, ut homines aliquos eò mitterent. Ii enim talia curabant, is præcipue cui cognomento fuit Philadelphus, cognoſcendarum rerum ſtudioſus, qui propter corporis imbecillitatem ſemper noui aliquid perquirebat, in quo ſeſe traduceret, atque oblectaret. Antiqui autem reges non multum hæc curauerunt, quanquam tum ipſi ſapientiæ dediti eſſent, tum ſacerdotes, cum quibus plurimum uiuebant, ut propter hoc magnopere ſit admirandum, & propterea quod Seſoſtris totam Aethiopiam permeauit, uſque ad cinnamomi regionem, & adhuc quædam eius monumenta extant, & columnæ & epigrammata. Cambyſes quoq; Aegypto occupata, cum Aegyptijs uſq; in Meroën progreſſus eſt, & nomen urbi, & inſulæ ab illo impoſitum ferunt, Meroë ſorore ibi mortua, alij eam uxorem fuiſſe tradunt. Nomen itaq; ob honorem mulieris loco dedit. Et mirandum profecto eſt ex his cauſis, cur non omnino euidens erat imbrium hiſtoria ijs qui tum erant, præſertim cum ſacerdotes ea diligentius in ſacras literas referrent, & ſummo ſtudio reconderent, quæcunque maximam aliquam diſciplinam præ ſe ferrent. Nam ſi hoc quærendū fuit, quod adhuc quæritur, quare æſtate, & non hyeme in partibus auſtraliſsimis imbres cadunt, in Thebaide uero & circa Syenen minime, quare & non illud, quomodo ex imbribus Nilus augeatur, ne talibus teſtibus indigerent, quales attulit Poſidonius? Tradunt enim Eratoſthenem dicere æſtiuos imbres cauſam eſſe, idque ab Ariſtotele ſumpſiſſe, Ariſtotelem uero à Thraſyalco Thaſio, qui unus fuit ex antiquis phyſicis. Thraſyalcum autem ab alio, atque illum ab Homero, qui Nilum διιπετέα ϲε- leſtem dixit,

ἄλλ' ὅτε δὴ εἰς ἀλγύπτοιο διιπετέ' ὤτραμοῖο.

Rurſus ad Aegypti cæleſtem nauigat amnem.

Nili auctus unde.

Ptolemæus Philadelphus.

Seſoſtris.

Cambyſes.

Meroë unde dicta.

Thraſyalcus Thaſius.

Nilus διιπετής.

Locus Homeri Odyſſ. δ.

Sed omittamus hæc, cum à multis ſint pertractata, è quibus ſatis ſit duos afferre, qui ætate noſtra librum de Nilo compoſuerũt, Eudorum & Ariſtonem Peripateticum. Nam excepto dũntaxat ordine, cætera omnia & ſtilo & tractatu eadẽ ferè ab utriſq; poſita ſunt. Vnde cum libros conferre uellemus, & exemplaria non haberemus, alterum cum altero contulimus. Vter autem ab utro ſurripuerit apud Ammonẽ inueniri poſſet. Eudorus Ariſtonẽ in culpa eſſe dicebat, & profecto ipſum dicendi genus potius erat Ariſtonis. Antiqui itaq; id ſolum Aegyptum uocauere, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syenæ proximis incipientes uſque ad mare, poſteriores uero ad hoc uſque tempus, omnes ferè orientales partes aſſumpſerunt, quæ inter Arabicum ſinum ſunt, atq; Nilum. Ab occidente uero loca uſq; ad Abaſes. In ora maritima ab oſtio Canopico, uſque ad eum locum qui Catabathmus dicitur, & ea quæ Cyrenæi tenent. Nam Ptolemaici reges, qui Cyrenaicam tenuere, adeo quondam polluerunt, ut eam ab Aegypto Cyproq; ſeparārent. Romani qui poſtea ſucceſſerũt, illorum prouinciam Aegyptum iudicantes in ijſdem finibus ſeruauere. Aegyptij Abaſes regiones uocant habitatas, & maximis deſertis circundatas, quaſi quaſdam pelagi inſulas, quod frequẽs eſt in Libya. Harum tres

Eudorus. Ariſton.

Aegyptius antiqua.

Abaſes alias ἀβάσεις.

Catabathmus.

sunt Ægypto finitimæ,& ei subditę. Atq; hęc & eius uirtutes mox prosequemur.
Alexandria. Pelusium. Canopicum. Et quoniã maxima huius operis pars ac principalissima est Alexandria,& quæ ad eam pertinent,hinc incipiendum est. Maritima itaq; ora à Pelusio usq; ad Canopicum os,ad occidentem nauiganti est mille ferè & trecentorũ stadiorũ, quod & basim ipsius Delta diximus. Hinc in Pharum insulã centũ & quinquaginta. Pharus
Pharus. insula quædam est oblonga,quę continenti adiacet,bicipitem ad ea portum faciẽs. Nam cum litorea regio sit sinuosa,duo promõtoria in mare emittit,inter quæ insula iacet quę portum claudit. Ei nanq; per longum obiicitur. Ex Phari promõtorijs
Acrolochias. orientale magis continentem,& oppositum sibi promontoriũ attingit,& Acrolochias uocatur,quod portum efficit ore optimo. Accedit quod in intermedio freto petræ sunt,partim aquis opertę,partim eminentes, continue occurrentem ex pelago fluctum exasperantes. Ipsum q; insulę promontoriũ est petra quædam mari circunluta, quę turrim habet multis tabulatis excelsam, & albo lapide mirifice struSostratus Gnidius. ctam,eodẽ nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem,ut epigramma declarat, ut, Sostratus Gnidius Dexiphanis filius,dijs seruatoribus pro nauigantibus. Nam cum ora ex utraque parte importuosa & humilis esset,& cautes & † breuia haberet, signum aliquod necessarium
† Βράχη Græce legitur, interpres uidetur legisse βράχη. fuit,altum & clarum,quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Occidentale etiam ostium quanquam non tutum ingressum habet,non tamẽ tanta indiget
Eunosti port. prouidentia,sed hoc alium portum efficit,qui Eunosti dicitur,atq; hic ante fossum & clausum portum iacet. Nam qui ex dicta turri ingressum habet,is maximus portus est. Hi uero continui in secessu illo qui Septem stadium appellatur,aggere ab eo dirempti adiacent. Agger autem est pons quidam à continenti in insulam ad occidentalem eius partem porrectus,duos tantum aditus relinquens in Eunosti portum,atq; ipsos sponte iunctos,quod opus non modo pons erat in insulã,sed etiam aquæ ductus cum habitaretur. Nunc diuus Cæsar eam in Alexandrino bello (nam cum regibus erat) desertam reddidit, pauci tamen nautæ iuxta turrim habitant. Ac maximus quidem portus ad id quod & natura & aggere bene claudi-
tur,profundus est adeo ut maxima nauis sarmento teneatur, atque in portus complures scinditur. Primi quidem Ægyptiorum reges ijs contenti quæ habebant,nec ualde accersitis aliunde rebus indigentes, ab omnibus nauigantibus accusabantur, præsertim à Græcis(depopulatores enim erant, & alieni appetentes)propter soli tenuitatem huic loco custodiam imposuerunt, iubentes ut quosque arcerent.
Rhacotis. Atque ijs habitandam dederunt eam,quæ Rhacotis appellabatur,ea nunc Alexandriæ pars est, naualibus imminens, tunc uicus erat. Quæ uero uico proxima e-
Alexandriæ origo. rant,bubulcis tradidere, qui etiam externos arcerent. Cum Alexander eò uenisset, loci opportunitate perspecta, statuit urbem ad portam collocare. Opulentiæ quę postmodum urbi secuta est, signum referunt, quod in fabricę designatione contigit. Nam cum architecti ambitus lineam gypso designarent, & aduentante rege terra defeciſſet,qui farinam operarijs dispensabant, partem illis prębuere, qua uias in plures diuiserunt, atque id (ut mihi uidetur) in bonum omen acceptum est. Opportunitas quidem multiplex est. nam duo maria locum undique al-
Mariæ lacus. luunt,alterum à septentrione, quod Aegyptum dicitur, alterum à meridie, quod Marię lacus & Mareotis appellatur. Hunc Nilus multis fossis tum è superioribus partibus,tum è lateribus adauget,per quę multo plura importantur,quàm è mari,

quare

quare portus qui in lacu est, ditior est maritimo. Quæ hac exportantur ex Alexandria plura sunt, quàm quę importantur, quod qui Alexandrię fuit, & dicęarchiam exercuit probè tenet, cum onerarias naues uiderit, & uenientes & recedentes, quanto grauiores ac leuiores ultro citroq; nauigent, ac diuitias, quę ex utraq; parte & in maris & in lacus portum aduehuntur. Aëris temperies accedit, quæ idcirco contingit, quod ea utrinq; alluitur, & Nilus incrementa cõmode facit. Nam cæterę urbes quę ad lacus sitę sunt, grauẽ & æstuosum aërem in ęstiuis ardoribus sentiunt. Nam propter euaporationes à sole factas, cœnum in lacuũ labris cõcreatur, unde lutoso humore exhalato aër morbidus attrahitur, quod est pestis initiũ. Alexandrię uero incipiente ęstate Nilus auctus auget etiã lacũ, et nullũ cœnũ relinquit, à quo nullus malignus uapor consurgat. Tunc etiã etesiæ à borealibus partibus, et pelago flant, quare Alexãdrini optime æstatẽ agunt. Vrbis situs chlamydis figurã habet, cuius latera quę in longũ tendunt, circumalluuntur xxx. ferè stad. diametro, latera uero quę in latũ sunt, isthmi obtinent per septẽ octóue stad. quorum uterq; hinc mari, illinc lacu distinguuntur. Ac tota quidẽ urbs uijs distincta est, quibus et equi & currus agi possint, sed duabus latissimis, quę plus iugero expanduntur, & sese medias ad rectos angulas secãt. Ciuitas publica fana pulcherrima habet, et regias, quę quartam tertiámue totius ambitus partem occupant. Nam regum quisq;, quemadmodum publica dęorũ dona aliquo ornamẽto decorabant, sic & ad eas quę factę erãt regiam aliquam ædificabant, ut nunc poëtę illud uere dici possit. Sunt alia ex alijs, atq; omnia inter se iuncta sunt & portui contigua, etiam quę extra eum sunt. Pars etiam regiarũ est musęum quod ambulacrum habet, & exedram & maximam domum, in qua cœnaculũ est eorum qui musęo participant, hominum circa disciplinas uersantiũ. Hic conuentus communes pecunias habet & sacerdotẽ, qui musęo pręest, olim à regibus, nunc à Cæsare constitutũ. Regiarum pars & illud est, quod corpus appellatur. Id circuitus quidam est, in quo regum sepulturæ, & Alexandri erat. Nam Ptolemæus Lagi filius, Alexãdri corpus Perdiccæ abstulit, cum id ex Babylone deferret, atq; huc diuerteret, auaritia tractus, ut Aegyptum sibi uendicaret. Perijt ille à militibus interemptus. Nam cum Ptolemæus aduentasset, eum in insula deserta inclusit. Vnde irruentibus in eum militibus, sariſsis confossus est. Cum eo reges Aridæi, & Alexandri filij, & Rhoxana uxor in Macedoniam discesserunt. Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit, eique parentauit, quod & adhuc ibi iacet, sed nequaquam in eodem alueolo. Nam qui nunc uitreus est, prius aureus erat. Coccos enim cui cognomento fuit Ptolemæus, accersitus illum rapuit ex Syria profectus, qui cito excidit, quapropter parum ei spolia profuere. In magno portu iuxta ingressum ad dextram est insula, & turris Pharus, ad lęuam sunt Cautes, & Lochias promontorium, in quo regia est. Ingredienti ad sinistram sunt interiores regiæ, continuæ ijs quæ sunt in Lochiade, quæ multas ac uarias mansiones & lucos habent. His occultus clausus portus subiacet, qui proprius est regum. Item Antirrhodus insula, quæ ante effossum portum iacet, & regiam habet & paruum portum, ea sic uocata est, quod quasi cum Rhodo contenderet. Supra hanc theatrum est, postea Posidium, flexus quidam ab eo prominẽs, quod Emporium uocatur, & Neptuni templum habet. Id Antonius addito aggere fecit, ut magis in medium portum emineret. In extremo regiam domum constituxit, quam Timonium appellauit. Idq; in extremo fecit cum ab amicis derelictus, post Actiacã

Alexandriæ situs & figura.

Regiæ Alexandriæ.

Musęum Alexandriæ.

Corpus Alexandri.

Aridæi.

Rhoxana.

Alexandri sepul.

Coccos.

Pharus.

Lochias prom.

Antirrhodus.

Posidium.

Emporium.

Timonium.

calamitatẽ, Alexandriã diſceſsiſſet, ſtatuens ſibi ſolitudinẽ quandam reliquã uitã, quam uicturus erat, à tot amicis deſtitutus. Poſtea eſt Cęſariũ & Emporiũ, & ſeceſſus quidam, poſtea naualia uſq; ad Septenſtadiũ. Atq; hæc circa magnum portum ſunt, deinceps poſt Septenſtadiũ eſt Eunoſti portus, & ſupra hũc eſt defoſſus portus, nomine Cibotus, qui & ipſe naualia habet. Interius foſſa eſt nauigabilis uſque ad Maræotidem lacum extenſa, extra foſſam itaq; reſtat urbis paululum. Poſtea eſt Necropolis, & ſuburbanum, in quo horti plurimi ſunt, & ſepulturæ, manſiones condiendis mortuis idoneæ. Intra foſſam ſunt Sarapium & alia quædam antiqua fana, derelicta quodam modo propter templorum fabricam, quæ Nicopoli fit. Nam & amphitheatrum, & ſtadium, & quinquennalia certamina ibi celebrãtur. Antiqua uero derelicta ſũt, & (ut breui colligamus) urbs & donarijs & ſacris plena eſt. Sed pulcherrimũ eſt gymnaſiũ, quod porticus habet ſtadio maiores, & forũ iudiciale, & lucos. Eſt etiam Paniũ altitudo quędã manufacta, turbinea, petroſę ripæ perſimilis, in quam per cochliũ aſcẽditur. Ab eius uertice tota urbs ſubiecta undiq; cerni poteſt. A Necropoli uero platea quæ in longum eſt, ſecus gymnaſium, pertendit uſq; ad Canopicam portam, poſtea eſt id quod Hippodromus appellatur, & aliq; adiacentes uſq; ad Canopicã foſſam. Exeunti per Hippodromũ eſt Nicopolis quę habitationem ad mare habet, urbe non minorem, diſtat ab Alexandria ſtadijs triginta. Hic locus ſumme à Cæſare Auguſto cultus eſt, propterea quod hic prælio eos ſuperauit, qui cum Antonio contra ſe exierant, & impetu facto urbẽ cepit. Antonium uero coëgit, ut ipſe ſibi manũ afferret, Cleopatrã ut uiua in poteſtatẽ ſuam ueniret, quę paulo poſt et ipſa ſe in uinculis clàm admoto aſpidis morſu uel ueneno delibutorio confecit. nam utroq; modo dicitur, quare Lagidarũ imperiũ euerſum eſt, cum multos annos permanſiſſet. Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandro ſucceſsit, Ptolemęo autẽ Philadelphus, Philadelpho Euergetes, poſtea Philopator Agathocliq, poſtea Epiphanes, poſtea Philomator, filio à patre imperium accipiente. Huic uero frater ſucceſſit, ſecundus Euergetes nominatus, hunc & Phyſconem dicunt, cui Ptolemęus cognomẽto Lathurus ſucceſſit, Lathuro autẽ ętate noſtra Auletes Cleopatrę pater. Sed omnes poſt tertium Ptolemæum male uíxerunt, delicijs corrupti, omniũ uero peſsime quartus & ſeptimus & ultimus. Auletes, qui præter alia flagitia etiam choraulam exercuit, & adeo in ea gloriabatur, ut non contaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipſe cum alijs concertaturus prodibat. Atq; hic eſt quem Alexandrini exegerũt, & cum ei tres filię eſſent, unã natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt, & duæ eius filiæ infantes adhuc atq; inutiles, à regno exciderunt. Reginæ uiri ex Syria accerſiti præſertim Cybioſactes quidam, qui ſe ex Syriacorũ regum ſtirpe ſimulabat. Hunc diebus paucis regina eiecit, cum eius ignobilitatem, illiberalitatemq; pati non poſſet. Pro illo alius uenit, qui & ipſe ſe Archelaum Mithridatis filium ſimulabat, qui Archelai quidem filius erat eius, qui cõtra Syllam bellũ geſſit, & poſtea à Romanis in honore maximo habitus eſt, & auus eius fuit, qui tempore noſtro poſtremus in Cappadocia regnauit, Comanorũ ſacerdos, quę in Ponto ſunt, & cum Gabinio tunc diuerſatus eſt, tanq; cum eo cõtra Parthos militaturus. Hoc itaq; neſciente, ille per amicos quoſdam ad reginam deductus, rex declaratur. Interea Auletam Romam profectum, Pompeius ſuſcipit, & ſenatui cõmendat, ac de reductione eius agit, & de nece legatorũ qui ſupra centum contra regẽ uenerãt, è quibus fuit Dion Academicus princeps legationis.

Cæſarium. Septenſtadiũ. Cibotus. Necropolis. Sarapium. Gymnaſium Alexandrinum. Panium. Hippodromus. Nicopolis. Antonius ubi ſuperatus. Cleopatræ mors. Ptolemæorum ſeries. Auletes Cleopatræ pater. Cleopatræ genus & fortuna. Cybioſactes. Archelaus. Auletes. Dion Academicus.

Ptol

Ptolemæus itaq; à Gabinio reductus, Archelaum ac filiam interemit. Sed nõ multo pòst morbo absumptus est, relictis duobus filijs, & totidem filiabus, quarum grandior erat Cleopatra. Alexandrini & puerũ natu grandiorem, & Cleopatram regno præfecerunt. Sed pueri familiares mota seditione Cleopatram ciecerunt, quę postea cum sorore in Syriam secessit. Interea Pompeius magnus ex Phaleopharsalo fugiens, in Casium montem ac Pelusium uenit, ibiq; à regis familiaribus dolo obtruncatus est. Cæsar cum aduentasset, adolescentulum interemit, & Cleopatram ab exilio reuocatam, Aegypti reginam constituit, atq; ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuenem. Post Cæsaris mortem, & res in Philippis gestas, Antonius in Asiam profectus Cleopatram summis honoribus complexus est, ut etiam acciperet in uxorem, & filios ex ea susciperet. Ambo in Actiaco bello fuerunt, ambo fugerunt, ambo postea à Cæsare Augusto sunt euersi, qui furentem Ægyptum composuit, & nunc prouincia est, & tributa maxima pendit, ab hominibus continentibus administrata, qui in eam mittuntur. Qui mittitur regis ordinem gerit, sub eo est iustitiæ † administrator, qui maximam in iudicijs potestatem habet. Item alius quidam qui propriarum † rationum assertor appellatur. Is ea perscrutatur quæ domino carent, & ad Cæsarem recidunt. Hos sequũtur Cæsaris liberti & administratores, quibus maiora & minora negotia committuntur. Sunt etiam tres militum legiones, quarum una circa urbem sedet, alia in reliqua sunt regione, prętер has nouem cohortes Romanorum, tres in urbe, tres in finibus Æthiopiæ præsidio circa Syenem collocatæ, & reliquæ tres in cætera regione. Sunt etiam tres equitum turmæ per loca opportuna eodem modo dispositæ, ex indigenis magistratibus. In urbe est sacrorũ † interpres qui purpuram induit, & patrios honores habet, & ea curat quæ urbi sunt necessaria. Item commentariorum † scriba, & qui † iudicibus præest. Quartus est prętor nocturnus. Hi magistratus etiam tempore regum erant, sed cum reges male uiuerent, & ipsi minus ualebant, & urbis opportunitas propter iniquitatem obscurabatur. Vnde Polybius qui in ea urbe fuit, eum statum qui tunc erat, uidetur fastidire, dicens, tria hominum genera urbem habitare, Aegyptium, & indigenam nationem acrem, atq; ciuilem, & stipatores mercede conductos, multos sanè ac dissolutos. Ex antiqua enim consuetudine peregrinos milites alebant, & propter regum ignauiam potius imperare quàm seruire edocti erant. Tertium genus erat Alexãdrinorum, nec id ualde ciuile, propter easdem causas, melius tamen quàm illi. Nam quanquam permixti homines essent, ab antiquo tamen Græci erant, & communis Græcorum consuetudinis haud immemores. Sed hæc multitudo etiam ab Euergeta Physcone deleta est, quo regnante Polybius Alexandriam profectus est. Nam Physco persæpe mota seditione multitudinem militibus obiecit atq; consumpsit. Cum itaq; talia essent in ea urbe, ait, reuera reliquum esse, quod à poẽta dicitur,

ἄγυιαῖον δ' ἰφθίμοι δολιχὴν ἀεγαλίζω τε.

Durum iter ac longum Aegypti perducit ad oras.

Talis etiam erat si non peior, posteriorũ regum status, at Romani multa pro uiribus emendarunt, urbe (ut dictũ est) composita, & quibusdã pro imperatoribus & monarchis & ethnarchis per regionẽ cõstitutis, quibus tamen haud magna negotia permittebãtur. Vrbis opportunitas proxima est. Nam hic solus locus ex tota Aegypto ad utraq; idoneus est, & ad res maritimas, propter portus cõmoditatẽ,

Pompeij mors.

Aegyptus prouincia.

*διοικητής. *ἴδιος λόγος.

Copiæ militares Alexãdriæ

*Ἐξηγητής. *ὑπομνηματογράφος. *ἀρχιδικαστής.

Polybius.

Physco.

Auletæ tributa. Aegypti tributa

& ad terrestres, quia omnia facilíter in hunc locum flumine deferuntur, ubi maximum totius orbis emporium est. Atque urbis quidem uirtutes hæ sunt. Ægypti prouentum Cicero in quadam oratione explicat, dicens: Auletæ patri Cleopatræ quotannis duodenûm millium, & quingenûm talentorum tributum afferri solitum. Quare cum is, qui pessime ac segnissime regnū administrabat, tantos reditus haberet, qualia putanda sunt præsentia, quæ cum tanta diligentia à Romanis administrantur, Indicis, Troglodyticisq; emporijs adeo adauctis. Nam superiore quidem tempore, ne uiginti quidem nauigia in Arabicum sinū transire audebant, ut extra angustias caput exererent, nunc maximæ classes usq; in Indiam & extrema Æthiopiæ transmittunt. Vnde pretiosæ merces in Aegyptum aduehuntur, ac rursum ex Aegypto in alia emittuntur loca, quare dupla uectigalia exiguntur. Altera quidē rerum quæ importantur, altera earū quæ exportantur, ac pretiosarū quidem mercium pretiosa sunt uectigalia. Nam solum hic talia uendūtur ac recipiuntur, & cætera loca ex Alexandria copiam petunt, quæ profecto opportunitas facile uideri potest, si quis regionem peragret, ac primo maritimā oram à Catabathmo incipiens. nam eò usq; Aegyptus pertendit. Deinceps est Cyrenaica & Marmaridæ, qui Barbari circumhabitant. A Catabathmo Parætonium usq; recta nauigatione est cursus stadiorū noningentorū. Parætonium ciuitas est, & portus ingens, XL. ferè stadiorū. Hanc alij Parætonium, alij Ammoniam uocant. In intermedio spatio est Aegyptiorum uicus, & Nesisphyra promontorium, & Tyndarij scopuli, qui sunt quatuor paruæ insulæ, quæ portū habent. Postea est Drepanum promontorium, & insula Enisispia cum portu, post uicus Apis, à quo Parætonium usq; sunt stadia C. usq; ad Ammonem V. dierum iter. à Parætonio circiter mille & CCC. stadia. Inter hæc primo est Leucogium promontorium, quod Alba acta nominatur, postea Phœnicûs portus, & Pnigeus uicus, deinde Sidonia insula, quæ portum habet. Deinde Antiphræ non procul à mari. Tota hæc regio nequaquam uini ferax est, cum Ceramus potius mare recipiat quàm uinum, quod Lybicum appellant, quo plerique Alexandrini ad pondus utuntur, unde plurimum Antiphræ carpuntur. Deinde est portus Deris appellatus propter petram quandam proximam collo persimilem. Vocatur etiam Zephyrium locus quidam propinquus, postea est alius portus nomine Leucaspis, & alij complures, deinde Cynosse ma, deinde Taposiris, non tamen ad mare, quo in loco festa maxima celebrantur. Item alia Taposiris satis ultra urbem. Propter eam locus quidā est petrosus ad mare, qui quouis anni tempore multam iuuentutem habet festis indulgentem, postea est Plinthina, & Niciæ uicus, & Cherronesus castellum Alexandriç, & Necropoli proximus, ad stadia LXX. Lacus autem Maria, qui hucusque pertendit, latitudinem habet supra C. & L. stadia, longitudinem citra CCC. Habet etiam insulas octo, & loca circunstantia omnia bene habitata. In his locis maxima uini copia est, ut etiam Maræoticum uinum ad uetustatem perduret. In Aegypti lacubus ac paludibus biblus nascitur, & Aegyptiaca faba ex qua cyborium fit. Eius uirgæ altitudine ferè æquales, ac decem pedes sunt. Biblus nuda uirga est, lanuginem quandam in summo habens. Faba in multis partibus & folia & frondes emittit, & fructum fabæ nostræ persimilem, magnitudine solum & gustu differentem, quare fabeta iucundum quendam aspectum ac delectationem præbent. Oblectantur autem mirum in modum in scaphis thalamiferis, densissima fabeta subeuntes, &

eorum

Cicerōis locus In qua oratiōe Cicero hoc dixerit, quod Ptolemæus duo decies millena & quingēta talenta ex Aegypto quotannis percipiebat, nō satis cōstat, ni si in oratione pro Rabirio loco aliquo mutilato, uel in ea oratiōe quæ nō extat, quā pro Gabinio habuit.

Catabathmus.

Cyrenaici.

Marmaridæ.

Parætonium.

Ammonia.

Nesisphyra.

Tyndarij scopuli.

Depranum.

Enisispia.

Apis uicus

Leucogium.

Alba acta.

Phœnicûs por.

Pnigeus.

Sidonia.

Antiphræ.

Deris.

Zephyrium.

Cynossema.

Taposiris.

Plinthina.

Niciæ uicus.

Maria lac.

Maræoticū uinum.

βίβλος.

Aegyptiaca faba.

Cyborium.

Scaphæ thalamiferæ.

eorum foliis inumbrati, quæ adeo magna sunt, ut poculorum & catinorum usum prębeant (habent enim concauitatem quandam ad id idoneam) unde Alexandrinæ officinæ ijs plenæ sunt, & ut uasis utuntur. Agri quoque magnum ex ijs foliis prouentum habent. ac faba quidem talis est. Hoc in loco biblus non multa nascitur. non enim excolitur. In inferioribus uero ipsius Delta partibus permulta est, alia deterior alia melior, Hieratica appellata. Nonnulli prouentum augeri cupientes, Iudaicam industriam huc transtulere, quam illi in palma & maxime in caryotica, atqꝫ balsamo adinuenerunt. Non enim permittũt eam multis in locis nasci, quo fit ut penuriæ pretium imponentes, prouentum quidem augeant, communem uero usum atqꝫ cõmoditatem uiolent. E Canopica porta exeunti ad dextram est fossa quæ lacui iungitur & Canopum fert. Per lacum uero in magnum flumen, & Canopum, Schediam nauigatur, ac primo Eleusina, quæ habitatio Alexandrinæ & Nicopoli proxima est, in ipsa Canopica fossa imposita, quę mansiones habet & secessus quosdam secretos uiris, ac mulieribus suffiri uolentibus idoneos, quoddam Canopicæ luxuriæ initium. Paululum ab Eleusine procedenti, ad dextram est fossa quæ Schediam deducit. Schedia quatuor schœnis distat ab Alexandria, quæ habitatio urbi similis est, & nauale habet thalamiferorum nauigiorum, quibus principes in superiorem nauigant regionem. Hic etiam earum rerũ uectigal exigitur, quæ à superiore Alexandriæ parte importantur, & exportantur, cuius gratia & ratis in flumine iuncta est, unde loco nomen inditũ est. Post fossam quæ Schediam et Canopũ ducit est nauigatio, secundũ maritimã oram deducta, quę à Pharo usqꝫ ad Canopicum ostium pertendit. Angustus enim quidã tractus inter pelagus atqꝫ fossam extenditur, in quo est parua Taposiris, post Nicopolim ac Zephyrium, quod promontorium Veneris Arsinoës sacellum habet. Hoc in loco dicunt olim urbem Thonim fuisse, eodem nomine quo rex, qui Menelaum & Helenam hospitio suscepit. Vnde de medicamentis Helenæ sic Poëta inquit,

Fabarũ folia.

Hieratica biblus.

Canopi fossa.

Eleusis.

Schedia.

Taposiris.

Zephyrium.

Thonis.

ἐσθλὰ τὰ οἱ πολύδαμνα πόρεν θῶνος παράκοιτις. *Odyss. Δ.*

Quæ Polydamna dedit, Thonis charissima coniunx.

Canopus centum ac uiginti stadijs distat ab Alexãdria, pedestri itinere uadentibus, dicta de nomine Canopi qui Menelai classem gubernabat, et ibi mortuus est. In ea est Serapidis templũ, & cultu & religione excellens, ut etiam doctissimi uiri credant, & pro se uel pro alijs insomnia ibi captent. Sunt qui curas cõscribant, quidam uero uirtutes eorum, quæ ibi respondẽtur. Sed ante omnia ingens est eorum turba, qui ad solennia per fossam ex Alexandria descendunt. Nam die ac nocte naiiculis plena est uirorum ac mulierum impudenter canentium ac saltantium cum omni dissolutione, & ijs præterea, qui diuersoria habẽt fossę imposita ad huiusmodi relaxationẽ & celebritatẽ idonea. Post Canopum est Heraclium, quod Herculis templũ habet. Postea est Canopicũ ostium, & ipsius Delta initiũ. Ad dextrã Canopicæ fossæ, Elaitica præfectura à fratre primi Ptolemæi appellata, & non meherculeab heroë, ut quidam uolunt, è quibus est Artemidorus. Post Canopicũ ostiũ est Bolbiticũ. Postea Sebeniticũ, & Phatnicũ, quod magnitudine tertiũ est præter prima duo, quibus Delta terminatur. Nam nec procul à uertice scinditur in parte ipsius Delta interiore. Phatnico uero coniũgitur Mendesium, postea Taniticũ & ultimũ Pelusiacum. Sunt inter hæc alia quædã ostiola ignobiliora, falsa ostiorũ appellatione. habent enim hæc ostia ingressus non tamen aptos magnis nauigijs, sed

Canopus.

Serapis templum.

Insomniorũ capiendorum locus.

Heraclium.

Delta.

Elaitica præfectura.

Artemidori lapsus.

Nili ostia.

Bolbiticum.

Sebeniticum.

Phatnicum.

Mendesium.

Taniticum.

Pelusiacum.

ſcaphis, propterea quod breuia ac paludes loca obtineant, ſed præcipue Canopico oſtio utebantur, tanquam emporio, & cluſis Alexandriæ portubus, ut antè dictũ eſt. Poſt Bolbiticum oſtium, arenoſum quoddam, & humile promontorium ualde expoſitũ eſt, quod Agni cornu appellatur. Poſtea eſt Perſei ſpecula, & Mileſiorum murus. Nam Mileſij per Cyaxaris tempora, qui Medorum rex fuit, xxx. nauibus contra Pſammitichum nauigantes, in Bolbiticum oſtium tenuerunt. Poſtea egreſſi dictum opus condiderunt. Tempore pòſt in Saiticam præfecturam nauigantes, Inaris nauali prælio ſuperatis, Naucratim urbem non multo ſupra Schediam poſuerunt. Poſt Mileſiorum opus in Sebeniticum oſtium procedenti ſunt lacus, quorũ alter Buticus, à Buto urbe nominatur. Item Sebenitica ciuitas & Sais, inferioris regionis metropolis. In hac Mineruam colunt, in cuius templo Pſammitichi ſepultura eſt. Circa Butum Hermopolis eſt. In inſula Buti eſt Latonæ oraculum. In mediterranea ſupra Sebeniticum, & Phatnicum oſtium, eſt Xois inſula, & ciuitas in Sebenitica præfectura, & Hermopolis & Mendes, ubi Pan colitur, & hircus animal, & (ut Pindarus ait) hoc in loco hirci cum mulieribus coëunt, ut Mendeta, proximum mari præcipitium,

Agni cornu. *Perſei ſpecula* *Mileſiorũ murus.* *Cyaxaris.* *Naucratis.* *Buticus lacus.* *Butus opp.* *Sebenitica ciuitas.* *Sais.* *Pſammitichi ſepulch.* *Hermopolis.* *Latonæ oraculum.*

Pindarus. μεγίστη παρὰ πρημνὸν θαλάσσης ἔχεται νέιλου κέρας
Xois. *Mendes.* αἰγίβατοι ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγονται.

Pan. Vltimum q̃ Nili cornu, caprarum paſcuntur greges,
Hirci cum mulieribus coëuntes. Et laſciui mulieribus admiſcentur hirci.

Prope Mendetem eſt Dioſpolis, & lacus ei proximi, & Leontopolis. Vlterius in Buſiritica præfectura eſt Buſiris ciuitas, & Cynoſpolis. Author eſt Eratoſthenes, cõmunem Barbaris omnibus conſuetudinem eſſe, ut hoſpites pellant, Aegyptios uero accuſari, propter ea quæ in fabulis de Buſiride, & Buſiritica præfectura dicta ſunt, uolentibus poſteris loci huius inhoſpitalitatem calumniari, cum mediusfidius nullus Buſiris, nec rex fuerit, nec tyrannus. Illud quoque uulgatum eſſe,

Dioſpolis. *Leontopolis.* *Buſiris.* *Cynoſpolis.*

Odyſſ. δ. ἄιγυπτον δ' ἐς ναῦσι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε.
Durum iter ac longum Aegypti perducit ad oras.

Atq; illud permultum ad hoc facit, quod locus eſt importuoſus, & quanquam portum habeat, is tamen qui Pharo proximus eſt, nequaquam patet, ſed à bubulcis cuſtoditur, hominibus prædatorijs, qui applicantes quouſq; adoriantur. Carthaginenſes uero demergũt peregrinos, qui in Sardiniam, uel Herculis columnas adnauigant, & propterea pleraq; occidentalium non creduntur, & per ſe putant id iter ſuis eſſe difficillimũ. Poſtea ſequitur Athribitica præfectura, & Athribes ciuitas. Item Aproſopitica præfectura, in qua eſt Veneris ciuitas. Supra Mendeſium, ac Taniticum oſtium eſtingens lacus & Mendeſia prefectura, & Leontopolitana, & Veneris ciuitas, & Pharbetica prefectura. Poſtea Taniticum oſtium, quod nonnulli Saiticum uocant, & Tanis maxima in eo ciuitas. Inter Taniticum Peluſiacum q̃ oſtium ſunt lacus & maximæ & cõtinuæ paludes, in quibus crebri ſunt uici. Peluſium quoque circuncirca paludes habet, quas nonnulli Bathra uocant. Atque etiam loca cœnoſa habitantur ad mare, ad ſtadia ſupra xx. muri ambitum habet ſtadiorum xx. à luto ac cœno dictum eſt. Ex hac parte Ægyptus difficilem ingreſſum habet. Ex orientalibus partibus Phœnicia, ac Iudæa. Item ex Arabia Nabatæa quæ continua eſt, aditus in Ægyptum patet. Arabia inter Nilum iacet, &

Achribitica præfect. *Athribes.* *Aproſopitica præfect.* *Leontopolitana præfectura* *Veneris ciuitas.* *Pharbetica præfect.* *Tanis opp.* *Bathra.* *Peluſium unde dictum.* *Aegypti aditus.*

& Arabicum ſinum, & in extremis eius partibus ſitum eſt Peluſium, uerum tota deſerta eſt & exercitui inuia. Iſthmus qui inter Peluſiũ eſt, atq; receſſum, qui ad Heroum urbem pertendit, noningentorũ eſt ſtadiorũ, ut uero Poſidonius putat, ad mille & quingenta nõ peruenit, & ad id quòd ſiccus eſt & arenoſus multos ſerpentes habet, qui latitant in arena. Ex Schedia Memphim nauigãti ad dextrã ſunt uici ni plurimi uſq; in lacũ Mariã, è quibus eſt, is qui Chabrię uicus appellatur. Ad flu men eſt Hermopolis, deinde Gynæcopolis & Gynæcopolitana præfectura, dein= ceps Momemphis & Momemphitica præfectura. Inter hæc ſunt foſſæ plurimæ, in Marę otim emittentes. Momemphitæ Venerem colũt, & ſacram uaccam alunt, quemadmodũ Memphitę Apim, & Heliopolitani Mneuim. Ii enim dij apud eos putantur, alij uero apud alios. Nam multi, & in Delta & extra Delta, alij marem, alij fœminã bouem alunt, qui tamen nõ putantur dei, ſed ſacri. Vltra Momẽphim ſunt nitrariæ duæ, quæ nitrũ plurimũ ferunt, unde Nitriotica prę fectura eſt. Hic Serapis colitur, & apud hos ſolũ in Ægypto ouis mactatur, non procul hinc eſt ci= uitas nomine Menelaus. Ad ſiniſtrã uero in ipſo Delta flumen eſt Naucratis, duo bus ſchœnis à flumine diſtat Sais, & paulò ſupra eam eſt Oſiridis aſylum, in quo Oſirim iacere arbitrantur, quanquã multi de hoc ambigũt, ij præſertim qui ſupra Syenen & Elephantinã habitant. Fabulantur enim Iſim multis in locis ſub terrã Oſiridis alueolũ poſuiſſe, ſed unus tamen Oſirim habebat, quẽ uero ſciebat, id fe= cit latere uolens Typhonem, ne ueniens corpus ex ſepulchro erueret. Atq; ab Ale= xandria quidẽ ad ipſius Delta uerticẽ hęc peragratio eſt. Artemidorus dicit octo ac uiginti ſchœnorũ adnauigationẽ eſſe, id eſt octoginta & quadraginta ſtadia, trice= nũm ſtadiorũ ſchœnum faciens. Nobis autẽ nauigantibus alia atq; alia ſchœno= rum menſura diſtantias reddiderũt, ut quibuſdã in locis quadragenũm ſtadiorũ ſchœnũ, ac pluriũ eſſe cõcederent. Quod autẽ etiam apud Ægyptios incõſtans ſit ſchœnorũ menſura, ipſe Artemidorus deinceps declarat. à Memphi enim uſq; in Thebaidem ſchœnos ſingulos facit C. ac XX. ſtadiorũ, à Thebaide uſq; in Syenen LX. A Peluſio ad eundẽ uerticem nauigãtibus ſchœnos V. ac XX. dicit ſtadia ſeptin genta & L. eadem menſura uſus. Dicit inſuper eam eſſe primã foſſam à Peluſio pro cedenti, quæ lacus eos implet qui ad paludes uocãtur. Atq; ij quidẽ duo ſunt, & ad ſiniſtram magni fluminis iacent. Supra Peluſiũ in Arabia dicit eſſe alios quoſdã la cus, & foſſas in eiſdem partibus extra Delta. Secus alterũ lacum eſt præfectura Se= threitica, quæ una ex X. numeratur, quę in Delta ſunt. In hos lacus aliæ duæ foſſæ conueniunt. Eſt alia quæ in Rubrũ mare & Arabicum ſinum emittit, & in urbem Arſinoën, quã nonnulli Cleopatridem uocant, atq; per eos lacus fluit, qui Amari uocantur, qui quidẽ prius amari erant, ſed facta foſſa & admixto flumine ſunt im= mutati. Ac nunc quidẽ amœni ſunt, & aquatilibus uolucribus pleni. Foſſa primũ à Seſoſtri inciſa eſt, ante res Troianas, nonnulli eam à Pſammitticho puero, morte intercipiente, ſolũ inchoatam putant. Poſtea à Dario primo eius rei ſucceſſore, fal= ſa opinione perſuaſo, penè perfectũ opus derelictum eſſe. Perſuaſus eſt enim Ru= brum mare Ægypto ſublimius, unde ſi intermedius iſthmus incideretur, Aegy= ptum à mari obrutum iri. Ptolemaici quidem reges eum incidentes, euripum clau ſum fecerunt, ut cum uellent in exterius mare nauigarẽt, ac rurſum ſine periculo re= uerterentur. De aquarũ autem effuſione in ſuperioribus cõmentarijs dictum eſt. Arſinoë proxima eſt Heroum ciuitas, & Cleopatris in Arabici ſinus receſſu qui

Chabria.
Hermopolis.
Gynæcopolis.
Momemphis.
Vacca ſacra.
Memphitæ.
Apis.
Heliopolitani.
Mneuis.
Ægyptiorum dij.
Nitrariæ.
Serapis.
Menelaus opp.
Naucratis flu.
Sais.
Oſiridis aſylũ.
Iſis.
Schœnorũ di= uerſitas.
Sethreitica præfectura.
Arſinoë opp.
Cleopatris.
Amari lacus.
Pſammitichus
Darius.
Rubrũ mare.
Iſthmus Aegy ptiacus.
Heroũ ciuitas.

Cleopatris. est Aegyptum uersus, item portus & habitationes, & fossæ complures, & lacus ijs
Phagroriopolis. uicini. Hoc in loco est Phagroriopolitana præfectura, & Phagroriopolis ciuitas,
Phacusa. fossæ autem in mare Rubrum emittentis initium est, à uico Phacusa, cui cõtinuus
Philonis uicus est Philonis uicus. Fossa latitudinem habet cubitorum c. profundum quantum
nauigio satis sit x. millia ferenti. Hæc loca ipsius Delta uertici proxima sunt. Ibi est
Bubastus ciuitas, & Bubastica præfectura, supra quã est regio Heliopolitana, ubi
Bubastus. Heliopolis. Solis ciuitas est in aggere ingenti posita, quæ Solis templum habet, & Mneuim bo
Solis ciuitas. Mneuis bos. uem, qui in septo quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro deo habetur, quem-
admodum & Apis Memphitis. Ante aggerem lacus iacent, in quos propinquæ
fossæ refunduntur. Nunc omnino urbs deserta est. In ea est peruetustum templũ,
Cambysis incendia & sacrilegia. Templum Heliopolitanum. Aegyptio more structum, quod multis indicijs Cambysis insaniam, ac sacrilegiũ
ostentat. Cambyses enim templa partim igni, partim ferro deuastabat, mutilans,
excindens, amburens, quemadmodum & obeliscos, quorum duo Romam delati
Diospolis. sunt, non omnino deleti. Alij adhuc ibi & Thebis sunt, quæ nunc Diospolis no-
minatur, alij stantes aciem igni exesi, alij iacentes. Templorũ fabrica sic se habet: In
ingressu fani est pauimentum, latitudine quidem iugeri, aut paulò minus, longitu-
Anubis dromus. dine uero tripla quadrupláue, & quibusdam in locis etiam magis, atq; hoc qui-
dem dromus dicitur, ut Callimachus inquit,

Callimach. ὁ δρόμος ἱερὸς οὗτος ἀνούβιδος.

Dromus hic sacer est Anubidis.

Per totam longitudinem protinus ex utraque latitudinis parte sunt positæ lapi
deæ sphinges, uigenis cubitis, uel paulò pluribus inter se distantes, & alter sphingũ
ordo est à dextra, alter à sinistra. Post sphinges est uestibulum ingens, procedenti ulterius aliud uestibulum, postea aliud, & neque uestibulorum, neq; sphingum
diffinitus est numerus. In alijs uero templis alia, quemadmodum longitudines, &
latitudines dromorũ. Post uestibula est templum quod ingens protemplũ habet,
ac memoratu dignum, & septum cõmensuratum, simulacrum uero nullũ, aut non
in hominis formam, sed bruti alicuius. Ex utraque parte protempli præiacent eæ,
quæ pinnæ appellantur. Ii sunt duo parietes, æque alti atq; templum, in initio inter
se distantes paulò plus, quàm sit lata templi crepido. Postea in anteriorem partem
procedunt ad inclinantes lineas, usq; ad L. aut LX. cubitos. Hi parietes ingentium
simulacrorum sculpturas habent, Hetruscis & antiquis Græciæ operibus persimi
lium. Est etiam domus quædam multis columnis structa, sicuti Memphi, Barbari
ca fabrica. Nam præterquàm quòd columnæ multæ sunt, & ingentes, & multipli-
ci ordine constitutæ, nihil pictum aut elegans habet, sed potius uanum quendam
Sacerdotes Heliopolitani. laborem præ se fert. Heliopoli domos amplas uidimus, in quibus sacerdotes habi-
tabant. Immo dicunt hanc olim sacerdotum habitationem fuisse, hominum philo
sophiæ, & astronomiæ deditorum. Nunc is ordo ac studium defecit, nec quisquã
nobis tali exercitio præesse ostendebatur, sed homines tantum qui sacrificia cura-
rent, atq; ritus eos peregrinis cõmonstrarent. Secutus uero est Æmilium Gallũ du
Chæremon. cem ex Alexandria nauigantem in Aegyptum quidam nomine Chæremon, qui
eiusmodi scientiam tenere se simulabat, sed ut ignarus & ostentator, plurimum de-
Eudoxi habit. Platonis domicilij in Aegypto. ridebatur. Ostentabantur itaq; ibi sacerdotum domicilia & loca, ubi Eudoxus &
Plato habitauerant. Nam Eudoxus cum Platone eò profectus est, & ambo cum
sacerdotibus annos tredecim sunt uersati, ut quidam uolunt. Nam cum sacerdotes

illi

illi & in rerum cælestium scientia præstarent, essentque mystici & incommunicabiles, tamen & tempore & obsequio exorati, nonnulla præcepta commonstrarunt. plurima enim Barbari occultabant. Ii excurrentes diei ac noctis particulas CCC. & LXV. diebus in anni complementum tradiderunt. Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum & alia permulta, quousque iuniores Astrologi ab ijs ea acceperunt, qui sacerdotum monumenta in Græcã linguam transtulerunt, & adhuc tum ab illis tum à Chaldæis accipiunt. Hinc iam Nilus supra Delta est, cuius dextra sursum uersus nauigando, Libyam uocãt, quemadmodum ea quæ Alexãdriæ & Maræotidi proxima sunt, sinistra uero, Arabiam, quare Heliopolis in Arabia est. In Libya uero Cercesura ciuitas, ad Eudoxi speculas sita. Nam ante Heliopolim specula quædam ostenditur, quemadmodum & ante Gnidum, ad quam ille cælestium motus adnotabat, atq; præfectura hæc Latopolitana nominatur. Vlterius adnauiganti est Babylon castellũ natura munitum, à Babyloniis quibusdam conditum, qui huc secedentes hoc in loco habitationem à regibus impetrarunt. Nunc in ea collocata est una ex tribus legionibus, quæ Ægyptũ custodiunt. Ab hoc loco usq; ad Nilum, iugum quoddã descendit, per quod aqua rotis, & cochlijs à flumine trahitur C. & L. hominibus captiuis continue operantibus. Hinc Pyramides, quæ apud Memphim sunt, in ulteriore regione manifeste apparent, quæ quidem propinquę sunt. Propinqua est etiam Memphis Ægyptiorum regia. tribus enim schœnis distat à Delta. Ea Apidis templum habet, qui idem est, quod Osiris. Ibi bos Apis in septo quodã alitur, et ut diximus apud eos pro deo habetur, albus frontẽ, & quasdam paruas corporis partes, cętera uero niger, quibus signis iudicant qui sit ad successionem idoneus, alio uita functo. Anteid septum aula quædam iacet, in qua est aliud septum matris eius. In hanc aulam nonnunquàm Apis emittitur, pręsertim ut peregrinis ostendatur. Videtur enim per fenestram quandam in septo & extra etiam si uelint. Vbi uero paululum lasciuierit, rursum in propriam mansionem recipitur. Apidis templum Vulcanio adiacet, ædis ac cæterarum rerum magnitudine sumptuose structo. In fronte Dromi Colossus iacet, ex integro lapide. In hoc Dromo taurorum certamina fieri solent, inter se pugnantium, quos nonnulli dedita opera ad hoc ipsum alunt, quemadmodum nonnulli equos. Nam diuisi inter se pugnam committunt, qui uictor iudicatur, præmium habet. Memphi est Veneris phanum, quæ Græca dea censetur, quidam Lunæ id dicunt. Est etiam Serapium, in loco ualde arenoso, adeo ut arenę cumuli à uentis exaggerentur. In ijs sphinges erant, quarum aliæ usque ad caput obrutæ uidebantur, aliæ ex dimidio apparebant, quibus ex rebus periculum consyderari potest, si ad templũ eunti turbo incidisset. Vrbs magna est, & populosa, & secunda post Alexandriam, mixtis hominibus referta, qui eò commigrarunt. Iacent lacus in fronte urbis, & regiarum, quæ nunc dirutæ sunt & desertæ. Sitæ erant in loco edito, & usque ad inferiorem urbis partem descendebant, ubi lacus & lucus iungebatur. XL. stadijs ab urbe progredienti est montanum quoddam superciliũ, in quo stant multæ Pyramides regum sepulturæ. Earũ tres eximiæ sunt, sed duæ inter septem orbis spectacula adnumerantur. Singula altitudine stadij, figura quadrata, altitudinẽ habentes paulo maiorẽ quolibet latere, et paulo altera maior. In media ferè laterum altitudine, ingens lapis extat, in quo cochlius est obliquus usque ad sepulturam. Atq; eæ inter se proximę in eodem sunt plano. Vlterius in ma-

Anni digestio.

Sacerdotũ monumenta.

Translata à Barbaris in Græcã linguã.

Libya.

Arabia.

Heliopolis.

Cercesura.

Latopolitana præfect.

Babylon.

Pyramides Memphiticæ.

Memphis.

Apis bos.

Taurorum certamina.

Venus Græca dea.

Pyramides orbis spectacula

iore montis altitudine est tertia multo primis duabus minor, maiore tamen impensa structa. Nam ab ipsis ferè fundamentis usq; ad medium constat ex nigro lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Æthiopię montibus delato, qui cum et durus sit, & operatu difficilis, reddidit opus sumptuosum. Hęc dicitur meretricis sepultura, ab amantibus effecta. Eam mulierem Sappho carminum poëtria Doricham uocat, & fratris sui Charaxi amicam, cum Lesbium uinum negotiator Naucratim comportaret. Alij eam Rhodopem nominant, atque fabulam quandam narrant, quod ea dum lauaretur, aquila alterum ex calceis è manu ancillæ correptum Memphim deportarit, & in sublime supra regis uerticem iura dantis elata, calceū in illius gremium demiserit, & quod ille calcei concinnitate & rei miraculo permotus, per totam regionem misit ad eam inquirendam, quæ huiusmodi calceum ferret, & quod ea in urbe Naucraticarum inuenta, atque adducta, & regis uxor fuerit, post mortem uero hanc sepulturam habuerit. Sed unum ex miraculis à nobis in Pyramidibus uisum haud quaquàm prætereundum est. Acerui quidam ex tritura lapidum, ante Pyramides iacent, in quibus lapilli & forma, & magnitudine lentis inueniuntur, quidam ut hordei grana, quæ semi expoliata excurrunt. Dicunt reliquias ciborū qui operantibus supererant in lapidem induratas, quod quidem satis uidetur ueri simile. Nam & apud nos collis quidā est oblongus, in campo situs, qui tofi calculis in modum lentis plenus est. Maritimi quoq; & fluuiales calculi eandem ferè ambiguitatem præstant, sed ij propter motum, qui in aqua fit, rationem aliquam habent in illis uero consyderatio dubia est. Dictum est quod circa loca, ubi lapides effodiuntur, ex quibus Pyramides factæ sunt, mons quidam est nomine Troicus satis petrosus, & speluncæ sub eo, & uicus ijs & flumini proximus nomine Troia, antiqua Troianorū habitatio, eorum, qui captiui Menelaum secuti sunt, & ibi remansere. Post Memphim est Acanthus ciuitas in Libya, & Osiridis, & Acanthi Thebaici lucus, ex qua gummi fit. Postea est Aphroditopolitana præfectura & ciuitas eodem nomine in Arabia, in qua bos alba sacra alitur. Postea Heracleotica præfectura in insula magna, iuxta quam ad dextram in Libyam, ad Arsinoiticam præfecturam fossa est, ut & duo ora habeat, cum pars quædam insulæ intercidat, atque præfectura hæc cæteras omnes, & aspectu, & uirtute, & ædificijs antecellit. Sola enim & oleis & perfectis & fructiferis arboribus consita est. Ac si quis bene excolat etiam oleum optimum gignit. Id enim negligentes, & si multum, odorem tamen malum habent. Ægyptus reliqua oleo caret exceptis hortis, qui circa Alexandriam sunt, qui oleas quidem ferre possunt, oleum uero minime. At uini non parum fert, frumentum quoq; legumina, & alia semina abundanter. Habet etiam lacum admirabilem, Muridos appellatum, pelagi magnitudine, & marino colore, unde & litora uidere est maris litoribus persimilia, ut idem de hoc loco atque ijs qui sunt circa Ammonem existimari possit. Nam nec multum inter se distant, nec à Parætonio, &, ut ex multis deprehendi coniecturis potest, templum illud prius in litore stabat, atq; hæc loca prius ad mare erant. Inferior uero Ægyptus & quę usq; ad Sirboniticum lacum tendunt, pelagus obtinebat, coniunctum fortasse cum mari Rubro, quod Heroum urbi & Elanitico recessui proximum est. Sed de his in primo geographiæ uolumine pluribus dictum est. Nunc illud paululum commonefaciemus, naturæ simul atque prouidentiæ opus in unum conferentes. Naturæ quidem, quia rerum omnium ad unum uergentiū, quod uniuersi mediū est,

Meretricis sepultura insignis.
Sappho poëtria.
Doricha meretrix.
Charaxus.
Rhodope.
Ciborum reliquiæ in lapides induratæ.
Troicus mons.
Troia uicus.
Acanthus op.
Aphroditopolitana præfect.
Vacca sacra.
Heracleotica præfect.
Arsinoitica præfect.
Aegyptus oleo caret.
Muridis lacus.
Naturæ opus.
Prouidentiæ opificium.

est, & quod circa id positum est, medium atque densissimum est terra, quod minus hoc habet, aqua est, atque utrunq; sphæricum, sed altera quidem solida, altera concaua inter sese terram complectens. Prouidentiæ uero quia cum ea uariatrix quædam sit, & plurimorum operum conditrix, in primis animalia creauit, quæ longe cæteris præstarent, atque horum præstantissima deos atque homines, quorum gratia cætera sunt constituta. Dijs itaque cælum, hominibus uero terram incolendam dedit, quæ duo mundi extrema sunt. nam sphæræ extrema sunt medium ipsum, & id quod extimum est. Sed quoniam aqua terram circundat, homo non est aquatile animal, sed terrestre, & aërem, & cum multis lumen commune habet. Fecit enim multas in terra eminẽtias, ac recessus, ut in his tota aqua, uel maxima eius pars contineretur & terram sub se occultaret, in illis uero terra extaret, atque ab aqua detegeretur, nisi quantum hominum generi cæterisq; animalibus, ac stirpibus necessarium uidebatur. Sed quoniam omnia continue mouentur & transmutantur (aliter enim talia ac tanta recte administrari non possent) existimandum est, nec terram semper ita permanere, ut semper tanta sit, nec quicquã sibi addatur aut adimatur, sed nec aquam, nec eandem sedem semper ab ipsis obtineri, præsertim cum transmutatio eis cognata sit, & naturalis. Quinimo terræ multum in aquam conuertitur, & aquæ multum in terram transmutatur. Et quemadmodum in terra hæ differentiæ inueniuntur, ut alia est fragilis, alia solida, & petrosa, & ferrea, & sic deinceps, eodem modo in humida essentia. nam alia est salsa, alia dulcis & poculenta, alia salubris & medicamuim habet, alia perniciosa, & frigida, & calida. Quare minime mirandum est, si quas terræ partes, quæ nunc habitantur, olim mare occupabat, & quæ nunc pelagus sunt, prius habitabantur, quemadmodum de fontibus, alios deficere contingit, alios relaxari, item & flumina, & lacus, sic montes & campos par est inuicem commutari, de quibus & si in superioribus dictum est, nunc tamen multa dicenda uidebantur. Muridis itaque lacus in Nili incrementis ad excipiendam inundationem satis est, ita ut in sata, & habitationes non exundet, postea decrescente Nilo, abundantem in eo aquam eidem fossæ reddit, reliquam uero aquam ex utroque ore utilem habet ad irrigationes, & ipse & fossa, atque hæc quidem naturalia sunt. Vtrisque autem fossæ ostijs clausira imposita sunt, quibus architecti, & influentem & effluentem aquam conseruant. Post hæc est labyrinthi fabrica, opus haud impar Pyramidibus, & adiacens regis sepultura eius, qui labyrinthum constructit. Locus autem in primo fossæ ingressu ad xxx. quadragintáue stadia procedenti, est planities quędam edita, quę uicum habet, & multorum regum regiam, quot prius præfecturæ erant. Nam totidem aulæ sunt, cum circuncolumnijs inuicem continuę, quę omnes uno ordine, & uno pariete tanquã paruo quodam muro, prędiacentes aulas habent. Vię uero quę ad eas tendunt ex aduerso sunt ipsius muri, ante ingressus cryptæ quædam multæ ac longæ, quæ inter se uias flexuosas habent, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam possit, nec egredi sine duce. Et quod admirandum sit, cuiusq; domus tabulata, ac etiam cryptarũ latitudines, ex lapideis pluteis integris, & magnitudine excellentibus confectæ sunt, nulla usquàm nec ligni, nec alius materiæ admixtione. Ac si quis in tabulatũ ascendat, quod non admodũ altum est, utpote unum, uidere potest lapideum campum, eiusmodi lapidibus instratũ. Hinc iam in aulas egressus, uidebit deinceps eas xx. et vii. ordine positas, & ab integris columnis sustentatas, parietes quoq; ipsos ex la-

Terra. *Aqua.*

Dij animalia.

Terra non semper eadem.

Aqua mutatur in terram.

Montes & cãpos cõmutari.

Muridis lacus.

Labyrinthus.

pidibus non minoribus cõpositos. In fine huius ædificij quod plus stadio occupat est sepultura quædam, pyramis quadrata, cuius quodlibet latus quadrijugerũ ferè est, & altitudo par. Sepulti nomẽ est Imandes. Dicunt tot aulas ibi factas esse, quot mos esset omnes præfecturas eò conuenire, atque epulum quoddam sacris uiris ac mulieribus fiebat, sacrificij gratia deo reddendi, & iuris dicendi de rebus maximis, & quæq; præfectura in suam aulam procedebat. Præternauiganti hæc ad c. stadia est ciuitas Arsinoë, quę prius Crocodilorum ciuitas dicebatur. In hac præfectura mirum in modum colitur Crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodã seorsum nutritus, & sacerdotibus mansuetus, & Suchus uocatur. Nutritur autem pane, carne & uino, quę à peregrinis afferuntur ad eiusmodi spectaculum uenientibus. Hospes itaq; uir, inter alios honoratissimus, qui nobis sacra commonstrabat, ad lacum ueniens, placentulam, & carnem assam, & quoddam mulsi uasculum ex cœna attulit. Beluam in ripa lacus inuenimus, ex sacerdotibus alij eius os aperuerunt, alius bellaria imposuit, postea carnem, deinde mulsum iniecit. Ille in lacum exiliens in ulteriorem partem traiecit. Sed cum alius hospes adueniisset, & similiter primitias attulisset, cursu lacum circumeuntes itidem inuento crocodilo, obtulerunt. Post Arsinoiticam Heracleoticámque præfecturam est Herculis ciuitas, in qua colitur Ichneumon, contra quàm faciant Arsinoitæ. Hi enim crocodilos colunt, & propterea fossam habent crocodilis plenam, & Muridis lacum. nam & eos colunt & ab eis abstinent. Arsinoitæ uero Ichneumones, qui crocodilis & aspidibus perniciem inferunt. eas enim & earum oua delent luto incrustati. Inuoluuntur enim in eo postea ad solem siccati, aspides per caput, uel caudam capientes in flumen trahũt atq; occidunt. Crocodilis uero apricantibus insidiantes in oris hiatum intrant, & exesis uisceribus, è uentre mortuorũ egrediũtur. Deinceps est Cynopolitana præfectura, & canum ciuitas in qua Anubis colitur, & honor & sacer quidam cibus canibus est cõstitutus. In ulteriore regione est Oxyrynchus ciuitas, & præfectura eodem nomine. Hic Oxyrynchus colitur, & Oxyrynchi templum est. Enimuero & cæteri Ægyptij omnes oxyrynchum piscem colũt. Nam quædam animalia sunt, quæ Ægyptij uniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felem, ex uolatilibus accipitrem atq; ibim, ex aquatilibus duo, lepidotũ piscem, & oxyrynchum. Sunt alia quæ quisq; seorsum colit, ut Saitæ & Thebani ouem, Latũ uero qui piscis quidam est in Nilo, Latopolitani, Lupum Lycopolitani, Cynocephalum Hermopolitani, Cepum Babylonij, qui sunt iuxta Memphim. Cepus faciem habet satyro similem, cætera inter canem, atq; ursum in Æthiopia nascitur. Aquilam Thebani, Leonem Leontopolitani, Capram & hircum Mendesij, murem araneum Athribitæ. Item alij aliud. Causas uero afferunt, haud quaquam consentaneas. Deinceps est Hermopolitana custodia, ubi uectigal exigitur earũ rerũ quæ ex Thebaide deferuntur. Hinc sexagenũ stad. schœni incipiunt usq; in Syenem, & Elephantinam. Postea Thebaica custodia, & fossa, quæ Tanim defert, postea Luporum ciuitas, & Veneris Panopolis antiqua habitatio hominũ, qui linum & lapides operantur. Postea Ptolemaica ciuitas omnium maxima quæ in Thebaide sunt & Memphi non minor. Ea Græco more ciuilitatẽ habet. Supra hanc est Abydus, in qua est Memnonis regia mirifice structa, tota ex lapide, quemadmodũ diximus de labyrintho, sed ea non multiplex est. Item fons quidam in profundo positus, in quem per fornices descenditur, in forcipem flexos, ex integris lapidibus, & magnitudine

Imandes.

Arsinoë opp.

Crocodilorum ciuitas.

Crocodili cultus.

Suchus.

Herculis ciuitas.

Ichneumon.

Aspides.

Cynopolis.

Anubis.

Oxyrynchi piscis templum.

Animalia Aegyptijs sacra.

Latus piscis.

Latopolitani.

Cynocephalus

Hermopolitani.

Cepus animal.

Mendesij.

Luporum ciuitas.

Panopolis.

Ptolemais.

Abydus.

Memnonis regia.

tudine,& ſtructura excellentibus. Eſt etiam foſſa,quæ ex magno flumine in hunc locum deducit. Circa foſſam eſt Ægyptiarum acanthorum lucus Apollini ſacer. Abydus olim ciuitas maxima uidetur fuiſſe, ſecunda poſt Thebas, nunc in paruam habitationem redacta eſt, & ſi (ut quidam uolunt) Memnon ab Ægyptijs Iſmandes dicitur,etiam labyrinthus Memnonius erat,& eiuſdē opus cuius Abydenſia & Thebana. Nam & ibi quædam Memnonia dicuntur. Secundum Abydum eſt prima Anaſis ex tribus,quę ſunt in Libya,diſtans itinere dierum VII. Vbi habitatio eſt aquis & uino abundans & cæteris rebus ſatis copioſa. Secunda eſt iuxta Muridis lacum. Tertia eſt Ammonis oraculo proxima. Atq; hæ optimæ habitationes ſunt. Cum multa à nobis de Ammone dicta ſunt,hoc etiam addendum uidetur,quod antiqui & diuinationē & oracula plurimum uenerabātur,nunc earum rerum maxima negligentia eſt. Nam Romanis Sibyllæ reſponſa ſatisfaciūt,& Hetruſca diuinatio per auguria,per exta,& Iouis ſigna. Quapropter Ammonis oraculum,quaſi ex toto deficit, prius in honore maximo habebatur, quod ij in primis declarant,qui Alexandri geſta conſcripſerunt,qui quanquàm adulandi gratia non pauca adiecerunt,indicant tamen quæ credenda ſint. Calliſthenes dicit, Alexandrum ambitione quadam contendiſſe ut ad id oraculum aſcenderet,cum intelligeret Perſeum & Herculem prius eò aſcendiſſe, atq; ex Parætonio digreſſum incumbente auſtro repulſum fuiſſe,cum uero per puluerem erraret, aduentu imbris, & duorum coruorum qui iter commonſtrarunt ſeruatum eſſe. Iam hæc adulatorie dicuntur, ſimilia ſunt quæ ſequuntur,quod ſolū regi ſacerdos permiſerit,ut in templum ingrederetur cum ſtola conſueta,& quod cæteri ueſtem mutarint,& quod omnes extrinſecus oraculum adierint,prę ter Alexandrum qui interius erat,& quod reſponſa non ut apud Delphos,& Branchidas uerbis darentur,ſed magna ex parte nutu,& ſignis,quemadmodum apud Homerum,

Memnonia. Iſmandes.

Anaſes tres.

Ammonis oraculum.

Sibyllæ reſponſa.

Alexander ad Ammonis oraculum.

Coruorum auſpicium.

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. *Iliad.a.*

Annuit,& uultu pater illi clara ſereno Signa dedit.

Præſertim cum antiſtes Iouē affingeret. Hoc profecto nihil aliud eſt,quàm aperte dicere Alexandrum fuiſſe Iouis filium. His Calliſthenes alias quaſdā tragœdias addit,quod cum Apollo Branchidarū oraculū deſeruiſſet, ex quo templū à Branchidis cum Xerxe ſentientibus ſpoliatū eſt,& quod cum fons defeciſſet, tunc uero ortus fuerit,& Mileſiorū legati Memphim profecti, multa reſponſa retulerunt de futura apud Arbela uictoria, de Darij morte, de rebus in Lacedęmonia innouatis, & quod Alexander ex Ioue naſceretur. Quanq; de ea generis nobilitate, ferunt etiā ab Erythræa Athanaide prædictum fuiſſe, quæ Erythręæ antiquæ Sibyllæ ſimilis fuit. Atq; hæc ſunt quę à ſcriptoribus traduntur. Abydæi Oſirim colunt. In Oſiridis templo non licet, nec cantori, nec tibicini, nec pſaltę canere, quemadmodū mos eſt alijs deis. Poſt Abydū eſt parua Dioſpolis, poſtea Tentyra ciuitas. Hic propter cęteros Ægyptios ſupra modum crocodilus dedecoratur,& ex omnibus beluis inimiciſſimus habetur. Nam cęteri quanquàm eius animalis malitiā norint,& humano generi pernicioſum exiſtiment,uenerantur tamen & ab eo abſtinent. Tentyritæ omnibus modis id perueſtigāt,atq; occidunt. Sunt qui dicant quod quemadmodum Pſylli apud Cyrenaicā regionem naturalem quandam uim habent contra ſerpentes, ſic & Tentyritę contra crocodilos,ut nihil ab eis patiantur,ſed intrepide natent & aquam tranēt,alio nemine audente. Cumq; crocodili Romam allati eſſent,

Erythræa Athanais.

Oſiridis tęplū.

Dioſpolis.

Tentyra.

Crocodilus exoſus.

Pſylli.

ut uiderẽtur, Tentyritæ eos ſequebantur, facta eſt illis piſcina quędam, & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi poſſent. Tentyritę adorant, qui eos interdum rete educebãt ad ſolem, ut à ſpectatoribus uiderentur, interdũ in aquam intrantes rurſum eos in piſcinam retrahebant. Colunt autem Venerẽ. Ponè Veneris templum eſt Iſidis fanum, poſtea ſunt ea quę Typhonia uocantur, & foſſa quæ Coptum defert communem & Ægyptiorum & Arabum urbem. Deinceps eſt Iſthmus in Rubrũ mare porrectus, iuxta Berenicen urbem, quę quanquã ſine portu eſt, apta tamen diuerſoria habet. Dicunt Philadelphum primo hanc uiam exercitu aperuiſſe, cum ſicca eſſet, ac manſiones conſtituiſſe, tam pedibus iter agentibus quàm camelis. Idq; effeciſſe, quoniam Rubrum mare difficulter nauigaretur, præſertim ex Arabico receſſu nauigantibus. Enimuero ex experientia utilitas maxima uiſa eſt, atq; nunc totum Indicum, & Arabicum tributum & Æthiopicum, quod Arabico ſinu aduehitur, Coptum defertur, quæ eiuſmodi mercium emporiũ eſt. Non procul à Berenice eſt Muris ſtatio, quæ ciuitas nauale habet. A Copto quoq; non multum abeſt Apollinis ciuitas, quare duæ urbes Iſthmũ terminantes utrinque ſunt, ſed Coptus & Muris ſtatio nunc excellunt. Nam ijs nunc omnes utuntur. Primum camelis uecti per noctem iter agebant, ad aſtra reſpicientes, quemadmodum nautæ, & ita aquam portabant, nunc terra in profundũ effoſſa aquas paruerunt, & è cæleſtibus quãquam rarę ſint, ciſternas fecerunt, hoc eſt VI. VII. ue dierum iter. In hoc iſthmo ſunt ſmaragdi, & aliorum quorundam pertioſorum lapidum metalla, ubi Arabes profundos quoſdam meatus effodiunt. Poſt Apollinis urbem ſunt Thebæ, quæ nunc Dioſpolis uocatur, ut

Typhonia.
Coptus.
Muris ſtatio.
Apollinis urbs
Thebæ Aegyptiæ.
Dioſpolis.

ἄιθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι διηκόσιοι δ' ἀνὰ ἕκαστη
ἀνέρες ὀβριμόθυμοι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.

Iliad. 1.

Quis centum portæ portarum quanq; ducenti
Sublimis in equis homines, & curribus errant.

Sic enim Homerus inquit. Addit etiam diuitias, ut

οὐδ' ὅσα θήβης
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται.

Odyſſ. δ.

Nec quot diuitias Ægyptia Theba recondit.

Sunt & alij qui eadem dicant, hanc Ægypti metropolim ponentes, nunc quoque nõnulla eius ueſtigia ſeruantur, quę magnitudinẽ declarãt, longitudinẽ quidẽ LXXX. ferè ſtadiorũ. Sunt in ea templa quàm plurima, magna ex parte à Cambyſe mutilata, nunc uicatim habitatur, ac pars quædam in Arabia ubi ciuitas eſt, pars etiam in ulteriore, ubi Memnoniũ. Hic cum duo coloſsi ſint, ex integris lapidibus inter ſe propinqui, alter quidem ſeruatur, alterius uero ſuperiores à ſede partes coruerunt, facto (ut fama eſt) terræmotu, creditur etiam ſemel in die ſonitũ quendam ictu haud magno effici à parte, quæ in ſede ac baſi eſt. Atque cum ego ibi cum Ælio Gallo adeſſem, & cum reliqua multitudine amicorũ, ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam ſonitum audiui, ſiue à baſi, ſiue à coloſſo, ſiue à circunſtantibus de induſtria factum. Id enim haud quaquàm affirmarim, cum propter incertam cauſam, omnia magis ſubeant, ut credam, quàm ex lapidibus ſic cõpoſitis crepitũ edi. Supra Memnoniũ ſunt regũ ſepulturę in ſpeluncis quibuſdã in lapidẽ excíſę, circiter XL. mirum in modum ſtructę, quę aſpectum quendam pulcherrimum prębeant. Thebis quoq; in obeliſcis quibuſdam literæ ſunt, quę regum illorum diuitias

Memnonium.
Sonitus coloſſi Memnonij.

uitias,ac potentiã declarãt,atq; imperiũ usq; in Scythiam,& Bactrianã & Indiam & quæ nunc Ionia dicitur,propagatum. Item tributorum magnitudinẽ,& exercitus circiter decies centena millia. Thebani sacerdotes astronomiã philosophiamq; exercere dicuntur. Hi non à luna sed à sole dies deducunt XII. mensibus, trecentorum dierũ,duos dies singulis annis adijcientes. Ad totius uero anni complementum,cum quædam diei particulæ excurrant,spatium quoddam componunt ex omnibus diebus & omnibus annis, quod particulæ excurrentes & coëuntes diem conficiunt. Huiusmodi sapientiam omnem Mercurio in primis tribuunt, ac Ioui quem præcipue colunt,uirgo quædam genere clarissima,& specie pulcherrima sacratur,eas Græci Palladas uocant,uirgo pellicis more,cum quibus uult coit,usque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationẽ uiro datur,sed prius quàm nubat,post pellicatus tempus,ut mortua lugetur. Post Thebas est Hermonthis ciuitas,in qua Apollo & Iupiter colũtur, hic etiam bos alitur. Deinde est Crocodilorum ciuitas,quæ eam beluam colit. Deinde Veneris ciuitas, & postea Latopolis, quæ Palladem & Iatum colit. Postea Lucinæ ciuitas,& eius templum. In ulteriore est Accipitrum ciuitas ubi accipiter colitur. Deinde Apollinis ciuitas,quæ etiã crocodilis est inimica. Syene uero & Elephantina,altera in finibus est Æthiopiæ,altera est insula spatio semistadij,in qua ciuitas est,quæ Cnuphidis templũ habet, & Nilometrium,quemadmodum Memphis. Nilometrium est puteus quidam,in Nili ripa ex integro lapide constructus,in quo & maxima & minima,& mediocria Nili incrementa adnotantur. Nam putei aqua cum Nilo pariter crescit, & decrescit. Suntq; in putei pariete notæ quædam,incremẽtorum omniũ mensuræ. Hæc itaq; obseruantes cum alijs notant,ut incrementa cognoscant. Nam ex his signis,ac diebus multo ante futuram Nili excrescentiam cognoscunt,idq; omnibus prædicũt, quæ res profecto agricolis ad aquarũ conseruationem,& aggerum, & canalium effossionẽ,principibus uero ad prouentus utilissima est. Maiora enim incremẽta, maiores prouentus denuntiant. In Syene puteus quidam est,qui æstiuũ indicat solstitium,quoniã hæc loca circulo tropico sunt subiecta,& in meridie umbilicos faciũt sine umbra. A nostris enim locis,hoc est à Græcis in meridiem procedẽtibus, hic primũ sol nobis supra uerticẽ fit,& in meridie umbilicos efficit,sine umbra. Necesse enim est cum nobis supra uerticem fuerit,in puteos quancq; profundissimos usq; ad aquã radios iaci. nam & nos perpendiculariter stamus,& puteorũ effossiones ad perpendiculũ sunt factæ. Hoc in loco tres Romanorum cohortes collocatæ sunt præsidij gratia. Paulò supra Elephantinã est paruus catarractes,in quo scapharij spectaculũ quoddã principibus exhibent. Catarractes est ad mediũ ferè flumen petrosum quoddam supercilium in superiore parte planũ,ut flumen recipere possit,desinens uero in præcipitium,ex aqua præcipitatur. Vtrinq; secus terrã alueus est,qui facile adnauigari potest. Hac itaq; adnauigãtes defluunt in catarractem, & cum scapha in præcipitium detruduntur, & ipsi & scaphæ illæsi. Paulò supra catarractem sunt Philæ,cõmunis Æthiopum & Aegyptiorũ habitatio,structa quẽadmodũ Elephantina & pari magnitudine. Hæc templa Aegyptia habet,ubi ales colitur,quẽ accipitrem uocãt, qui nec nostris simile quicquã habet,nec Aegyptijs. nam & magnitudine excedit,& uarietate longe diuersus est. Dicũt eum Aethiopicum esse,& indeafferri cum alter deficit,ac etiã multo ante, & tunc nobis ostensus est,cum iam morbo deficeret. Nos Philas ex Syene plaustro uenimus per campũ

Thebani sacerdot.
Anni digestio.
Mercurius.
Pallades uirgines.
Hermonthis ciuitas.
Crocodilorum ciuitas.
Veneris ciuitas.
Latopolis.
Lucinæ ciuitas.
Accipitrum ciuitas.
Syene.
Elephantina.
Cnuphidis templum.
Nilometrium.
Syenes puteus
Sol supra uerticem.
Catarractes.
Philæ.
Accipiter Aethiopicus.

ualde planum C. ſtadiorum ſpatio. Per totam ferè uiam uidere erat utrinq; multis in locis quaſi ſcopulos, petram arduam, rotundam, politam, propemodum ſphæricam nigri ac duri lapidis, ex quo mortaria fiunt, ſuper maiore petra poſitam, ac rurſum ſuper ea aliam, nonnullæ per ſeſe iacebant, earum maxima erat non minore XII. pedum diametro, atq; omnes maiores quàm horum dimidiæ. Traiecimus in inſulam ſuper pactone delati. Pacton eſt ſcaphæ genus ex uirgis ita compoſitũ, ut textile quiddam uideatur. Stantes itaque in aqua uel in aſſeribus ſedentes, facile tranſmiſimus, nihil omnino metuentes. Sunt enim ſine periculo, niſi ſcapha nimis impleatur. Cum in tota Aegyptio palma ſterilis ſit, uel fructum afferat non eſculentum, tamen in locis Delta, Alexandriæ proximis Thebaica palma optima eſt, quare admiratione dignum eſt, quomodo qui eandem plagam habitant, quam Iudæi & finitimi qui circa Delta ſunt & Alexandriam, tantum ab illa differant, quæ ultra aliam palmã etiã caryotã gignit, non multo meliorem q; Babylonia. In Thebaide & in Iudea duplex eſt palma, caryota ſcilicet atq; reliqua, ac Thebaica quidẽ quanquã durior ſit, guſtatu tamen ſuauior. Eſt etiam inſula quædã quę palmã optimã fert, & prouentũ maximũ principibus pendit. regis enim erat, et priuatus nemo in ea partẽ habebat, & nunc principũ eſt. Sed multa cum cæteri, tum Herodotus garrit, ut cantum, uel modum, uel iucunditatem quandam orationi monſtra adhibentes, ut illud eſt, quod de inſulis dicunt iuxta Syenen, & Elephantinam, Nili fontes complures eſſe, & ad eum locũ flumen profundũ immenſum habere. Nilus quidem inſulas ſparſas quamplurimas habet, alias quæ ex toto creſcẽte flumine obruuntur, alias ex parte. Loca uero quæ ualde ſublimia ſunt, cochlijs irrigantur. In initio itaq; Aegyptus ualde tranquilla erat, tum propter regionis ubertatem, tum propterea quod non facile externis gentibus pateret. Nam à ſeptentrione maritima imporuoſa & Aegyptio pelago cingebatur. Ab ortu & occaſu deſertis & montibus Libycis & Arabicis (ut diximus) tuta, auſtrũ uerſus Troglodytę, & Blemmyes, & Nubæ & Megabari erant, qui Aethiopes ſupra Syenen habitãt. Sunt; ij Nomades non tamen multi, nec bellicoſi, quanq; olim uiderentur, propterea quod ſæpe latronũ more incautos adoriebantur. Aethiopes quoq; qui ad meridiẽ Meroẽnq; pertendunt, nec ipſi ualde multi ſunt, nec congregati, quippe qui fluuialem regionem longam anguſtamq; habitãt, qualem antè diximus, nec ad bellũ nec ad aliam uitæ rationem bene inſtructi, quin etiam nunc eodem modo tota regio ſe habet. Cuius rei indiciũ eſt quod à tribus Romanis cohortibus, nec ijs ſatis plenis ea cuſtoditur, cumq; aliquando Aethiopes aggredi noſtros auſi eſſent, cum tota regione contigit periclitari. Sed nec reliquæ copiæ in Aegypto tantæ erãt, nec omnibus unq; Romani uſi ſunt. nam nec Aegyptij ipſi ſunt admodũ bellicoſi, quanq; multi ſint, nec etiam finitimæ gentes. Gallus Cornelius, cui primum prouincia à Cæſare commiſſa eſt, Heroum urbem quæ defecerat, cum paucis recepit, rurſum cum in Thebaide ſeditio propter tributa exorta eſſet, facile eam compoſuit. Deinde Petronius multis millibus Alexandrinorũ in eum irruentibus, iactu lapidum cum militibus ſuis obſtitit, & nonnullis eorum interemptis, cæteros facile repreſſit. Gallus Aelius cum parte præfectij, quod erat in Aegypto, in Arabiam ingreſſus, dictum eſt, quomodo eos imbelles oſtendit, & niſi Sylæus eum prodidiſſet, fœlicẽ Arabiã totam ſubegiſſet. Cum Aethiopes noſtros continerent, propterea quod pars quædam copiarum, quæ in Aegypto erant, cum Gallo Aelio diſtracta eſſet, bellum in

Pacton quid.
Palma optima
Caryota palma.
Herodotus notatur.
Nili inſulæ.
Troglodytæ.
Blemmyes.
Nubæ.
Megabari.
Gallus Cornelius.
Heroum urbs.
Petronius.
Aelius Gallus.

Arab

Arabia gerente, ingruentes in Thebaidem, in tres cohortes, quæ Syenes præsidio erant, Syenen, & Elephantinam, & Philas repentino impetu ceperunt, & captiuos duxerunt, & Cæsaris statuas euerterunt, cum Petronius aduentasset. Cum paucioribus quàm decem millibus peditum, & equitibus octingentis aduersus triginta hominum millia, primum eos compulit, ut Pselcham fugerent, Aethiopicam urbem, missisq; ad eos legatis repetijt quæ capta erant, & causas quam ob rem bellum mouissent. Cum uero se iniuria affectos à principibus dicerent, respondit nõ illos esse regionis dominos, sed Cæsarem. Petentibus tres dies ad deliberandum, & nihil tandem efficientibus eorum quæ oportebat, moueris contra eos in pugnã procedere coëgit. Ac subito in fugã uertit, cum male armati essent & inordinati. Nam scuta ingentia, & ex bouis tergore confecta habebant, arma quibus offenderent secures erant, alij sudes, nonnulli gladios gerebant, fuere qui in urbe latitarent, alij per deserta fugam ceperunt, alios proxima insula excepit, sese in flumen immittentes. Nam hoc in loco propter aquæ fluxum crocodili pauci sunt. Ex ijs erant imperatores reginæ Candaces, quæ per nostra tempora Aethiopibus imperauit, uirilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Hos itaque omnes cepit traiecto ratibus ac nauibus flumine, & extemplo Alexandriam misit, atque Pselcham profectus eam cepit, unde adnumerata captiuis multitudine eorum qui in prælio ceciderunt, pauci omnino euasere. Ex Pselcha Premnam uenit urbem natura munitam, cumulos transgressus, in quibus Cambysis exercitus obrutus est, uento incidente. Eam adortus primo impetu cepit. Inde Napata progressus est, quæ Candaces regia erat, ubi eius filius immorabatur. Ipsa uero cum in loco proximo esset, legatos misit, qui de pace tractarent, redditis statuis, & captiuis qui capti fuerant in Syene. Ille ingruens Napata capit ac diruit, puero fugiente, ratusq; ulteriora inuia esse cum spolijs regreditur. Premna mœnibus & præsidio et quadringentorum hominum cibarijs in biennium firmata, abijt Alexandriam. Ex captiuis autem cæteris uenundatis, mille ad Cæsarem mittit nuper ex Cantabris reuersum. Nonnulli uero ex ijs morbo consumpti sunt. Interea Candacen cum multis hominum millibus præsidium aggressam, Petronius cum auxilio anteuertit, & castellum ingressus multo apparatu confirmauit, & cum illi legatos ad eum mitterent, iussit siquid uellent, ad Cæsarem proficiscerentur, quibus negantibus scire se quis Cæsar esset, & quò ad eum iretur, dedit qui eos ducerent. In Samum itaque profecti, Cæsarem inuenerunt in Syria progredi parantem, & Tyberium in Armeniam. Ab eo facile, quæ uolebant impetrauere. nam & tributa eis remissa sunt. Sed de Æthiopicis rebus satis in superioribus dictum est, quare & hæc cum Aegypto peragrata sit. Vt autem sic dicendum sit extremas habitanti mundi partes, quæ intemperatæ & inhabitabili regioni adiacent, propter frigus aut æstum esse quasi aberrata quædam ac defectus temperatæ, necesse est, quod ex uita & earum rerum inopia, quæ ad humanum usum attinent, perspici potest. Hi enim magna ex parte nudi incedentes, pastoralem ac duram uitam degunt, eorum pecora parua sunt, ut oues, capræ, & boues. Canes quoque pusilli, asperi tamen ac pugnaces, & fortasse ad horum paruitatem Pygmæi conficti sunt. Nam nemo fide dignus id ex uisu narrat. Viuunt ex milio & ordeo, ex quibus etiam potum conficiunt, butyrum & adipem pro oleo habent. Poma non habent præter palmulas, atque eas perpaucas in hortis regijs. Nonnulli herba uescuntur, & ramis tenellis,

Pselcha aliàs Pselchis.

Aethiopũ subiugatio.

Candace regina.

Premna.

Napata.

Pygmæorum confictio.

& loto & calami radice, carnibus, & lacte, & caseo, & sanguine utuntur. Reges co-
Meroë. lunt ut deos, qui plerunq; temporis clausi domi sedent. Regni caput est Meroë, ci-
uitas eodem nomine quo & insula. Hanc insulam clypei figuram habere dicunt.
Cuius magnitudo fortasse supra uerum dicta est, longitudine trium millium ferè
stadiorum, amplitudine mille, ea montes frequentes habet, & nemora immodica
habitant partim pastores, partim uenatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ,
ferrariæ, & aurariæ, & pretiosorum lapidum genera, Libyam uersus magnis qui-
busdam arenæ cumulis ambitur, Arabiam uersus continuis præcipitijs, Austrum
uersus fluminum concursu, Astabora, Astapode, & Astasoba. A septentrione est
Nili decursus, usque in Aegyptum secũdum antè dictam fluminis obliquitatem.
Ciuitatum domus ex palmaceis strigmentis sunt contextæ, parietes etiam ex late-
Sales fossiles. ribus. Sales apud eos fossiles sunt, quemadmodum & in Arabia. Abundant ar-
boribus, palma, persico, ebeno, & siliquastro. Venantur elephantes, leones, & par-
dales. Dracones habent, qui cum elephantis pugnant, & multas alias feras, quæ à
Pseboa lacus. tostis & aridis locis ad palustria & aquosa confugiunt. Supra Meroën est Pseboa
lacus ingens, qui insulam habet satis habitatam. Sed cum citeriorem Nili regio-
nem Libes habeant, ulteriorem uero Æthiopes, contingit eos insulæ & fluuiali re-
Aethiopicæ mulieres. gioni imperare, quibus uictoribus alij expulsi cedant. Æthiopes arcubus quadri-
cubitalibus ligneis ac præustis utuntur. Armantur etiam mulieres, quarum ple-
Labium æneo circulo traiectum. ræq; oris labium æneo circulo traiectum habent, & cum uelleribus careant, pella-
ti sunt. nam oues apud eos caprinam lanam habent. Nonnulli nudi incedunt, aut
breuibus pellibus incincti, aut texturas quasdam induunt, ex pilis bene contextis.
Deum putant alterum immortalem, alterum mortalem. Immortalem quidẽ eum,
Deus mortalis. qui rerum omnium causa sit. Mortalis uero apud eos incertus est, & nomine caret,
Benefici pro deis habiti. sed frequentius eos à quibus beneficium acceperunt, & reges pro deis habent. Pu-
tant præterea reges suos communes omnium conseruatores & custodes esse, cæ-
teros uero priuatos eorum esse quibus benefecerunt. Ex ijs qui ad torridam habi-
Soli infensi. tant, nonnulli sunt qui deos non colunt, quos etiam Soli dicũt infensos esse, & de-
testari cum eum extorreri uident, propterea quod eos urat & oppugnet, atque ob
Meroitarũ mores. id in paludes fugere. Meroitę ultra alium quendam barbarum, deum etiam Hercu
Sepulchrorum genera. lem, Pana, & Isim colunt. Mortuos alij in flumen precipitant, alij circunfuso uitro
Rex Meroitarũ domi seruant, alij in fictilibus alueolis eos circum templa defodiunt. Iusiurandum
per eos exigunt, & omnes pro dijs habent. Regem constituunt eum, qui uel forma
uel alendorum pecorum uirtute, uel robore, uel opibus excellat. In Meroë olim pri
Sacerdotũ au-thoritas. mum ordinem sacerdotes obtinebant, qui tantam authoritatem habebant, ut non
nunquã misso nuntio mortem regi imperarent, & pro eo alium faciebant. Postea
rex quidam cõsuetudinem hanc aboleuit, cum armis in fanũ irruens, ubi aureum
Sacerdotes Aethiopum. sacellum erat, & sacerdotes omnes iugulauit. Atq; hic etiam Aethiopum mons est,
Familiares cũ rege cõmori. ubi rex aliqua parte corporis orbatur, familiares idem quoquo modo patiuntur,
& cum eo moriuntur, idcirco maxima regi custodia adhibetur. Ac de Aethiopicis
Faba Aegyp. quidem hactenus. Aegyptiacis uero ea adijcienda sunt, quæ illorũ propria dicun-
Biblus. tur, ut Aegyptia faba, ex qua ciborium fit, item biblus. Hæc enim solum ibi sunt &
Ciborium. in India, persicus uero ibi & in Aethiopica solũ, arbor magna, fructu dulci & gran
Persicus. di. Item morus quæ fructum fert qui sycomorum dicitur. nam ficui persimilis est,
Sycomorum. gustatu uero malus. Nascitur etiam corsiũ fructus piperi similis, aliquanto tamen
Corsium. maior.

maior. Pisces in Nilo permulti sunt, ac diuersi, qui propriam quandã & suam formam habent, sed maxime noti sunt oxyrynchus, & lepidotus, & latus, & alabes, & coracinus, & porcus, & phagorius, quem etiam phagrum uocant. Item silurus, & citharus, & alosa, & mugil, ex testaceis dilychnus, physa bos. Item cochliæ ingentes, qui uocem ululatui similem edunt. Animalia quoque sua habet Ichneumonem, & Ægyptiam aspidem quæ proprium quiddam habet, præter alias aliorum locorum. Ea duplex est, altera palmaris, quæ celerius interficit, altera passus ferè longitudine, ut Nicander ait, qui de serpentibus conscripsit. Ex auibus est ibis, & accipiter Aegyptius, qui mitis est, præter alios qui alibi sunt, quemadmodum et felis, bubo quoque aliusmodi ibi est. Nam apud nos aquilæ magnitudinẽ habet, & graue canit, in Aegypto uero graculi magnitudinem, uocem autem diuersam. Sed mitissima est ibis, magnitudine & figura ciconiæ persimilis, colore autem duplex. nam altera ciconiæ similis, altera tota nigra, & nullũ Alexãdriæ triuium non eis plenum est, partim utiliter, partim inutiliter. Vtiliter quidem, quia omnem serpentem, & omnes macelli immunditias colligit. Inutiliter uero quia immunda est, & omnia comedit, nec facile à mundorum coinquinatione arceri potest. Verumq; illud Herodoti est, Aegyptiorũ esse lutum manibus tractare, massam uero ex qua panis fit, pedibus. Caces quoque apud eos, est proprium quoddam panis genus, quod uentrem sistit. Et cici ex quo oleum exprimitur, & in aruis seritur, eo omnes ferè indigenæ ad lucernam utuntur, pauperiores uero & operarij ad unctionem, tum uiri tum mulieres. Item rubra contexta Aegyptiaca sunt, ex stirpe quadam cõficiũtur, iunceis uel palmaceis similia. Ceruisia quanquã proprie apud illos fiat, tamen cõmunis est, & apud quenq; diuerso modo conficitur. Atque hoc quoq; peculiare apud eos est, omnes filios educare & circuncidere, & fœminas excidere, quod Iudæi ex lege habent, qui (ut supra diximus) cum de eis loqueremur, ab antiquo sunt Ægyptij. Author est Aristobolus, nullum piscem ex mari in Nilum ascendere præter mugilem, alosam, & delphinum, propter crocodilos: delphinos, quia præstantiores sunt: mugiles, quia à porcis secus terram ducantur, ob quandam naturalem conuenientiam. Crocodili enim à porcis abstinent, qui cum rotundi sint, & spinas ad caput habeant, periculum beluis afferunt. Ascendunt itaque mugiles, ut ille inquit, in uere cum prægnantes sunt, descendunt autem paulò ante Pleiadis occasum, unà omnes parituri. Tunc etiam in septa incidentes capiũtur. Idem de alosa licet coniectare. Ac de Aegypto quidem hactenus. De Libya deinceps dicendum est, quæ totius geographiæ pars reliqua est. Quare cum multa de ea dicta sint, quæ nunc maxime ad rem uidentur pertinere commemoranda sunt. In quo si qua prius dicta non fuerint, ea adijciemus. Qui itaque terrarum orbem in continentes diuisere, inæqualiter diuiserunt: quod autem in tria æqualia diuiserint, tripartita diuisio indicat. Sed tantum abest Libyam tertiã esse orbis partem, ut etiam posita cum Europa, Asiæ non coæquetur, & fortasse minor est quàm Europa, uiribus profecto multo est impar. Nam maxima mediterraneæ pars & regio circa oceanum deserta est, paruis præterea habitationibus, & sparsis, & magna ex parte pastoralibus distincta est. Ad solitudinem accedit, quod multa loca, quæ habitari possent, non habitantur propter feras. Multum quoque torrida zona occupat. Ora uero quæ ex aduerso nobis est, tota bene habitatur, quæcunque inter Nilum atque Herculis columnas iacet, præsertim ea quæ sub Carthaginensi-

Oxyrynchus.
Lepidotus.
Latus piscis.
Alabes.
Coracinus.
Phagorius.
Phagrus.
Silurus.
Citharus.
Alosa.
Mugil.
Dilychnus.
Physa bos.
Aspis Aegypt.
Bubo Aegypt.
Aegyptiorum immunditia.
Ibidis figura.
Herodoti loc.
Caces Aegypti.
Cici.
Ceruisia & ἴνη.
Circuncisio Iudæi.
Mugiles.
Crocodilos porcis abstinere.
Libya una tertia orbis pars sit.

bus est, quanquam & ibi loca quædam intercidunt, siti uasta, qualia circa Syrtes, & Marmaridas, & Catabathmum sunt. Eius figura est, si quis in plano consyderet, rectangula, triquetra. Cuius basis est ora nobis aduersa ab Aegypto atq; Nilo usque in Mauritaniam, & Herculis columnas. Rectum uero angulum hæc efficit, & latus à Nilo usq; in Aethiopiam ductum intrantibus usq; ad oceanum. Latus uero recto angulo subtensum, est regio tota, quæ secus oceanum iacet, inter Aethiopes alios, atq; Mauritaniam. Quare loca quæ circa ipsum dictæ figuræ uerticem, iam torridæ subiacent, ex coniectura quadam dicimus, propterea quod inaccessa sint. Vnde nec maximam regionis huius latitudinem dicere promptum est. In superioribus tamen hoc diximus, ex Alexandria in Meroën Æthiopici regni caput eunti, austrum uersus esse stadiorum ferè decem millia. Inde rectà in Exustæ fines & habitabilis sunt alia tria millia. Maxima itaq; Libyæ latitudo ponenda est, tredecim, quatuordecimue millium stadiorum, longitudo uero paulò minor quàm dupla. Atque hæc de Libya in uniuersum dicta sunt, particulatim uero dicemus, ab occidentalibus clarioribusq; partibus incipientes. Hoc in loco ij habitant, qui à Græcis μαυρούσιοι appellantur, Libycum genus, & magnum & opulentum, eos Romani & indigenæ Mauros uocant, & Iberiæ sunt oppositi. Iuxta hos etiam est columnarum fretum, de quo iam multa dicta sunt. Extra columnarum fretum procedenti ad sinistram, mons est in Libya, quem Græci Atlantem uocant, Barbari uero Dyrim. Hinc iugum quoddam expositum est, extrema Mauritaniæ pars, occidentem uersus, & Cotes appellatur, proximum est oppidum quoddam paruum supra mare, id Barbari Tinga uocant. Artemidorus Linga, Eratosthenes Lixum appellauit, & contra Gades est octingentorum stadiorum transitu diremptum, quantum utraque etiam distant à freto columnarũ. Lixo & Cotibus ad austrum sinus iacet, qui Emporicus uocatur, & habitatiões mercatorias habet, ex palma cõfectas. Tota ora huic sinui cõtinua, sinuosa est, detractis autem finibus & eminentijs, quæ sunt in triquetra Libyæ figura à nobis descripta, intelligendũ est cõtinentem plurimum ad meridiem atq; orientem excrescere. Mons qui à Cotibus usq; in Syrtes per mediam Mauritaniam tendit, & ipse, & montes qui cum eo pariter procedunt, satis habitãtur, in initio quidẽ à Mauruſijs, in ipso uero regionis secessu, à maxima Libyæ natione, qui Getuli appellãtur. Sed multa figmenta oræ exterioris Libyæ rerum scriptores commenti sunt, ab Ophryę circunnauigatione incipientes, de quibus & si supra mentionem fecimus, nunc tamen nonnihil dicendum uidetur, petita narrandorum monstrorum uenia, si cubi in talia incidere cogemur. nolumus enim omnia silentio præterire, simul & historiã quoquo modo implere cupimus. Dicunt itaq; in Emporico sinu antrum esse, quod interius suscipit usq; ad VII. stadia. In eius autem fronte locum esse humilem, & planum, in quo Herculis ara sit, eamq; minime obrui ab inflexu, quod ego unũ ex figmentis puto. Huic proximum illud est, quod in sequentibus finibus tradunt, antiquas scilicet Tyriorum habitationes, quæ nunc desertæ sunt, urbes non pauciores CCC. quas Pharusij, ac Nigretes fuerint depopulati. Dicunt hos à Linge distare itinere dierũ XXX. Mauritaniam feracem esse, parte tamen excepta, quæ deserta est, & fluminibus, ac lacubus abundare, ab omnibus concessum est. Arbores profecto & multas & magnas habet, & omnia fert. Atqui ea & mensas ex uno integroq; ligno, ac uarias Ro. suppeditat. Eius flumina crocodilos, & alia animalium genera habere proditum est,

Libyæ latitudo ac longitudo.

Mauruſij. Mauri.

Atlas mons. Dyris. Cotes. Tinx aliàs Tingios. Linx. Lixus. Emporicus ſin.

Getuli. Ophryas.

Antrũ Emporicum.

ijs

ijs similia, quæ sunt in Nilo. Sunt qui credant Nili ortũ extremis Mauritaniæ partibus proximum esse. In quodam flumine hirudines gigni septenũm cubitorum, quæ gulam perforatam habeant, per quam respirent. Item in ea regione uitem nasci, cuius crassitudinem uix duo homines complecti queant, racemum esse cubitalem, & omnem herbam altam, & olus recens, & dracontium. Staphylinorum hippomarathri & carduorum scapos duodenũm cubitorũ, crassitudinem palmorũ quaternũm. Alit hæc regio dracones, elephantos, capreas, bubalos, & similia animalia, item leones, ac pardales, fert etiam mustellas felibus pares ac similes, excepta rictus eminentia, simiarum quoque maximam multitudinem. Refert Posidonius se, cum ex Gadibus in Italiã nauigaret, in Libyæ oram delatũ esse, ac syluam quandam secus mare uidisse simijs plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nõnullæ catulos haberent, & ubera dependentia, risisse itaq; cum eas uberibus graues cerneret, nonnullas etiam caluas, nonnullas hernioſas, & alia quædã huiusmodi detrimenta præ se ferentes. Supra hanc est Æthiopum regio qui Hesperij uocantur, magna ex parte male habitata. Author est Iphicrates, hoc in loco camelopardales gigni, & elephantes, & eos qui rhizes uocantur, forma tauris persimiles, uita uero, & magnitudine, pugnandi uiribus elephantes referre. Addit magnos dracones ibi esse, adeo ut herba super eis innascatur, leones quoque elephantorũ pullos aggredi, quos cum uulnerarint, iam matribus succurrentibus fugiant. Illas uero cum filios sanguine maculatos uiderint, eos interficere, leones postmodum reuersos cadaueribus uesci. Narrat etiam Bogum Maurorũ regem, cum in Hesperios Æthiopes ascendisset, misisse dono uxori calamos Indicis similes, quorum genu quodlibet octonos modiolos caperet, & similem asparagorum magnitudinem. A Linge in exterius mare nauigantibus est ciuitas Zelis, & Tiga, postea septem fratrum monumẽta, & imminens mons, multis feris, & magnis arboribus plenus, nomine Bela. Columnarum fretum longitudine dicitur stadiorũ c. ac xx. minima uero latitudine lx. ad elephantem. Vlterius nauiganti, sunt urbes, & flumina complura usq; ad amnem Molochath, qui Maurorũ Massæsyliorũq; regionem terminat. Vocatur præterea & promontorium magnum flumini proximũ, & locus aridus, ac sterilis Metagonium, & ferè mons à Cotyis hucusq; pertendit, longitudo à Cotyis usque in Massæsyliorum fines est stadiorum v. millium. Metagonium nouæ Carthagini respondet, quæ est è regione. Timosthenes dixit id cõtra Massiliam esse, at non bene. Transitus enim à noua Carthagine Metagoniũ est stadiorum trium millium, præternauigatio ab ea Massiliam usque plurium sex millibus stadiorum. Sed cum Mauri adeo uberem regionem inhabitent, tamen ad hoc usque tempus, magna ex parte pastoraliter uiuunt. Hi comæ cincinnis exornantur, & barba, & auro, & tersura dentium, & unguium cultu. Raro uideas inter se contingere dum ambulant, ne capillorum ornatus perturbetur, pugnãt frequentius ab equo hastati, equis nudis utentes, & iunceis frenis, gerunt etiam gladios. At pedites elephantum pellibus pro clypeis se protegunt, leonum & pardalium & ursorum pelles induũt, & dormientibus substernũt, ac ferè & ijdem & sequentes Massæsylici & Libes magna ex parte unius sunt cultus, & in cæteris persimiles, paruis equis utentes, celeribus tamen & obtemperantibus, adeo ut sola uirgula gubernentur. Equi collaria ex ligno habent, aut pilo confecta, è quibus habena dependet. Sunt qui etiam tracti dominum sequuntur ut canes. Pelta utuntur parua ex co-

Nili ortus.
Hirudines Mauritanicæ.
Vitis Mauritanica.
Dracontium.
Staphylinorũ caulis.
Mauritaniæ animalia & fructus.
Simiæ.
Hesperij.
Camelopardales.
Rhizes.
Dracones hebiseri.
Calami prodigiosæ magnitudinis.
Asparagi.
Zelis.
Bogus.
Tiga.
Septem fratrũ monumenta.
Bela.
Molochath fl.
Metagonium.
Cotyi.
Massæsylia.
Maurorum cultus.
Equi Maurorũ.

rio confecta, lancea lata, & parua, discincti, tunicæ amplæ, & pellis, ut dixi, uestis est,
Pharusij. & clypeus. At Pharusij, & Nigretes, qui ultra hos habitant, Hesperijs Æthiopibus
Nigretes. uicini, sagittant quemadmodum Aethiopes, falcatis quoque curribus utuntur, mi-
scentur nonnunquàm Mauris Pharusij per deserta, aquarum utres equis portan-
tes, nonnunquàm per loca quædam palustria & lacus Cyrtam ueniunt. Quidam
ex eis dicuntur Troglodytarum more sub terram habitare, & æstiuis imbribus ab-
undare, hyeme uero siccitate laborare. Nonnulli ex ijs barbaris, serpentum ac pi-
Mauri ex In- scium corijs indumentis ac stramentis utuntur. Sunt qui dicant Mauros Indos es-
dia. se, qui cum Hercule in hunc locum descenderunt, sed paulo ante nostra tempora
Bogus. Bogus & Bochus reges, Romanorum amici, eam tenebant, quibus deficientibus
Bocchus. Iuba. Iuba successit in imperio. Nam Cæsar Augustus ad paternum regnum, hoc
etiam illi concessit. Is Iubæ filius fuit, eius qui contra diuum Cæsarem cum Sci-
pione bellum gessit. Cum uero Iuba nuper diem obijsset, successit in imperio Pto-
Ptolemæus Antonij nepos. lemæus ex Antonij & Cleopatræ filia ortus. Artemidorus Eratosthenj contradi-
Lixus opp. cit, qui pro Linge, Lixum urbem dicit circa extrema Mauritaniæ occidentalia, pal
Linge opp. maceas quoque urbes permultas dirutas esse, quarum uestigium nullum appa-
reat. In Hesperijs Aethiopibus aëres apertos esse, cum ante dixerit matutinis
antemeridianis temporibus crassos esse, & caliginosos. quomodo enim siccis
& æstuosis locis hæc esse possunt? Verum ipse longe peiora dixit de eisdem
Lotophagi. locis. Scribit enim Lotophagos quosdam, qui siccam regionem incolant, & lo-
ton edant, herbam quandam & radicem, qua comesta nihil potu indigeant,
eosque usque ad loca supra Cyrenen progredi, qui uero ibi sint, lac bibere & car-
Gabinius scri- nibus uesci, quanquam in eadem sint plaga. Sed nec Gabinius Rom. scriptor, à
ptor. Mauritaniæ monstris recensendis abstinet. Scribit enim apud Lingem Antæi se-
Antæi sepul. pulturam esse, & tibiam cubitorum LX. quam à Sertorio nudatã ait, ac rursum ter-
Antæi tibia. ræ demandatam. Addit etiam de elephantis fabulosa quædam. Dicit enim cæteras
Ignem fugere feras præter Elephantem. feras ignem fugere, elephantes ei resistere ac repugnare, propterea quod syluam con
sumat, eos cum hominibus certare & speculatores prætermittere, & cum illos uide-
rint fugere, cúmque uulnera acceperint ramos uel herbam, uel puluerem sup-
plices prætendere. Post Mauritaniam est Massæsyliorum regio, à Molochath
Massæsylij. flumine initium sumens, finiens uero in promontorium quod Massæsyliorum &
Molochath. Masylibum confinium dicitur. A Metagonio Tritum usque sunt stadiorum sex
Masylibes. Metagonium. millia, sunt qui pauciora arbitrentur. Ora maritima complures habitationes, &
Tritum. complura flumina habet, & regionem ualde commodam, sed satis sit mentionem
Siga. eorum facere, quæ sunt clariora. Distat itaq; Siga ciuitas à dictis finibus, mille stad.
Syphacis re- interuallo, & Syphacis regia quæ nunc diruta est. Post Syphacem Massinissa obti-
gia. nuit regionem, postea Micypsa, postea eius successores, per nostra tempora Iu-
Massinissa. Micypsa. ba Iubæ pater nuper mortui. Diruta est à Romanis Zama huius regia. Post Siga
Iuba. in sexcentis stad. est deorum portus, postea alia loca obscura: quæ uero in penitiore
Zama. Deorũ portus. iacent regione, montana sunt, ac deserta. Quæ Getuli tenent, quodammodo di-
Getuli. sperfa sunt usque ad Syrtes. Ibi uero ad mare & campi uberes sunt, & urbes multæ,
Syrtes. flumina & lacus. Posidonius scribit, an uere, haud quaquàm scio, raris paruisque
Siccitatum apud Maurita nos causæ. fluminibus Libyam irrigari. de ijs enim dicit, quæ Artemidorus magna existimat.
hoc profecto in mediterranea uerius dici potest. Et huius rei causam affert, quod in
partibus septentrionis non pluat, quemadmodum nec in Æthiopia, ut sæpe pro-

pter

pter ſiccitatẽ peſtis incidat, & lacus cœnoſi fiant, & locuſtæ abundent, addit etiam orientalia humida eſſe, quod ſol exoriens cito prætereat. Occidentalia uero ſicca, quod ſol ibi conuertatur. Nam humida & ſicca illa præter aquarum copiam uel inopiam, hæc præter eadem in ſole dicuntur. Vult dicere, præter ſoles. Hæc omnes ſeptentrionalibus, uel meridionalibus plagis aſsignant. Nam ex orientalibus & occidentalibus nõnulla ad habitationes dicta ſecundum quanq; habitationẽ & horizontum diuerſitatem, alia atq; alia ſunt. Quare de ijs, quę multitudine incomprehenſibilia ſunt, in uniuerſum dici non poteſt, quod orientalia ſcilicet humida ſint, occidentalia uero ſicca, ſed ut ad habitabilem totam, & talia extrema referuntur, qualis eſt India, & Iberia, dicet itaq; huiuſmodi cauſam. Sed quam tandem ſuaſionem habet hæc reſponſio? In continuo enim ac iugi ſolis circunductu, quænam eſſe poteſt conuerſio? Præterea tranſeundi pernicitas ubique eſt æqualis. Dicere etiam, quod Iberiæ uel Mauritaniæ extrema occidenti proxima, cæteris omnibus ſicciora ſunt, præter euidentiam eſt, & quod aërem temperatum habeant, & quod aquis plurimis abundent, quod ſi conuerti tale quiddam accipiant, quod ſcilicet habitabilis extrema hoc in loco ſupra terram ſunt, quid hæc me hercule attinent ad ſiccitatem? Nam & in his & in cæteris habitabilis terræ locis, qui eiuſdem ſunt plagæ, ſol æquali tempore noctis abſiſtens, iterum redit, & calefacit terram. Eſt etiam ibi bituminis fons & ærarię, & pennatorũ & non pennatorum ſcorpionum multitudo, magnitudine (ut fertur) ſeptenûm uertebrarum. Item phalangia, & multitudine & magnitudine excellentia. Lacertas etiam bicubitales dicunt. In prętermontana lapillos inueniri carbunculos & carchedonios. In campis teſtacearum, & ſerpentum multitudinem, ut dictum eſt, cum de Ammone ageremus. Item apud eos arbor eſt nomine Melilotus ex qua uinum conficiunt. Nonnulli terram biferam habent, & duas meſſes faciunt. Culmus eſt quinûm cubitorum longitudine, craſſitudine uero parui digiti, fructum affert modios ducentenos, & quadragenos, uere non ſerunt, ſed terræ colligatis paliuris uerſæ atq; ſcarificatæ, ſemina ſatisfaciunt, quæ ex ſpicis in meſſe ceciderunt. matureſcunt enim ibi æſtiuæ fruges, ſed propter ſerpentum multitudinem operarij ocreas gerunt, cæteras corporis partes pellibus contegentes. Dormituri uero lecti pedes allio illinunt, ſcorpionum gratia paliuris circunligant. In hac ora fuit ciuitas quædam nomine Iol, quam cum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Cæſaream uocauit. Ea portum habet, & inſulam ante portum. Inter portum, atque Tritum eſt magnus portus, quem Saldam uocant. Atque hęc ſunt confinia Iubæ & Rom. Nam multis modis regionis partitiones factæ ſunt, cum qui eam incolerent complures eſſent & Ro. alijs amicis, alijs hoſtibus uterentur, ut alijs alia & dare & auferre non eodem modo contingeret. Ea quidem pars quæ Mauritaniæ proxima uires ac prouentus maiores habebat, quę uero Carthaginem & Maſſæſyliorum terram contigit, florentior eſt, & melius compoſita, quanquàm primo propter res Carthaginenſium ualde labefacta, poſtea propter id bellũ quod cum Iugurtha geſtũ eſt. Nam ille cum Adherbalẽ Romanorum amicum Vticæ obſediſſet, atque interemiſſet, regionem bello compleuit. Poſtea alia atque alia bella ſunt ſecuta. Sed ultimum fuit quod Cæſar cum Scipione geſſit, in quo & Iuba mortuus eſt, urbes principibus deletę ſunt, Tiſiaus, & Vata, & Thala, & Capſa, ubi Iugurthæ theſauri erant, & Zagma & Zincha, & eæ apud quas Cæſar Scipionem debellauit, primo apud Rhuſpinum, deinde

Bituminis fons
Scorpiones Maurit.
Phalangia. i. aranęæ Mau.
Lacertæ bicubitales.
Melilotus arbor.
Culmus quinũ cubitorum.
Iol opp.
Cæſarea.
Salda.
Tritum.
Iugurthinum bellum.
Tiſiaus opp.
Vata opp.
Thala opp.
Capſa opp.
Zagma.
Zincha.
Scipio ubi à Cæſ. debellatus.
Rhuſpinum.

Vzitæ. Thapſus. Zella. Acholla. Thena. Phara. Tritum. Maſſæſylia. Cirta. Sanaſſas rex. Hippones. Vtica.

apud Vzitas, deinde apud Thapſum & proximum ei lacum, & apud alia loca, ut Zellam & Achollam liberas ciuitates. Cepit etiam Cæſar primo adortu inſulam, & Thenam urbem maritimam, è quibus omnibus aliæ prorſus deletæ ſunt, aliæ ſemidirutæ relictæ. Pharam Scipionis equites incenderunt. Poſt Tritum eſt Maſſæſyliorum & Carthaginenſium regio. Cirta Sanaſſæ, & ſucceſſorum regia eſt in mediterranea, urbs munitiſsima, & optime ſtructa, cum à cæteris tum à Micypſa, qui & Græcos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit, ut decimã equitum millia & peditum XX. emitteret. Cirta itaque hic eſt & duo Hippones, alter Vticæ proximus, alter remotior, & Trito propinquus, ambo regiæ. Vtica & magnitudine, & authoritate ſecunda eſt poſt Carthaginem, quæ illa excisa ut metropolis erat, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. Ea in eodem ſinu eſt, quo Carthago, ad alterum ex promontoriis quæ ſinum faciunt. Atque id quod iuxta Vticam eſt Apollonium uocatur, alterum uero Hermæa. Vrbes ipſæ ex aduerſo inter ſe reſpondent, propter Vticam Bagrada amnis labitur. A Trito Carthaginem ſunt ſtadiorum duo millia & quingenta, quanquàm nec hæc diſtantia conceditur, nec quæ uſque in Syrtes eſt. Carthago in peninſula quadam iacet, quæ ambitum habet ſtadiorum trecentorum & LX. muro cinctum, cuius LX. ſtadiorum longitudinem iugum occupat, quod à mari in mare deſcendit, ubi Carthaginenſium elephantes ſtabula habebant, qui locus ampliſsimus eſt. In media fere urbe arx fuit, quam Byrſam uocarunt, ſupercilium ſatis erectum eſt circuncirca habitatum, in cuius uertice Æſculapij templum erat, quod Aſdrubalis uxor capta urbe ſecũ concremauit. Arci portus ſubiacent, & Cothon parua inſula, & in orbem ducta & euripo comprehenſa, ea circuncirca nauale habet quod Dido condidit, cũ gente ex Tyro profecta, & adeo fortunata fuit. Hęc Phœnicũ colonia, & ea quæ in Iberia eſt, etiam uſq; ad Herculis columnas, ut adhuc optimã Europę partem & in continenti cõplura loca & adiacentes inſulas habebant. At Libyam profecto omnẽ adepti ſunt, quę quidem non paſtoraliter habitari poterat. His opibus urbem Ro. imperij æmulã cõpararunt, & tribus maximis inter ſe bellis decertarunt. Sed Carthaginenſium potentia præſertim ex ultimo bello perſpicua eſt, in quo à Scipione Æmiliano euerſi ſunt, et urbs funditus deleta. Hi enim in initio belli CCC. urbes in Libya habebant. In ciuitate hominũ millia ſeptingenta obſeſsi & in deditionem coacti, armaturarum dederunt CC. millia, bellicorũ inſtrumentorum tria millia, tanquàm non amplius bellaturi. Sed cum rurſum bellum gerere decreuiſſent, mox arma fabricare conſtituerunt, unde ſingulis diebus C. & XL. clypei cõfecti in armamentariũ referebantur, & gladij CCC. & lanceę quingentę, & mille tela miſſilia. Ancillę funes ex pilo confectos prębebant, adhuc naues XII. ſtabãt ab anno quinquageſimo ex fœderibus in ſecundo bello percuſſis. Nam tunc cum in arcem confugiſſent, duobus menſibus C. ac XX. naues cataphractas conſtruxerunt, & cum Cothonis oſtium aſſeruaretur, aliud effodere, unde ſubito claſsis erupit. adhuc enim antiqua materies aderat, & fabrorum multitudo publice conducta aſsidue operabatur. Et quanquàm Carthago talis eſſet, tamen capta eſt & deleta. Totam uero regionem Carthaginenſibus ſubditam Romanorũ prouinciam effecere, atq; Maſſiniſſam ei pręfecerũt, & Micypſæ poſteros. Nam Maſſiniſſa ob uirtutem, & amicitiam plurimum Romanis curæ fuit, & ipſe Numidas ciuiles & agricultores reddidit, & pro latrocinio eos militiam docuit. Sed profecto

Apolloniũ pm. Hermæa pm. Bagrada. Carthaginiſſi tus. Byrſa. Cothon. Dido. Carthaginenſium imperiũ & res. Maſſiniſſa. Numidæ.

pecu

peculiare quiddam hominibus ijs contigit. Nam cum regionem fœcundam incolerent, quanquàm feris abundantem, ijs omissis & agri colendi studio, licentius inter sese conuertebantur, & regione feris dimissa uagam & instabilem uitam agebant, non secus quàm qui ob inopiam & locorum sterilitatem & aëris inclementiam eiusmodi uitæ genus eligũt, quare Massæsylij id nomen assecuti sunt (Numidæ enim uocantur) necesse quidem hos inopes esse, & plerunq; radices edere, & carne & lacte & caseo nutriri. Cum uero diu Carthago deserta permansisset eodem ferè tempore, quo & Corinthus rursum à diuo Cæsare per id ferè tempus instaurata est, missis eò colonis, quicunque uellent, & ex militibus nonnullis, & nunc quoque bene habitatur, siqua alia Libyæ urbs. In medio ostio Carthaginensis sinus Corsura insula est. Ex aduerso his locis respondet Lilybæum in Sicilia, mille quingentorum ferè stadiorum interuallo. Nam tanta à Lilybæo Carthaginem usque distantia, nõ procul à Corsura & Sicilia distant, cum aliæ cõplures insulę, tum etiam Ægimurus. Item LX. stadiorũ nauigatio est Carthagine in ulteriorem proximã regionem, unde Nepherinum ascensus est stadiorum C. ac XX. urbem natura munitam, & super petra quadam ędificatam. In sinu Carthaginensi est Tunis ciuitas, & aquę calidæ, & lapidariæ quædam, deinde Hermæa promontorium asperum, cui proxima est ciuitas eodem nomine, deinde Neapolis, deinde Taphitis promontoriũ, & in eo collis quidã Aspis nomine, à similitudine appellatus, quẽ Agathocles Sicilię tyrannus habitauit, quo tempore Carthaginẽ nauigasset. Hæ urbes à Ro. cum Carthagine sunt euersę. Stadijs quadringentis procul à Taphitide est Corsura insula, contra Selinuntem Siciliæ fluuium posita, ambitum habens C. & L. stad. & urbem eodem nomine, distat à Sicilia per sexcenta ferè stadia. Melite etiam insula distat à Corsura stadijs quingentis, deinde est Adruma ciuitas in qua erant naualia, postea insulæ multæ & crebræ nomine Tarichiæ, postea Tapsus ciuitas, post quã insula est in pelago Lopadusa, postea Ammonis promontoriũ, postea Thera urbs circa paruę Syrtis initiũ. Alia quoq; oppidula permulta interiacent non digna memoratu. In principio Syrtis insula quędã adiacet oblonga, nomine Cercinna bene magna quę urbẽ habet eodẽ nomine. Itẽ altera minor Cercinnitis. His cõtinua est minor Syrtis quã Lotophagitim Syrtim uocant. Huius sinus ambitus est mille & sexcentorum ferè stad. oris latitudo sexcentorum. Iuxta utrunq; promontorium, quæ os efficiunt, insulæ adhærescunt continenti, Cercinna scilicet de qua diximus, & Meninx, magnitudine æquales. Meningem Lotophagorũ terrã putant, cuius Homerus meminit, & signa quædam extant & Vlysis ara & fructus ipse. Nam lotos arbor multa in ea est fructu suauissimo, permulta in ea oppida sunt, sed unũ eodẽ nomine quo insula, et in ipsa Syrti oppida plurima sunt. In recessu ipso est ingẽs emporiũ cui flumẽ allabitur in sinum emittens, maris affluxus & refluxus hucusque pertendunt. Ac tunc finitimi maximo studio ad captandos pisces excurrunt. Post Syrtim est lacus, nomine Zuchis CCCC. ferè stadiorum, habens ingressum arctum, ad quem urbs est eodem nomine. Ea purpurificium, & uarias piscium condituras habet. Postea est alius lacus longe minor, post quem est Abrotonum ciuitas, & alia quędã, continua est Neapolis, quam Leptim uocant, dehinc est Epizephyriorum Locrorum traiectus, is est stadia tria millia & DC. postea est flumen, postea murus quidã, quẽ Carthaginẽses condiderunt, Bathris quibusdam in pontę iunctis, quæ in regionem recedebãt. Hic sunt loca quædam importuosa, cum cæ-

Massæsylij.
Corinthus.
Corsura.
Lilybæũ ꝓm.
Aegimurus.
Nepherinus urbs.
Tunis.
Hermæa ꝓm.
Neapolis.
Taphitis.
Aspis.
Agathocles.
Selinûs.
Melite.
Aduma.
Tarichiæ.
Tapsus.
Lopadusa.
Thera.
Cercinna.
Syrtis.
Lotophagitis Syrtis.
Meninx.
Vlysis ara.
Lotos arbor.
Zucchis.
Purpurificiũ
Abrotonum opp.
Neapolis.
Leptis.

Syrtis magna. Cephalas. tera ora portus habeat. Postea est promontorium altum & syluosum magnæ Syrtis initium quod Cephalas uocant. Ex Carthagine ad hoc promontorium sunt paulo plura v. millibus stadiorum. Imminet autem oræ à Carthagine usq; Cephalas, & Massæsylios Libophœnicum terra usq; ad Getuliæ montana quę iam Libyca sunt. Vltra Getuliam est Garamantum regio, quæ cum illa pariter progreditur, unde Carchedonij lapilli afferuntur, dicunt Garamantas ab Æthiopibus, & Paroceanitis abesse IX. X. úe dierum itinere, ab Ammone XV. Inter Getuliam & nostram oram multi campi interiacent, & multi montes, & magni lacus, & flumina, quorũ quędam in terra demersa euanescũt. Hi & in uictu & ornatu frugales sunt, uxores multas & multos filios habẽt. In cæteris Arabum Nomadibus persimiles. Eorum equi & boues ungulas cæteris longiores habent. Eorum reges plurimum equis student, ut ad centena pullorum millia quotannis recensentur. Oues carne & lacte nutriuntur, præsertim in locis Æthiopiæ uicinis. Atque in mediterranea quidem hæc. Maior uero Syrtis noningentorum, & XXX. stadiorum ambitum habet, diametrum in recessum mille & quingentorum, quanta ferè est oris latitudo. Maioris ac minoris Syrtis difficultas est, quod cum multis in locis fundum sit cœnosum propter affluxus & refluxus maris, contingit ut multi in breuia incidentes inhęrescant, & rara nauigia euadant, quaproter eminus nauigant, cauentes ne incaute à uentis deprehensi, in sinus illidantur. Nam hominum periculum omnia pertentat, præsertim nauigationes secus terram. In maiorem uero Syrtim nauiganti, post Cephalas ad dextram est lacus CCC. ferè stadiorum longitudine, latitudine LXX. in sinum emittens. Is insulas quasdam habet, & stationem ante os. Post lacum est locus nomine Aspis, & portus optimus omnium qui sint in Syrte. Deinde continua est Euphrantas turris, Carthaginensis regionis, & Cyrenaicæ, Ptolemęo subditę, confinium, postea locus nomine Charax, quo Carthaginenses emporio utebantur, aduehentes uinum, & inde succũ, & silphium reportantes ab ijs, qui id ex Cyrene clam exportabant. Postea sunt Philenorũ aræ. Postea Automala castellũ, in totius sinus recessu positũ, huius recessus parallelus Alexandrię parallelo paulo est australior mille stad. Carthaginis parallelo paucioribus q̃ duobus millibus. Cadit enim partim ad Heroũ urbem, quę est in Arabici sinus recessu, partim in Massæsyliorũ & Maurorũ mediterraneã, ubi iam reliqua oręs pars est, usq; in urbem Berenicẽ, stad. IX. millia & quingenta longitudini imminent, latitudinẽ præuaricantes, usq; ad Philenorũ aras. Nasamones Libycum genus. In eo spatio interiacent portus non sanè multi, aquę quoq; perexiguæ. Promontoriũ in quo Berenice sita est, Pseudopenias dicitur iuxta lacum nomine Tritoniadẽ, in quo insula est, quę Veneris templum habet. Est etiam Hesperidum lacus, in quẽ flumen Lathon immittit. Vltra Berenicen est paruum quoddã promontoriũ nomine Borium, quod est Syrtis ostium, ac Cephalas facit. Berenice cõtra Peloponnesum iacet, ad id quod Ichthys uocatur. Atq; etiam contra Iacynthũ stadiorũ trium millium & sexcentorum interuallo. Ex hac urbe M. Cato terrestri itinere Syrtim peragrauit in diebus XXX. ducto x. millium hominum exercitu, & in partes diuiso, aquarum gratia, profectus autem est pedibus per æstum & profundam arenam. Post Berenicen est urbs Teuchira quam Arsinoën uocant. Postea est Barce quæ postmodũ Ptolemais dicta est, deinde Phycùs promontorium humile quidem sed ualde exponitur ad aquilonem, præter reliquam Libyę oram.

Libophœnicũ terra. Garamantes. Carchedonij lapilli. Oues carne uescentes. Syrtis periculum. Aspis locus. Euphrantas. Charax. Silphium. Philenorũ aræ Automala. Heroum urbs. Berenice opp. Nasamones. Pseudopenias. Tritonias lac. Lathon flu. Borium. Ichthys. Iacynthus. Catonis iter. Teuchira. Arsinoë. Barce. Ptolemais. Phicûs.

Id

Id contra Tænarum Laconiæ iacet, duorum millium & octingentorum ſtadiorum tranſitu. Eſt etiam ibi oppidulum eodem nomine, quo promontorium. Non procul à Phycunte eſt Apollonias quò Cyrenenſium naues applicant ad C. & LXX. ſtadia, à Berenice mille, à Cyrene urbe maxima octoginta, quæ in campo quodam iacet adeo edito, ut ex mari eam uideremus. Cyrenen Therei condidere, qui ex Laconica profecti, Theram inſulam coluerunt. Thera olim Calliſta diceba-tur, ut Callimachus ait,

Apollonias. Cyrene. Thera. Calliſta.

Καλλίστη πρωτόῤῥοιθε κὸ Λ' ὕστερον ὄυνομα θήρη
μήτηρ δυσπάρθων πατρίδ' ἠμετέρην. id eſt,

Nomine Calliſta primum, ſed pòſt modo Thera
Dicta fuit tellus, urbis origo meæ.

Cyrenenſiũ portus contra occidentalẽ Cretę extremitatẽ, id eſt Arietis frontem, iacet mille ſtadiorũ interuallo, nauigatur autẽ Leuconoto. Dicunt Cyrenẽ à Batto conditã, quem Callimachus ait progenitorẽ ſuum fuiſſe. Ea ob regionis bonitatem plurimũ creuit. nam & equorũ nutrix eſt, & fructus optimos fert. Ea uiros claros cõplures habuit q & libertati optime pręeſſe poterãt, & imminẽtibus Barbaris fortiter reſiſtere. Nam & olim libera fuit cum poſtea Macedonũ potẽtia eſſet adaucta. Ægypto occupata, eam adorti ſunt, Thimbrone imperãte, à quo Harpalus occiſus eſt. Cumq; aliquandiu ſub regibus fuiſſet, tandem in Romanorũ poteſtatem deuenit, & nunc prouincia eſt cum Crete cõiuncta. Cyrenaica oppida ſunt, Apollonia, Barce, & Teuchira, & Berenice, & alia quædam proxima. Cyrenæis finitima eſt regio, quæ ſilphium gignit, & Cyrenaicum ſuccum, quem ſilphium poſterius effert. Id propémodum defecit, cum aliquando barbari odio quodam ingruiſſent, ac radices eius penè omnes eruiſſent, fuere hi Nomades uiri. Ex Cyrene illuſtres fuere, Ariſtippus Socraticus, qui Cyrenaicam philoſophiam inſtituit, & Areta eius filia, quæ in ſchola ſucceſsit, & Ariſtippus filius, qui matri ſucceſsit, & μητροδίδακτος cognominatus eſt, & Anniceris, qui Cyrenaicam ſectam uidetur emendaſſe, & Anniceriam ab ea deriuaſſe. Callimachus quoque Cyrenęus eſt, & Eratoſthenes, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Alter poëta ſimul & grammaticæ ſtudioſus. Alter & in his & in philoſophia, & in mathematicis pręſtantiſſimus. Item Carneades, quem Academicorũ optimũ confitentur, & Cronus Apollonius, hinc etiã fuit Diodori dialectici magiſter, qui et ipſe Cronus dictus eſt, magiſtri adiectiuo in diſcipulũ translato. Poſt Apolloniam eſt reliqua Cyrenęorũ ora, uſq; ad eum locũ qui Catabathmus dicitur ſtad. duũm milliũ & CC. prętternauigationi nõ ſatis apta propter portuũ & ſtationum, & aquarum inopiam. In hac prętternauigatione loca ſunt prędara Nauſtathmum & Zephyrium quod ſtationẽ habet, & aliud Zephyrium, & Cherroneſus promontorium, ubi portus eſt. Hoc contra Cretæ circulum iacet, mille & quingentorum ſtadiorum interuallo, auſtro nauiganti. Poſtea eſt Heraclium, ultra quod eſt uicus Paliurus, poſtea portus Menelaus, & Ardanaxes humile promontorium quod ſtationem habet, poſtea magnus portus cui obiacet Cherroneſus, quę in Creta eſt triũ milliũ ferè ſtadiorũ traiectu. Nam toti ferè huic orę Creta pariter opponitur, anguſta ſanè ac longa. Poſt magnum portum eſt alius portus, nomine Plynus, ultra eum ſunt Tetrapyrgia. Iam uero reliqua ſunt Parætonium uſque, & inde Alexandriam uſq;, locus autem Catabathmus dicitur. Atq; eouſque Cyrenaica pertendit, de qua nobis in Ægyptiacis rebus dictum eſt.

Batus. Cyrenaica op. Apollonia. Barce. Teuchira. Berenice. Silphium. Thimbro. Harpalus. Ariſtippus. Cyrenaica philoſophia. Areta. Matrodidactus. Anniceris. Anniceria philoſophia. Callimachus. Eratoſthenes. Carneades. Cronus Apollonius. Diodorus Dialectícus. Nauſtathmũ. Zephyrium. Heraclium. Paliurus. Menelaus portus. Ardanaxes. Plynus portus. Tetrapyrgia.

Libes. Nasamones. Psylli. Garamantes. Marmaritæ. Vlteriorem ac repostam Syrtis regionem & Cyrenaicam, Libes obtinent, sterilem sanè, & aridam, primi Nasamones, postea Psylli, & Getulorum pars, & Garamantes, magis ad orientem Marmaritæ, Cyrenæ plurimum accedentes, & usq; ad Ammonem pertendentes. A maioris itaque Syrtis recessu, in diebus quatuor ad hyemales ortus dicuntur peruenire, etiam qui placide & otiose incedunt. Hic locus est Ammoni similis palmifer, & aquosus. Imminet autem Cyrenaicæ ad meridiem uergenti, usque ad centum stadia, & arbores fert, usque ad alia C. feritur solummodo, hæc terra etiam orizam gignit, propter siccitatem. Vltra hanc est regio quæ silphium fert, postea inhabitata, & Garamantum terra, quæ silphium fert angusta est, & longa & arida. Longitudo ad orientem solem eunti circiter mille stadia, latitudo CC. uel paulò plura, quę quidem cognita sit. Coniectare possumus totam deinceps eam quæ in eodem est parallelo huiusmodi esse ex aëre, & stirpe, huius productione. Sed quoniam uastæ intercidunt solitudines, non omnia loca scimus. Eodem modo ignorantur, quæ ultra Ammonem sunt, & Anases usque in Æthiopiam. Nam nec Aethiopiæ fines, nec Libyæ dicere promptũ est. Imò nec eius, quæ secus Aegyptum iacet, aperte quicquam scimus, nec eius quæ secus oceanum est, quare nostræ habitabilis partes sic se habent.

oriza. Silphium. Anases. Aphricæ incognita.

ROMANI IMPERII latitudo. Sed quoniam Romani optima atque notissima obtinent, omniũ superiorum principum imperia supergressi, quorum nos memoriam teneamus, non ab re uisum est, ut eorum res breuibus attingamus. Quod itaque Romani ex una ciuitate profecti, belli & pacis artibus totam Italiã, deinde quæ Italiæ proxima sunt omnia, eadem uirtute adepti fuerint, dictum est. Cumq; tres sint continentes, Europam ferè totam habent, præter eas partes quæ extra Istrum sunt, & præter Paroceanitas, qui inter Rhenum Tanaimq; habitant. Africæ uero ora, quæ nobis ex aduerso est, tota eis paret. Nam reliqua uel inhabitabilis est & sterilis, uel à pastoribus incolitur. Eodem modo & Asiæ ora quæ ad nos uergit, tota Romanis subiecta est, nisi si quis Achæos & Zygos & Eniochos in ratione ponat, qui in angustis admodum & sterilibus locis latroniciam & pastoralem uitam degunt. Ac mediterraneæ & penitioris regionis partim Romani habent, partim Parthi, & Barbari, qui ultra hos sunt, orientem ac septentrionem uersus, ut Indi, Bactrij, & Scythæ, dehinc Arabes, & Aethiopes, ac semper eis aliquid additur. Vniuersæ huius terræ, quæ Romanis paret, partim reges tenent, quam uero ipsi habent, prouinciam uocant, & præfectos & quæstores in eam mittunt. Sunt etiam nonnullæ ciuitates liberæ conditionis, aliæ ab initio per amicitiam Romanis adiunctæ, aliæ ab ipsis honoris gratia libertate donatæ. Sunt & † principes quidam sub eis & Phylarchi & sacerdotes, atque hi quidem secundum quasdam patriæ leges uiuunt. Prouinciæ persæpe aliter, atque aliter diuisę fuerunt, at in pręsentiarum, ut Cęsar Augustus constituit. Nam cum patria ei totius imperij patrocinij permiserit, & pacis & belli quàm diu uixerit potestatem habeat, totum imperiũ bifariam diuisit. nam partem sibi asciuit, partem populo dedit, ac sibi quidem quęcunq; militum pręsidio indiget. Ea est regio barbara, & gentibus nondum subactis finitima, sterilis sanè & cultu difficilis, ut propter cęterarum rerum inopiam, & copiam munitionum iugum detrectent. Populo autem reliquam concessit, quę pacata est, & facile sine armis retinetur. Vtranque portionem in prouincias complures diuisit, quarum alię Cęsaris, alię populi dicuntur. In suas prefecturas Cęsar ipse administratores mittit, & alio tempore ali-

Achæi. Zygi. Eniochi. Prouinciæ. ἑκατόνταρχοι, Phylarchi. Ro. Imperij forma. Ro. pop. potestas in Augustum translata Augusti imperium. Prouinciarum diuisio. Prouinciæ consulares.

ter

ter partitur regionem, & ut res postulat, ita uersatur. In populi prouincias populus imperatores uel consules mittit, sed hæ quoque in diuisiones alias diducuntur, pro ut usus postulauerit. In initio tamen duas consulares fecit, Libyam scilicet, quę Romanis paret, ea duntaxat excepta, quæ prius sub Iuba fuit, nunc uero sub Ptolemęo est illius filio. Et Asiam cis Halym & montem taurum, Galatis exceptis, & gentibus, quę sub Amynta fuerũt, prętereaiam Bithyniam, & Propontidem. Prętoras uero decem. In Europa quidem & adiacentibus insulis, ea scilicet quę ulterior Iberia dicitur, & circa Betim flumen est & Attacem. Et ex Celtica Narbonensem. Tertiam Sardiniam cum Cyrno. Quartam Siciliam. Quintam & sextam Illyrij partem, quę ad Epirum uergit & Macedoniam. Septimam Achaiam usque in Thessaliam & Aetoliam & Acarnaniam, & nonnullas Epiri gentes, quę Macedonię sunt conterminę. Octauam Cretem cum Cyrenaica. Nonam Cyprum. Decimam Bithyniam cum Propontide, & quibusdam Ponti partibus. Cęteras Cæsar prouincias habet, in quarum alias procuratores mittit, consulares uiros, in alias prætorios, in alias homines ex equestri ordine. Reges uero & principes, & decarchæ eius portionis sunt, ac semper fuere.

Prætoræ populi Rom.

Decarchæ, id est decem primates.

COMMENTARIORVM GEOGRAPHICORUM Strabonis philosophi absolutissimi finis.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

AD LECTOREM.

VNIVERSA quæ ex hiſce Strabonis Geographicorum commentarijs petenda uidebãtur, in indicem ſecundum alphabethi ſeriem ueluti in ſuas quaſq; capſulas congeſſimus, nimirum quo lectoris diutius inquirendi faſtidium tolleremus. Quod utinam, qui id ante nos tentauit Mancinellus ea fœlicitate præſtitiſſet, ut noſtro hoc labore nihil opus fuiſſet. Gloriatur enim uir ille in epiſtola quadam ſe haud illiberali mercede ad hoc conductum, cæterum quàm infœliciter abſoluerit, facilè deprehendet quiſquis hanc noſtram caſtigationem cum ſuo conferet indice, nempe quàm ridiculè uoculas ſæpe aut nõ ſatis intellectas, aut alioqui corruptas continuò ueluti nouum aliquid in indicem digeſſerit, id quod nihil mirum fuit in homine qui Græca eruditione deſtitutus, non poterat exemplariorum collatione adiuuari. Tu pro candore tuo lector, quicquid id eſt minutiorum quod ἀμιδὶ præſtamus, εὐπόθετος, & uale.

A Ba 301. 449
Abæ 286
Abantes 301
Abaris 202
Abaſes 519
Abdera 107. 431
Abeacus 344
Abij 199. 209
Abiſari regio 465
Ableti 419
Aboraca 337
Aborras 494
Abretanus Iuppiter 385
Abretana 385
Abrotanum ciuitas 545
Abſyrtides 211
Abſyrtus ibidem
Abus 358
Abydus 390. 392. 395. 532
Abydi aurum 450
Acalander 188
Aca 500
Acamas 455. 456
Acantium 399
Acara 145
Acaria 253
Acarnanes 217. 221. 281. 317
Acarnania unde 315
Acerræ 167
Aceſines 461. 465
Achæa petræ 232
Achæmenidæ 482
Achæi 248. 257. 336. 384
Achæium 400. 405
Achæus 257
Achaia 258. 349
Achaicarus 502
Acharaca 435
Achardeus 344
Acheron 171. 218. 230. 229
Acheruſia palus 224. 163
Achelous 219. 228. 305. 312
Achilleum 42. 45
Achilleus curſus 26
Achillis templum 399
Achillis uicus 208
Achiui 248
Achiuorum aćle 455
Acholla oppidum 544
Acidon 232
Acila 507
Aciliſena 356. 357. 375
Accipitrum inſula 509. 535
Accipiter Aethiopicus 535
Aciris 177
Aconites 146
Acra 337
Acræa Iuno 255
Acræphium 278
Acritas 241
Acrocorinthus 242. 254
Acroliſſus 212
Acrolochias promont. 520
Acryſius 283
Aćle 265
Aćlij Apollinis ludi 217. 306
Aćlium 306
Ada 439
Adadata 382
Adæ 417
Adelphius 354
Adiabena 588. 593
Adiatorix 365. 375
Adobogion 419
Adonis 500
Ador 357
Adramyttinus ſinus 406
Adramyttiũ 407. 389. 410. 412
Adrapſa 480
Adraſtia 394. 385
Adraſtiæ camp. 379
Adria 194. 212
Adrius 211
Adruma oppidum 545
Adua 140
Aduallas 137
Aduas 130. 137. 145
Aea 34
Aeacus 251
Aeas 182. 212
Aeclus 303
Aedificatori neceſſaria 74
Aedificiorum cura apud Romanos 158
Aeeta 36
Aegyptus fluuij munus 461. 221
Aegyptus inſula 23
Aegeſta 170
Aegeſtani 178
Aegeſtea 182
Aegeſtanæ aquæ 184
Aegletus Apollo 331
Aegeus 264
Aegina 247. 251. 265
Aeginenſes 269
Aegæ 259. 260. 273. 417
Aegæus Neptunus 273
Aegaleos 241
Aegeæ 244. 451
Aegialia 250
Aegimurus 545. 186
Aegioli 252
Aegialenſes 257
Aegira 260. 259
Aegirum 413
Aegium 259. 260
Aegæum 260. 216. 412
Aegeſta 480
Aega 412
Aegimerus 496
Aegyptius portus 499
Aegyptus 424. 518
Aegyptiorum uita 517
Aegypti figura 518
Aegyptus antiqua 519
Aegyptus prouincia 523
Aegypti tributa 523
Aegyptiaca faba 524
Aegypti aditus 527
Aegyptiorum dij ibidem
Aegyptus oleo caret 530
Aegyptiorũ immunditia 539
Aegypti præfecturæ 517
Aelius Gallus 80. 513. 536
Aelius Cato 203
Aemilia uia 146
Aemus 210. 213
Aenea 405. 305
Aenianes 288
Aeneſius Iuppiter 310
Aeniani 358
Aenianæ 345
Aeneæ ditio 497
Aenarius 260
Aeneæ menſæ 408
Aeneæ fatum 407
Aeoles 433
Aeolus 19
Aeolus uentorum rex quare 16
Aeoliæ inſulæ 172
Aeoliarũ diſtantia inter ſe 189
Aeoles 360
Aeolis 393. 402
Aepalius 288
Aepea 241
Aepy 234
Aequorum fluxus 40
Aëria 125
Aeſculapij uicus 499
Aeſtuaria 85

Aestus maris commoditas 96
Aesaris 149
Aesium 153
Aesernia 159
Aesarus 175
Aeschines 426
Aesculapius 433
Aesculapij 251
Aesapus 371.385.393
Aesyetæ 402
Aetas prudentia metitur 471
Aethiopes 2
Aethiopes dupliciter diuisi 23
Aethiopes cur nigri & crispi
Aethiopum uita 517 (963
Aethiopum subiugatio 537
Aethiopum mores 538
Aethiopum mulieres 538
Aethiopica loca 25
Aetas quid 51
Aetherij 81
Aetuatij 130
Aethalia regio 150
Aethalicum ferrum 150
Aetna 180.183
Aetnæ ignes 183
Aetoli 221.281
Aetoli statua 315
Aethici 290
Aetoliæ nomen 316
Aetoliæ diuisio 306
Aethinces 218
Aex 413
Aëxones 268
Africæ situs & figura 87
Agamemnon 249.314
Agamemnonis exercitus 7
Agatha oppidum 122
Agatharchides 419
Agathocles 188.418.545
Agathyrsum 178
Agis 244
Agni cornu 526
Agidus 447.455
Agradatus 483
Agrani 514
Agræi 506
Agrij 508
Agrigentum 178
Agilla 148
Aiacis tumulus 399
Aiacis interitus 403
Aila 501
Alabanda 440.442
Alabes piscis 533
Alæsa 178
Alalcomenia Minerua 279
Alalcomenæ 279.310
Alaniticus sinus 501
Alazonius 341
Alazia 370
Alazonia 371
Alba 154.160
Alba acta 524
Albanus mons 160
Albanus lacus 360
Albania 340
Albani 341.342
Albaniæ ingressus 341
Albanorum sacrificandi ritus 342
Albia 210
Albis 10.194
Albigaunus 136
Albion 136
Albienses 137
Albiœci 137
Albulæ aquæ 160
Albus 513
Alcæi patria 414
Alcæus 402
Alcmæon 218.314
Alcynonium mare 223
Alesium 228
Alex 174
Alexander magnus 10. 47. 445.475
Alexander Lychnus 430
Alexander Molossorum rex 188
Alexander Philolethes 388
Alexander architectus 429
Alexandri ferula 399
Alexandria 349.398.400.407. 452. 520.521
Alexandro blandientes scripto res 459
Alexandri exercitus per Gedro siam 478
Alexandri uisum 479
Alexander diuinos honores affectauit 491
Alexandrium 503
Alexandria agon 431
Alexander Aetolus 434
Alexandriæ situs & figura 521
Alexandri sepul. 521
Alexander ad Ammonis oraculum 533
Alexandriæ schola 450
Algæ natura 131
Algonus 44
Allotriges 105
Allife 159
Alinda 419
Alonesus 295
Alope 44.287.288.370
Alopecia 337
Alorium 234
Alosa 470.539
Alpes 136
Alphei cursus mirus 181
Alpheonia Diana 229
Alpheus 179. 226. 228. 229. 231.236
Alpia 136
Alpium beluæ 140
Alpium cum Græciæ montibus comparatio 140
Alterumbri ἑτερόσκιοι 91
Alteus 416
Althemenes 329
Altinum 144
Alyattes 284
Alyattis tumulus 421
Alyattis diuitiæ 454
Alyba 369
Alyzia 305.312
Amaltheæ cornu 313
Amari lacus 527
Amanides portæ 451 (496
Amanus 347. 352. 361. 451. 485.
Amarynthus 303.239
Amarynceus 227
Amardi 345.346
Amarni 348
Amasia 194.368.376
Amastris 364.366
Amastrum 207
Amathoëssa 224
Amathus 224. 229. 243. 456
Amathusij 227
Amatorum raptus 330
Amaxia 447
Amaxitani 406
Amaxitus 405.406.411
Amazones 343.370.371
Ambaruale sacrum 154
Amblada 382
Ambiani 131
Ambracia 305
Ambracium 305
Ambracius sinus 217
Ambrones 124
Ambrysus 286
Ameria 153.374
Amenanus 161
Amisum 179
Aminsus 48.52.368
Amisena 368
Amiseni 368
Amiternum 162
Ammonia 524
Ammonis oraculum 533
Ammonis templum 37.41
Amnias flu. 377
Amnius 230
Amnisus 325
Amorgus 333
Amorius 386
Ampelus 333.427
Amphapalia 324
Amphiala 266
Amphiaraus 269.502
Amphiarai sacellum 272
Amphictyonum conuentus 251. 278. 283
Amphyctionum institutor 283
Amphigenea 214
Amphilochi 215.218.305.315
Amphilochi urbs 106
Amphilochus 218. 451
Amphinomus 180
Amphion 277
Amphissa 288
Amphissæi 282
Amphistratus 338
Amphrisus 293. 294
Ampsani 196
Amulius 154
Amyclæ 243.244
Amymone 247.249
Amyntas 279.380
Amyntor 297
Amyzon 440
Anabura 382
Anacharsis 202.203
Anacreon poëta 427. 430
Anactorium 305.306
Anagnia 159
Anagrana 514
Anagyrasij 268
Anancæus 424
Anaitis 347.385.485
Anandatus 347
Anaphe 331
Anaphlystij 268
Anapias 180
Anariacæ 344.345
Anas flu. 93
Anases 87. 533.548
Anaxenor 434
Anaxagoras 432
Anaximander 5. 426
Anaximenes 395. 425.426.432
Anaxyris 486
Anaxyrides 355
Anchiala 214.449
Anchoë 274
Anchora 380
Ancon opp. 161
Ancyra 126
Andania 234.304
Andizetij 210
Andriacæ 348
Andira 409.412
Andirina deûm mater 412
Andremon 424
Andriaca 214
Andriclus 447
Andretrium 211
Andrius 404
Androclus 426
Androcopus 424
Andromedæ fabula 31.501
Andros 331
Aneæ templum 546
Anemolea 386
Anemorea 286

Anemurium 447.448
Anguigenæ 394
Angidista 380
Angyala 152
Aniger 231
Anigriades nymphæ 231
Animalia Indiæ 463
Animalia Aegyptijs sacra 532
Anio 157.160
Annibalis p alpes traiectus 152
Anniceris philosophus 547
Anniceria philosophia 547
Annibal apud Capuam emol-
litus 168
Annibal 145
Anni digestio 529.535
Antacæi 206
Antæi sepulchrum 542
Antandria 406
Antandrus 406.407
Antenodorus 450.513
Antenodori duo 450
Antenor 407
Antennæ populi 154
Anthes 251.419
Anthea 241
Anthedon 273
Anthemis 311
Anthemus 427
Anthemusia 494
Antropophagi 136
Antiatium latrocinia 156
Anticasius 496
Anticyrrha 281.282.293
Anticinolis 367
Anticita 337
Anticragus 445
Anticyra 281.282
Antigonia 379.398.400
Antigonus Apellis 440
Antimenis 414
Antilibanus 491.498
Antiochus 446.492.501
Antiochorum Aterax 498
Antiochus Soter 349
Antiochia 349.386.423.434.
495.496
Antipater 251.470.500
Antipater Derbensis 381
Antipater pirata 361
Antiphellus 445
Antiphili portus 508
Antiphræ 524
Antipodes 5
Antirrhium 223.260.283
Antipolis 120.121.124
Antissa 413.414
Antitaurus 352.361
Antium 155
Antonij expeditio 354
Antonius 457
Antonius ubi superatus 522
Antirrhodus insula 521
Antrum Emporicum 540
Antrum Nympharum 251
Antron 292.294
Antronis asinus 294
Anubis dromus 528
Anubis 532
Aones Bœotij 215.268.270
Aorsi 336.344 Aous 212
Apæsus 393.395
Apamia 348.354.378.386.
387.422.495.496
Apami e terræmotus 387
Aparni 347
Apaturum 317
Apaturia Venus 338
Apelles 10.430
Apellicon 431
Apellicon Telus 408.431
Apenninus 86.136.139
Apennini terminus 175
Aphetæ 295
Aphetor 285.284
Aphnij 393
Aphricæ incognita 548
Aphrodisias 386
Aphrodisium 120.407.455
Aphroditopolitana præfectu-
ra 530
Aphydna 267
Apia 249
Apiæ campus 413
Apidanus 239.292
Apidones 249
Apis uicus 524
Apis 527
Apis bos 529
Apobathra 396
Apocopes usus 244
Apollo Didymeus 425
Apollo Clarius 430
Apollo Erythibius 411
Apollo Pornopius 411
Apollodorus 419.457
Apollodorus gram. 443
Apollodor. rhetor 452.453.419
Apollodoria secta 419
Apollo Marmarinus 302
Apollocrates 174
Apollinis Actij templum 217
Apollinis Actij ludi 218
Apollinis aram cõtingẽtes 476
Apollinis Colossus 214
Apollinis responsum 214
Apollinis gesta 285
Apollinis urbs 534
Apollinis ministri 319
Apollo Phillæus 294
Apollo 302.319.362.411
Apollonis 419
Apollonium promont. 544
Apollonias 381.547
Apollonia 90.212.214.216.364.
385.419.435.497.547
Apolloniatis 354.488.485
Apolloniaticus lacus 385
Apollonius 439.442.500
Apollonius Stoicus 415
Apollonius Argonautarum au-
thor 439
Apollonius Cronus 440
Apollonius medicus 455
Apollonius Mus 452
Appiatæ 369
Appia uia 155.159.190
Aprosopitica præfect. 526
Apsus 212
Aptera 327
Apuli 190.191
Apulia 162.190.191
Apurgiani 373
Aqua 531
Aqua Nili 463
Aquæ copia 366
Aquæ sacrificium 485
Aqua leuissima 487
Aqua mutatur in terram 531
Aquæ ductus 158
Aquæ stadelæ 146
Aquileia 144
Aquilæ Iouis 283
Aquilo 21
Aquitani 119.128
Aqua lapidescens 422
Arabaus 31
Arabes 31.513.516
Arabiæ initium 505
Arabia fœlix 504.506.529
Arabicus sinus 82.501
Arabum dij 490.491
Araceuthus 496
Arabia 29.87.506.529
Arabon 340
Arachosia 349
Arachoti 348.479.496
Aradus 498.499.505
Aradij 497.515
Aræthyræa 257
Aragus 347 Arami 421
Arammæi 31
Aranearum morsus 342
Arapheniæ aræ 302
Arar 125
Ararena 514 Arasus 382
Aratus 70.449
Aratus princeps 257.258
Arattus 218 Arausio 125
Araxena 335
Araxes 336.341.354.356.357.
358.483
Araxinus campus 356
Araxus 223.225.261.311
Arbela 359.488
Arbelus 488
Arbis 478
Arbies 477
Arbores Indicæ 462
Arbor Gedrosiorum 479
Arbores maris rubri 505
Arborum minium 118
Arboris mirum 134
Arboris apud Gades mirũ 118
Arborum lac 113
Arborum habitatores 369
Arborum telæ 118
Arcadici asini 261
Arcadia 223.261
Archæanax 402
Arcesilaus 10.412
Archelaus 375.378.522
Archelaus physicus 452.522
Archedemus 450
Archias 251.255
Archilochus 311.332
Architheorus 232
Arconnesus 431.437
Arcticus circulus 2
Arctos uel plaustrum 2
Archytas Tarentinus 188
Arcturus 89
Ardania 29.226.241
Ardanaxes promont. 547
Ardea oppidum 153.156
Ardiæi 211
Arduenna 131
Aregontis picturæ 219
Arecina templum 169
Aretas 514 Areta 547
Arelatæ 128
Arena 233 Arenæ 231
Arethusa 92.181.305.497
Arethusa Sampsicerami 497
Aretium 152
Argæus mons 51.362
Argantonius 102.378
Argentum mons 99
Argenum 412
Argillæ 165
Arginusæ 412.413
Argissa 298
Argiua terra 225
Argiua ora 247
Argiui ibidem
Argi conditor 329
Argolicus sinus 247
Argonautæ 33.295
Argos 244.247.253.272.
295.305
Argos Pelasgicum 148.291
Argos Oresticum 218
Argos Amphilochicum 218.514
Argous portus 150
Arguса 298
Argus castellum 362
Argyria 371
Argyrippa 190

Aria 51.349
Ariani 31.87
Ariana 459.477
Arianæ fines 480
Ariarathes 360.363
Aridæi 521
Arij 546.480
Arietis frons 707
Arietes pretiosi 97
Aricomisci 125
Arimæi 516
Arimaspi 15.344
Arimaspia carmina 394
Arimi 388.420.491.516
Ariminum 146.152
Arimus rex 421
Ariobarzanes 364
Arion eius q; patria 414
Arisba 395
Arisbus 396
Aristarcha 121
Aristarchus 409
Aristeas procon. 15
Aristidis tabulæ Dionysij 256
Aristippus 547
Aristocles 439
Aristobulus 483.503
Aristocrates 242
Aristonicus 27
Aristodemus 435
Aristocratia 8
Aristæus 394
Ariston 10.268.332.440.519
Aristonicus grammat. 27.433
Aristotelis bibliotheca 408
Aristoteles 105.304
Aristotelis uxor 409
Aristopatra 467
Aristus 455
Arithmetica 500.517
Aritia 155.160
Arius 349 350
Arla 349
Armamentarium Philonis 267
Armamentarium regium 471
Armenia 353.356.358
Armenij 31.87.516
Armenius 195.342.358
Armozica 341
Armozus 504
Arna 43.277.279
Arnæ 278
Arnarion 259
Arnus 149
Aroma 455
Aromatifera 512
Arotrebæ 103
Arotria 301
Arpi 190
Arretium 152
Arrichi 318
Arsacæ 467
Arsaces 348.349.376
Arsacia 354
Arsacij 495
Arsenicum 481
Arsenus 357
Arsinoë Lysiaca 445
Arsinoë 313.418.445.447.455.
456.457.507.509.527.532
Arsysia 438
Arsinoëtica præfectura 518.530
Arsinoë oppidum 527.532.546
Arta 424
Artabasdæ thesauri 357.359
Artabri 81.99.103
Artabrorum promont. 92
Artaca 386.390
Artacana 349
Artacenæ 488
Artageras 357
Artanes Sophenus 358
Artauasdes 354.357
Artaxata 357
Artaxias 357.358
Artaxiasata 357
Artemia 43
Artemidorus 439.451.525
Artemis unde 426
Artemisium 107.160.416
Artemita 492
Arundines Indicæ 472
Artemisia 439
Aruacti 109
Aruerni 128.129.130
Arupenum 139
Arupinus 211
Arusij 88
Asander 209
Asca oppidum 514
Ascalon 501
Ascania 879.454
Ascanius 154
Ascanius dux 379
Ascanius lacus 378
Asclepiades 105.380
Ascra 276.279
Asculum 161
Asia 46.82.85
Asiaticus 229
Asiæ termini 315
Asiæ partes 315
Asiarchæ 434
Asij 347
Asina urbs 240.241.243.
247.250
Asinus frigoris impatiens 206
Asinus pro equo in bello 481
Asini mandibula 244
Asionenses 421
Asius 396
Asopæi 215
Asopia 276
Asopus 244.257.276.278.289
Aspaneus 407
Asparagi 541
Aspendus 382
Aspides 532
Aspis 431
Aspis collis 545
Aspis locus 546
Aspis Aegyptia 539
Aspionia 350
Aspledon 280
Aspordenus 415
Asporena dea 415
Aspungitani 338
Assacani 465
Assersia 409
Assij 406
Assus 389.409.412
Assyrij 493.488
Astaboras fluuius 508.517
Astacœni 465
Astacœnus 378
Astacus 312.378
Astapas 508.517
Astas 94
Asteria 43.310
Asteris 43.310
Asterium 297
Astosaba 517
Astronomia 8.500
Astyages Medus 484
Astypalæa 269.333.440
Astypalienses 403
Astyra 407.411.397
Asylum 380.429
Asylum Romanum 154
Atabyris 438
Atacis ortus 122
Atalanta 287
Atargata dea 494
Atargata 516
Atarna 410
Atarnea 417
Atarneus 389.407.412
Atarnius 412
Ateas 206 Atesinus 139
Atella 166
Athamenes 215.218.289.299
Athara 516
Athenæus 448
Athenais 432
Athenæum 164
Athenienses 264
Athenienſis Reip. partitio 265
Athenocles 368
Athon 303
Athribes oppidum 526
Athribitæ 526
Athrulla oppidum 514
Athymbrus 435
Athymbradus 435
Atintanes 218 Atlanta 266
Atlas mons 540
Atlanticum mare 8
Atomorum dogmata 500
Atrax 298
Atrebati 131
Atropatia 153
Attalicorum regum origo 418
Attalia 446
Attalus rex 418
Attalus Philadelphus 430
Atteſij 348
Attea 407
Attica unde 267
Atticæ montes 269
Attica appellatio 193.267
Aturia 488.489
Atys 147
Audanij 186
Auella 166 Auenio 125
Auernus 163
Auernus petra 479
Aues Diomedeæ 190
Aues cerui magnitudine 508
Auga 412
Augiæ 244
Augusta 374
Augusta Cæsarea 108
Augusta Emerita 112
Augusti imperium 548
Augustus 193
Auia 262
Auium oppidum 500
Aula bouis 301
Auletes 522
Auletæ tributa 523
Aulis 215.272.301
Aulonia 175
Auphidius 190
Auphidus 190.156
Auri liquefaciendi purgandiq; ratio 98
Auſeij 129
Auſonium mare 156
Auſtri cornu 510
Autariatæ 213
Autolycus 297
Autolytus 367
Automala 546
Axenos 200.201
Azaani 386 Azamona 362
Azanes 261
Azara 356.492
Azaritius 378 Azorus 219
Azenenſes 269
Azotij 495
Azotus 501

BAbanonium 277
Babylon 484.488.
492.529
Babylonia 488.492
Babylonis ſitus 489
Babyloniorum regio 489
Babylonij 49

Babyrſa 357
Bactra 348.350
Bactriani 346.480
Bactriana 51
Bacchus Ignigena 422
Baculos geſtandi mos 515
Badas 482
Bacchiadæ 254
Bacchides 367
Bætilus 241
Bætis fluuius 91
Betica regio ibidem
Bænis 103
Bagadania 51
Bagrada fluuius 544
Baiæ thermæ 152.163
Bala 496
Balanæa 497
Balearides 438
Baiæ unde appellatæ 164
Balſami uiridarium 503
Balſamum 498.512
Baleares inſulæ 113
Baleares funditores ibidem
Balearium ritus 111
Balari 151
Bambyca 496
Bandobena 464
Barbitos 322
Barbarium promontorium 102
Bardi 133
Bardytæ 109
Bardyali ibidem
Barbari unde 443
Barbariſmus 443
Barce 546
Bargaſa 439
Bargoſa 477
Bargyliæ 440.410
Bargus 213
Barium diuerſorium 190
Baris oppidum 188
Baridis templum 358
Barnithius 239
Barnus 216
Barutus 499
Barutum 455
Baſiſtani 94
Baſilei 205
Baſilius fluuius 494
Baſoropeda 357
Baſſus Cæcilius 497
Baſtuli 94
Baſtetanorum mores 104
Baſtarnicæ 198
Baſtarnæ 205
Bata 338
Bathra paludes 526
Batiæ 217
Batia 400
Baton 211.367
Battus 547
Bebrices 364.393.198
Bela mons 541
Bellerophon 423
Belbina 269
Belgæ populi 119.132
Belliaca 212
Belloaci populi 131.132
Belion 103
Bellum Troianum 14
Belon oppidum 94
Benacus lacus 140
Benefici pro dijs habiti 538
Benemunitus 381
Beneuentum oppidum 166
Berecyntes 319.388
Berecynthia 319
Berenice 504.546
Berræa 496
Beronice 507.508
Beryllus 512
Beſa 238.288.
Besbicus 396
Beſſa 283
Beſſi 213
Beſſus 348.480
Betarmones 323
Bettis oppidum 95
Bias 426
βίβλος 538,524
Billari ſphæræ 367
Bion 10
Biſurgis 195
Bithynij 360.364.385.198
Bithynia 377
Bituminis petra 212
Bitumen 491
Bitumen tudæ 503
Bituminis uſus 504
Bitummis fons 543
Bituriges populi 128
Biumbres ἀμφίοπτοι 91
Bizantiorum cornu 214
Bizona 309.213
Blæna 377
Blaſco inſula 122
Blaynum 380
Blemmyes 536
Bleſmi oppidum 151
Blerati oppidum 152
Blittera oppidum 122
Blutium oppidum 39
Boagrius 43.288
Bocalia 265
Bocarus 265
Bochus 542
Bœotia 163
Bœotiæ deſcriptio 270
Bœum 325
Bœbe 295.300
Bœbeis 399
Bœonoa 225
Bœrebiſtas 204
Boëthus 500.450
Bœula 435
Bogus 541.542
Bogus rex 241
Boium oppidum 288
Boia 244
Boij populi 143.196.197
Bolbiticum oſtium 525
Bononia oppidum 145
Booſura 456
Borama 499
Borſippa 489
Borſippeni 489
Boſmorus 462
Borium 546
Boryſthenes 205.194
Boſgadariza 373
Boſphorus popul. 197
Boſphorus Cimmerius 207
Boſphorus Thracius 379
Boſtra 499
Botri magnitudo memoranda 349
Boues Indici 508
Bradyetæ populi 105
Brachmanes 473
Branchus 284
Branchi & Apoll. amores 425
Branchidæ 425
Branchidarum oppidum 350
Braſti lapides 122
Brauron 269
Brauronia 269
Brauronia Diana ibidem
Bregi 362
Breges 369
Breuci 210
Bria 213
Brias 382
Briſamia 219
Briſeis 409
Briſeis ubi capta 391
Britannia regio 45.50.53.78
Britanniæ forma & ſitus 134
Britannorum mores & ſtatura 134
Britomartys 327
Brixia oppidum 143
Brunduſium oppidum 189
Brunduſio unde nomen 189
Brunduſiorum portus 189
Brutij populi 170
Brutiorum appellatio 170
Bryges populi 198
Bubaſtus 528
Bubulcorum oppidum 500
Bubo Aegypti 538
Bubo urbs 423
Bubienum 195
Buca oppidum 162
Bucanus 191
Bucephalus 465
Bucephalia 465
Buchetium 217
Bucteri populi 194
Budorus 302
Bugei populi 187
Buprasium 239
Bura 42.259.260.309
Burdigalia oppidum 128
Buſiris 526
Buticus lacus 526
Butones populi 195
Butus oppidum 526
Butrium caſtellum 144
Butrotum 217
Buxi optimi copia 366
Byblus 499
Bylliones 218
Byrebiſtæ populi 200
Byrchanis 195
Byrſæ 219
Byrſa arx 544
Byſſus 462
Byzares populi 369
Byzantium oppidum 45.214

CAbatanus 506
Caballinus fons 255
Caballio oppidum 125
Cabalenſis ager & regio 422.423
Caberi populi 317.328
Caberides 325
Caberus mons 322
Cabera 323
Cabira 374
Cabyllinum oppidum 129
Caces Aegyptij 538
Cadauera in ſterquilinijs defoſſa 515
Caddiſij 348.346.354
Cadena 362
Cadi 386
Cadmea 278
Cadme 426
Cadmia lapis 110
Cadmi diuitiæ 454
Cadmus 287
Cadurci populi 129
Καστροι 246
Cæloſſa 257
Cæretani populi 148
Cæretana balnea 148
Cæres origo 148
Cæcubum oppidum 155
Cæſarea 543
Cæſarium 522
Cæta 246
Cætulum 103
Cæſar auguſta 102
Caicus 413.383.407. & 413.419
Caici campi 461
Caiatta ſinus 156

Calabria 189
Calabri 186
Calanus 474.475
Calami prodigiosæ magnitudinis 541
Calani mors 476
Calachena 488
Calatis 213
Calapis fluuius 210.365
Calasenna oppidum 170
Calauria 147.251
Galbis 436
Calbium 45
Calce oppidum 166
Calcedon 378
Calchantis sacellum 190
Calchantis mors 430
Calenum oppidum 159
Calænus 387
Caleti populi 131
Callaici populi 105
Callaici athei 110
Callantes 302
Callateria oppidum 166
Calliarus 288
Callias 414
Callidromus 489
Callimachus 528
Callini locus 424
Callinus poëta 421.434
Callipolis 395
Calliſta 332.547
Calliſthenes 350
Callinicus Seleucus 499
Callydius 166
Calpe mons 94
Calpetani 95
Calpas 365
Calyba 215
Calydnæ 405.534
Calydium 166
Calycadmus 447
Calymna 436.534
Calydonius aper 255
Camare quid 318
Camarina oppidum 178
Cambala 357
Cambyſena 356
Cambyſis incendia & ſacrilegia 528
Cambyſes 519
Camelopardales 525.541
Camelorum paſcua 503
Camerte oppidum 153
Camerina oppidum 182
Camelitæ 494
Camirus 437.458
Camiſena 376.347
Camiſa 376
Campani populi 167
Campaniæ deſcriptio 162
Campania uetus 167
Campi oppidum 145
Campſiani 195
Cana 412
Cananita Stoicus 450
Canæ 302.389.390.407
Candauia 216.219
Candace regina 537
Candaria 440
Canes ſepulchrales 291
Canes Indici 466
Cannenſis clades 191
Canum mira mordacitas 468
Canuſium 190.189
Canere 13
Canopicum oſtium 516.517
Canopus 525
Canopi foſſa 525
Cantabri populi 105
Cantabrorum mores 111
Canethus 303
Cantharium 428
Cantium oppidum 45
Cantores caſtigatores 11
Caper fluuius 387.488
Capedunum 213
Cappadoces 366.446
Cappadocia 51.360.361. & 363.485
Caphiæ 261
Capnobatæ 298
Cappionis turris 94
Capreæ inſulæ 43.166
Capria 446
Capua oppidum 162
Capſa oppidum 544
Capuæ 408
Carax oppidum 151
Caralis ibidem
Carambis 207.367
Carana 376
Caranus 497
Carcathiocerta 356
Carchedonij lapilli 546
Cardamyla 240
Carda quid Perſis 486
Cardaces ibidem
Carduchi 494
Cares 215.360.384.386.442
Cares barbarophoni quare 442
Careſus 399.404.405
Cariatæ populi 350
Caricæ Antiochicæ 423
Caricum lorum 442
Carica criſta 442
Carica lingua 443
Carum barbaries 443
Caria 435.439.386.422
Cariſena 404.405
Carmala 362.363
Carmania 480.481.492
Carmanitarum mores 482
Carmanica uitis 482
Carmelus 500
Carmenta fatidica 155
Carmo 95
Carneades 547
Carmyleſus 445
Carpaſia 455
Carpathus 333
Carpathium mare 333
Carpaneites 206
Carna 506
Carni populi 145
Carnium abſtinentia 502
Carpetani populi 93.103
Carſeoli oppidum 159
Carta 145
Cartheia 95.102
Carthæa 832
Carthago 45.544
Carthago noua 107
Carthaginenſium imperium & res 544
Cartij 354
Carna 506
Carura 387
Caryanda 440
Caryota palma 503.536
Caryſtium uinum. 302
Caryſtus 302
Caſſandra 405
Caſia 514
Caſiani 497
Caſij montes 491
Caſij mira 500
Caſilinum oppidum 159.166
Caſius mons 496.501
Caſiorum inſulæ 334
Caſpij 352.348
Caſpiana regio 342
Caſpium mare 336
Caſſander 338
Caſſiteros 480
Caſſiterides inſulæ 81.87.118
Caſſiopa 217
Caſſopeius ſinus ibidem
Caſſopenſes 217
Caſthaneus uicus 300
Caſtabala 361
Caſtaon 99
Caſtores 110
Caſtorium ibidem
Caſyſtes 432
Catabanenſes 506
Catabathmus 524.535
Catana oppidum 179
Catanenſes 382
Catanenſiũ agri fertilitas 179
Catania 422
Cataones 357.360
Cataonius Apollo 361
Catarractæ Danubij 204
Cataracles 353.446
Cathea 465
Cathilci 196
Cathyari populi 116
Catonis iter 546
Cathoriges populi 137
Catopterius 286
Catreus 477
Caucaſus 339.546.543.459
Caucon fluuius 228.230
Cauconia 228
Caulonia oppidum 175
Cauni uirides 416
Caunus 436.302
Cauconis 261
Cauci 195
Caulci ibidem
Cayſtrus 420
Cayſter 450
Cato 349
Cebrenij 396
Cebrinia regio 400
Cebriones populi ibidem
Cebrina 405
Cebrini populi 406
Celadon 229
Celænæ 422.386.413
Celendris 447
Celia 189
Celebritas in ciuitatibus unde 82
Celtæ populi 93.119.127
Celtica regio 56
Celtiberi populi 102
Celtiberorum partes 109
Celtiberorum deus innominatus 110
Cemmenus mons 86.125
Ceneum 204.301.287
Cenerium 233
Cenchreæ 247.255.253
Cenchrius 418
Cenomani populi 145
Centoripa oppidum 183
Centoriporum ſitus 183
Ceos 332.338
Cephalas promontorium 548
Cephalus 309
Cephalo Gergithius 395
Cephallenes 309
Cephalidium oppidum 178
Cephiſus 270
Cephiſis 277
Cepi 510
Cepus 337
Ceramus 439
Ceramienſes 442
Ceratus 325
Ceraſus 369
Ceraunia 190.218.260.341.343
Cerberi ſpelunca 243
Cerbeſia 388
Cercaphus 438
Cerceſura oppidum 529

Cercetæ 336.339.369
Cerceteus mons 333
Cercopitheci 465.472
Cercinna insula 545
Cerdonia 189
Cereus 110
Cereuisia 539
Ceretani 109
Cerinthus 302
Ceruleanus lacus 357
Cestries piscis 122
Cestrus fluuius 446
Cetij populi 413.436
Cetirizis 214
Cetium oppidum 455
Cetius 413
Cetoëssa Lacedæmon 246
Cetorum magnitudines 481
Cetus miræ magnitudinis 505
Cetra 486
Ceutrones populi 137
Chaa 232
Chaala 514
Chabax 368
Chabria 527
Chæanætæ 344
Chænicidæ 367
Chæremon 528
Chæronea 279
Chalachana 358
Chalcetor 441.426
Chalcis 98.289.229.235.303. 304.313.498.499
Chalcia 333
Chalcides 431
Chalcidica 385.498
Chalcedon 378
Chaldæi 373.369.490.503
Chalcedonij cæci 214
Chalonitis 357
Chalybes 369.453
Chalybonium uinum 486
Chamanena 364
Chanes fluuius 340
Chaones 217
Chaonetis 488
Charadrus 447
Charaxus 530
Charax 387.546
Charilaum 329
Charmotas portus 511
Charon 395
Charondæ 363
Charonia 387
Charonium 435
Charsuli oppidum 153
Charybdis 32.179
Chatti 195
Chatuarij 195.196
Chaubi 195
Chazena 488
Chaulotæi 506
Chelidoniæ insulæ 352.436.445
Chelonatas 225
Chelonophagi 509
Cherronesus 207.222.307
Cheronesus an triquetra 452
Cherronesiæ Thraciæ nationes 452
Cheromacrates 429
Chersiphron 429
Cheruſci populi 195
Chimæra 445
Chimerium 217
Chiliocomium 376
Chlamydis formæ terrã esse 80
Chius 334.424.427
Chij ambitus 452
Chloris 232
Choaspes 35.464
Choarina 480
Chœrilus 449
Chones unde 169
Choraſmini 348
Chordiraza 494
Chorena 348
Chorzena 356
Chryseis ubi capta 391.410
Chryſaoræus conuentus 442
Chryſippus 448
Chryſopolis oppidum 378
Chryſorrhoas 498
Chryſocolla 504
Chryſa 405.410
Chryses 410
Chryſoplyſia 98
Chytrium 432
Ciborum reliquiæ in lapides induratæ 530
Cibotus 386.522
Cibyratici 436
Cibyra 423
Cibyrei 423
Cibyrenſis regio 422
Cibyrenſes minores 446
Cicades Locrenſes 174
Cichyrus 217
Cici 539
Cidena 489
Cirta 544
Cilbianus campus 422
Cilicum regio 392
Cilices 383.410
Cilicia 495.411
Ciliciæ diuiſio 446
Cillanus campus 422
Cilla 410
Cilleus Apollo 410
Cillus 410
Cimarus 524
Cimbri populi 196.197
Cimbrorum mores 197
Cimmerius pop. 197.207
Ciminius Velſminorũ lacus 152
Cimmerij populi 97.100.337. 384.434
Cimonericum 337
Cimolus 331
Cinædicæ orationis author 434
Cinnamonifera plaga 50
Cinnamomum 512.463
Cinnamomum pro combuſtibili ligno 512
Cindia 440
Ciniata 377
Ciniſtena 377
Cinolis 367
Cinyras 499
Circeium oppidum 156
Circes ſepulchrum 266
Circuli paralleli 75
Circumumbres περίοικοι 91
Circumciſio 539.502
Cirenius 382
Cirphis 281.282
Cirrha 281.282
Ciſanius 327
Ciſpadana regio 142
Ciſſus 329 Ciſſij 482
Ciſsia 482 Ciſthenæ 445
Citharon 275.276
Citharœdus apud Iaſſum 440
Citharus piſcis 539
Cithyrei 225
Cius 378
Ciuilis homo 67
Cizara 376
Clanes fluuius 139
Clarus 430
Claſtidium oppidum 146
Claud. Pulcher 454
Clauæ ferreis nodis 511
Clazomenij 431
Clazomenæ 424.432
Clazomeniorum ſpeculæ 337
Cleanis fluuius 157
Cleanthis pictura 229
Cleanthes 414.409
Cleandria 405
Clenæum 302
Cleobulus 438
Cleon latro 387
Cleomachus 434
Cleonæ 253
Cleopatra 523
Cleopatræ mors 522
Cleopatra cogno. luna 495
Cleopatris opp. 513.527
Cleophanes 380
Cleonymus 188
Cleua 390
Clides insulæ 455
Climatum deſcriptio 92
Climax 445.499
Clines 330
Clitor 261
Clytemneſtræ cuſtos poëta 11
Cluterna opp. 145
Cluſium oppidum 148.152
Clypea opp. 186
Cnemides 287
Cnoſſus 325.326
Cnuphidis templum 535
Coccas 521
Coci immundi 510
Codrus 265.424
Codridæ 257
Cœnoſus portus 217
Cœlosyria 500.491.495
Cœnandi prãdendiq; tẽpus 471
Cœnſium lex 332
Coire in propatulo 472
Colchis 336
Colchi 339
Coldui 195
Coliadis Veneris templum 269
Collatiæ pop. 154
Coloëna Diana 420
Colonæ 395.405
Colophon 430
Colophonem addidit 430
Colos 209
Coloſſe 386
Coloſſus 213
Coloſſus Rhodius 436
Colotiopus uic. 225
Colous 420.421
Colũnæ in Corinthiaco Iſthmo inſcriptio 115
Colytus 46
Comana 352.361.374.375
Comarus 217
Comanorũ ſacerdotiũ 374.383
Comœdia 13
Commagena 352.495
Commiſena 356
Communitas rerũ omniũ 209
Comum opp. 143
Concauus angulus 499
Cordylion Stoicus 450
Coniſalus 394
Coniſtarſis oppidum 95
Cononis aræ 508
Conopa 313
Concia urbs 102
Coniaci populi 105.460
Conuenæ populi 128
Copais 274
Copæ ibidem
Cophes fluuius 464
Copiæ oppidum 274
Copiæ militares Alexãdriæ 523
Copria littus 180
Copratas 485
Coptus 514.534
Cora 159
Coracius mons 438
Coraceſium 446

Coracij regio 508
Coracinus piscis 539
Coralis 381
Coralius 277
Coralli. 213
Corassiæ 333
Coraxorum lanitium 97
Corbilo oppidum 128
Corcoras 210
Corcyra insula 181.83.211
Corduba oppidum 95
Corsinium oppidum 159
Corsinium Italicum 161
Corica crista 442
Cori campi 420
Corinthus 223.242.256.289. 257.332.375.545
Corinthiacus sinus 83.223
Corinthiorum stercus 256
Corissia 332
Corissus 425.429
Coriscus 408
Corn. Sylla 303
Cornices nigræ 110
Cornithota promont. 312
Cornua montes 266
Cornu Byzantiorum 214
Cornua fluuiorum 312
Cornus uel coruus 281
Corocondametis 337
Corocondamæ uicus 337
Corona 241
Coronea 277.293
Coronei 277
Coronenses 277
Coropassus 444.381
Corpus Alexandri 521
Corsiæ 426
Corsium 538
Corsura insula 545
Corsica 83.150
Corsicæ appellatio & cultus 151
Coruorum auspicium 533
Corus 540
Coruorum portus 154
Coruus mons 281
Corybantes 317.319.322.323
Corybantium templum 323
Corybissa ibidem
Corybum 243
Corycæi 431
Corycus 431.445.448
Corycium antrum 281.448
Corydalia tribus 266
Corydalus 266.269
Corycium 281
Coryphasium 240
Coryphantis 407
Cosas fluuius 159
Coscinia 435
Cosentia oppidum 171
Cos 333.427.440
Cossæi 353.354.492
Cossa oppidum 149.152
Cossura 83
Cotes animal 540
Cothon insula 544
Cottij ager 120.137
Cotinæ 95
Cotiscoliæ oppidum 153
Cothis 302
Cothus 303
Cotuantij 139
Cotytia 321
Cotyi 541
Cotys 321
Cotys Sapæus 373
Cotyaium 386
Cotylus 404
Cragus 445
Crambusa insula 448
Crambusæ 445
Crana 260
Cranai 267
Crangus 447
Cranij 310
Crannonij 225.299
Crassus 433
Crassi cædes 494
Crates 106.409.451
Crater sinus 165
Crateri epistola 467
Craterus 478
Cratippi filij 435
Crathis fluuius 176.160
Cremna 381.382
Cremona oppidum 145
Creophilus 428
Creophagi 508.509
Creopolus 253
Cresphontes 242
Creta 324.328
Cretæ instituta 325
Cretæ urbes quot 327
Cretenses & eorundem Respublica 328
Cretensis mare nescit 239
Cretensium mores 329
Cretensium dieta 320
Creticum pelagus 37.83.217
Creusa 270.273.276
Crinagoras 414
Crinissa oppidum 170
Crineum 325
Crissa 281.282
Crisæorum bellum 283
Crissæus sinus 255.282
Crithota 312
Critasirus 204
Crium promontorium 84
Criu metopon 329
Crobyzi 213
Crocius campus 293.294
Crocodilos porcis abstinere 519
Crocodilorum cultus 532
Crocodilus exosus 533
Crocodilorum ciuitas 500. 532.535
Crocutas fera 510
Crocyla 306.252
Cræsi diuitiæ 454.419
Crommyon 255.456
Cromyonia porca 255
Crommyus 447.455
Cromna 365.366
Cronium oppidum 114
Cronus Apollonius 547
Croto oppidum 180
Crotoniatarum præstantia 176
Crulij 214
Cruni fons 235.229
Crura Athenarum 267
Crystallus 263
Crystallina 500
Ctesiphontuicus 492
Ctesias 32.345.439
Ctistæ 199
Ctenus 207.209
Ctypansa 230
Cuarius 277.294
Cubi populi 128
Cuculum oppidum 159
Culmus quinum cubitorũ 543
Cumanus ager 389
Cuma 370.389.417
Cumæ 163
Cumani fero sapiunt 417
Cumarum appellatio 163
Cuneus 92
Cuniculorum copia 97
Cuniculorum mala 113
Cupido Praxitelis 276
Curalius 296
Curetes unde dicti 317.319. 322.323
Curetes 215.290.306.315
Curetes tibicines 322
Cureticus ager 317
Curetum sedes 316
Curetum alia nominis ratio 317.319
Curias acte 456
Curis oppidum 153
Curium 456
Curius mons 317
Curtorum lucus 508.509
Custodia oppidum 146
Cyaneæ 15.100.214
Cyaxaris 526
Cybele 319.323
Cybelia 432
Cybe 321
Cybeles statua 381
Cybistra 362
Cybiosactes 522
Cyborium 524.538
Cychria 265
Cychriodes 261
Cycesius 238.239
Cyclades insulæ 83.331
Cyclopes 14.15.250
Cyclopea opera 250
Cyclopeæ spelunceæ 247.250
Cydippe 438
Cydisa 376
Cydistra 361
Cydnus fluuius 449.470
Cydonia 325.327
Cydon 327
Cydones 325
Cydrelus 424
Cydriæ 219 Cydnus 35
Cyerus 294
Cyllene 225.261
Cymbrorum mos 197
Cynætha 261
Cynamolgi 508
Cynia 312
Cynædicæ orationis autor 434
Cynocephalorum aquatio 510
Cynocephali 510
Cynospolis 526
Cynopolis 532
Cynocephalus 532
Cynos cephale 299
Cynossema 399.439.524
Cynosuria 252
Cynthus 331
Cynuria 248
Cynus 43.287
Cyparissus 286
Cyparissina 234
Cyparissij 230
Cyparisseis 234
Cyparisia 240.243
Cyphus 300
Cyprisitus 84.334.455
Cypselus. 216.254.306
Cyraclica 211
Cyra 350
Cyrbantes sacerdos 322.325
Cyrbiana 495
Cyrenaica 324 Cyrenea 243
Cyrene 547 Cyrenaici 525
Cyrenaica oppida 547
Cyrenaica philosophia 547
Cyrcij 354.482
Cyrnos insula 151
Cyrrha 282
Cyrsilus 358
Cyrus fluuius 340.341.357
Cyrus rex 336.458.357
Cyrus rex unde dictus 485
Cyri campus 422
Cyri sepultura 485
Cyri epitaphium ibidem
Cyristica regio 496
Cytherium 239

Cythera 85.243.324
Cytherus 268
Cytinium 288
Cytinum 325
Cytorum 365
Cytorus 369
Cyzicus 385
Cyziceni 84
Cyzicenorũ armamentaria 385

DAcia 362
Daci 204
Dacorum imperiũ 205
Dactyli 323
Dæ 345
Dædala 436.444
Dæsitiatæ 210
Daimnium 211
Dalion 230
Dalmatæ 211
Damasia 139
Damastes 390
Damasius Scombrus 415
Damascus 499
Damathus 424
Danala 380
Danaë 333
Danai 149.248.249.384
Dandatia 338
Dandi accipiendiq; uices 280
Danthelitæ 213
Danubius 204
Daorizi 211
Daphitas grammat. 413
Daphnûs 281.287.510
Daphne 496
Daraba urbs 508
Darapsa 350
Dardania 397.400
Dardanij 211
Dardaniorum gens 212
Dardanium 399
Dardanus 399
Dariaces 516
Darius 205.516.527
Darius longimanus 486
Darius ubi superatus 488
Darij epitaphium 484
Dartho opp. 146
Daruentius flu. 137
Dasaretij 212.213
Dascyliticus lacus 370.385.393
Dascylium 385
Dasmeni 364
Dastacum 362
Dastir 373
Datis Persicus 269
Daulis 281.286
Daulia 286
Daunia 162
Daunij 191
Daui 204
Debæ 512
Decæneas 200
Decarchæ 549
Decelea arx 267.268
Decietæ 136
Decima 471
Defunctorum uaticinia 163
Degmenus 239
Dei facies opp. 498
Deiamiræ habitus 256
Deiamiræ nuptiæ 311
Deiotarus 368.377.380
Delectatio discendi illecebra 13
Deliorum sepulchra 332
Delium templum Apollinis 247.272
Delphici templi spoliatio 127
Delphi 281.282
Delphinius portus 272
Delphorum situs 282
Delta Aegytium 22.460.467. 518.526
Delus 331.447
Demaratus 147.254
Demetrij dictum 242
Demetrij specula 508
Demetrij statuæ 268
Demetrius 40.350
Demetrius Phalereus 268
Demetrius Poliorceta 295
Demetrius Rhateni 368
Demetrius Pharius 211
Demetrius Scepsius 33.409
Demetrius nocatur 404
Demetrias 295.488
Demetreum 294
Demigrationes aliorum alium: de 44
Democratia 3
Deorum portus 542
Derbæ 361.381
Derbicæ 348
Derbicum mores 352
Derceto 516
Derdæ 469
Dertossa 107
Descensus ad inferos 250
Deucalion 287.292.295
Deuriopus 218
Deutorix 196
Deus inuariatus 110
Deus quid sit 502
Deus mortalis 538
Dia 331.511
Diabena 358
Diacopenæ 377
Diades 302
Diaduella mons 130
Dia dea 207.257
Diana Elaea 234
Dianæ palustræ fanum 242
Diana 269
Diana Tauropola 361
Diana Alpheonia 229
Diana Persica 362
Diana Minthias 440
Diana Pergæa 446
Dianium opp. 107
Diascones 210
Diatesbes pop. 151
Dichostasiotica Alcæi 414
Dicte 322.327
Dictæus Iupiter 325.327
Dictes 333
Dicæarchia 18
Dictinna 327
Dictynnæum 327
Didyma insu. 185
Dido 544
Didymena 433.445
Didyma opp. 119.433
Dies horarum 53
Dierum inæqualitas 89
Dies continui 90
Dij Persarum 485
Dij animalia 531
Dilychnus 539
Dindyma 381.385
Dindymena 319.381.385.420
Diocharis 268
Diodotus 349.500
Diodorus Cronus 440
Diodorus 412
Diodorus dialecticus 547
Diodorus Tryphon 446
Diodorus grammat. 451
Diodori duo oratores 421
Diogenes poëta 451.489
Diogenes stoicus 492
Diogenis patria 367
Diogylis rex 419
Diomedes 190.314
Diomedeæ aues 190
Diomedeæ insu. 83
Diomedis templum 144
Diomedis honor apud Venetos 144
Dion academicus 522
Dionis aduersus Dionysium expeditio 171
Dionysides poëta 451
Dionysius 439
Dionysius historicus 439
Dionysiodorus 368
Dionysius urbium scriptor 379
Dionysius Dialecticus 380
Dionysius Atticus 419
Dionysocles orator 435
Diophanes 414
Diopolis 108.374
Dioscurias 35.539
Diospolis 526.528.533.534
Diotrephes soph. 423.441
Diotimus 35
Diplethrum 216
Diphilus 367
Dira prom. 506.507.509
Dirce 261
Dispontium 239
Ditrachium 216
Dittani 109
Dium 302
Diuitiarũ custodia difficilis 284
Docusini 345
Docimitis lapis 386
Docimia ibidem
Dodona 220.298
Dodona Thesprotica ibidem
Dodonæus Iupiter 148
Dodonæum oracului 217.219
Dædalsus 378
Dolicha 311
Doliones 378.385.452
Dolionia 454
Dolopes 20.291.294.305
Dolobella 433.497
Dolopia 296
Dolomena 488
Domanetica 377
Domitius Aenobarbus 129
Doracta 505
Dores 437.455
Dorici 296
Dorium 234
Doricha meretrix 530
Dorienses 222.257.281.288.325
Dorylæum 386
Dorylaus 326.374
Dos uxorum 311
Dosci 338
Dotius campus 299
Drabus 210
Dracanum 428
Draconis sacellum 169
Dracones super quibus herba innascitur 510.541
Dracontium 541 (dinis 465
Dracones prodigiosæ magnitudinis 478.480
Drangæ 478.480
Drangæ Persizontes 480
Dratiana 349
Drecanum 440
Drepanum 223.524
Drilo 212
Drion opp. 190
Dræsus 193.194
Dromodarij cameli 480
Dromichætes 202
Druentum flu. & opp. 258
Druentia flu. 148
Druidæ 133
Drusi mors 195
Drusus flu. 194
Drynæmetus 380
Dryopes 250.393
Dubis flu. 125.129

Dulcis Portus 217
Dulichium 307.311
Duodecim deorum ara 406.417
Dura flu. 139
Durias flu. 102.137
Duria flu. 146
Duricortora opp. 131
Dyma 259.260
Dymæ 258
Dyoscurias 35
Dyris mons 540
Dyteutus 375

EAnes 287
Eanis 287
Ebosus 107
Eburones pop. 131
Ebusus insu. & opp. 112
Ecbatana 353.354
Echeas 241
Echinus 43.294
Echinades 311.235
Eclipticarum & climatum usus & obseruatio 5
Edepsus 302.43
Edui pop. 125
Edessa 494
Egnatia opp. 189.216
Egnatia uia 219
Eginium 219
Eiones uicus 250
Elæa Diana 234
Elæa Pallas 201
Elæa 507.417
Elabotas 496
Elatia 94
Elaiticus sinus 389.407.417
Elaitica præfectura 525
Elaiticus ager 383
Elana urbs 506
Elaniticus sinus 506.511
Elatea 274.282
Elatria 217
Elea ora 223.238
Elea opp. 169
Eleapolis 412
Electrum 98
Elei 244.227
Eleon 273
Elephantum uenatio 468.507 508.509.
Elephantophagi 508
Elephantorum mansuetudo 469
Elephantorum partus 469
Elephantes Libyci 469
Elephantina 535
Elephantia 517
Elephas mons 510
Elethia 325
Eleus 240
Eleusin 266
Eleusina Ceres 266
Eleusa 269.362.399.435.436.
448.
Eleutræ 277
Eleuterius Iupiter 277
Eleusinus sinus 255
Eleuthera 219
Eleutherus flu. 498
Elienses 223
Elimæi 353.354
Elimiotæ 294
Elij 493.508
Elis 315.224.227.240
Elissa 225
Elona 298
Eloqui 13
Elpiæ 438
Elui pop. 129
Eluetij pop. 130
Elymatica 492
Elymæi 353.488.492
Elysius Campus 2
Emporium opp. 107
Empedocles 184
Emodus 459
Emodi montes 465
Emporicus sinus 540
Endera 508
Endymionis sepul. 426
Enea 371
Eneti 371.366
Enchelij 218
Eniconiæ opp. 151
Enipeus 239.292
Enispe 261
Enisispia insula 524
Enna opp. 182
Ennius Poëta 189
Enopæ 241
Enthusiasmos 318
Enetocœti 472
Enydra 497
Eodaæ 346
Epaminundas 261.279
Epaphus 301
Epei 236.227
Ephasius campus 232
Ephesus 307.425
Ephesi conditor 424
Ephesiæ Dianæ templum 429
Ephialtes 7
Ephorus 285.417
Ephori 329
Ephori patria 370
Ephorus notatur 418
Ephoras 219
Ephyra 217.225
Ephyri 299
Epicnemidij 281.223
Epicteton 306
Epictetus 365.362.383
Epicurus 428.395
Epidaurus 251.247
Epidamnus 190.212.216
Epina 239
Epirotarum urbes 219
Epirus 307.210
Episcirusis 265
Epistrophus 391.410
Epitalium 233
Epiterpium opp. 144
Epizephyrij Locri opp. 173
Epomeum opp. 166
Equæ alexandri 497
Equi excellentes 261
Equi Iberorum 110
Equi unicornes 472
Equi Maurorum 541
Eræa 261
Erana 241
Erasinus flu. 249.184.261
Erastus 407
Eratosthenis scripta expendun- tur 10
Eratosthenis bibliotheca 49
Eratum opp. 153
Eratyra 219
Erembi 30.516
Eremni 516
Erena 233
Eressus 414
Eretria 302.272.313
Eretrici philosophi 265.304
Eretriensium Rho 304
Erginus 280
Ergosiani pop. 125
Erichthonius 405
Ericusa insu. 185
Erigon 219
Erineus 398.400.401
Erineum 288.293
Eris flu. 157
Erpha 494
Erithyni 367
Eruptio locus 501
Euergetæ 480
Eulæus 482
Euphratis exundatio 409
Erythræ 273
Erythræa Athenais 533
Erythras 512
Erythræi 424.431
Erythri 367
Ερυθίβη 411
Erythia insu. 114
Erythræ sepulchrum 505
Erythræum mare 505
Eryx 182
Esionenses 421
Esopis opp. 173
Estiæotia 290
Eteocles 280
Eteocretes 315
Ethicia 219
Euander 155
Euæmon 397
Eubœæ descriptio 301
Eubœa 269
Eubœa caua quæ sit 301
Eucarpia 386
Eucratidia 350
Eudielus 280
Eudemus 438
Eudorus scriptor 519
Eudoxus 439
Eudoxi habitatio 529
Eudoxi nauigatio 67
Euenus 306.312.219.413
Eumenes 418
Eumenia 386
Eumolpus 322
Eunomij statua 174
Eunosti portus 520
Euonyma 185
Eupator 10.367
Eupatorium 209
Eupatoria 374
Euphrates flu. 56.352.356.357
Euripides 432
Euripi reciprocatio 372
Euromus opp. 426
Europum 354
Europus 219
Europæ laudes 85
Eurotas 243
Eurichidia 251
Eurycles 243
Eurymedon 383.446
Eurypylus 297.391.413
Eurysthenides 245
Eurysthei caput 258
Eurysichei 313
Eusebia 362
Euthydamus 491
Euthydemus 350
Eutresis 277
Euxinus 200
Euxynthetus 327
Excessus super excessum 26
Exitana salsamenta 105
Exitus deæ festum 374.375
Exusta regio 387.421
Extra Taurum regio 444

FAba Aegyptia 538
Fabarum folia 522
Fabrateria opp. 159
Fabularum usus 15
Falerij opp. 152
Falisci opp. 152
Familiares cum rege commo- ri 538
Fannena 356
Fauentia opp. 146
Femur 457
Fenestræ opp. 241
Ferentenum opp. 152
Ferentium opp. 159
Ferentanum opp. 162

Ferentani 190
Ferrum & æs qui primum exercuerint 438
Ferri inuentores 325
Feronia opp. & dea 152
Feroniæ murifica sacra 152
Festi locus 154
Ficulneus portus 214
Fidenæ opp. 152.154
Fideiussor pro lupo 144
Fimbria 398
Flaminea uia 146
Fluuiorum impetus mirus 346
Fluuiorum Indicorum inundationes 461
Flumina in Geographia præcipuas partes uendicare 464
Flumina aurifera 472
Fodinæ auri & argenti 99
Folles fossæ 422
Formicæ aurum effodientes 50
Formicæ Indicæ 467
Formicarum pelles 469
Fortunatæ insu. 101
Fortunæ templum 160
Foruli petræ 153
Forum Cornelium 146
Forum Flamminij 153
Forum Iulij opp. 124
Forum Sempronij 153
Frater 513
Fregenia opp. 152
Frondes miræ magnitudinis 462
Frumenti seruandi ratio 385
Frusinum opp. 159
Fucinus lacus 161
Fundarum exercitium 113
Fundæ inuentio 239

GAbales pop. 129
Gabadania 363
Gabala 497
Gabæ 482
Gabij pop. 159
Gabiana 493
Gabinius 378.542
Gabreta sylua 196
Gadaris 501
Gades insu. 87.94.113
Gadilon 368
Gadilonetica ibidem
Gaditana opp. 95
Gaditanorum nauigatio 67
Gaditana pascua 114
Gaditanæ portæ 116
Gadium origo 114
Gadium fons 116
Gærestus 301.502
Gæsetæ pop. 143
Galatæ 380
Galabrij 212
Gallactophagi 199
Galatia 38
Galeotarum uenatio 17
Galilæa 501
Gallesius mons 430
Gallia tripartita 119
Gallia Cisalpina 142
Gallicæ arboris mirum 134
Galliæ magnitudo 134
Galliæ termini prisci 152
Galliæ quadripartita descriptio 120
Gallorum mores 131
Gallorum habitus & arma 132
Gallicus sinus 86
Gallorum responsum 202
Gallinaria sylua 163
Gallogræcia 380
Gallus fluuius 365
Gallus Cornelius 536
Gamabrini 195
Gandaris 465
Gandus 201
Gangamæ 206
Gangamela 488
Ganges 479
Gangis origo 477
Ganges urbs 477
Gangetis 494
Gangra 377
Ganymedes 394
Garamantes 547
Garesthyra 381
Garganum promon. 190
Gargarus 390
Gargara 390.406.409
Garmanes 473
Garsabera 381
Garsaura 444
Garus 107
Gaza 454.499.501
Gazæorum portus 501
Gazæi 495
Gazilotus ager 376
Gaziura 368
Gedrosia 478.479.481
Gedrosini 479
Gedrosij 495
Gegenij equi 136
Gela 410
Gelæ 342.345.349
Genetes 369
Gennesareticus lacus 498
Genua opp. 136
Geographi 5
Geographia 6
Geographiæ usus 8
Geolophes 278
Geometria 8
Geometriæ inuentio 500
Gephyrus 270
Gephyrismi 270
Geranus 226
Gerenius 226
Gerenius Nestor 241
Gerenia 256
Gergetha 413
Gergithium 395
Gergithi pop. ibid.
Germania 10
Germani pop. 194
Germanicus 193.195
Germanorũ demigrationes 195
Geron 226
Gerra 501.505
Geranus 226
Gerræ opp. 431
Gerræi 511
Gerraidæ 431
Gerreni 201
Gerenius fluuius 226
Geryonis fabu. 114
Getæ pop. 195.198.199.204 205.
Getarum fines 202
Getarum deserta 204
Getarum deus 502
Getuli 540.542
Gigartum 499
Glandes marinæ 97
Glandes curti 507
Glaucus sinus 436
Glaucus Pontieus 279.339.341
Glaucopium 201
Glycerium 276
Glycetrium 199
Glysans 278
Gnidus 417.419
Gnomon 54
Gnopus 429
Gobialus 367
Gogarena 356
Gomphi 296
Goniades 239
Gorbeus 381
Gordys 496
Gordyna 494
Gordiæa 489.494
Gordus 385
Gordius 381
Gordiæi 373
Gorgiptia 337
Gorgodylena 356
Gorgones 201
Gorgopia 338
Gortyna 325.327
Gorydales 464
Græcia 210.215.222
Græa 276
Granicus 394.404
Græci 492
Græcorum errores 106
Greges apud Cretenses 328
Grius mons 426
Grues 25
Grynium 417
Gunnus. 298
Gyaros 331
Gyges 396.454
Gygas 396
Gygæus 419
Gymnasiæ insulæ 438
Gymnasium Alexandrinum 522
Gymnetæ 477
Gymnosophistæ 502
Gymnesiæ insu. 87.107
Gynæcopolis 527

HAemonia 300
Halchædamus 497
Haleius campus 171
Halenius campus 451
Halienses 268
Halies 250
Haliartus 274
Haligenes 399
Halicarnassus 251.410.437.439
Halimusij 268
Halisarna 440
Halizones 451
Halius 292
Halium opp. 152
Halizonium 404
Halonnesus 432
Halope 292
Halus 229
Halys 366.377
Halyos ostia 368
Halysius campus 406
Halyzones 369
Hamaxiti pop. 197.336
Harma 272
Harmenia 342.358
Harmena 367
Harpagia 394
Harpalus 547
Harpe Saturni 458
Haruspices 505
Hebe 257
Hebenum 468
Hebrus flu. 216
Hecantomni filij 439
Hecatæus 431.436
Hecatompolis 243
Hecatompylos 349
Hecatombæ 243
Hecator Apollo 415
Hecubæ sepulchrum 399
Hectoris lucus ibidem
Hedyosmos 230
Hediphon flu. 492
Hegesias orator 434
Hela opp. 169
Helice 42.258.259
Helos uicus 243
Helius 288
Helena insu. 296.331
Helesium 274
Heliconius 258

Helices destructio 259
Helicon 255.274.321
Heliopolis 497.528
Heliopolitani 527.533
Helixus 333
Hellanicus 414
Hellen 257
Hellespontus 44.390
Hellespontia 360
Hellopia 219.301
Helli 219
Heluetij 196
Hemeroscopeum 107
Henetia 407
Heniochi 330.338
Heptachordi inuentor 414
Heptacometæ 369
Heraclea 239.289.349.407
Heracleotica præfectura 530
Heracleum 325
Heraclides 364
Heraclides Hierophilus 432
Heraclidi sententia 515
Heraclitus 439.430
Heraclia 364.426.441.496
Heraclium 114.496 497
Heracleopolis opp. 177
Heræum 247 427
Hercynia sylua 195.196
Hercules 255.458 500
Herculis balneum 287
Hercules Conopius 411
Hercules Troiam expugnauit 400
Herculis stola 459
Herculis insula 107
Herculis ciuitas 532
Herculis columnarum situs & appellatio 114
Herculis putei 116
Herculis Monœci templum 136
Hercules in Capitolio reus 186
Herculeum promontorium 173
Herculanum 368
Heretus 153
Hermæa 544 545
Hermagoras 417
Hermatus 417
Hermias 409
Hermionica 241
Hermionicus sinus 223.247
Hermione 250.247
Hermonassa 337.369
Hermonactis uicus 205
Hermodorus 430
Hermontis ciuitas 535
Hermopolis 526
Hermopolitani 532
Hermus 372.417.419
Hernici pop. 153
Herodes 467.504
Herodotus 44.439
Heroës peregrinantes 5
Heroum urbs 501.527.530.536
Herostratus 429
Heorta 213
Herpa 363.362
Hesiodi opus de terræ ambitu 203
Hesiodi patria 418
Hesperides 201
Hesperij 541
Hestiæa Alexandrina 413
Hetrusci 147
Hicenes geometra 368
Hidrus opp. 189
Hiera 445
Hierpitua 324
Hierapolis 422
Hierocepia 456
Hiericus 501
Hiericuntis situs 503
Hieron promon. 92
Hierosolymorum solum 502
Hierosolyma à Pompeio capta 503
Hierostomum 205
Himaonus 347
Himera flu. 178
Hipæsia 232
Hippi insula 431
Hippobotæ 303
Hippodromus 522
Hippocrates 440
Hipponatis sinus 170
Hipparchus 380
Hippoboton 355
Hippocorona 322
Hippomulgi 198
Hipponax 380
Hipponium opp. 171
Hippones 544
Hippothous 416
Hippus 339.341
Hira 240
Hirci cum mulieribus coëuntes 526
Hirundines Mauritanicæ 541
Hispaniæ figura 86
Hispaniæ uera descriptio 92
Hispaniæ oppida 94.95
Hispanorum puerperæ 111
Hispanorum toxicum 111
Hispania à Ro. diuisa 112
Histi statio 428
Historia 343
Historiæ finis 18
Holmia 255
Holmos 444
Homereum 432
Homeridæ 432
Homericus nummus 432
Homeri patria 417.431
Homeri laudes
Homeri poësis quid 18
Homeri contemptores 106
Homerum patriæ n unquam meminisse 21
Homeri templum 432
Homeri sepulchrum 331
Homero multa loca incognita 200
Hominum tria genera post diluuium 397
Hominum miræ figuræ 472
Homolium 300
Homole 300
Homonades 446
Hordei uberes prouentus 491
Horizon 2
Hormenium 295
Hormiæ pop. 156
Horneæ 394
Horoscopia 80
Hyalus 372
Hyampolis 280.286
Hyantes 270.215
Hyarotis 463.465
Hyblæ conditores 179
Hybræas orator 423.441
Hybrææ dictum 441
Hybrianes 213
Hydaspes 465
Hydara 373
Hydarnus 358
Hyde 275.421
Hydra 249.313.417
Hydraces 457
Hydrelus 415
Hydrienses 453
Hydrus 389
Hyela opp. 169
Hylas 378
Hyle 274
Hyllus 420
Hylus 288
Hymbres Indiæ 461
Hymettus mons 369
Hypana 230
Hypanis 205.465
Hypæpa 421
Hypæsij 461.465
Hypeleum 429
Hyperea 292.297
Hyperborei montes 44.198.344. 472
Hypersia 257
Hypochalcis 306
Hypophetæ 229
Hypsois 234
Hyrcanus 503
Hyrcania 345
Hyrcaniæ fertilitas 345
Hyrcanius campus 422
Hyrcanum mare 336
Hyrmina 227
Hyrrhia 272
Hysiæ 253.273

I

Acetana opp. 108
Iacetani pop. 108
Iacynthus 540
Ialysus 436.437
Iamblichi locus 497
Iamnes 242
Iamnia 501
Iapodes pop. 139
Iapodes mons 136
Iapodum fines 211
Iapygia reg. 170.186.188
Iardanus 232
Ias 264
Iasides 249
Iasonia 34
Iasonis errores 15
Iasonis nauigatio 34
Iasonius mons 355
Iasonium prom. 369
Iassus argos 248.249.440
Iaxartes 350
Iazyges 205.197
Iberes 340
Iberia 340.341
Iberiæ cultores 340
Iberiæ situs 112
Iberorum arma 110
Iberorum ritus 110
Iberos 438
Iberus flu. 107
Iberi inundatio 113
Ibernia insula 135
Ibes 509
Ibidis figura 539
Icaria 428.433
Icarium pelagus 333
Icarus 314.428
Icesius 388
Ichnæa Themis 294
Ichna 294
Ichneumon 532
Ichthys 546
Ichthyophagi 65.88.493.509
Iconium 381
Coniy pop. 125
Ictinus 266
Icus 295
Ida 322.384.389.405
Idæ fontes 390.404
Idæi dactyli 317.323
Idæus mons 324
Idanthyrsus Scytha 458
Ideonni ager 137
Idessa 340
Idryeus 439
Idubeda 109
Idumæa 495
Idumæi 501
Ielitia opp. 146
Iglete 112

Ignem

Ignem fugere feras præter elephantem 542
Ignis uiolati pœna 485
Ilasarus 514
Ilerda 18
Ileosca ibidem
Ilergete ibidem
Ilibyrrhis flu. 122
Ilipa opp. 117
Ilissus 270
Ilium 398
Ilium restauratum 398
Ilium nouum 400
Ilium uetus 402
Illyricus tractus 210
Ilus 398
Imandes 532
Imaus 459
Imæus 35
Imbrasius 311
Imbarus 35
Imbrasius flu. 427
Imbrus 436
Immundi 508
Immundus sinus 507
Imperatores excellentissimi 6
Inachus fluuius 182. 212. 218. 219.298
India 458
Indiæ descriptores mẽdaces 49
Indiæ nauigatio 67
Indiæ situs 459
Indiæ magnitudo 460
Indiæ fruges 460
Indiæ fœcunditas 462
Indorum colores 465
Indorum mores 467
Indiæ urbes 458.466
Indi ad Augustum 458
Indiæ miracula 467
Indicæ gentis genera 468
Indorum cultus 471.477
Indorum dij 476
Indorũ legati ad Augustum 477
Indus Sophista 458
Indus 459.460.464.466. 467.479
Indocti pueri 14
Inferna monstra 15
Inopus 331
Insomniorum cupiendorum locus 525
Insubres pop. 143
Insulæ Europæ 87
Intercatia opp. 109
Interocrea 153
Interamna opp. 153
Interpres quid præstet 475
Inundationum pericula 96
Inuesa 180
Io 219.301
Iol opp. 543
Iolcus 295
Iolaus 151
Iolenses pop. 151
Ion Tragicus 432
Iones 360
Ionia 215.257
Ioniæ descriptio 424
Ioniæ longitudo 443
Ionicarum urbium catalogus & authores 424
Ionijos 212
Ionius campus 278
Ionum regia 424
Ioppe 501
Iordanis 498
Iosci pop. 128
Iouis colossus 186
Iouis seruatoris tẽplũ 267.278
Iphicrates 262
Iphigenia 361
Ipnus 282
Ipoctonus 411
Ips uermiculus 411
Iris flu. 368.374.376
Irrha 219
Isaura 381
Isaurica 381
Isauria 381
Isauricus mons 498
Isaurien sis prætura 360
Ischopolis 369
Isidis templum 507
Isia 42
Ismandes 533
Isos 273
Ispalis opp. 95
Ispelum opp. 153
Issicus sinus 35.361
Issum 446
Issus opp. 451
Ister flu. 194.204.213.467
Istri fontes 139
Istri ostia 205
Istiæi 296
Isthmi frontes dicti 4
Isthmius Neptun. 247.255
Isthmici ludi 255
Istra 41
Italia 3.141
Italiæ partes 86
Italiæ forma 141
Italiæ laus 153.192
Italia uetus 170
Italiæ munimenta 191
Italiæ longitudo 192
Italiæ termini 211
Ithaca 25.308
Iton 294
Itonium 294
Ithomæ 296.240.242
Iturum 153
Ituræi 497.499
Iuba 193.542
Iudæa 503.495
Iudæi 539
Iudæorum ritus 502
Iugurthinum bellum 543
Iulia 94
Iulis 332
Iuliopolis 385
Iulius Cæsar 398
Iunc arius campus 108
Iuppiter Casietis 501
Ius insula 331
Iurassus mõs siue Oeurasius 130
Ixia insu. 438

LAbanæ aquæ 160
Labienus 441
Labranda 441
Labyrinthi aulæ 517
Labyrinthus 531
Lacertæ bicubitales 543
Lacinium 175
Laconica 245
Laconicæ partes 244
Laconicæ comessationes 467
Laconicus sinus 223.243
Lacones 247
Lacterium 440
Lada 426
Ladon 43.262
Læna lani genus 132
Laërtes opp. 447
Lagaria 177
Lagaritanum uinum 177
Lagetes 326
Lagina 442
Laguſa 331
Lamia 293
Lamicus 292.426
Laminæ fluitantes 39
Lampoma 409
Lampsacus 395
Lampyrei 268
Lana arborea 463
Lanasena 376
Landi 196
Laniasina 364
Lanigeræ arbores 462
Lanuuium opp. 160
Laodicæa 354.486.495.499
Laothoë 416
Lapathus 455
Lapersæ 244
Lapis ferreus 409
Lapides dulces 468
Lapis distantiarum atq; diuerticulorum 470
Laranda 381
Larimnum 512
Larisus 260
Larissa 294.297.298
Larissæ tres 416
Larissius Iupp. 398
Larius lacus 140
Larolum opp. 153
Larymna 273
Las 244
Lateres natantes 412
Lathon flu. 546
Latinus tractus 147
Latina regio 155
Latina uia 429
Latinorum cum Græcis historiographis collatio 112
Latitudo & longitudo bifariam sumpta 59
Latium opp. 155
Latmus flu. 448
Latonæ oraculum 526
Latona 331
Latonæ partus 331
Latomiæ 507
Latomiæ Tænari 246
Latopolitana præfect. 529
Latopolitani 532
Latus piscis 532.539
Latopolis 535
Latus quid dicatur 141
Laus flu. 170
Lauinium opp. 156
Laurentum opp. 156
Lebenus 327
Lebedum 424
Lebinthus 333
Lecanomantici 503
Lecheum 255
Lectum prom. 390
Leda 314
Legæ 345
Leleges 215.383.391.392.406. 409.442
Lelegia 215
Lemothrices pop. 128
Leonides 289
Leonum urbs 499
Leones formicæ appellati 510
Leonidas 438
Leontopolis 526
Leontopolitana præfectura 526
Leordi 218
Leonarius 389
Leosthenes 293
Lepidotus piscis 539
Lepidum opp. 146
Leponti pop. 137
Lepra acta 425
Lepræum 228
Leptis 545
Leria 333
Lernos 334
Lerna 247.249
Lero insu. 124
Lerus 333
Lesbos 334.389.391.413. 415.432

Lesbocles 414
Lestrigones 14
Lethæi plures 433
Lethæus 327.372
Lethe flu. 109
Leuca opp. 188.243.298
Leucæ 433
Leucaspis portus 524
Leucas 305.307
Leucatas Apollo 307
Leuci montes 324
Leucimma 217
Leuco 208
Leucocomas 327
Leucogium prom. 524
Leucopetra promon. 173
Leucophrys 405
Leucophryena Diana 433
Leucosyri 365.366.488
Leucosia insu. 173
Leucotheæ phanum 340
Leuctra 241.279
Leuctrum 260
Leus 432
Leuternij gigantes 189
Leuternium littus ibidem
Lex 8
Lex Indorum 463
Lex Catheorum 466
Lexouij pop. 131
Libanus 491.498
Liber pater 458
Libes 548
Libethrum 321
Libophœnicum terra 546
Libri huius fructus 9
Libs 372
Liburni 211
Liburnides 211
Libya 529
Libya num tertia orbis pars sit 539
Libyæ latitudo & lõgitudo 540
Libycum pelagus 217
Libys sacerdos 196
Lichades 288
Licatij 139
Licocolona 395
Ligures pop. 136
Ligurum mores ibidem
Liguriæ descriptio 147
Ligyrisci 198
Lilandus 303
Lilybæum promont. 178.179
Limæa flu. 103
Limenia ciuit. 456
Limera 247
Limia 218
Limnæ opp. 425
Limnæum Dianæ phanum 224
Limnotholassa 107
Limnosata insu. 107
Limyra 445
Lincasij pop. 125
Lindus 417.434
Linguæ Græcorum 453
Lingurium electrum 176
Linguarum differentiæ apud Græcos 221
Linum 394
Linx opp. 540.542
Liparææ insu. 59
Liparis insu. 172.184
Lisana 352
Lisiodi 434
Lissus 212
Literæ Hispanorum 94
Lithrus 374
Lixus opp. 540.542
Lochias prom. 521
Locorum imperitia 7
Locri 221.281
Locris 287
Locustarum esus 509
Locustellæ 470
Logæus lapis 42
Longæuitas Indorum 467
Longæuitas Serum 467
Loryma 436.439
Lorymus 445
Lopadusa insu. 545
Lotophagitis Syrtis 545
Lotos arbor 545
Lotophagi 106
Lucania 169
Lucanorum origo 170
Luca opp. 146
Luceria 190
Luciferi templum 94
Lucinæ ciuitas 535
Lucototia opp. 131
Lucrinus sinus 165.164
Lucumon 147
Lucullus 214.256
Luerius 129
Luetij 196
Lugdunum opp. 125.140
Lugeum 211
Luij 194
Lunæ templum 342
Luna urbs 149
Lunense marmor ibidem
Lupiæ 189
Lupias flu. 195
Lupiferæ equæ 145
Luporum ciuitas 532
Lusones pop. 109
Lusitanorum ritus 104
Lusitania 103
Lux dubia 94
Lycaon 362.416
Lycaones 360
Lycaonia 380
Lycastius 327
Lycæus mons 261
Lychnidus 219
Lychnidium 216
Lycia 379.436.444
Lyciorum laus 444
Lyciacus conuentus 444
Lycina 250
Lycirna 313
Lycij 360.384.392.446
Lycon 384
Lycoria 282
Lycormas 219.306
Lycomedes 375
Lycurgus 245.329
Lycurgus Edonus 459
Lycurgi sacellum 245
Lycurgium 253
Lycurgi leges 502
Lycus 264.357.368.387.483. 498.499
Lyctus 325
Lydia 422
Lydi pop. 148.360.383.421
Lydium 454
Lydiæ portæ 411
Lyncistæ 218
Lyprobij 213
Lyrnessus 391.407.410
Lyrcius 248
Lysias 386.495.503
Lysimachia 313
Lysimachus 202.204.418
Lysiodi 434
Lysis 434
Lysippi Leo 395
Lyttus 325

MAcaria ora 242
Macedones 210.216
Macedonia 219
Macinia 306.313
Macistia 254
Macistus Hercules 232
Macra flu. 158
Macra campus 498
Macras 498
Macris 301
Machæreus 284
Macrones 369
Macropogones 336
Macynium 306
Mæander 386.422.433
Mæandri campus 434
Mæander flexuosus 387
Mæcina 505
Nænalus 261
Mænace 105
Mæotæ 337
Mæonia 370
Magades 322
Magarsa 451
Magi Chaldæi 17
Magi 482
Magna Græcia 170
Magnetes 290.386.433
Magnesia 300.370.417.428.433
Magodi 414
Magosa 465
Malacus 419
Maliacus sinus 287
Malaca 105
Malæa 18.244
Malia 413
Malienses 290
Malli 466
Mamaus 229
Mamertinum uinum 188
Mandanis 475.476
Manes 288
Manlius Aquilius 433
Maones 452
Maræotis 520
Maræoticum uinum 524
Mantianus 357
Mantinea 224.261.408
Mantua opp. 142
Martius campus 158
Martiana 168
Marlaus Aracynthus 306
Maranitæ 511
Marathon 269.286
Marathonius taurus 269
Marathonius campus 108
Marcellus Octauiæ 471
Marai 482
Marathus 497
Marcomanni 195
Mardonius 376
Mardi 374
Mare ponte iunctum 396
Mare animanti simile 39
Mare glaciale 45
Maris impetus 39
Maris fons & mater 144
Mariaba 506
Margalæ 234
Margaritæ 428
Mariæ lacus 520.524
Margiani 51.346.349
Marisus 204
Mariandyni 230
Margus 349
Marmaridæ 88.524
Marmarium 302
Marmarinus Apollo 302
Marmaletica 377
Marsia 378
Marsyabæ 514
Marsyas 491
Mars à Persis colitur 481
Martia aqua 161
Martus 213
Martyana 349
Massagetæ 345.347
Massabatica prouincia 493

Massæsylia 542.544
Massæsylij 88.542.545
Masetæ 252
Masius mons 353.356.494
Masiani 465
Massilia 45.86
Massiliæ origo & situs 120
Massilienſium reſpublica & ritus 120.121
Massilienſium ueſtis, mundus et dos 122
Massilienſe promontorium 122
Massines 88
Massiniſſa 542.544
Masta 95
Masyas 499
Mastaura 435
Massylibes 542
Matrum sæuitia 111
Mauri ex India 542
Maurorum cultus 541
Mauritaniæ animalia et fructus 94.541
Mauri 88.540
Mauruſij 540
Mauſoli ſepulchrum 434
Matrodidactius 547
Matiana 51.345
Matrinus flu. 161
Mauſoleum 168
Mazaca 362.444
Mazaceni 363
Mazæi 211
Mazena 505
Meceſtus 386
Mecona 257
Medama opp. 172
Medeon 277
Media 354
Medica herba 355
Medica porta 355
Medicus ſuccus 355
Medicorum ſchola 388
Mediolanum opp. 128.142
Mediomatrici pop. 130
Medoacus portus 142
Medoaci pop. 145
Medobithyni 198
Medon 236
Medorum uxores 355
Medualli pop. 137
Medus 355.484
Megabari 511.517.536
Megalagyrus 414
Megaſtenes 467
Megalopolis 259.261
Megalobyzi 429
Megara 497
Megaræ conditores 179.222
Megarici philoſophi 263
Melæna 211.432.501
Melas 275.280.363
Melamphilus 311
Melamborius uentus 123
Melamphylus 427
Melancrene 113
Melanthij ſcopuli 426
Melania 447
Melanthus 265.424
Melas flu. 83.432.446
Meldi pop. 137
Meletes 372
Meletopolis 449
Meleager 501
Melibœa 300
Meliagrides 507
Meligunis 184
Melinus portus 508
Melibotus 543
Melita opp. 46.186.312
Melitea 293
Melitina 360.361
Melitini 356
Melacapniſton 269
Mel furens 369
Mel in arundine 462
Mellaria 94
Melos 217
Melpis flu. 159
Melſus flu. 112
Memnon 482
Memnon Rhodius 409
Memnonis regia 532
Memnonia 533
Memnonium 482.534
Memnonis uicus 395
Memnonis ſepulchrum 493
Memphis 529
Menander 428
Menapolis 214
Menapij pop. 131
Mendes 526
Mendeſium 525
Mendeſij 532
Mendidia 321
Mendacij præmium ſilentiũ 468
Menecles 439.442
Menecrates Elaita 416
Menecrates 435
Menelaus 22.250
Menelaus ad Aethiopes 22
Menelai errores 27.29
Menelaus portus 29.547
Menelaus opp. 527
Meneſtheus portus 94
Meneſthei oraculum 94
Meneus 224.226
Mennes 369
Meninx 83.545
Menippus Catocas 442
Menodorus 434
Menodotus 419
Menſis Arceus 386
Menſis Carus 388
Menebria 214
Mentum 251
Meny..ge 106
Meouania 153
Mæotidis glacies 52
Mercurius 535
Meris 132
Mermandalis 343
Mermodas 361
Meroë 23.45.89.517.519.538
Merones 369
Meroitarum mores 538
Meretricis ſepultura inſig. 530
Meropis 201
Meſapia inſu. 186.189.273
Meſembria 214
Meſſena opp. 178
Meſſena expugnata 187
Meſſenæ condi. ibidem
Meſſenios bellum 187
Meſſa 244
Meſſenia 236.240.245
Meſſenij 225
Meſſenius ſinus 223
Meſſeis 292
Meſola 241
Meſopotamia 31.55.56.87.488.493
Meſopotamiæ fertilitas 494
Metallica 95
Metallum 327
Metalenſes 297
Metabus 178
Metagonium 114.541
Metallorum in Turditania prouentus 98
Metapontum 149
Metaurus flu. 172
Metellus Balaricus 113
Methone 42.241.295
Methana 251
Methymnei 396
Methydrium 261
Metrodorus 395.409
Metulum 211
Micypſa 542
Midas 44.381
Midea 250
Midia 45
Migadi 337
Mileſiorum murus 526
Mileſiorum Coloniæ 425
Miletus 327.384.386.424.425
Miletopolis 385
Militarium collegium 471
Milius 411
Miliariorum menſuratio 154
Mithridates 326.364.373.419
Miltiades 269
Milya 423
Milyas 382
Milyes 446.453
Mimallones 319
Mimas 432
Mimnermus 34.451
Mimnermi locus 425
Minæi 506
Mindus 410
Mineruæ fanum 105.189
Minerua Cyriſtis 496
Minius flu. 103
Minium 97.481
Minoa 247.264
Minos Iouis familiaris 502
Minos 36.101.325.326
Minuos cœtus 365
Minthes 229
Mintius flu. 140
Minyæ 224
Minyeius 231
Miſenum 162
Miſenum promont. 163
Mithras 485
Mithridaticum 380
Mitropaſtes 505
Mitylene 414
Miurus 352
Mius 424
Mnaſalces 278
Mnaſyrium 438
Mneuis 527
Mneuis bos 528
Moaſas 504
Moageta 423
Moaphernes 340.374
Modræ 365
Mœridos lacus 518
Molochath flu. 541.542
Molon 439.442
Molonis oratio 436
Moloſſi 215.217.218.219
Molycrea 288.306.313
Molycrium 228
Momemphis 527
Momemphitæ 527
Monariticum uinum 361
Monarchia 8
Monœcus portus 136
Monetium oppidum 139.211
Monoxyla 104
Mopſius 430
Montes & campos commutari 531
Mopſius 300
Morbum metuentes comburuntur 475
Mopſi domicilium 451
Mopſiopia Attica unde 390
Morena 385
Morgantium 174
Morimena 362
Morimeni 381
Morini pop. 131.135

Moro urbs 102
Mors natiuitas 473
Moschi 319
Moschi excogitatio 500
Moschica 340
Moschici montes 353.369
Moses 502
Mosis institutum 503
Mosyni 369
Mosynœci 369
Mugil piscis 470.539
Mugilones populi 195
Mulcibris opera 30
Muliadas fluuius 103
Mulierum Aegyptiarum fœcunditas 463
Mulieres Indicæ 472
Mulieres excisæ 508
Mulieres pacẽ conciliantes 510
Mummius 256
Munda 95
Mundi forma 8
Munychia 266
Munychia Diana 428
Muridis lacus 530.531
Muriũ copia apud Hispanos 111
Musarum loca 321
Musæum Alexand. 521
Musarum ministri 319
Musæus 502.522.
Musica 219
Musicana regio 463
Musmones arietes 151
Mutina oppidum 145
Mycale 426
Mycalessus 272
Mycenæ 247.250.253
Myconij 333
Myconus 331.332
Mychos 276
Mydaium 386
Mydæ opes 474
Mydas 383
Mygdon 370
Mygdones 385.198.494
Myla oppidum 178
Mylasa 440
Myndus 440
Myonnesus 431
Mynetes 391.410
Myra 444.445
Myrrha 506.512
Myræa 370
Myriandrus 451
Myrias quid 209
Myrina 384.417
Myrlea 378
Myrleaticus lacus 370
Myrlianus 105
Myrmidones 293.252
Myrmecius tũcus 337
Myrmecium 208
Myrsinus 227
Myrsilus 414
Myrrhinusa 269
Myrtoum pelagus 83.217
Myrtuntius 312
Myrtuntium 227
Myscelus 260
Mysi 87.361.198.333.378.380. 398. 421
Mysia 239.386.385.378.379. 411. 422
Mysij 365.369
Mysius fluuius 415
Myus 387.426

NAbarca 345
Nabatæa 511
Nabatæi 501.506
Nabatæi Arabes 511.512
Nabatæorum mores 515
Nabrissa 96
Nabla 322
Nabiani 849
Nabocodrosorus 458
Nabrasis æstuaria 94
Nacolla 386
Naburianus 489
Naiades 319
Namnitæ 128
Nantuatæ 137
Napata 537
Nape 289
Naphtha 488
Naphthæ natura 492
Naphthæ fons 492
Napitinus sinus 170
Narbo opp. 86.120.122.125
Narbonensis ora 120
Narbo portus 128
Nacri oppidum 145
Narcissi monumentum 472
Nardus 515.466
Narna 153
Nar fluuius 155
Narthecis 427
Naro 211.212
Narus 478
Nasamones 88.546.548
Nauale Troiæ 412
Naualia Cæsaris 217
Naualium arcana 437
Nauclus 424
Naucratis urbs 526
Naueratis fluuius 127
Naulochus 213
Naupactus 288
Nauplia 247
Nauplius ibidem
Naupontus 210
Naurus 296
Nausthathmum 547
Naxus oppidum 331
Naxi conditores 679
Naandria 405
Neandrini 406
Neanthes Cyzicenus 33
Neapolis 16.376.428.545
Neapolis Cumanorum 164
Neapolis seu Nea 113
Neæthus fluuius 175
Nebrides 477
Necæa 289
Necropolis 522
Necyomantici 502
Nedas fluuius 230
Nedea 233
Nedon 291
Nedusia Minerua 241.332
Negra 515
Neius 308
Nelia 295
Neleus 238.408
Nelei filij 235
Nemausus oppidum 301
Nemea 254.257
Nemeus leo ibidem
Nemesis Adrastia 394
Nemesis statua 267
Nemosus oppidum 129
Neocles 428
Neoptolemus 206
Neoptolemi tumulus 284
Neoptolemi turris 205
Neon 207
Nepherinus urbs 545
Nepita oppidum 152
Neptuni templum 41.251
Neptunus Heliconius 258
Nericus 308
Neritus 306.308
Nerium promontorium 103
Neroassus 362
Neruij populi 130
Neruosi montes 184
Nesonis 300
Nestoris bellum 215
Nesus 306
Nesi tumulus 288
Nesisphyra promont. 524
Nestor philosophus 451.450
Netium 189
Nibarus 356
Nicator 354
Nicatorius mons 488
Nicæa 288. 379.465
Nicea oppidum 124
Nicephorius lucus 419
Niciæ uicus 524
Nicias 440
Niconia 206
Nicomedia 378
Nicomedi reges 378
Nicopolis 217.305.376.451.522
Nigretes 541
Nigri promont. 386
Nileus 105
Nili cursus 515
Nili figura 516 Nili inf. 536
Nilus ὁ πίνων 519
Nilometrium 515
Nilus 503.467
Nilus unde augetur 518.519
Nili ostia 21.518.525
Nili fœcundiras 463
Ninus 488
Niobe 241
Niphates 353.356
Nisa 273
Nisæa 264.345
Nisæi equi 354
Nisibis 353. 488.494
Nisus 264
Nisyrus 333.419
Nitiobriges populi 128
Nitrariæ 527
Noarus 210.215
Nœga oppidum 112
Nola 167
Nomades 193. 201. 202. 336. 345. 346. 372
Nomadum tentoria 206
Nomi 517
Nora 361
Norici populi 196
Noreia oppidum 194
Nouitas 13
Nouocomum oppidum 193
Nouus murus 416
Nox continuò ab occasu 95
Nubendi consuetudo 474
Nubæ 557.536
Nuceria oppidum 153.167
Numantia oppidum 109
Numa Pompilius 153
Numina 14
Numidæ 88.544
Numidarum appellatio 88
Numitor 154
Nux montana 368
Nymphæum 208
Nymphæus locus 212
Nymphæum specu 496
Nyssa 478
Nysæi 465

OBodas 513
Obris fluuius 122
Obsicella 106
Obulco oppidum 108
Oca 482
Ocalea 277
Occidens 70
Oceanus fluuius 3
Oceani fluxus reciprocus 1
Oceani partes 4
Oceani motus 116
Ocha 301
Ochus 346.351

Ochyroma 438
Ocra alpium 139
Ocriculi oppidum 153
Ocypodes 472
Oda 13
Odessus 213
Odomantis 357
Odore uictitantes 472
Odryssa 370
Oechalia 304.225.234
Oechaliæ captiuitas 450
Oedipus 255
Oenas fluuius 477
Oenoporas 596
Oeniadæ 312
Oenoa 225.252.255.257.428
Oenomaus 238
Oenoandros 425
Oenones sepulchrum 400
Oenotria 141.170
Oenotriæ insulæ 169
Oeus 44
Ogdolapis fluuius 139
Ogygia 274
Ogygus 24
Ogyius 201
Olana 357
Olbia oppidum 124.205
Olbia 445.446
Olbus ciuitas 449
Olei fons 350
Olenia petra 228.261
Olenia capra 260
Olenus 313.259
Olenum 258
Oleosson 298
Olgasis 377
Olineus 274
Olizon 295
Oliaros 331
Olura 234
Olympus 239.455.384.385. 379.378.444.445.448
Olympi plures 321
Olympiorum origo 237
Olympia 236.224
Ologasys 372
Olyras 289
Olyssa 327
Omonades 372
Oncheſtus 278
Onei 261
Onesij populi 129
Onesicritus 478.465
Onij montes 255
Onychitus 363
Opa 357
Opandix 357
Ophiades insulæ 507
Ophientes 306
Ophiusa 437.205
Ophlinus 374
Ophiusa insula 112
Ophrunium 399
Ophryas 540
Opici 438
Opistholepria 425
Opis uicus 56.490
Opuntij 281.287
Opus 287.280
Orationis species 13
Oraculum asino redditũ 255
Orbis situs quorsum cõducat 6
Orbis partitio per sigilla 54
Orbis terræ partitio 76
Orbacus 488
Orcaorci 389
Orcheni 489
Orchistena 357
Orchinus 217
Orchomenus 279.281.261
Ordia oppidum 144
Oreades 322
Orei 268
Oratarum sagittæ 479
Oratæ 478
Orestæ 218.294
Oreum 212
Oreus 41.302
Oretani 93.102.302
Orga 386
Orgia 319
Oria urbs 103.302
Orichalcum 409
Orion 477.302
Orithyia 198
Oriza 461.471.548
Ormenium 296
Orneæ 253.256
Orneates 293
Oroates 482
Orobias 301
Orontes 496.158
Orontis fons 499
Oropus 263.272
Orospeda 108
Orpheus 322.302
Orphica 321
Orthane 394
Ortha 298
Orthium oppidum 162
Orthosias 498
Orthosia 501.435
Ortospana 348
Ortygiæ 428.332
Orybe 273
Ossa 43.290.300.239
Os lacus 399.400
Osiridis templum 533
Osiridis asylum 527
Osogo Iuppiter 441
Ostia oppidum 147.155
Ostidamia 46
Othrys 293
Othryas 253
Otides aues 110
Otrœa 379
Oues carne uescentes 545
Ouidiaceni 358
Oxibius portus 125
Oxus fluuius 51.346
Oxydracæ 459
Oxynea 219
Oxylus 239.315
Oxypeteon 405
Oxyrynchi piscis templũ 532
Oxyrynchus 532
Oxyrynchus piscis 539
Ozola 281.288

PAchynum promont. 178
Pacheticum bellum 402
Pacorus 455.496
Pactius 433
Pactias mons 427
Paction quid 536
Pactolus 420
Pactorum portus 207
Padus fluuius 137.143
Pæadrus 357
Pædiculorum mons 426
Pæonia 210.213
Pæones 216.409
Pæsus 395
Pagasæ 295
Pagræ 496
Palamena lacus 137
Palama 112
Palas 264
Palamedes 247
Palæ 98
Palæa oppidum 456
Palæpaphus ibidem
Palærus 305.312
Palæscepsis 407.404
Palenses 310
Palæapolis 108
Palibothra 460
Palibothrus 467
Palinthum 249
Palinurus promont. 174
Paliurus 511
Pallades uirgines 535
Palladis ortus 438
Palladis simulachrum 405
Palladium 267
Pallena 305
Palma optima 536
Palmaceæ trabes 484
Palmæ usus uarius 491
Palmetum 511
Paltus 482.497.
Pamisus 224. 236.229
Pamphylia 382
Pamphylium pelagus 455
Pamphyliæ initium 446
Pamphylorum origo ibidem
Pan 526
Pamportus fluuius 139
Panætius 451. 438. 435
Panchia 201
Pandaria insula 157
Pandarus 392.445
Pandion 458
Pandionis filij 264
Pandænus 237
Panes 321
Pandosia oppidum 217
Panionia 428. 258
Pannonij 210
Pannium 522
Panormus oppidũ 212.428.217
Panopeus 286
Panopolis 532
Pantia insula 157
Panticapæum 338. 208
Panxani 344
Paphlagones 360.200
Paphlagonia 377
Paphus 456
Parapotamij 286
Parachelotæ 293
Parachoatra 346.356
Paraſij 345
Paracanda 350
Parasanga 351
Parapotamia 494
Paretacena 479
Paretaceni ibidem
Paretaca 488
Paretasini 353
Paretasiceni 354
Paretonium 524
Pardales 519
Paraneta 357
Parentum carnibus uesci 472
Parium 394.512.390
Parij 349
Parisades 208
Parisus 210
Paridis sepulchrum 400
Paridis iudicium 407
Parisij 131
Parma oppidum 145
Parni 349
Parnassus 255.287
Paroceanitæ 548
Paroræi 218
Paronatæ 231
Paropamissus 480
Patauium oppidum 143
Parthaonidæ 317
Parthenia 311
Parthenicus uicus 337
Parthenius 366.365
Parthasij 261
Parthenus ibidem
Partheniũ 207
Partheniarum origo 187

Parthenope Siren 16
Partheniæ 186
Parthenias 427
Parthi populi 480.193
Parthiæ fertilitas 481
Parthici imperij fines 495
Parthini 218
Parthia 348
Paryſatis 516
Parus 311.331.333
Paryadræ 356.339
Paſiani 347
Paſitigris 483
Paſargadia 482
Paſargadæ 483
Pattala 467
Patara 444.445
Patraeus uicus 317
Patroclus 288
Patrocles 48.329
Patrocli tumulus 399
Patroclides 245
Patræ 258.260
Patrenſes 259
Patmos 313
Paulus Aemilius 216
Pecunia primũ ſignata ubi 350
Pecuniæ uis 280
Pedaſium promont. 455
Pedaſus 406.410.416
Pedaſum 240
Pedicæ Græciæ 289
Pediculi 189
Pedyli populi 125
Pegaſus ſinus 295
Pegaſus 255
Peium 380
Pelaſgica portio Athen. 271
Pelaſgica 290
Pelagones 294
Pelana 241
Pelamydia 367
Pelamides 214
Pelaſgicus Iuppiter 149
Pelagonia 218
Pelargi populi 149
Pelaſgorum origo 148
Pelias haſta 305
Pelinæus 432
Pelium 300
Pella 497
Pellana 260
Pellena 259
Pellene 260
Pellineus 296
Peloponneſus 215.221.222.223. 244.262
Peloponneſi figura 58
Pelops 238.251
Pelori turris 115
Pelorum promont. 172.178
Pelothronium 201
Pelæ 386
Peltinus campus 422
Peluſium 420
Peluſiacum oſtium 525
Peluſium unde dictum 527
Penelope 314
Peneus 219.290.296.225
Peparæthus 295
Peræbi 294.305
Percotæ 392
Perdices Indiæ 472.477
Perdix Protogenis 437
Perga 446
Pergamus 418
Perias 302
Pericles 428
Permeſſus 275
Perpenna 433
Perperena 407
Perſæ 91.355
Perſarum dij 347
Perſica ſchola 355
Perſarum cultus 486
Perſarum cœnæ 486
Perſæpolis 483
Perſepolitana ibidem
Perſei ſpecula 526
Perſia 482
Perſicus 538
Perſicus ſinus 504
Peruſia oppidum 152
Peſtanus ſinus 168
Peſtus 168
Petalia 301
Peteon 277
Petelia oppidum 170
Petneliſus 382.446
Petra urbs 513
Petronius 536
Petrocorij populi 128
Peuce 202.205
Peucetij 189.190.191
Peucini 205
Phæbia oppidum 173
Phæſtus 327
Phædo 240
Phagorius piſcis 539
Phagrus piſcis 539
Phagroriopolis 528
Phagus Troiæ 401
Phalarni 93
Phalantus 189
Phalacrum 217
Phalanna 298
Phalangia 543
Phalaſarna 327
Phalara 294
Phalerius populus 268
Phalerij dictum ænigmaticũ 99
Phanæ 432
Phanagoria 338
Parthenope 418
Phanaræa 368.374
Phaniæ patria 414
Phanoteus 286
Phara 261.544
Pharatæ 261
Pharbetica præfectura 526
Pharenſes 259
Pharienſes 261
Pharmacuſæ 266
Pharnaces 338
Pharnacis menſis 374
Pharnacia 214.368
Pharos 27.211.362
Pharſalus 239.293
Pharus 42.520
Pharuſij 542
Pharygæ 288
Pharygium 286
Pharygæa Iuno 288
Pharycadon 396
Pharys 243
Pharziris 516
Phaſilis 448
Phaſis 339.345.357
Phatnicum oſtium 525
Phauda 368
Phaunites 357
Phaura 269
Phazemon 376
Phazemonetica ibidem
Phea 229
Phellus 445
Phemonoë 283
Pheneus 262
Phenices 31
Pheræ 241.295
Philætas poëta 440
Philadelphia 387.501
Philarchi Arabum 494
Philetor 330
Phidias 237
Philiſtides 302
Philippus 251
Philemon 449
Philetærus 418
Philæ 29.535
Philenorum aræ 115.546
Philetærus 366
Philomela 286
Philomelium 386
Philopœmon 259
Philomator 419
Philotas 424.426.451.480
Philon 59
Philodemus 501
Philoſophia quid 1
Philoſophi Indici 563
Phineus 203
Phlegra 164
Phlegræus campus 163
Phlegyæ 299
Phleus 509
Phliaſia 257
Phligadia mons 139
Phlius 257
Phocarum inſulæ 509.511
Phocea 424.433
Phocis 281
Phœnicus 445
Phœnix fluuius 289
Phœnix mons & opp. 436
Phœnix Lampei 324
Phœnice 217
Phœnicia 495.599
Phœnicum inuenta 500
Phœnicûs 524
Phœnicuſa inſula 185
Pholegandrus 331
Pholoë 261.259
Phraates 467.193
Phranicates 496
Phricius 389
Phriconia 389
Phriconis 417
Phritium mons 416
Phrizium 34
Phryges 393.360.369. 378.379
Phrygia 378.386.422.443
Phrygius 420
Phrynichus 426
Phryno 402
Phthia 257.291
Phthiotia 290
Phthiotæ 290.244.393
Phthirophagi 336.339.340
Phthinopolis 214
Phycûs 546.243
Phylaca 294
Phylarchi 548
Phyræa 219
Phylleus Apollo 294
Phyſa 519
Phyſco 525
Phyſcus oppidum 436.443
Phyſeteres piſces 481
Piaſus dux 417
Picenum oppidum 161
Picentini 168
Picentes ibidem
Pieria 496.321
Pigmæi 472
Pigniſum 381
Pimpla 321
Pimoliſena 377
Pinara 444.445
Pindus 319.288.294
Pinaca 494
Pioniæ ager 409
Piræa 368
Piraticarum nauium cõcrematio 445
Pirene 255
Piruſcæ 211

Pisa 238
Pisander 423.439.459
Piscium mira magnitudine 98
Piscium costæ 478
Piscium littus 229
Pisæ oppidum 148
Pisidia 382
Pisidici montes 445
Pisidæ 382.423
Pisilis 436
Pisinus 381.386
Pissa 224
Pisinuntia 319
Pissiuri 347
Pitana 389.407.412
Pittacus 414.402
Pittacus tyrannidis insimulatus 414
Pithecusia 419
Pithecusæ 39.43.173
Pitulum oppidum 159
Pitya 379
Pityasus 382
Pityus 339
Pityusa 395
Pixodorus 445
Platamodes 233
Platanistus 230
Plateæ quare dictæ 274
Plateæ 278
Placentia oppidum 145
Planasia insula 124
Planctæ scopuli 100
Planesia insula 107
Platanius 447
Platonis domiciliũ in Aeg. 529
Plaustrum uel arctus 2
Pleuron 305.313
Pleuronius ager 317
Pleutauri 105
Plinthina 524
Plumbaria insula 125
Plutonium 435.423
Plutiades philosophus 451
Plynus portus 547
Pnigeus 525
Podalyrij phanum 198
Pœgnas 424
Pœcila petra 448
Poëtica 11
Poëta quid agat ibidem
Poëticæ uirtus 13
Poëtica prisca 13
Poëtica pueri instituebãtur 14
Poëtica ex quibus 17
Pœus 219
Pola 145
Polemon 338.340.387
Poliadis Mineruæ templũ 267
Polianus 219
Polichnium 340
Polichna 404
Polisma 403
Poltiobria 214
Polybius 423
Polyarrhes 353
Polycæsta 314
Polycleti simulachra 299
Polycrates 427
Polycratis annulus 427
Polydectes 329
Polydorus 392
Polymedium 406.413
Polymnastus 431
Polyphagi 344
Polyrrheni 327
Polium oppidum 177
Pometius ager 156
Pompæa oppidum 165
Pompelon oppidum 109
Pompæ Indorum 429
Pompeij mors 523
Pompeij sepultura 501
Pompeius 95.336
Pompeiopolis 377.449.444
Pontus 15.360.367
Ponti figura 84
Pontici 347
Populonij situs 149
Pordoselena 415
Pordalis ibidem
Pornopæ 411
Porsena rex 148
Πορθμὸς 63.42
Poros 247
Portæ 451
Porus 458
Posidonij responsum 336
Posidium 217.232.521.427
Posidonia 251
Posidonius 419
Potamus populus 269
Potamia 377
Potamon 414
Potentia oppidum 112
Potus cibusq; Indorum 471
Practium 390.396
Prasia 269
Prasus 327
Prasum 325
Prasium 247
Prasij 467
Prasopij 257
Prasmæ 477
Præfectorũ quinteriones 470
Præneste oppidum 160
Præturæ Po. Ro. 549
Pratum lucus 436
Praxiphanes 438
Praxander 455
Prænussum promont. 165
Præpesinthus 331
Priapus 379.390
Priamo 211
Priami imperium 390.392
Priene 386.424.426
Prienenses 258
Probalinthos 269
Procli uallum 269
Prochita 43.173
Proerna 295
Profundus portus 272
Prometheus 343
Promothei uincti fabula 459
Promontoria tria à septentrione 63
Pronesus 309
Prophthasia 348.480
Prophetæ 220
Prophetides ibidem
Propontis 214.389
Proschium 306
Proserpinæ flores 171
Prosymna 250
Protarchus 440
Protesileum 399
Protesilai domus 199
Protogenis pictura 436
Prouidentiæ opificium 530
Prouincia 543
Prouinciæ consulares 543
Prouinciarum diuisio 548
Prusias 378
Prusa 378
Psammitichi sepulchrum 526
Psammitichus 527
Psaphis 269
Psaucij populi 128
Pselcha 537
Pseboa lacus 538
Pseudargyrum 409
Pseudocasia 509
Pseudopenias promont. 546
Pseudophilippus 419
P. Seruilius Scaurus 381
Psygmum portus 550
Psyllis 268.365
Psyra 432
Psytalia 266
Ptaola 307
Pteleasimum 234
Pteleus 399
Pteleum 234.294
Ptolemæus rex 454
Ptolemæus Philadelph. 519
Ptolemæorum series 522
Ptolemæus Antonij ne. 542
Ptolemæus Lagi 202
Ptolemæus Aegypto pulsus 375
Ptolemais 446.500.507 532.546
Ptolemaici littoris mira. 500
Ptous 273
Pulchra pinus 404
Purpurarum piscatus 501
Purpuricium 545
Puteoli 18
Puteolorum appellatio 164
Pumentum oppidum 170
Pydna 522
Pygalij 428
Pygella 428
Pygmæi 49
Pygmæorum confictio 537
Pylagoras 283
Pylæa synodus 284
Pylæ 289
Pylæus mons 417
Pylena 306.319
Pylij 234
Pylos 235.226
Pylon 216
Pylus ἠμαθόεις 230
Pyrasus 294
Pyræus 42.263
Pyramides Memphiticæ 529
Pyramides orbis spectacul. 529
Pyramus 38.451
Pyræchmes 239
Pyrethi 485
Pyrethna septa 485
Pyræus 418
Pyrenei montes 92.119.112
Pyrenes latera 109
Pyreneæ Veneris templum 120
Pyrgi oppidum 152.233
Pyrgitæ 233
Pyrrha 292.395.407.414.426
Pyrrhæa 300
Pyrrhicha saltatio 328
Pyrrhus 188.219.253
Pysander 334
Pythangeli insula 509
Pythangeli portus 509
Pythagoras 427
Pytheas 45.72
Pythicæ modulationes 284
Pythia 391.494
Pythodoris 342.434.473.376
Pythodorus 434
Pytholai promontorium 309
Pythia uates 283

Q
Vadrimale 509
Quari pop. 125
Qui reprehendendi Straboni 10
Quinda castellum 449
Quintij 345
Quirites unde dicti 153

R
Apsodia 13
Racemi maximi 51
Racemi bicubitales 481
Raphia 501
Reatum 153
Regium oppidum 142
Regiæ Alexandriæ 521
Regis uilla oppidum 149
Regia conuallis 499

Remus 154
Rex Meroitarum 538
Rex pulcherrimus 465
Rex Indorum 472
Rhacotis 520
Rhadamanthus 325
Rhadina 232
Rhadus apud Iberos 438
Rhadi ambitus ibidem
Rhagi 349
Rhaga 355
Rhagades 41
Rhatous 219
Rhauaris fluuius 122
Rhauenna oppidum 142
Rhaxyali populi 197
Rhætaces 340
Rhætium 399.403
Rheatinorum mulæ 153
Rhegma 449
Rhetes 404
Rhea 319.394
Rheæ nomina 319
Rhecas 338
Rhegij conditores 172
Rheginorum columella 115
Rhenea 332
Rheni fontes 137
Rhenus fluuius 119.130
Rhesus 404.396
Rhesi uada 393.399
Rheti populi 137.190
Rhinocerotes 510
Rhinocolura oppidum 491.502
Rhinæ 502
Rhiocharus 340
Riphæi montes 201
Rhium 223.241.260
Rhizus 295
Rhizes 541
Rhizæi 213
Rhodanus fluuius 120.122. 125.127
Rhodani ostia 124
Rhodius 399.405
Rhodope 107.108.210
Rhodi situs & laudes 436
Rhodos 436.438.384
Rhodæi 189
Rhoduntia 289
Rhombitæ 337
Rhoites 404
Rhossus 496
Rhosus 451
Rhoxanæ 350.521
Rhoxani 205
Rhoxolani 77
Rhubico fluuius 152
Rhuseno fluuius 122
Rhuspinum 544
Rhuteni populi 129
hymus 370
Rhyndacus 370.385
Rhypa 261
Rhypes 259
Rhyphis ager 260
Rhytium 327
Romani imperij latitudo 548
Romani Populi potestas in Augustum translata 548
Romanorum origo 124.399
Romanorū uires quo pacto creuerint 192
Romani colles 157
Romulus 154
Rubeus lapis 180
Rubrum mare 504.527
Saba portus 507
Sabæ 508
Sabaiticum os 507
Sabæorum terra 512
Sabæorum diuitiæ 512
Sabazius 321
Sabatica 354
Sabatia uada 136
Sabatij populi 136
Sabelli unde 167
Sabini aborigines 153
Sabinia oppidum 147
Sabinarum raptus 154
Sabæi 506.513
Sabus rex 514
Sabuta 466
Saca festa 347
Sacaraulæ 347
Sacasena 347
Sacagena 346
Sacassena 356
Sacæ 347.348.344
Sacæa 347
Sacerdotes Acthyopum 538
Sacerdotes Iudæorum 503
Sacerdotes Heliopolit. 528
Sacerdotum authoritas 538
Saccopædes 493
Sacrum promont. 80.94
Sadracæ 489
Sadrocottus 467.480
Sagosiani 129
Sagalassus 532
Sagaris 486
Sagapeni 493
Sagesama oppidum 109
Sagrus fluuius 162
Sagra fluuius 175
Saguntus oppidum 107
Saguntum opp. 112
Sagylium 376
Sais ciuitas 526
Saij 369.311
Salamis 83.455.265.302
Salaminiacus sinus 223
Salasi populi 137.138
Salasorum aurifodinæ 138
Salasorum latrocinia 138
Salas 195
Salapia 190
Salda portus 543
Salaria uia 153
Saletini 186
Salentina 189
Salentini 188
Salepia oppidum 189
Salgantus 272
Salmacis fons 439
Salmone 238
Salmoneus 239
Salmidissus 37.214
Salmonium promont. 72
Salome 504
Salon 379
Salonensis caseus 379
Salo 212
Salies populi 120.121.122.124. 125.126.136
Samaria 501
Samariana 345
Sambuca 322
Same 308
Samia 426.368
Samicum 229
Sami laudes 427
Samnitarum mulieres 133
Samnites 153
Samnitum lex 167
Samosata 444.495
Samonium 322.324
Samothracia 84
Samothrace 310
Samus 427.424.232.308.333
Samius Neptunus 229
Sampsiceramiregio 497
Sanassas rex 544
Sanaus 386
Sandocora 444
Sandobanes 340
Sandaricurgium 377
Sandalium 381
Sangarius 381.365.396
Sangia 365
Sanisena 377
Sanus 210 Santones 128
Sapæ 369
Sapphò 30.307.530
Saphnisis 406
Sapra 414
Saramena 368
Sarapani 339.341
Sarasa 494
Saraparæ 358
Sarbonis lacus 37
Sardanapali epigramma 449
Sardes 387.421
Sardis 419
Sardiæi 211
Sardo 212
Sardoum mare 37.59
Sardinia insula 28.151
Sarmatæ 336.339
Sarnus 356. Sarnus fl. 165
Saronicus sinus 223.255.247
Sarpedon 384.447
Sarus 361
Sason insula 189
Satrapes Persarum 419
Satyrenses 433
Satyri 108.319
Satyri monumentum 337
Saturnus 319
Satyrus Protogenis 436
Sauromatæ 87.345
Sauera 362
Saus fluuius 139
Scæa porta 396
Scæus 396 Scæi 396
Scamander 399.408.404
Scamandrius campus 409
Scamandrius 407
Scandalium 440
Scaphæ testaceæ 519
Scaphæ thalamiferæ 524
Scarthon 396
Scarphia 44
Scarphea 288
Schedieum 287
Scenitæ 29.87.349.504. 506.497
Scenæ 494
Scenitæ Nomades 497
Scepsis 400.407.371
Scedia 525
Scherones 20
Scheria mons 181.201
Sciathus 295
Scingomagus 120
Scipio ubi à Cæsare debellatus 544
Scip. calamitosus exitus 127
Sciras 265
Scira ibidem
Sciron 263
Scironides petræ ibidem
Scirophorion 265
Scœdisæ 339 Scœni 351.348
Schœnorum diuersitas 527
Scœnus 247.275
Scolius 226
Scollis 228 Scolus 275
Scombroaria insula 107
Scordisci 198.213
Scorpij pennati 468
Scorpiones Mauritaniæ 543
Scotusa 221
Scriptorum mendacia 109
Scydissa 369
Scylacium 175
Scylleticus sinus 175
Scyllæum saxum 176

Scylletium opp. 175
Scylleticus sinus 175
Scyllæum 17. 250
Scylax 368. 440
Scylurus 208. 209
Scyrus 84. 295
Scyriæ capræ 295
Scyrij lapilli 295
Scythæ 24. 87. 344
Scytharum mores 209
Scythia 208
Scythopolis 503
Scythrus 330
Sebasta 501
Sebriæ 508. 517
Sebenitica ciuitas 526
Sebeniticum ostium 525
Segestica urbs 140. 210
Segestius 195
Segida 109
Segobrida opp. 109
Selga 381. 382
Selgica iris 382
Selgesus 381
Selenuntia aqua 184
Selenuntius Apollo 302
Seleis 395
Seleucia 335. 447. 451. 489. 495. 495. 496
Seleucus Nicator 418. 480
Seleucus 489
Seleucis 495
Selinûs 260. 447. 545
Selinusius lacus 430
Selleis 225
Selli 20. 220
Sellyũ et Ligurũ latrocinia 137
Selymbria 214
Semiramis 488
Semiramidis opera 488
Semigunius 195
Senatus numerosus 467
Senegallia 152
Sena 152
Sennones 195
Senones pop. 143
Sepias 295
Sepiaca ripa 300
Sepius 190
Septem putei 514
Septenstadium 522
Sepulchrorum genera 538
Sequani pop. 125. 129
Sequana flu. 129
Serapis 525
Serapis templum 525
Serbonis 503
Seres 467
Serguntia 109
Serica 463
Serpentes maximi 50
Serpentes pennati 468
Serpentes prodigiosæ magnitudinis 508
Sertorij specula 107
Sertorij obitus 108
Sertorius pirata 106
Seruilius Isauricus 444
Serui sacri 375
Seruorum nomina 208
Seruorum Ro. multitudo 447
Seryphus 331. 333
Sesamus 366
Sesarasij 218
Sesaminum oleum 491
Sesostris 478. 506. 519
Sestus 390. 392. 396
Setabis 108
Sethreitica præfectura 527
Setia urbs 159
Seumora 341 (121
Sextiæ aquæ unde appellatæ 120
Sextus Pompeius 95
Sibæ pop. 459
Sibini pop. 195
Sibyllæ responsa 533
Sibylla Erythræa 432
Sicambri pop. 131
Sicenus 331
Sicilia 39. 82. 172. 178
Siciliæ figura 58
Siciliæ laus 183
Sicilia Ro. horreum 183
Siccitas prodigiosa 36
Siccitatum apud Mauritanos causæ 542
Sicinsima 353
Siconij pop. 137
Siculi freti fluxus 40
Siculum mare 37. 83
Sicyon 259
Sida 382. 444. 446
Sidena 368. 371. 394
Side 368
Sideritis 468
Sidetani 110
Sidicenum opp. 159
Sidicinum 156
Sidon 41. 498
Sidonia insu. 524
Sidonij 31. 499. 515
Sidonis situs 499
Sidoniorum inuenta 500
Siga 405. 542
Sigeum 399. 402
Sigilla 353
Sigillum quid 56
Siginni 352
Sigius mons 122
Sigrium prom. 421
Silaceni 493
Silbæ 466
Sileni 319
Silia flu. 468
Silli 508
Silphium 546. 547
Siurus piscis 519
Simas 419
Simiæ 541
Simiarum capiendarũ mo. 465
Simodus 434
Simonides 533
Simois 399. 408
Simoisius campus 400
Simon 434
Simus 434. 440
Simplicitas Indorum 471
Sinada 386
Sina opp. 146
Sinadicus lapis 386
Sinda 382. 423
Sindi 338
Sindica 337. 336
Sindones 462
Sindonalia 466
Sinnaca 494
Sinope 214. 326. 338. 367
Sinopica rubrica 363
Sinopica terra 97
Sinotium 211
Sinti 369
Sinus præcipui quatuor 82
Sinus Gallicus 128
Sinuessa unde dicta 157
Siphnus 331
Sipylus 42. 387
Siraci 336
Siracès 344
Siracusarum conditor 176
Sirenæ insu. 165
Sirenes 16
Sirbis 445
Sirbonis lacus 501
Sirenussæ 16
Sirenussarum promont. 169
Siris flu. 177
Sirnium 508
Sisapo 95
Sisinij pop. 111
Sisinus 362
Sisimithræ petra 350
Sisyphium 255
Sisyrba 424
Sitacena 374. 484. 492
Sitalca 494
Sittaceni 538
Sitines 369
Smaragdus 512
Smintheus Apollo 332. 405. 411
Smyrna 370. 425. 432
Smyrna Amazon 424
Sminthia 405
Soandus 444
Soanes 340
Soatri 381
Socrates miles 272
Socrates philosophus 475
Sodoma 504
Sogdiana 350
Sogdiani 346. 348
Sol supra uerticem 535
Sol Massagetarum deus 347
Sol quare maior oriens occidensq; appareat 93
Sol si ab omnibus æque di. 464
Soli opp. 444. 448
Solij 456
Soli infensi 538
Solis Ciuitas 528
Solis strepitus in occa. 93
Soli populi 261
Soloce 492
Solœcismus 443
Solûs urbs 456
Solymum prom. 423
Solyma mons 445
Sonitus colossi Memno. 535
Solmissus 428
Solymi 15. 384. 446
Sophena 353. 356
Sophocles 428
Sopita dea 507
Sophina 444
Sophistæ Brachmanes 474
Sopithis rex 466
Sororia opp. 159
Soror quindecim fratrum 515
Sororiæ ciuitates 495
Sosipolis Iupiter 434
Sostratus 436
Sostratus Gnidius 520
Sotades 434
Spanides 344
Sparta 241. 253
Spartanorum polyandrium 290
Spartarius campus 108
Sparni 345
Spauta 354
Spelunca metauri 384
Sperchius 389. 393
Spermophagi 508
Sphæræ ratio 178
Sphagia 232. 241
Sphacteria 241
Sphinges 510
Spina uicus 149
Spinæ cuiusdam succus 479
Spitamenes 348
Spledon 280
Spodium 110
Spoletium opp. 153
Sporades 331
Stadia 417
Staphylinorum caulis 541
Stasanor 456
Stationes factitiæ 164
Statonia opp. 152
Stegnatia opp. 190

Stellarum ratio 75
Sterea 269
Sterota 326
Steniclarus 242
Sthenelus 253
Stiphana 376
Stœchades insu. 124
Stolati 192
Stoni pop. 137
Stora flu. 156
Strabo quando claruit 421
Strabo uersatus Alexan. 69
Strabonis peregrinatio 42.79
Strabonis progenies 326.340
Strabonis historiarum li. 349
Strabonis patria 368
Stratarchas 326
Stratia 261
Stratocles 438
Stratonici dictum 436
Straton 368
Stratonice 419
Stratonis turris 500
Stratonis insu. 507
Stratus 260.305
Strongyla insu. 185
Strophades 241
Struthophagi 508
Struthocameli 508
Strymon 217
Stupor ex odoribus 512
Stygos aquæ 262
Stymbara 219
Stympheus 218
Stymphalis 261
Stymphalus 184.249
Styra 302
Styrax arbor 382
Subattij 196
Subthebæ 278
Suchus 507.532
Sucro flu. 107
Sudinus 489
Sueſiones pop. 131.195
Sueſula opp. 362
Sueui pop. 131.195.198
Sugambri 195.197
Suchi opp. 151
Suidas 220
Suillarum carniũ eſus probi. 385
Sulgas 125
Sunium 263
Sunius pop. 269
Surena 494
Suſa 35.482.484
Suſia 482
Suſianæ calores 484
Suſianæ fertilitas 484
Sutrium opp. 152
Sybarus 260
Sybaris 176.260.438
Sybaritæ 168
Sybota 217
Sycaminorum ciuitas 500
Sycion 223
Sydones 205
Syene 29.535
Syenes puteus 535
Syes 159
Sylæus 513
Sylaris flu. 168
Syloſon 427
Syloſontis chlamys 427
Syluia Rhea 154
Syma insu. 439
Symætus flu. 182
Symbri pop. 145
Symplegades 15
Synoria 373
Syphacis regia 542
Sypilus 383
Syrtis parua 545
Syrtis magna 546
Syrtium pericula 546
Sypus 190
Syracuſæ 42
Syræum opp. 165
Syria insula 333
Syri 31
Syri nigri 488
Syriæ ſitus 495
Syrorum nomen 31
Syrmus 202
Syrus 332
Syſcia 210
Syſitia 328.329
Syſpiretis 357

TAbenus campus 422
Tachari 347
Tabeæ 386
Tænarus 243
Tagus flu. 108
Talabroca 345
Talares 294
Talaus 169
Talentij 218
Tamarus 219
Tamna 506
Tamyracus 206
Tamyracæ 206
Tamyras 499
Tanais 208.337.346
Tanais unde fluat 73
Tanaſſum 450
Taniticum oſtium 525
Tanis opp. 526
Tantali diuitiæ 454
Tanaidos templa 359
Tantalus 333
Tape 345
Taphij 207
Taphiaſus 306.313
Taphitis prom. 545
Taphoſſus 288
Taposiris 525
Taprobane 45.51.460
Tapyri 348.349.352
Taraco opp. 107
Taraſco opp. 126
Tarati pop. 151
Taracina opp. 156
Tarbellorum aurifodinæ 128
Tarbaſus 382
Tarcon opp. 147
Tarentinus ſinus 175.186
Tarentum unde 186
Tarenti potentia 188
Tarenti portus 189
Tarichiæ lacus 504
Tarichiæ insu. 545
Tarna 279
Tarpetes 338
Tarquinius Priſcus 147
Tarquinus Superbus 148
Tarquini unde nomen 147
Tarſenſium ſtudia 450
Tarſius 393
Tarſus 449.496.450
Tartarus 100
Tarteſſus 99
Tatta 381
Tauri initium 436.440
Tauriſci 198.197
Tauri montes 504
Taurica 207
Tauriſcorum aurifodinæ præſtantiſſimæ 140
Taurorum ditio 208
Taurus 87.339.346.381.493
Taurominium opp. 178
Tauropolium 428
Taurorum certamina 529
Tauropolæ oraculum 505
Tauium 380
Taxilla 465
Taxilus ibidem
Taxilorum mores 474
Taxymira 497
Taygetum 242
Teanum opp. 159.166
Teanum Appulum 191
Tearco Aethiops 458
Tectoſages pop. 126.380
Tegeata 230
Tegea 261
Tegnum 413
Teius 365.366
Teioniticum 366
Teium opp. 431
Telchinis 437
Telchines 317.322
Teleboa 215
Telephus 317.383.412
Teliſtobogi 261
Telmiſſias prom. 445
Telmiſſus 495
Telus 333
Tœliſtoboſgij pop. 126
Tembices 215
Temenium 247
Temeſa opp. 171
Temnus 417
Tempe 290
Tempſa opp. 171
Templum Heliopolitanum 528
Teneas flu. 153
Tenedij 400
Tenericus campus 278
Teneſis regio 507
Teneus 255
Tenos 331
Tenæ fabula 407
Tenedos 314
Tentyra ciuitas 533
Teos 431
Teporix 376
Ter hyperbolice 32
Terra insula 3
Terra 531
Terra non ſemper eadem 531
Terra trifariam partita 82
Terræ forma 8
Terræ menſura 44
Terræ deſcriptio ſecundũ Eratoſthenem 48
Terræ rotunditas 76
Terræ latitudo 78
Terræ longitudo 78
Tereus 215
Tergeſta 210
Terina opp. 171
Termerium 440
Termeſus 382.423
Termilæ 384.446.452
Termiorum ſigna 115
Teſtium pœna 471
Terpandrus 414
Teſtudinum teſtæ miræ magnitudinis 509
Tetrarchia 380
Tetrapolis conuentus 423
Tetrapolis 495
Tetranea 412
Teuchira 546.547
Teumeſus 276
Teuriſtæ 197
Teus 424
Teutheas 228
Teuthea 228
Teuthras 412.383
Thaleſtria 345
Thalus opp. 543
Thales muſicus 329
Thama 296
Thamaris 322
Thammæi 369
Thaumacus 293
Thaurini populi 137

Thapſus 505.543.545
Theba 410.411.446
Thebæ 26.391.394
Thebæ Aegyptiæ 534
Thebani ſacerdotes 535
Thebanus campus 419
Themella 497
Themiſonium 386
Themiſtæ 220
Themiſcyra 343.383
Thena opp. 544
Themiſtoclis opſonium 426
Theocritus ſophiſta 432
Theomneſtus 440
Theodectes 463
Theodoſia 208
Theopompus 212.432
Theodoſius 380
Theodoria ſecta 419
Theophanes hiſtoricus 414
Theophraſti patria 414
Theophraſto à quo nomen inditum 414
Theophraſti bibliotheca 408
Thera 42.394
Thera inſu. 547
Thera opp. 545
Therasia 42
Therapænæ 276
Thermopylæ 288.289.294
Thermodon 368
Thermeus ſinus 216
Thermiſſa 184
Theſſalia 300.290
Theſſaliotica 209
Theſſalonica 216
Theſpiæ 276
Theſprotici 225
Theſproti 215
Theſtius 317
Thisba 277
Thisbe 200
Thoas 305
Thoanes 339
Thoatis 357
Thoæ inſu. 235
Thonis opp. 525
Thopetis 493
Thorax mons 433
Thoricus ſinus 269
Thoſnelda 195
Thracia 9.22
Thraciæ nationes 453
Thracium commentum 271
Thracũ cum Troianis affinitas 396
Thracũ & Getarũ mores 199
Thraces in Macedonia 215
Thracum loca 216
Thraces 198.393
Thraſo pictor 429
Thraſialcus Thaſius 519
Thronium 43.288
Thryon 233
Thryoëſſa 233
Thucydides notatur 442
Thule inſu. 135
Thunatæ 212
Thuria 241
Thuriates ibidem
Thurij regia 170
Thurinum uinum 177
Thurius 439
Thus 512.514
Thuſci 147
Thuſciæ longitudo 148
Thuſculum opp. 159
Thurifuræ arbores 505
Thyatira 419
Thymbria 426
Thymbra 401
Thymbræus 401
Thyniacum littus 364
Thynia 365
Thynias 214
Thyniathis 217
Thyni 198
Thynnorum magnitudo 98
Thyrææ 252
Thyræi 189
Thyrides 223
Tiaba 382
Tiara 486
Tibarni 364
Tibareni 369.372
Tibarania 208
Tiberius 193.196
Tibur opp. 160
Tiburtinus lapis 160
Tichius 289
Ticinus flu. 140.146
Tiga opp. 541
Tigirini pop. 197
Tigranes 357.363.494
Tigranocerta 494
Tigris 55.352.357.467.482
Tilphoſa 277
Timaus portus 144
Timæus carptor 429
Timij pop. 132
Timonetica 377
Timonium 521
Timotheus Patrion 367
Timuchus 121
Tingis 94
Tinx opp. 540
Tiria 379
Tireſias 277.502
Tiryns 250
Tiſamenus 258
Tiſiaus opp. 543
Titanus 297
Titareſius 298
Titarus 298
Tithonius 482
Titus 495
Tityrus 327
Tityri 321
Titini 319
Tlos opp. 444
Tmolus 320.419
Tmarus 220
Togati 102
Tolgus 218
Toloſæ ſitus 127
Toliſtobogi 380
Tomarus 220
Tomis 213
Tomiſa 361
Tomiſus 444
Tomori 220
Toparchiæ 517
Topazia 507
Topazius lapis 500
Toreatæ 338
Toygeni pop. 197
Trachin 43.286
Trachiotæ 306.381
Trachinium 306
Trachea Cicilia 361.446
Trachea 425
Trachones 499
Tragæa 426
Trageſæi ſalinæ 406
Tragœdia 13
Tragium 241
Tragurium 211
Tralles 434.443
Translata à Barbaris in Græcos 529
Trarium 407
Traniſcium opp. 152
Trapezus 207.214.339.368
Trapezon 490
Trebia flu. 146
Trebonius 483
Treres 384.393.434
Trerus flu. 159
Treuiri pop. 131
Triaſius 266
Triballi 202.204.211.213
Tribochi pop. 130
Triccæum 241
Tricce 219.241.297.396.433
Trichaices 325
Tricori pop. 125.137
Tricorythum 257
Tridentini pop. 137
Trieris 498
Trinacria 178
Trinacris ibidem
Tripodes 266
Tripodiſcion 266
Triphylia 224.240.275
Tripolitis 218
Tripolis 219.498
Triptolemi ſacra 496
Tritæenſes 259
Tritia 228
Tritonias lacus 546
Tritum regio 543
Triuagri pop. 130
Troas 360.379.389.393
Trocmi pop. 126
Trœzen 247.251
Trogilium 426
Trogini 380
Trogitis 382
Troglodytæ 333.336.344
Troia 215.379.390
Troia uicus 530
Troës 384.392
Troiana ditio 390
Troianus campus 400
Troianæ ditiõis ſucceſſores 379
Troiæ excidium 403
Troicus mons 530
Trophonius Iupiter 279
Trophonius 502
Tryphon Diodotus 497
Tuder opp. 153
Tullum mons 139
Tumelicus 195
Tunis opp. 545
Turditania 94
Turditaniæ feracitas 96.97
Turditaniæ naues 97
Turduli 94
Turoentium opp. 124
Turina 305
Tyana 362
Tyanenſis prætura 360
Tyberis flu. ortus 147
Tychon 394
Tymphæi 218.219
Tyndarus 314
Tyndarij ſcopuli 524
Tyndaris opp. 178
Typhon 420.496
Typhonia 514
Typhonis caſus 388
Typhonis ſepulchrum 166
Tyra flu. 10.194
Tyrambe 317
Tyrannion gram. 368.408
Tyrrhegetæ 194.198.205
Tyrrheni pop. 147
Tyriarium 444
Tyria purpura 499
Tyrij 515
Tyrina 505
Tyrtæi Eunomia 242
Tyrus antiqua 500

V
Acca ſacra 527.530
Vaccæi 103
Vacua flu. 103
Valeria uia 159
Valeria opp. 159

Vapanes opp. 151
Varalij 211
Varagri pop. 137
Varus flu. 124
Varus Quintilius 195
Vata opp. 543
Vates 319.133
Vcetia opp. 144
Vellai pop. 128
Vellus aureum 340
Venasini 362
Venafrum opp. 159
Vendum opp. 139.211
Veneris ciuitas 526.535
Veneti pop. 131
Veneti unde 131
Venetorum nauigia 131
Venetæ equæ 192
Vennones pop. 137
Venti quot cum suis nominibus & quibus ex partibus flant 20
Venti in Aetna 185
Venti Indici 461
Ventidius 496
Ventrimani 251
Venus Græca dea 529
Venus Acræa 455
Venus nuda 440
Venusia 189
Venus Corinthia 254
Vera 354
Verbanus lacus 140
Vere nubunt Persæ 485
Veretis flu. 160
Verisimiliter mentiri 14
Vermius mons 454
Verona opp. 143
Vertinæ opp. 170
Vespertiliones Babylonicæ 489
Vestini opp. 153
Vesuuius mons 165
Vetiones 102
Vetionum mores 110
Vettones 93
Via sacra Alabandenorum 441
Via Romam è Græcia 189
Vibij pop. 130
Vibona opp. 171
Victimarum enecatio 471
Vienna opp. 125
Vina optima 157
Vinum Pellinæum 432
Vinum Vetustiss. 51.349
Vindelici 196
Viperæ Indicæ 470
Vita per laborem 475
Vitij 348
Vitis Mauritanica 541
Vitis mira fertilitas & magnitudo 51
Vitis mira crassities 349
Vitreolum 110.456
Vitriaria arena 500
Vlios Apollo 426
Vlyssis ornamenta 12
Vlyssis eloquentia 12
Vlyssis ara 545
Vlysses an Italiam appulerit 15
Vlysses ter Siciliam appulit 18
Vlyssea urbs 100
Vmbilicus orbis 283
Vmbri pop. 147
Vnoculi 472
Vocabula ad sonũ conficta 443
Vocontij pop. 125
Vocuntij pop. 137
Volaterræ opp. 149
Volcæ pop. 125
Vreum opp. 199
Vrgi 295
Vreum opp. 190
Vria opp. 189.190.312
Vrsarum mons 385
Vtica 544
Vulsini opp. 152
Vulcanium forum 164
Vulcani insulæ 184
Vulturnus flu. 159
Vxij 354.482.485
Vxia 485
Vxisama 46
Vxores communes 202
Vxores cum uiris uruntur 466
Vzita 544

X
Andij 349
Xanthi 496
Xanthij 347
Xanthus scriptor 421
Xanthus 444.445.496
Xenarchus philosoph. 448
Xenocrates 380
Xenocles 49.412
Xenophanes 431
Xerxis fuga 265
Xerxena 357
Ximena 377
Xiphonia promont. 179
Xois insula 526
Xuthus 257

Z
Ancynthus 311
Zadriadas 357.358
Zagma 543
Zagrius 353
Zagrus 354.488.489
Zaleuci institutum 174
Zama regia 542
Zamolxis 200
Zancle opp. 179
Zariaspa 348.350
Zeletica regio 375
Zela 375
Zelæa 379
Zelia 386.390.392.393
Zella ciuitas 544
Zeles 94
Zelis opp. 541
Zelienſis ager 374
Zelorum sacerdotium 375
Zenodorus latro 499
Zenicetus pirata 448
Zeno 455
Zeno Laodicenus 441
Zephyra 439
Zephyrij Locri 288
Zephyrium 173.447.449.456.524.525.548
Zeretra quid 261
Zeuxis 388
Zeugma 459
Zincha 443
Zona habitabilis 46
Zonas 421
Zonarum quinq; author 64
Zonæ sex 65
Zonæ per gentium differentias 65
Zonæ quinq; terræ his quæ in cælo sunt homonymæ 75
Zoster 296
Zuchis lacus 545
Zunti 195
Zygi 336.338.548
Zygopolis 369
Zythos 539

FINIS INDICIS

Landesbibliothek Karlsruhe

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg